
37
36 C
7

FORI ECCLESIASTICI
DECISIONES
Morales, Civiles, & Criminales
CÆSARIS PANIMOLLE
Patritii Romani
PARS TERTIA
POSTHUMA
Cum peculiari Indice rerum notabilium.



ROMÆ MDCCXXVII.

Typis, & ſumptibus Hieronymi Mainardi,
apud Theatrum Capranicenſe.

Superiorum permiſſu.

Si vendono da Gio.Lorenzo Barbiellini Libraro à Piè di Marmo all' Inſegna di S. Pio,
e da Fauſto Amidei al Corſo ſotto il Palazzo del Signor Marcheſe Raggi.

Eminentiſs. ac Reverendiſs. Principi

FRANCISCO
CARD. BARBERINO
SACRI COLLEGII SUBDECANO, EPISCOPO HOSTIEN. &c.

CÆSAR JUNIOR PANIMOLLA F.



Ummopere exoptaveram, PRINCEPS EMINENTISSIME, ut quoniam Tua plurima, eaque maxima in me beneficia ultra modum excreverint, neque ea rependi humanis viribus poſſint, aliquam ſaltem grati animi ſignificationem publicè exhiberem, qua & Tua in me maxima merita, & meum erga Te cultum, atque obſervantiam ceteris omnibus patefacerem. Angebar enim ſæpe illius recordatione, quod in Cicerone didiceram: *Omnes beneficii immemorem odiſſe*, atque immemori ſimilis planè eſt, qui aliorum in ſe benefacta cum proferre poſſit, ingrato ſilentio tegat. Honeſtiſſimam tamen voluntatem imbecillitas virium impediebat, cum ſatis viderem me tanto oneri ſupparem

 eſſe

eſſe nequaquam poſſe. Accidit autem peropportune, ut tertiam partem *Deciſionum* Cæſaris Panimollæ mei Patrui magni typis nondum editam nanciſcerer, atque à Patre meo Tibi pluribus nominibus addictiſſimo impetrarem, ut publici juris facere liceret. Hanc Tuo nomini inſcriptam dum Tibi, Princeps Eminentissime, demiſſius offero, velim ſit perpetuum obſequii erga Te mei, ſummique cultus monumentum. Nec mireris fortaſſe id per me factum hac prima ætate, hac magna rerum omnium imperitia, tibi præſertim Cardinali Amplissimo aſſiduis, graviſſimiſque totius Chriſtiani Orbis curis implicito, quaſi non etiam *periculoſæ plenum opus aleę* ſit maximis viris à minimo quopiam aliquid offerri: Noveram ſanè ipſe etiam iſtæc omnia, gravique aliquando timore ſuffuſus verebar ad Te cominus accedere; ſed vicit metum amor, timoremque deſiderium excuſſit; malui minus fortaſſe cautus, quam minus gratus cenſeri, quod illud plerumque ætati concedi poſſit, hoc nonniſi agreſti animo tribuatur, ac planè illiberali. Acceſſit, ut timorem omnem prorſus abjicerem, Tua illa eximia, ac fermè ſingularis humanitas, qua & alios omnes excipere ſoles, & me ſæpiſſimè complexus es, qua me dùm primum Sacro Fonte lavarer, benigniſſimè ſuſcepiſti, nunc foves, protegis, muneribus cumulas, quaque meum hoc qualecunque munuſculum dubio procul excepturum Te perhumaniter, mihi fidentiſſimè perſuadeo. Cæterum, ut in Tuo nomine librum iſtum evulgarem, & alia plura mira conſenſione non petebant modò, ſed planè flagitabant. Nam cum celſiſſimæ Familiæ Tuæ majores mei ab annís jam benè multis antiquiſſimo obſequio devincti fuerint, nonne omnia, quæ à nobis procedunt hæreditario etiam quodam jure tibi debentur, juxtà illud Iſocratis monitum. πρέπει γὰρ τοὺς παῖδας ὥσπερ τῆς οὐσίας, οὕτω καὶ τῆς φιλίας (addam ego τῆς λατρείας, καὶ θεραπείας) τῆς πατρικῆς κληρονομεῖν? Præterea ad quem alium potiús quàm ad Te opus hoc ſuum inſtituere poſſet author ipſe meus Magnus Patruus, qui a maximo illo, nullique ex Ampliſſimis S. R. E.

Cardi-

Cardinalibus ſecundo æterni nominis, eximiæque virtutis, M. Antonio Cardinali Barberino benefitiis cumulatus, dignitatibus auctus, alterique Cardinali Carolo Patruo Tuo apprime charus, vitam etiam ipſam ad extremum uſque ſpiritum eorum ſervitio addictus libentiſſimè inſumpſit? Quin cum aliæ duæ partes *Deciſionum* jamdiù bis impreſſæ eidem Cardinali Carolo inſcriptæ ſint, manca res certè, atque imperfecta videretur, ſi hæc tertia pars alieno, quàm Tuo nomini inſcripta prodiret. Ac quoniam de his *Deciſionibus* ſermo incidit, nulli etiam certè melius inſcribi poterant, quàm Tibi Cardinali Amplissimo rerum omnium, quæ in his diſputantur peritiſſimo, quique rectè valeas judicare, rectenè, an ſecus a Doctore ſcriptum ſit. Neque enim M. Tullio aſſentiri doctiſſimos pleroſque video, qui Phormionem coram Anibale de re militari diſputantem adeo improbavit, quaſi plena ſtomachi res ſit, de iis rebus apud eos diſſerere, qui earum peritiſſimi ſint: quin eos potius Lectores, Patronos, Vindices deligendos cenſent, qui cum ea, de quibus dicis, apprimè calleant, & judicare poſſint, & tueri, quæ legerint (qui eſt potiſſimus fructus cur libri inſcribantur) ne ſecus aut ſurdo canere, ac cæco præſtigiatoriam agere videamur.

Supereſſet nunc extremo loco de Tuis eximiis laudibus, Eminentissime Princeps, aliqua præfari, quod & ſolemne eſt ſuos libros celſiſſimo cuipiam nuncupantibus: at non ea profectò res eſt, ut a me adhuc puero ſuſcipi provincia poſſit, quæ ſi a quovis eloquentiſſimo ſuſcipiatur, infiniti pene, atque immenſi eſſet operis; ac tanta rerum undique copia ſuppeteret, ut vix modum plenus liber, vix finem longa reperiret oratio. Quin neque gratum Tibi opus pervolverem, qui pro Tua ſingulari modeſtia laudatores omnes penitùs oderis, ac certe nulla Tibi apud homines acceſſio laudis longo ſermone fieret, cum ſummæ laudis inſtar ſit Cardinalis Francisci Barberini nomen alteri Cardinali Francisco penè æqualis: *Fama ſuper ęthera notus*.

Illud

Illud tamen unum tacitus præterire nequaquam possum; quod in Te plerique omnes mirantur, Te, cum Ecclesias Hostiensem, ac Velitrensem regas, Prænestinæ præsideas, Sublacensem, ac Farfensem, aliasque Abbatias modereris, Sacri Collegii Cardinalium Sub-Decanum, pluribus quas vocant Congregationibus vel Præpositum, vel adscitum, innumerisque, penè dixerim, negotiis assiduè detentum, ita tamen per Te ipsum omnia peragere, celeriterque expedire, ita Te facilem semper omnibus præbere, omniumque ex Tibi commissis populis paterno amore curam suscipere; ut tot, ac tanta ab uno viro tam naviter, celeriterque perfici miraculo plane simile videatur, ac non Tibi Te natum, sed Christianæ Reipublicæ benefitio divinitus datum prudentissimi quique confiteantur. Faxit Deus Optimus, Maximus, ut summam hanc Tuam benignitatem erga omnes diutissimè valeas exercere, summæque, ac maximæ Dignitatis accessione cumulatius præstare, interim me meaque omnia in Tuam fidem, ac Patrocinium jamdiu susceptum fovere, ac protegere ne prætermittas.

HIERONYMUS MAINARDI
LECTORI HUMANISSIMO
S. P. D.



Nter alia, quæ publici juris fecerat Cæsar Panimolla clari nominis Jurisconsultus sæculo elapso, magno Doctorum hominum plausu exceptæ fuerunt *Duæ Partes Decisionum* quas ipse Romæ primum edidit, mox Venetiis typis Balleonianis impressæ fuerunt. Adjecerat Autor & tertiam partem, quam tamen sive extremo fato jam instante, sive senili quadam negligentia delitescere passus, nunquam evulgavit. Hanc nos tandem publica luca donamus, quod & clarissimam Autoris famam sustinere posse, & maximæ utilitati res Forenses tractantibus eam futuram Doctissimi plerique judicaverint. Cur autem nunc tantum e domestico pulvere in lucem prodeat; aut cur tamdiu blattas inter, ac tineas 40. ferme annorum spatio delituerit, meum non est excusationes afferre. Quod affirmare tibi debeo, Lector humanissime, hoc unum est, *Decisiones* has ex Autoris ipso autographo descriptas esse, ne quis eas suppositititias vereatur, quas prodere pluries etiam alii in animo habuere; sed malo fato nescio quo semper obsistente, nunquam licuit. Cæterum quales, ac quanti habendæ sint hæ decisiones, nihil est quod dicam: aliæ jamdiu bis impressæ præ manibus omnium sunt quotidie leguntur, laudantur, comendantur; non absimiles aliis erunt & istæ uno Patre sorores genitæ.

Nunc de ipsius Autoris vita aliquid in medium proferre opus esset, sed si verum amamus, certissimis documentis caremus, ut plura affirmare de illo valeamus, nec temere quidquam dicendum est, quasi populo imponere velimus, cum potissimum ea etate vixerit, ut plures etiam nunc superfint, qui cum eo vixerint, quibus si multa minus vera adduceremus falsitatis, atque ostentationis, sin minus pauca, negligentiæ, ac desidiæ jure, & merito argueremur. Quæ possumus fidenter afferre, ecce tibi brevissime.

Natus est Cæsar Panimolla ipsis Kalendis Novembris anno 1615: ex Curtio Panimolla & Clarice de Grassis Romanis apprime Nobilibus. Rhetoricen, ac Philosophicum cursum Romæ cum absolvisset, rebus Forensibus, quibus magis natus videbatur, se totum tradidit; itaque & jurisprudentiæ lauream omnium suffragio probatus accepit, & Advocati munus aliquot annis laudabiliter in Urbe exercuit. Humaniores tamen litteras non adeo neglexit (quod plerumque iniuriâ fit) ut odio etiam si Diis placet, illas habere videretur; quin pro re nata aliquando excoluit. Interim aliorsum evocatus pluribus in locis jura dixit, ac primum *Prætor, & Judex status Ronciglionis* fuit, dein alibi similia munia magna cum laude rectissime gessit. Sed cum libentius Ecclesiasticas res pertractaret, ut etiam morem gereret Eminentissimo Principi Cardinali Antonio Barberino, quem Patronum semper liberalissimum nactus fuerat, Nonantulanam Abbatiam *Vicarius*

Gene-

Generalis, ut vocant, moderandam suscepit. Hoc in loco cum plura sapientissime constituisset, ne ullo unquam tempore recte statutorum memoria excideret, Coacta Diæcesana Synodo, sanctione lata cuncta firmavit, ejusque Synodi Decreta publico aliorum etiam comodo in librum digesta Bononiæ anno 1658. evulgavit. Ubi autem primum hoc quasi ingenii specimen Doctis viris probari agnovit, alium etiam librum paulo post scilicet anno 1661. Bononiæ etiam edidit, cui titulus. *Idea sedandi jurgia forensia*, in quo cum se doctissimum earum rerum præstitit, tum optimam præsetulit voluntatem, qua, si fieri possit, perpetuas lites *omnium irritamenta malorum*, e medio tollere prorsus optabat. Tot labores Eminentissimus Patronus non laudibus solum (quorum multi sunt liberalissimi) sed beneficiis etiam ornavit, illum enim Nonantulâ ad prænestini Episcopi vices gerendas majori oblato præmio, humanissime avocavit. Quin & Episcopatus pluries obtulit, quos ille omnes mira animi moderatione iterum, ac sæpe constantissime recusavit. Interea totus erat, ut Prænestini populi curam assidue gereret; in quem adeo demum amorem omnem suum contulit, ut discedere nunquam voluerit, ne oblatis quidem pinguioribus Paræciis, aut illustrioribus Dignitatibus: sed ab anno 1666. quo primum ad id muneris adscitus fuit, ad obitum usque 29. annorum spatio, sex interim Cardinalibus Episcopis commutatis ibidem perpetuo perseveraverit. Neque pauca amoris argumenta erga hanc Ecclesiam præsetulit. Seminarium enim dificillimis temporibus, maximo labore, ac sumptu præ Urbis amplitudine instructissimum aperuit; Diæcesim Eminentissimi Episcopi nomine diligentissime visitavit, ac demum cum extrema dies appropinquaret Ecclesiæ Cathedrali S. Agapiti partem non exiguam hæreditatis liberalissime legavit. Obiit anno salutis 1689. cum annum ætatis jam ageret septuagesimum quartum. Præter ea, ac quæ typis jamdiu vulgata sunt, scripsit alia non pauca, de iisdem rebus Forentibus, *ac Moralia diversa*, quæ tamen ne lucem videant, plura impediunt, ac potissimum quod ad umbilicum non videantur producta. Cæterum, ea quæ impressa sunt quotidie in Foris coram Judicibus laudantur, comendantur; ut inutile plane videatur eos Doctores colligere, a quibus laudari soleant. Sed hæc satis narratori.

Hæc benigne excipias velim Lector humanissime, ac plura in dies quosque a nobis expecta; nihil enim habemus antiquius, quam ut rei litterariæ prælo nostro quam possimus, maxime strenuam operam navare pergamus.

Mo-

Monitum ad Lectorem.

DUm Auctor primam, & secundam partem *Decisionum* ederet, inter, has reposuit & Constituta, quæ prius impresserat in *Prausinomo*, Bononiæ edito 1661. una cum additionibus utrobique recusis. Extrema tantum Decisio 149. tom. 2. caret additionibus, quæ impressæ fuerant post Constitutum 46. editionis Bononiensis. Hujus rei ea fuit ratio (quantum conjectura assequimur) quod in tertiam partem eas additiones reiecerat, sic enim in MS. reperimus. Sed quia fortassis longiusculæ videbantur, contractiores redegerat, ita tamen adhuc informes, ut prælo aptæ nullo modo sint. Nos ut & ejus voluntati obsequeremur, & nihil esset extra has Decisiones, quod aliunde quæri oporteret, eas recudimus, quales jam extant in editione Bononiensi, atque ab his Additionibus tertia hæc pars Decisionum exordium ducet. Non deerant qui eas contractiores ad Authoris mentem edidissent, sed piaculum duximus, aliena miscere, quod & tibi credimus benigne Lector magis etiam probatum iri.

IMPRIMATUR.

Si videbitur Reverendiss. P. Sac. Palatii Apostolici Magistro.

N. Baccarius Episcopus Bojanen. Vicesg.

APPROBATIO.

CUm Librum, cui titulus, *Fori Ecclesiastici Decisiones Morales Civiles & Criminales, Cesaris Panimolle, Pars tertia Posthuma &c.* attente perlegerim, nihil in eo inveni, quod sanæ Doctrinæ, aut bonis moribus adversetur; quin aliis libris ab eodem Autore Clariss. J. C. jamdiu editis facile æqualem, in omnibus animadverti. Quocirca dignum Prelo censeo, si iis, ad quos spectat, videbitur, cum maximam utilitatem res Forenses tractantibus sit allaturus.

Romæ Kal. Maii 1727.

Jo. Baptista Co. Camucius J. V. D.

IMPRIMATUR.

Fr. Gregorius Selleri Ordinis Prædicatorum, Sacri Palatii Apostolici Magister.

b

Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum D.
CÆSAREM DE PANIMOLLIS I. V. D.
Qui gerit in nomine
Coronam,
Affert cognomine
Sapientiæ vectigalia,
Præterq; ingenijs
Solida virtutis alimenta:
Non tam
Moribus ſibi vindicat lauream,
Quam
Operibus ſe extollit ad immortalitatem,
Imparibus non efferam laudibus,
Sed
Vti omnigenæ doctrinæ ſimulacrum
Omnibus intuendum
Exibeo
Antonius de Ottanis Seruus addictiſſimus.

Percurre, Lector, Volumina;
Et
Detecta disce, Veritatis Velamina
Vtriusq;
Interioris, & exterioris Iustitiæ
Omnigenarum virtutum Choro comitatæ
Ad morum Animi ad Reipublicæ rumorum
Quietis Solamina
Ideas
Imitaberis vivendo Scrutaberis sedando.
CAESAR PANIMOLLIVS vtriusq; Libræ Doctor,
Quæ
Iusta Themis iam dudum instituit, forum exlex iniustè litibus destituit
Ad Pacem
Vtroque gladio Constituit.
Id quidem
Vt verè scilicet nostra tempestate diceretur: In vtroq; Cæsar,
Dum
Pro Eminentiss. ac Reuerendiss. Card.
ANTONIO BARBERINO
Inter Pastorum Cætus: Inter Tribunalium strepitus;
Semper æquata Libra,
Sacras Ecclesiæ Nonantulanæ Vices gereret:
Verè Iustitia enituit; Inuidia delituit.
Quid tandem
PRAVSINOMVM
Cui arrisit Apollo nec tempus irridebit
Sicut
Inter mortales his, ad qualecumq; sertum, flosculis
Obsequentissimus
Plausit
D. D. D. Franciscus Matthiolus V. I. D. Bonon.

INDEX
Argumentorum, & Adnotationum Decisionum
PARTIS III.

DECIS. CL.

ARGUMENTUM I.

DECIS. CLI.

ARGUMENTUM II.

ADNOTATIO I.

ADNOTATIO II.

ADNOTATIO III.

ADNOTATIO IV.

ADNOTATIO V.

ADNOTATIO VI.

ADNOTATIO VII.

ADNOTATIO VIII.

DECIS. CLII.

ARGUMENTUM III.

AD-

A D-



DECISIONES
MORALES, CIVILES, ET CRIMINALES, CÆSARIS DE PANIMOLLIS.
PARS TERTIA POSTHUMA.

SUMMARIUM.

107 Negotiatio in Clericis non præsumitur, ideo probanda est à fisco Apostolico.
108 Cameca Apostolica habet præsumptionem, quòd spolia ad eam pectineant, & parti incumbit onus probandi contrarium.
109 Sortilegium quid sit.
110 Omnis invocatio Dæmonis sapit hæcesim manifestam.
111 Sortilegium quando sit hæreticale, & quando non, & n.112. usque ad n.116.
114 Hæreticus ceputatur, qui credit res adhibitas in sortilegiis liberum arbitrium cogere posse.
117 Qui usus fuerit Saccamento Eucharistiæ in sortilegiis curiæ seculari traditur.
118 Sortilegia ad sciendа occulta, præsentia, & futura, ad amorem alliciendam mulierem,& similia an, & quando sapiant hæresim manifestam,& 120.121. & 122.
119 Sortilegium hæceticale est Dæmones consulere in iis, quæ soli Dei potestati tributa sunt.
123 Laici sortilegi quomodo puniantur,& 124. & 125.
124 Sortilegi sunt interrogandi super credulitate cogendi liberum arbitrium potentiâ rerum in sortilegiis adhibitarum, & si negant, debent torqueri, & si non fateantur debent abjurari de vehementi.
126 Abjuratio non intrat, ubi non potest considerari hæresis.
127 Abjuratio de vehementi, & de levi quando imponenda,& nu. 128.
129 Abjucatio de vehementi, & de levi quando debeat fieri publicè, & quando secretè,& nu. 130.
131 Sacecdos sortilegus quomodo, & in quibus casibus puniatuc,& nu. 132. usque ad 134.
135 Sortilegus si ex sortilegio homicidium sequatur, tradi debet curiæ seculari puniendus.
136 Hæretici pœnitentes quomodo puniantur, & quomodo impœnitentes 137. & 138. quomodo relapsi 139. & 140.
141 Relapsus in quibus casibus dicatur, remissivè.
142 Hæreticus defunctus an condemnari possit.
143 Contra hæreticum contumacem quomodo procedatur.
144 Insordescens in excommunicatione per annum, an & quando sit de hæresi suspectus.

ADDITIONES

AD DECISIONEM CXLIX. ALIAS CONSTITUTUM CLXVI.

1 CLerici Concubinas, aut alias mulieres, de quibus haberi possit suspicio in domo, vel extra retinere, & cum eis habere assiduam consuetudinem non possunt, *Concil. Trid. sess.25. de reformat. c.14.* latè *Barbos. in Collect. DD. in dictum Concil. Trid. d.cap.14. de reform. Gennen. in prax. Episc. Neapol. c.30. n.4. Bellet. disquisit. Clericorum part.1. tit. de disciplina Cleric. §. fornicatio n.9. vers. Clericus autem, Diaz in pract. crim. Canon. cap.79. n.1.*

2 Undè si à Superioribus moniti ab iis non se abstinuerint, tertia parte fructuum, obventionum, ac proventuum beneficiorum suorum, & pensionum ipso facto sint privati, & fabricæ Ecclesiæ, seu alii pio loco arbitrio Episcopi applicentur; si verò in delicto eodem cum eadem, vel alia fœmina perseverantes, secundæ monitioni adhuc non paruerint, non tantùm fructus omnes, ac proventus suorum beneficiorum, & pensiones eo ipso amittant, sed etiam à beneficiorum administratione ab Ordinario uti Sedis Apostolicæ delegato suspendantur. & si ita suspensi adhuc persistant, & in delicto insordescant, tunc beneficiis, portionibus, & officiis, & pensionibus Ecclesiasticis perpetuò priventur, & inhabilitentur, ex decreto *Conc. Trid. sess.25. de reform. c.14.* ubi etiam, quòd si eas semel dimiserint, & postea intermissum consortium repetere, aut alias scandalosas mulieres sibi adjungere ausi fuerint, præter prædictas pœnas, excommunicationis gladio plectantur; & hoc etiam disponitur in Bulla *Leonis X. in ordine Bullar. 16. p.1. fol.207.* de qua latè *Farinac. tit. de delict. carn. q.138. per totam*

3 Et quod Clericus pro hoc delicto suspendi possit *Bonacin. de censur. dis.3. q.6. punct.5. n.1. tom.3. Barbos. in collect. DD. in Concil. Trid. sess.25. de reform. c.14. n.16.* Et Clericum Concubinarium notorium etiam ipso jure suspensum remanere tradit *Bellet. disquisit. Cler. p.1. tit. de discipl. Cler. §.5. n.45. Garz. de Benefic. p.7. c.14. n.11. & 15. Farinac. in tit. de delict. carn. q.138. n.40. p.2. tom.2. Diaz in pract. crim. Canon. c.79. secundum ult. impress. in verbo Concubinarii in fin. prin. vers. quia talis est suspensus.*

4 Et ulteriùs quòd privari debeant beneficiis *Rebuff. de publ. Concub. in princ. vers.2. pœna est Decian. tract. crim. lib.6. c.21. n.22. Farinac. q.138. n.50. cum seq.* ubi tenet requiri sententiam declaratoriam privationis, quæ postea quoad restitutionem fructuum retrotrahitur usquè ad tempus delicti, *Garz. de benef. p.1. c.5. n.304. in fin. Tamburin. de Jur. Eccl. to.3. disp.9. q.7. n.15. Rol. cons.98. n.6. lib.1. Diaz in pract. crim. Can. c.79. secundum ult. impress. in verbo Concubinarii, vers. necnon, & cavetur Constit. Leonis X. in ordine Bullar. 16. p.1. fol.207. Farinac. q.138. num.54.* ubi quod reddatur inhabilis ad alia obtinenda.

5 Clerici verò Concubinarii beneficia Ecclesiastica, aut pensiones non habentes, juxta delicti, & contumaciæ perseverantiam, & qualitatem, ab ipso Episcopo carceris pœnâ, suspensione ab ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, aliisq; modis juxta sacros Canones puniuntur, ut decrevit *Conc. Trid. sess.25. cap.14. circa fin.* & tradit *Farinac. q.138. n.72.*

6 Limita, quod dispositio Concilii non procedit in simplici incontinentia, absque qualitate concubinatus, *Farinac. in prax. crim. p.5. q.138. n.12. & 71. Garz. de benef. p.11. c.10. n.186.* cum aliis relatis per *Barbos. in collect. in Conc. Trid. sess.25. c.14. n.6.*

7 Limita secundò, quod ad hoc ut Clerici concubinarii priventur beneficiis, & deponantur, requiritur trina monitio facta per superiorem, *c. sicut ad extirpanda, c. si quisquam*

quam de cohab. Cleric. cap. si autem Clerici vers. vel tertiam commonitionem, eod. tit. Decian. in suo tract. crim. lib. 6. c. 21. n. 12. in fin. & n. 30. Farinac. tit. de delict. carn. q. 138. n. 81. Diaz in pract. crim. Canon. c. 79. secundum ult. impress. in verbo Concubinarii n. 2. vers. adverte tamen, & n. 3. ante fin. vers. tamen.

8 Et monitio ad hunc effectum debet esse specialis, nec sufficit generalis per edictum, itaut nec suffragetur monitio generalis facta in Synodo, etiamsi vim trinæ denunciationis obtineat, *Barbos. in Conc. Trid. sess. 25. cap. 14. n. 7. vers. specialiter scilicet*, juncto *n. 8. & 9.*

9 Et si Clericus bis, aut ter monitus, induratus in concubinatu permaneat, per suum Episcopum Curiæ Seculari tradendus est, tanquam Sacerdotio indignus, *auth. de sanctissimis Episc. §. Presbyteros collat. 9. c. Presbyteris 17. dist.* quæ jura intelligi debere de traditione Curiæ Seculari, quatenus importat verbalem degradationem, non verò actualem, tradit *Farinac. q. 138. n. 41.* relat. *per Barbos. in Conc. Trid. sess. 25. c. 14. n. 7. vers. & addit Farinac.*

10 Limita tertio, quòd per emendationem Clericus redintegrari, & rehabilitari potest per Episcopi dispensationem ad beneficia obtinenda, aliasque dignitates, & officia, *Decian. in tract. crim. lib. 6. c. 21. n. 34. & 35. Farinac. q. 138. n. 87.*

11 Amplia verò, quòd pęnæ contra Clericos concubinarios statutæ, locum habent etiam contra Clericos in minoribus, *Farin. q. 138. num. 71.*

12 Hujusmodi causæ cognitio pertinet ad Episcopum tantùm, qui sine strepitu, & figura Judicii, sed sola facti veritate inspecta procedere valet, ut disponit *Conc. Trident. sess. 25. c. 14. ante fin.*

13 Et executio dictarum pœnarum, nec per appellationem, nec per aliam exceptionem suspendi, aut impediri potest, ex dispositione ejusdem Concilii loco supra citato, *Decian. tract. crimin. lib. 6. c. 21. n. 29. Farinac. q. 138. n. 80. Garz. de benef. p. 11. c. 10. n. 186. dub. 12. Diaz in pract. crim. Canon. c. 79. in verbo Concubinarii lit. B. vers. est tamen.*

14 Potest tamen Episcopus contra Concubinarios procedere nullis præcedentibus monitionibus, quando non procedit per viam censurarum, sed per aliarum pœnarum inflictionem, *Sacra Congreg. Concil. die 23. Junii* 1629. relat. *per Barbos. in summa Apostolic. dec. collect. 301. n. 18.*

Clericus quomodo puniatur propter simplicem fornicationem.

15 Licèt Clericus in sacris constitutus propter simplicem fornicationem deponi debeat, ut tradunt *DD.* relati per *Farinac. tit. de delict. carn. q. 137. n. 15.* tamen quòd alia mitiori pœna plectendus sit, tradit idem *Farinac. & DD. loco proximè citato*, & præcipuè *n. 17.* subdit pœnam in hoc casu remittendam esse arbitrio Judicis, & in hoc Judicis arbitrium multùm versari, quia Jura Canonica circa delictum fornicationis vario modo disponunt, quandoque imponendo pęnam acerbam, quandoque mitem, & quandoque mediam viam amplectendo, itaut Judex consideratis circumstantiis, & consuetudine patriæ, vel pœnam depositionis, vel suspensionis, quandoque privationis beneficiorum imponere potest, semper tamen inclinando in mitiorem partem, *Abb. in c. at si Clerici n. 35. & seq. de Judic.* ubi *Bero. n. 165. Diaz in prax. crim. Canon. in verbo fornicarii c. 78. secundum ult. impress. Menoch. de arbit. qq. lib. 2. c. 318. n. 3. & 5.* sed quod Clericus pro simplici fornicatione deponi nequeat, sive procedatur per viam inquisitionis, sive accusationis, concludit *Farinac. loc. cit. n. 20.*

16 Ampliùs, quod etiam data incorrigibilitate, Clericus pro simplici fornicatione non est suspendendus, sed tantùm beneficiis privandus, *Abb. in c. at si Clerici n. 35. ante fin. de Judic. Farinac. q. 137. n. 25.*

Quomodo Clericus cognoscens filiam spiritualem.

17 Clericus, qui fornicationem commisit cum filia Spirituali, scilicet cum ea, quam in sacro Baptismatis fonte suscepit, depositionis pœna afficiendus est, *text. in c. si quis Sacerdos, & in c. non debet 30. q. 1. Boss. in tit. de coit. damnat. & punib. sub n. 10. vers. & in fornicatione commissa cum filia spirituali, Diaz in pract. crim. Canon. in verb. filiabus spiritualibus se commiscen. c. 82.* alias *76. n. 1. in princ. & n. 12. in princ. & vers. & quod Sacerdos*, & ibi *Ignat. Lopez in addit. in verbo deponatur, Decian. in tract. crim. l. 6 c. 21. n. 42. & c. 23. n. 1. & seq.* cum aliis per *Farinac. tit. de delict. carn. q. 137. n. 27. p. 2. tom. 2.*

18 Hujusmodi tamen crimen non præsumitur, & ideo aliter quàm ex dicto mulieris probari debet, *Jacob. Leon. cons. crim. divers. 55. n. 12. lib. 1.* ubi quod non sit credendum mulieri, asserenti se à Sacerdote fuisse de inhonestate requisitam, si illa sit inhonesta, aut malæ famæ, si verò esset honesta, aut bonæ

famæ, tunc nec probationem, sed solùm faceret præsumptionem, ex qua Presbyter nec damnari posset, nec indicium purgare teneretur, nisi contra ipsum aliæ urgerent præsumptiones ad inquirendum, & condemnandum aptæ, & sufficientes, *Farin.q.*137.*n.*32.

Quomodo Clericus ducens Uxorem.

19 Clericus in sacris constitutus ducens Uxorem ultra sacrilegium, quod committit, redditur de hæresi suspectus, itaut contra eum procedi possit per Inquisitores S.Officii, latè *Farinac.tit.de delict. carn.q.*138.*n.*94.*p.*2.*tom.*2.

20 Et pro hujusmodi delicto deponitur ab officio, & beneficio, omnique Ecclesiastica dignitate privatur, & pro Apostata habetur, & Monasterio, donec vixerit, sub pœnitentia detrudi debet juxta *Concil. Trid.* ut tradit *Farinac. q.*138. *n.*98. *Decian. in tract.crim. lib.*6.*c.*22.*de Cleric.matr.contrah.n.*3.*Dian. resol.moral.p.*4.*tract.*7.*de pœn.delict.resol.*5. *fol.* 230. ubi subdit, quòd in hoc casu imponenda sit abjuratio de levi, & ad triremes ad minus per quinquennium condemnari debeat, nisi talis personæ qualitas, & circunstantiarum gravitas, & relevantia concurrat, ut etiam necesse sit reum torquere, & abjurationem de vehementi imponere, & augere pœnam triremium, nempe in casu quo Clericus, vel Monachus esset oriundus de provincia Lutheranæ hæresi infecta, cum contra præfatos urgeat præsumptio reversionis ad primum statum, *Castr. Palaus in summa tract.*4.*dis.*8.*punct.*16.§.8.*n.*4. ubi tradit præfatos esse puniendos eadem pœnâ, qua puniuntur contrahentes binas nuptias, quia vehementer de hæresi suspecti redduntur.

Quomodo Clericus Adulter.

21 PRo Crimine Adulterii Clericus de Jure Canonico deponitur, & in Monasterium detruditur, *cap.si quis Clericus, & cap.Romanus* 81. *dist.Clar. in* §. *adulterium n.*7. *vers.Clericus autem,Diaz in pract.crim. Canon. in verb.adult.n.*2. *& n.*6.*ad fin.vers. marito autem,Coller. in pract.crimin.Canon. c.*33.*n.*31.

22 Sed verius est, quòd Clericus pro adulterio suspendatur, & non nisi crescente contumacia in eodem crimine deponatur, *Berber. in pract.crim.rub. de adulter. n.*22. *per text. in c. si quis Diaconus* 50.*dist.* ubi quod possit degradari, si incorrigibilis evadat propter notorium scandalum, ex notoria fornicatione resultans, facit *text. in c. significasti de adulter.* ubi quod Clerico sit prius à Judice Ecclesiastico purgatio indicenda, quòd si deficiat, sit suspendendus, & post suspensionem, si agatur ad certam pœnam, sit deponendus, *Bermon.de pub.concub.rub. de adulter.n.*26. *& seq. Farinac. q* 140. *n.*31.

23 Intellige quod hujusmodi secunda opinio procedere forsan possit, quando Clericus non sit ore proprio confessus, sed tantùm diffamatus, aut præsumptionibus convictus, nam tunc pro adulterio non est deponendus, sola enim infamia non sufficit ad inferendam Clerico pœnam adulterii ordinariam, sed tantùm purgationem, in qua si deficeret deberet suspendi, & postea agi ad certam pœnam, & sic solæ præsumptiones adulterii non sufficiunt ad pœnam ordinariam imponendam, adeo ut, si Clericus non fuerit ore proprio confessus, non intrat pœna depositionis, *Bermon. de public. concub. rub. de adulter. n.*26. *vers. sic ego, Farinac. q.*140. *c.*33. ubi hoc pro verissimo tradit.

Quomodo Clericus rem habens cum Moniali.

24 Clericus rem habens cum Moniali deponitur, & in Monasterio detruditur, *c. si qua Monachorum* 27.*q.*1.*Bajard. ad Clar. in* §. *fornicatio n.*18.*Menoch.de arbit.qq.lib.*2.*cas.*260.*n.*57. *& cons.*389. *n.*24. *Decian. in tract.crimin. lib.*6. *c.*20.*n.*6. *post priu.vers.de jur. autem canon. Diaz in pract. crim.canon.cap.*81. *in verbo Monialis n.*2. & ibi *Lopez in addit. in verbo deponatur*, cum aliis per *Farinac.q.*146.*n.*26.*&*27.ubi, etiam si fornicatio hujusmodi non sit notoriè scandalosa, vel diu continuata.

25 Amplia in Clerico Monialem rapiente, nam hoc casu etiam beneficiis privatur, *Farinac. q.*145. *n.*247.

Quomodo Clericus Stuprator.

26 PŒna Clerici Stupratoris hodie est arbitraria, quandoque pœna pecuniaria, quandoque depositionis, & quandoque suspensionis, sed semper cum præstatione dotis puellæ, *Menoch. de arbit. qq. lib.* 2. *cas.* 288. *n.*6. *& in addit. n.* 8. *vers. interdum tamen,Farinac. tit.de delict. carn. q.* 147. *n.* 64. & præcedentibus numeris affert aliorum opiniones, & subdit pœnam fustigationis in Clericis pro hoc delicto nunquam in urbe servatam fuisse, tanquam nimis ignominiosam, *& n.* 107. subdit, quod non excusatur à præstatione Dotis, ultra aliam pœnam arbitrariam, & pecuniariam pro modo Culpæ imponendam, *Bajar. ad Clar. in* §.*Stuprum n.*10. *Paul.Grillan. tract.de pœn. omni fa. coit. in* §.7. *videndum est n.*3. *inter tract.crim. diversf.fol.mihi* 399.

27 Quod

27 Quod si per vim stupraret aliquam puellam, non solùm deponitur, sed etiam in Monasterium, seu Carcerem detruditur, *Diaz in pract. crim. canon. c.* 83. *in verbo stupra n.* 3. *Bajard. ad Clar. in §. stuprum n.* 10. *Farinac. q.* 148. *n.* 68.

Quomodo Clericus raptor mulierum.

28 PRo hujusmodi crimine Clericus deponitur ex Decreto *Concilii Tridentini sess.* 24. *c.* 6. *de refor. Diaz in pract. crim. canon. c.* 78. *in verbo fornicarii vers. Cleric. autem*, *Ludo. Peguer. dec. crim.* 42. *n.* 8. *Baiard. ad Clar. in §. raptus n.* 35. *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *disput.* 13. *n.* 1. 3. & 4. *Decian. tract. crim. lib.* 8. *c.* 12. *n.* 13. *Farinac. q.* 145. *n.* 19. 20. & 21.

Quomodo Clericus cognoscens Judæam.

29 DEponendum esse, & secundùm aliquos Curiæ seculari tradendum, docet *Farinac. tit. de delict. carn. q.* 139. *n.* 31. *p.* 2. *tom.* 2. *Decian. in tract. crim lib.* 6. *c.* 23. *n.* 17.

Quomodo Clericus committens Incestum.

30 CLericus beneficiis privatur, & deponitur si commiserit incestum, & præsertim admixtum cum Adulterio, *Menoch. de arbit. qq. lib.* 2. *cas.* 502. *n.* 102. *Clar. in §. incestus n.* 3. *sub vers. sed quæro quæ sit pœna*, *Diaz in pract. crim. canon. c.* 84. *in verbo incestus n.* 2. & ibi *Lopez in addit. lib.* 3. *in verbo deponatur* cum aliis per *Farinac. tit. de delict. carnis q.* 149. *n.* 34. & *seq.* ubi etiam subdit procedere, etiam si tantùm attentaverit, & ad populi notitiam devenerit, & reprehendit Ordinarios pecuniarum pœnam pro hoc imponentes.

Quomodo Clericus Sodomita.

31 CLericus pro hoc crimine beneficiis privatur, deponitur, & in Monasterium detruditur per *text. in c. Clerici* ubi notant omnes Canonistæ, *de excess. Prælat. Diaz in pract. crim. canon. c.* 88. *n.* 2. ubi quod præter hoc soleat Clericus perpetuis carceribus includi, & ibi *Lopez lit. R. in verbo detrudatur*, *Menoch. de arbit. qq. lib.* 2. *cas.* 286. *n.* 9. *vers. Jure Pontificio. Decian. lib.* 6. *c.* 23. *n.* 15. & *cons.* 83. *n.* 2. *lib.* 3. *Farinac. tit. de delict. carn. q.* 148. *n.* 25. *p.* 2. *tom.* 2.

32 Immo ad instar Laici venit deponendus, & Curiæ seculari tradendus ultimo supplicio puniendus, sive Clericus sit Regularis, sive Secularis cujuscumque status, gradus, dignitatis, & conditionis, ex *Constitut. Pii V. ex ordine* 72. *Bullar. Cherub. tom.* 2. *pag.* 268. de qua *Barbos. in Summ. Apostolic. dec. collect.* 154. *n.* 5. & *Farinac. tit. de delict. carn. q.* 148. *n.* 28. ubi *in fin.* testatur, dispositionem præfatæ Constitutionis servari etiam extra Statum Ecclesiasticum, *Diaz in pract. crim. canon. c.* 86. *lit. R. in verbo detrudatur in princ.* & ibi *Lopez in addit. litt. E. in verbo Curiæ tradentur*, *Quaranta in summa bullar. in verb. Sodomia.*

33 Sed non potest puniri à Judice Laico nisi præcedente declaratione Judicis Ecclesiastici, *Duard. in Bulla Cœnæ lib.* 2. *cons.* 15. *p.* 11. *n.* 61. *Ceval. tract. de cognit. per viam violen. p.* 2. *q.* 43. *n.* 6. & *q.* 97. *art.* 4. cum aliis per *Dian. resol. moral. p.* 1. *tract.* 2. *de immunit. resol.* 50. *§. hoc etiam.*

34 Amplia procedere, etiam si unica tantùm vice hoc crimen Clericus commiserit, *Farin. tit. de delict. carn. q.* 148. *n.* 30. sed contrarium tenet *Quaranta in summa bullar. in verbo Sodomia in addit. in* 4. *limit.*

35 Limita primò Bullam procedere in copula habita in ano, secus in alio actu sodomitico extra anum, *Lopez in addit. ad Diaz in pract. crim. c.* 86. *lit. C. in verbo Curiæ traderetur vers. fin. Cabal. resol. crim. cas.* 16. *n.* 11. *Quaranta in summa bullar. in verbo Sodomia in addit. in* 2. *limit. Farinac. tit. de delict. carn. q.* 148. *n.* 31.

36 Limita secundò non procedere in actu tantùm attentato, sed non consumato, *Quaranta in summa bullar. in verbo Sodomia in addit. lim.* 3. ubi quod mitiori pœna pro hoc actu sit puniendus.

37 Si verò Clericus Sodomita sit occultus, quod nihilominus ab ordinum exercitio suspensus remaneat; ita ut interim celebrando incurrat irregularitatem, à solo Pontifice dispensandam, tradit *Farinac. q.* 148. *n.* 27.

38 Contrarium tamen docet *Quaran. in sum. bullar. in verbo Sodomia in addit. in limit.* 2. ubi relatis hinc inde contrarium tenentibus, asserit Clericum occultum Sodomitam non incurrere irregularitatem; notorium autem fie, non ratione delicti, sed ratione infamiæ.

Quomodo Clericus procurans abortum.

39 CLericus præbens pocula sterilitatis, & abortus, excommunicationis gladio feriendus venit, *c. si aliquis de homicid. Ghirland. tract. de sortileg. q.* 12. *n.* 21. *Farinac. tit. de pœna abortum facientis q.* 122. *n.* 163. & *sub n.* 164. *circa prin.*

40 Limita, Sacerdotem, qui aborti causam

sam dedit, non arceri administratione divinorum, si fœtus non erat jam vivificatus seu animatus, *c. sicut ver. licet earum in fin. de homicid.* & ibi *gloss. & communiter omnes Canonistæ, Hostien. n. 1. in fi. Farinac. tit. de delict. carn. q. 122. n. 137. post prin. vers. & de jure canonico p. 2. tom. 2.*

41 Limita secundò, quod quamvis Clericus pro hoc crimine de jure canonico excommunicationis pœnâ puniatur, non tamen per hoc remanent ligatæ manus Judicis, quin aliis pœnis bene visis affici queat, ut praxis observat: siquidem in Curiis Ecclesiasticis receditur aliquando à rigore sacrorum Canonum quoad impositionem censurarum, & saltem contraria consuetudine eorum dispositio abrogata remansit.

42 Et ex datione, vel sumptione poculi sterilitatis, vel abortus, si fœtus non erat animatus, vel in utero conceptus, non incurrere Clericum irregularitatem, tradit *Farin.* qui alios congerit *q. 122. n. 120.* & de hac materia latè *Graff. dec. 63. lib. 2. per tot.*

43 Et præbens poculum abortionis, si animati fœtus abortus sequatur, deponitur, & in Monasterium detruditur tanquam homicida, *Montel. in pract. arbit. p. 9. n. 666. in fin. fol. 239.*

44 Sed ego crederem, quod in hoc casu imponi possit pœna triremium in perpetuum, prout hodie Clerici pro voluntario homicidio ad triremes transmittuntur, *Farin. q. 119. n. 55.* immo cùm hoc casu homicidium videatur proditorium, posset etiam sibi locum vindicare dispositio *Constitutionis Sixti V. contra abortum procurantes in ordine 23. bullar. p. 2. fol. 135.* qua cavetur, ut Clerici pro hoc crimine degradentur, & Curiæ seculari tradantur.

Quomodo Clericus præbens poculum Amatorium.

45 DE Jure Canonico Clericus præbens poculum amatorium beneficiis privatur, *Ghirland. tract. de sortilegiis q. 12. n. 1. in fi. c. si quis Episcopus 26. q. 5. Abb. in c. 2. de sortil. Farinac. tit. de pæna abortum facien. q. 122. n. 18. p. 2. tom. 2.*

46 Sed vigore Bullæ Sixti V. emanatæ contra abortum procurantes in ordine 23. *Bullar. p. 2. fol 135.* Clericus degradatur, & Curiæ seculari traditur, sed dicta Bulla fuit reducta ad viam juris per *Greg. XIII.* de qua *Farinac. q. 122. n. 118.* & in materia dictæ Bullæ quoad privationem beneficiorum videndus est *Graff. dec. 63. l. 2. per tot.*

Quomodo Clericus pugnans in duello.

47 CLericus pugnans in duello est suspendendus, *c. 1. de Cleric. pugnant. in duell. Suarez de cens. disp. 31. sect. 4. n. 48. & verf. 6. casus*, cum aliis relatis per *Bonac. tit. de excommun. disput. 2. quæst. 6. punct. 1. n. 21. tom. 1. fol. 485.*

48 Rursus excommunicatur ipso jure, *Trid. sess. 24. de reform. & ex Constit. Pii IV.* privatur beneficiis, dignitatibus, & officiis Ecclesiasticis, & efficitur inhabilis ad alia in posterum obtinenda, *Bonacin. loco prox. citato.*

49 Ac ulterius fit irregularis, non solùm dum mortem intulit, aut mutilavit, verùm etiam quoties declaratur infamis causâ duelli, cùm infamia saltem post sententiam declaratoriam inducat irregularitatem, *Peregrin. de duello q. 6. n. 6. Florianus c. 5. n. 25.* relat. per *Bonocin. loco suprà citato n. 21.*

Quomodo Clericus committens furtum.

50 CLericus, & Presbyter committens grande furtum, potest condemnari ad triremes, & privari beneficio, præcipuè si versemur in furto aliàs repetito, quia pœna ad triremes successit in locum immurationis, & arctæ carcerationis, *Foler. in pract. crim. canon. p. 2. judi. verf. reperti culpabiles*, & ista pœna immurationis infligitur, quando reus meretur deponi, *c. 1. de hæret. in 6.* relat. per *Borgnin decis. 21. n. 1. p. 5. Hieron. de Monte q. 18. n. 24.*

51 Insuper Clericus ob furtum frequentatum meretur pœnam depositionis, *c. tuæ de pæn. & c. Presbyter dist. 81. Simon. Majol. in tract. de irregul. lib. 5. c. 28. n. 2.*

52 Contrarium verò, quòd Clericus, & Presbyter ob frequentata furta non debeant immurari, sed in arctum Monasterium detrudi, & ideo si non intrat pœna immurationis, neque poterit condemnari ad triremes, quæ datur loco immurationis, & arctæ incarcerationis, *c. at si Clerici c. cum non ab homine de judic. c. tuæ de pæn.* & ibi *Abb. & D.D. Bernard. Diaz in sua pract. crim. c. 84. Borgnin. decis. 21. n. 2. p 5.* ubi quod ista pœna detrusionis in Monasterium, remotionis ab ordinibus, & ab altaris ministerio perpetua, & depositio, est inferior immuratione, & pœnâ triremium major, cùm sit capitalis, & æquiparetur potiùs pœnæ illius, qui est condemnatus in opus publicum, aut deportatus sit.

53 Has pœnas Innocen. appellari pœnas capitales subdit, adeo ut ubi pro hoc crimine non debetur pœna capitalis, & sic immura-

murationis, alia imponenda veniat, ut depositio, relegatio, aut detrusio in Monasterium, ad notata per *Silvan. in tract. de Benef. q. 2. n. 11. in 3. p.* relat. per *Borgnin, dec. 21. insf. p. 5.* ubi *n. 7.* quod in facti contingentia non fuit Clericus condemnatus ad triremes, sed relegatus, & suspensus ab officio, & beneficio per decennium, (& subdit) quod in casu inquisitionis, & spontaneæ confessionis, & pænitentiæ peractæ videatur furtum non impedire executionem ordinis, & retentionem beneficii, *c. inquisitionis*, ubi *Abb. n. 3. de accusat. Bero. c. ut si Clerici n. 171. de judic.*

54 In Clericos autem, & Sacerdotes magis pœnam detrusionis in Monasterium ad pænitentiam peragendam, quàm transmissionis ad triremes, exercendam esse ex *Bernard. Diaz in sua pract. crim. c. 35.* tradit *Borgnin. decis. 21. n. 3. vers. & ideò dixit p. 5.* sed si factum sit notorium, Clericus, & Presbyter potest relegari, banniri, & privari beneficio, & suspendi ab officio, *Hiero. de Monte q. 19 Bero. in c. ut si Clerici n. 171. de jud. Abb. in c. inquisitionis n. 3. de accusat. DD. in c. cum non ab homine de Judic. Ferret. cons. 366. vol. 2. Clar. in pract. crim. §. fi. q. 70. vers frequent.* ubi quod possit etiam condemnari ad triremes quando Clericus esset incorrigibilis, relat. per *Borgnin. dec. 21. n. 5. p. 5.*

55 Si verò Clericus sit querelatus, & diffamatus de furto, & de eo condemnatus, non potest ad sacros ordines promoveri absque dispensatione Apostolica ob irregularitatem contractam, quod secùs est in furto occulto, non publico, *c. nec ex litteris de fur.* & ibi *DD. c. fi. de tempor. ordin.* & ista dispensatio videtur posse fieri ab Episcopo, *Borgnin.* qui alios allegat *dec. 21. n. 9. & 10.*

Quomodo puniatur Clericus pro crimine læsæ majestatis.

56 PRopter conspirationem in Principem laicum Clericus non videtur tradendus Curiæ seculari, *Boss. in tit. de f r. competent. n. 137. Rot. post 2. vol. cons. Farinac. dec. 241. n. 8.* nec est degradandus etiam propter conspirationem in Judicem Laicum, *Barbat. cons. 22. lib. 3. Barbos. in collect. tom. 4. p. 2. cas. 22. q. 5. Ignat. de Salsedo in addit. ad Diaz in prax. crim. canon. c. 119. lit. C. Dian. resol. moral. p. 3. tract. 1. de immunit. resol. 16. §. sed si contrarium.*

57 Non enim dicitur committere crimen læsæ majestatis in Principem laicum, cùm ei non sit subditus, ac proinde hujusmodi crimen committens puniri non potest per Principem laicum, & ita fuisse declaratum à Clemente VIII. in casu secuto in Regno Neapolitano, testatur *Diana resol. moral. p. 1. tract. 2. de immunit. Eccl. resol. 19. §. sed hac sententia*, & firmavit *Rot. post. 2. vol. cons. Farinac. dec. 241. n. 6. Vigiaunt de immunit. Eccles. disp. 13. Nicol. Boer. in tract. de seditios. in verb. præsumptio etiam n. 3. vers. & sic videtur, Boss. in tit. de crim. læsæ majest. n. 86. per tot.* & præsertim *vers. omnibus consideratis, Clar. in §. læsæ majestatis vers. hinc infertur, Barbos. cons. 22. n. 3. & 9. vol. 1.*

58 Puniendus tamen venit per Judicem Ecclesiasticum, *Saldez in addit. ad Diaz in prax. crim. canon. c. 119. lit. B. Tamburin. de jur. Abbat. tom. 1. disp. 15. n. 16. Mainord. de privil. Eccles. p. 2. artic. 17. n. 6.* cum aliis per *Dian. resol. moral. p. 3. tit. de immunit. resol. 30. §. sed ego, & §. sequen.*

59 Contrarium verò traditur per *Nevia. in Curia Philypbica p. 3. §. 2. n. 23.* ubi quod Clericus ob crimen læsæ majestatis sit tradendus curiæ seculari, quamvis non probetur incorrigibilitas, stante gravitate hujusmodi criminis, licèt in jure non sit expressum. Et quod de facto Principes seculares, cum agatur de eorum vita, aut statu, non soleant Clericos remittere ad Judices Ecclesiasticos, sed per suos Judices puniri faciant, asserit *Clar. in §. fi. q. 36. n. 23. Ramirez in tract. de Lege Regia §. 27. n. 11.* qui *in glo. lit. D.* alios allegat.

60 Est tamen realiter degradandus ob crimen conspirationis contra proprium Episcopum, *c. si quis Sacerdotium 11. q. 1. Dec. in c. ut si Clerici n. 243. de Jud. & ex Bellet. Darol. de Graff. Man. Alter.* in locis per eum relatis tradit *Barbos. de offic. & potest Episcop. allegat. 110. n. 11. Farinac. q. 8. n. 75. & 78.* ubi quod hoc procedat, si Clericus sit incorrigibilis, aliàs secus.

Quomodo pro crimine Hæresis.

61 OB Hæresis crimen Clericum perpetuò immurandum, & priùs à suis ordinibus degradandum esse jussit *Alexander IV. Constit. 12. in ordine Bullar. Cherub. in §. q. verò tom. 1. p. 115. Barbos. in summ. Apostol. dec. verb. Clericus collect. 154. num. 3.*

62 Et cognitio hujus causæ totaliter spectat ad forum Ecclesiasticum *ex Constit. 7. Clement. ... in Bullar. Cherub. §. 6. tom. 2. pag. 532.* Adeo ut etiam Regulares Episcopo, & Inquisitoribus subsint, nec ab eorum Prælatis absolvi possint *ex decreto Urbani VIII.* emanato *die* 17. *Novembris* 1628. de

quo

quo *Barbos. in summa Apostolic. decis. in verbo hæresis collect.* 407. *n.* 3. 4. 5.

Quomodo, & quando puniendus, & degradandus pro homicidio, & aliis delictis.

63 Clericus non est actualiter degradandus ab Episcopo, neque Curiæ seculari tradendus, nisi in casibus à Jure Canonico expressis, ut in delictis graviter enormibus, ut in homicidio sui Episcopi, vel homicidio reiterato, vel delicto valde Reipublicæ pernicioso, *Bonacin. de censur. in genere tit. de degradatione disput.* 4. *punct. unico n.* 2. *vers. advertendum est tom.* 1. Secundò in crimine Hæresis, *c. ad abolendam §. præsenti de hæret. & c.* 1. *& c. super eo de hæret. in* 6. Tertiò pro falsificatione Litterarum Apostolicarum, *c. ad falsariorum de crimine falsi, Farinac. q.*8. *n.*75. *& n.*77. ubi quòd hoc regulariter non servatur. Quartò in crimine insidiarum contra Episcopum, *c. si quis Sacerdotem* 11. *q.* 11. Quintò pro incorrigibilitate, *c. cum non ab homine de jud.* Sextò pro crimine assassinii, *c.* 1. *de homicidio in* 6. & tenent communiter *DD. in c. at si Clerici de Jud. Clar. in §. fin. q.* 36. *n.* 31. *Boss. in prax. tit. de foro competent. n.* 135. *Rot. post* 2. *vol. cons. Farinac. dec.* 241. *n.* 7. Septimò pro sodomia sæpiùs exercita ex *Constitut. Pii V.* ut suprà relata, quibus casibus Clericus degradatur actualiter, declaratur privatus privilegio Clericali, & brachio seculari traditur *Bonacin. de censur. in genere tit. de degradatione disput.* 4. *punct. unico n.* 2. *vers. advertendum est, Scacc. de judic. p.* 1. *c.* 11. *n.* 60. *&* 61. *Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg.* 101. *n.*12. *p.* 3.

64 Quæ sibi locum vindicant, etiam si non sit Clericus incorrigibilis, excepto crimine conspirationis in personam Episcopi, in quo requiritur incorrigibilitas, *glos.* communiter recepta *in c. cum non ab homine de judic. Socin. reg.* 55. *limit.* 3. *Clar. q.* 36. *n.* 33. *vers. infertur, Barbos. loco prox. supra citato n.* 12. *vers. & licet.*

65 Clericus propter simplex homicidium regulariter non degradatur, prout etiam servatur, si aliud enormissimum crimen commiserit, nec est curiæ seculari tradendus, sed deponendus, & in carcerem detrudendus secundùm jus canonicum, nisi sit incorrigibilis, *c. tuæ Extrav. de pæn. c. Presbyter* 81. *distin. c. cum non ab homine §. consultationi tuæ de judic. c. inquisitionis in princ. extrav. de accusat. Diaz in pract. crim. canon. rub. homicid. c.* 44. aliàs 88. *n.* 1. *Foller. in simili pract. canon. in verbo & si confessi, aut convicti sint c.* 33. *n.* 36. *Clar. in §. homicidium n.* 16. *v. de jure canonico: Angel. de Malef. verb. & si caput à spadulis amputat. n.* 38. *Farinac. q.* 8. *n.* 78. 79. *&* 80. *& q.* 519. *n.* 1. *&* 46.

66 Amplia quòd deponatur Clericus pro homicidio, non solùm si illud propriis manibus committat, sed etiam si illud fieri mandet, consulat, persuadeat, aut illi assistat, *c. sicut dignè il primo §. Clericos,* & ibi *glos. in verb. consilium de homicid. Diaz in pract. crim. c.* 94. aliàs 88 *n.* 1. *vers. committitur autem* relat. per *Farinac. q.* 119. *n.* 47.

67 Amplia, quòd etiam privatur beneficiis, & inhabilis redditur ad alia obtinenda, nec aliud de novo aquirere potest sine dispensatione, *Alber. in tract. de vero, & perfecto Clerico lib.* 2. *c.* 26. *n.* 9. *Navar. in Manual. confess. c.* 27. *n.* 149. *Ignat. Lopez in addit. ad Diaz in pract. crim. canon. c.* 94. aliàs 88. *in addit. vers. notandum tamen* eum aliis per *Farinac. tit. de homicid. q.* 119. *n.* 58.

68 Limita, quòd Clericus homicida non privatur beneficiis ipso jure, sed est privandus per sententiam, *c. Clericus, ne Clerici, vel Monaci, c. ex litteris de excess. Corf. in suis singular. in verbo sententia vers. Clericus, Diaz in pract. crim. canon. c.* 88. *Clar. in pract. crim. in §. homicidium n.* 16. *vers. de jure autem canonico* cum aliis per *Farinac. ut supra n.* 16. *vers. de jure autem canonico, Paris. tract. de Resignat. benef. lib.* 3. *q.* 16. *n.* 4. ubi de communi.

69 Amplia, ut Clericus nec ipso jure amittat beneficia pro homicidio, seu alio delicto qualificato, quamvis qualitates delictum aggravantes faciant, ut homicida acriùs puniatur, *Gabr. cons.* 196. *lib.* 2. ubi latè, relat. per *Farinac. quæst.* 119. Cavendum tamen est à *Rebuf. in pract. benef. rub. de pacif. possessore n.* 265. *& rub. de modo amitten. beneficia n.* 42. *Ignat. in repet. l. necessario §. non alias n.* 115. *ff. ad Sillan.* qui contrarium docent.

70 Limit. in assassinio, in quo Clericus privatur beneficiis ipso jure, ita ut possit fieri illorum collatio non expectata sententia condemnatoria, latè *Tiraq. de revoc. donat. in verbo revertatur n.* 335. *& seq. text. in c.* 1. *de homicid. in* 6. *Rebuf. in pract. benef. rub. de modo amittendi beneficia n.*41. *Monticel. reg. crim.* 9. *n.* 37. ubi tenet quod sit necessaria declaratoria sententia, *Gabr. cons.* 196. *n.* 4. *insi. lib.* 1. *& cons.* 187. *n.* 7. *lib.* 2.

71 Limita secundò in Clerico Beneficiato in aliqua Ecclesia, si occidat combeneficiatum, seu Prælatum illius Ecclesiæ, quia tunc etiam ipso jure beneficio privatur, *c. in quibus-*

busdam de pænit, ubi DD. *Rebuf. in pract. beneficial. rub. de modo amittendi beneficia n.45. Gabr. consf.* 187. *n.* 8. *lib.* 2. *& consf.* 196. *n.* 6. *lib.* 1.

Quomodo pro homicidio qualificato puniatur, ut proditorio, parricidio, & similibus.

72 IN homicidio qualificato puta Sacerdotis, proditorio, & per insidias, parricidio, & similibus enormissimis delictis, prout etiam in combustione Ecclesiæ, Clericus Curiæ seculari non est tradendus, nisi sit incorrigibilis, ita ut delicti enormitas non sufficiat, nisi delinquendi pertinacia accedat, ut probatur in *c. Clerici de exequen. prælat. c. fidelis de pæn. in* 6. *Farinac. q.* 8. *n.* 81.

73 Contrarium verò, quòd immo in qualificatis homicidiis, aliisque gravissimis delictis Clericus etiam nullâ expectatâ incorrigibilitate debeat Curiæ seculari tradi tenuerunt *Abb. in c. de his qui filios occid. & in c. at si Clerici n.* 39. *de jud.* & ibi *Dec.* ubi ita servatum testatur, *Ancar. consf.* 58. *col.* 2. *& in reg. ea, quæ n.* 19. *de reg. jur. in* 6. *Guid. Pap. q.* 121. *Alex. de Nevo consf.* 59. *n.* 21. latè *Episc. Scalen. in tract. de censur. & irregular. tit. de deposit. & degradat. c.* 14. *per totum*, ubi accedente tamen Pontificis auctoritate, & non aliàs, cum aliis relat. per *Chartar. decis. crim.* 66. *n.* 1.

74 Distingue quod prima opinio sit magis juri consona, secunda sæpiùs servata; idcirco relinquitur Judicis prudentis arbitrio judicium, an necesse sit Clericum Curiæ seculari tradi debere ob scandali timorem, justis tamen inspectis causis, loci, temporis, & personarum qualitatibus, semper tamen S. Pontifice consulto, *Farinac. q.* 8. *n.* 81. *vers. ego in hoc &c.*

75 Et ad hoc ut Clericus amittat fori privilegium, seu transeat in potestatem Judicis laici, expectanda est sententia Judicis Ecclesiastici, quamvis esset incorrigibilis, ut latè defendit *Dian. resol. moral. p.* 7. *tract.* 1. *de immunit. resol.* 11. *per tot.*

Quomodo Clericus aliquem veneno occidens puniatur.

76 CLericus veneno aliquem occidens, plusquam homicida puniri debet, & propterea post depositionem graviori detrusione, & longiori carceratione puniendus est, *Diaz in pract. crim. canon. c.* 95. *Monticell. in pract. arbit. p.* 4. *n.* 688. *fol.* 245. relat. per *Farinac. tit. de pæn. homicid. venen. commis. q.* 122. *n.* 7.

Part III. Posthuma.

Quomodo Clericus Assassinus puniatur.

77 LIcet Clericus non tradatur Curiæ seculari, nisi sit incorrigibilis, in crimine verò assassinii est tradendus Curiæ seculari, etiam non expectata incorrigibilitate, ut secundùm dispositionem *c. unici de homicid. in* 6. tenet *Jul. Clar. in §. fi. q.* 36. *n.* 27. ubi quod ab hac opinione tanquam communi non sit recedendnm, *Farinac. q.* 8. *n.* 84.

78 Et quamvis Clericus imputatus de assassinio possit puniri per Judicem secularem, cùm tales assassini sint diffidati à toto populo Christiano, & à quocumque impune offendi valeant, etiam absque alia degradatione *c.* 1. *de homicid. in* 6. *Jul. Clar. in §. assassinium vers. sed quæro, & in §. fin. q.* 36. *n.* 25. *lib.* 5. *Gabriel lib.* 7. *concl.* 5. *n.* 24. *in* 5. *ampliat. Diaz in pract. crim. canon. c.* 91. *n.* 26. *Brunor. à sole suis qq. legal. q.* 34. *n.* 25. *Boss. tit. de foro competen. n.* 142. *Rol. consf.* 24. *n.* 19. *& seq. vol.* 1. *Corrad. in tit. de inquisition. n.* 8. *&* 18. cum aliis per *Farinac. tit. de inquisit. q.* 8. *n.* 82. *&* 83. ubi procedere sive Clericus ministerio infidelium, sive fidelium Christianorum occiderit, *Diana resol. moral. tract.* 1. *immunit. Eccles. resol.* 11. *vers.* 3. *hæc tamen regula p.* 7. *Carol de Graff. effect.* 1. *n.* 668. *Cened. in collect. jur. can. p.* 1. *collect.* 37. *n.* 11.

79 Nunquam tamen Clericus assassinus subjicitur seculari potestati, nisi post sententiam Judicis Ecclesiastici, quâ pronuncietur Clericum assassinum esse, & Judicem secularem aliter facientem, certum est incurrere in excommunicationem Bullæ Cœnæ, *Diana resol. moral. p.* 1. *tract.* 2. *resol.* 51. *§. igitur, Clar. in §. fi. q.* 36. *n.* 26. *circa med. Alex. consf.* 66. *n.* 5. *lib.* 7. *Capyc. dec.* 112. *n.* 2. Et sic supradicta non procedunt, nisi priùs constet Clericum esse assassinum, aliàs à Judice seculari puniri nequit. Ne sequatur absurdum, quòd Clericus ex sola imputatione, & accusatione de assassinio amittat privilegium Clericatus, Jurisdictionique Judicis secularis remaneat suppositus.

80 Et quòd aliter Clericus puniri nequeat à Judice seculari, tradunt *Bonacin. de leg. disput.* 10. *q.* 2. *punct.* 1. *§.* 4. *n.* 8. *Ambrosin. de immunit. Eccles. c.* 17. *n.* 10. *Duard. in Bulla Cœnæ lib.* 2. *cas.* 15. *q.* 11. *n.* 63. *Salzed. in pract. crim. Diaz c.* 98. *lit. B. Caval. tract. de cognit. per viam violen. p.* 2. *q.* 102. *n.* 5. *& q.* 87. *n.* 4. *Magala in* 3. *p. lib.* 3. *c.* 10. *q.* 4. *n.* 35.

81 Cavendum est igitur à *Jul. Clar. in §. fi. q.* 36. *n.* 26. *circa fin. et à Capyc. decis.* 112.

B n.4.

n. 4. *& seq. & decis.* 155. *post n.* 25. *vers. sed hanc sententiam, & Grammat. vot.* 8. *&* 11. asserentibus præfatam sententiam declaratoriam faciendam per Judicem Ecclesiasticum procedere de jure, sed de consuetudine, si Clericus reperiatur in foro Judicis secularis, rejecta exceptione Clericatus, nec expectata sententia declaratoria Judicis Ecclesiastici super qualitate criminis assassinii, quod Clericus condemnati posset per eumdem Judicem secularem, prout servare vidisse testatur *idem Jul. Clar. loco citato.*

In quibus delictis Clericus verbaliter degradari debeat.

82 Crimina, quæ merentur verbalem degradationem sunt Adulterium, perseverantia in concubinatu post monitionem, Simonia notoria, Stuprum, Incestus, Furtum, Perjurium, Homicidium, etiam si patratum sit solo consilio, delictum, quo incuriâ, seu Parochi culpâ Parochianus decederet sine Baptismo, & alia crimina maxima, & atrocia, quæ inferunt irregularitatem, *Emanuel Sà in verbo dispositio n.* 2. *Bertach. in tract. de Episc. p.* 8. *lib.* 4. *tit. de causa meren. degrad. Bonacin decens. tit.* 4. *de degradat. disp.* 4. *punct. unico n.* 6. *tom.* 1. *Barbos. de off. & potest. Episc. alleg.* 110. *n.* 10.

Quomodo puniatur pro illicita negotiatione.

83 Clericis, & Ecclesiasticis personis est interdicta, & prohibita negotiatio, *tot. tit. ne Cleric. vel Monac. secul. negot. Federic. de Sen. in cons.* 207. *n.* 3. *vers. negotiatio, Vgolin. de offic. & potest. Episc. c.* 13. §. 16. *n.* 1. *Gratian. discep.* 826. *n.* 6. *Carol. de Graff. de effect. Cler. effect.* 6. *n.* 1. *Gennen. in prax. Episc. c.* 62. *n.* 1.

84 Et acquisita per hujusmodi illicitam negotiationem tam de rebus Ecclesiasticis, quàm patrimonialibus pertinent ad Cameram Apostolicam; & idcirco vivi ipsis privari possunt, & mortui spoliari, ut cavetur Constitutione *Pii IV.* lata 9. *Novemb.* 1560. *in ordine Bullar.* 13. *& apud Laert. Cherub. tom.* 2. *pag.* 29. & aliâ *Constitutione Pii V.* latâ *de anno* 1567. *Kalendas Septembris in ordine* 34. de quibus *Vgolin. d. c.* 13. §. 17. *n.* 2. *vers. postremo acquisita, Barbos. in summa Apost. decis. collect.* 159. *n.* 1.

85 Amplia hoc etiam sibi locum vindicare in regularibus quibuscumque juxta formam, & dictarum Bullarum dispositionem, quibus derogatum fuit juri antiquo, cujus vigore acquisita per Monachum ad Monasterium pertinebant, *c. cum olim* 2. & ibi *Innoc. de privil. & c. non dicatis* junctâ *gloss. dist.* 12. *q.* 1. *& auth. ingress. C. de sacrosanct. Eccles. Navar. in comment. de spol. Cleric.* §. 7. *n.* 5. relat. per *Vgolin. ut suprà d.* §. 17. *n.* 2. *vers. quod*, ubi hortatur Monasteria, ut se cum Camera componant, ad evitandam spolium.

86 Spolii enim pæna semper intrat, si Clericus exerceat artificia inhonesta, nempe dilanionis, vel artificis officium, & sic non potest esse publicus faber, pelles aptare, & hujusmodi vilia, immunda, sordidaque exercere, ut latè *Vgolin. de offic. & potest. Episcop. c.* 13 §. 18. *cum pluribus seq.* ubi de materia, *Gennen. in prax. Episcop. c.* 62. *n.* 2. *juxta med. Redoan. de spol. Ecclesiast. q.* 2. *n.* 42.

87 Limita primò. Quod Clericis tantùm injusta, non justa negotia est interdicta propter necessitates diversas, nam etiam Apostolos negotiatos fuisse legitur, *Redoan. de spol. Ecclesiast. q.* 2. *n.* 17.

88 Limita secundò. In Clericis cultoribus agrorum suorum, seu conductoribus agrorum Ecclesiasticorum, qui non debent molestari titulo illicitæ negotiationis, ut firmasse *Sac. Cong. Episc.* 19. *Ianuarii* 1593. refert *Diana in suis resol. moral. tit. declarat. Sac. Cong. post p.* 5. *n.* 44.

89 Clericis enim permissum est exercere Agriculturam, *c. Clericus* 91. *dist. Cæsar. de Graff. de effect. Cleric. effect.* 6. *n.* 19. *Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg.* 13. *n.* 11. *juxta med. p.* 2.

90 Sublimita, quod hoc casu Clerici de jure amittunt fori privilegium in iis, quæ dictam artem concernunt, *Clem. fi. de Cens.* ac proinde conveniri possunt coram consulibus illius artis, *Specul. in tit. de reo vers. Clericus*, facit *text. in c. fin. de vita, & honestate Clericorum, l.* 2. *C. de Episc. Bertachin. in tract. de Episc. lib.* 4. *p.* 1. *n.* 26. *& seq. Vgolin. de offic. & potest. Episcop. c.* 13. §. 17. *n.* 2. *vers.* 5. *conveniri possunt*, non tamen hoc casu conveniri dicuntur uti Clerici, sed uti Laici mercatores, *Strach. de Mercat. p.* 3. *n.* 8. *&* 9. *in tit. quæ mad. in caus. mercat. in* 2. *partic. ult. par. n.* 17.

91 Hinc est quod teneantur solvere gabellam pro rebus ex negotiatione quæsitis, ut probar expressè *text. in c. quamquam de cens. lib.* 6. *Dnen. reg.* 100. *vers. fallit* 11. *Foller. ad Marant. de ord. indic. p.* 4. *n.* 86. *pag.* 184. *Guttier. de Gabel. q.* 93. *Girond. de Gabel. p.* 7. *n.* 8. cum aliis relat. per *Barbos. de off. & potest. Episcop. alleg.* 14. *n.* 8. *&* 12. ubi quod Gabellam solvere debeant, si fructus eorum semine, ac industria recollectos

lectos ex alieno agro conducto vendant, eo quod dicantur negotiari.

92. Sublim. quòd si non fuerit Clericus negotiator ter monitus non amittat privilegium non solvendi Gabellas, *Perer. de manu regia p. 2. c. 24. n. 35.* ubi allegat *Decian. Graff. Bossium, Capyc. Redoan. Imol.* relat. per *Dian. resol. moral. p. 4. tract. 5. resol. 28.*

93. Limita tertiò. Quod non intrat spolium, si Clericus semel negotiatus fuerit, ut si semel emisset, vel vendidisset, eum plures actus requirantur ad hoc, ut Clericus efficiatur negotiator, *Vgol. de offic. & potest. Episc. c. 13. §. 17. n. 1. vers. hac autem regula, Carol. de Graff. de effect. Cleric. effectu 6. n. 19. Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg. 13. n. 11. vers. nec etiam qui semel, Genuen. in prax. Episcop. c. 62. nu. 8. glos. & Bart. in l. 1. §. licet ff. de tribut. act.*

94. Limita quartò. Quod in dubio non præsumatur acquisitum ex illicita negotiatione cùm dolus non præsumatur, nisi probetur *l. merito ff. pro Socio* propterea ad Cameram Apostolicam probare pertinebit esse acquisita ex illicita negotiatione, *Vgolin. de offic. & potest. Episc. c. 13. §. 17. n. 5.*

95. Limita quintò. Quod Clericus molestari nequeat prætextu illicitæ negotiationis, si bona beneficiorum, aut patrimonialia excoli faciat, animaliaque ad hunc effectum necessaria emat, & vendat, *Sac. Cong. Episc. & Regular. in una Baren. 15. Novembr. 1616.* relat. *per Barbos. in summa Apostolic. dec. collect. 159. n. 11.*

96. Limita 6. Quod Clericis in sacris ordinibus constitutis, seu beneficiatis prohibeatur exercitium negotiationis, secùs in minoribus non beneficiatis, dummodo licita negotia exerceant, *Abb.* post. *Ostien. & Innoc. in c. 1. ne Cleric. vel Monac.* relat. per *Genuen. in prax. Episc. c. 62. n. 9. Vgolin. de offic. & potest. Episcop. c. 13. §. 17. n. 1. in fin.* ubi etiam in minoribus, sed beneficium habentibus.

97 Limita septimò, quod Clerici beneficiati possint oves numero centum, vel saltem quinquaginta concedere pro certa earum quantitate pro suo, & eorum familiæ usu, secùs si fuerint emptæ ad alium effectum, ut ad lucrum, & non ad comparanda necessaria ad victum, prout ita declarasse *Sacr. Congr. Episc.* refert *Barbos. in summa Apostolic. dec. collect. 159. n. 7.*

98. Limit. octavò. Quod absque nota illicitæ negotiationis possit Clericus emere animalia, ut illa pascat in propriis prædiis, & cùm pinguia facta fuerint, vel cùm partus ederint illa, & eorum fætus vendere, *Molin. de just. tract. 2. disput. 342. n. 14. Carol. de Graff. effect. 6. n. 17.* relat. per *Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg. 13. n. 11. Bellet. disquisit Cleric. p. 1. tit. de exempt. Cleric. & eorum bon. à mun. pub. §. 4. n. 6. Genuen. in prax. Episc. c. 62. n. 13. & seq.*

99. Hinc est quod etiam possit emere pullos equorum, & similium, & postea equos suo labore, & industria effectos vendere, etiàm carius, quia in emptione rei melioratæ vendendæ non cadit negotiatio, sed artificium, ita *Redoan. de Spol. Ecclesiast. q. 2. n. 15. Genuen. in prax. Episc. c. 62. n. 5. & sub num. 17,*

100. Limita nonò. Quod Clericus potest retinere animalia donata, eaque, & eorum fætus vendere, nec hujusmodi de causa prætextu illicitæ negotiationis vexari debet, prout ita censuisse *Sac. Cong. Episcop. 5. Septemb. 1631.* refert *Bellet. disquisit. Cleric. p. 1. tit. de exempt. Cleric. & eorum bon. à mun. public. §. 4. n. 6 in fin.*

101 Quinimmo, si habeat pascua, multa emere potest Animalia ad illa depascenda ad effectum erogandi pro suorum, & pauperum sustentatione; secùs autem si præfata Animalia traderet ad incrementum, vel aliud ageret in fraudem negotiationis, *Genuen. in prax. Episcop. c. 62. n. 13. & 14.* per *Redoan. de spol. Ecclesiast. q. 11. n. 14.*

102. Limita 10. quod non intrat spolium, si Clericus vendat fructus suorum beneficiorum, cùm non dicatur hac de causa negotiari, *Joseph Ludo. tom. 3. commun. opin. tit. de Gabel. concl. Unic. vers. infertur decimo, Guttier. de Gabel. q. 93. n. 25.* cum aliis per *Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg. 13. n. 10. & 11. circa med. Genuen. in prax. Episc. c. 62. n. 7.* ubi quod Clericus potest tenere tabernam, & vendere vinum, quod collegit in sua possessione, vel Ecclesiæ, etiam in Domibus Ecclesiæ, dummodo non vendat per se ipsum, sed per alium etiam per minutum.

103. Limita 11. Quod ex causa necessitatis, ut si Clericus se, suosque aliter commodè sustentare nequeat, potest exercere mercaturam, seu negotium, vel exercere aliquod artificium, & ex eo lucrari, ut emendo aliquam materiam, eamque ad aliquam formam reducendo, vel emendo, & vendendo alteri rem non mutata forma (quæ propriè dicitur negotiatio) dummodo honestè sine mendacio, & perjurio, moderato pretio hujusmodi faciat, & nihil sordidum in hoc committat, *c. 1. ne Cleric. vel Monac. Imol. in c. fi. de vit. & honest. Cleric. glos. in c. negotiatorem 88 dist. Redoan. de spol. Ecclesiar. q. 2. n. 16. Vgolin. de offic. & potest. Episcop. c. 13. §. 18 n. 1. vers. ex ipso tamen* juncto *n. 2. Genuen. in prax. Episcop. cap. 63 n. 2,*

n. 2. & 3. ubi subdit, quod etiam absque necessitate liceat Clericis lucrari ex honesto artificio, *Federic. de Sen. conf.* 207. *Zabarel. in c. fin. de vit. & honest. Cleric.*

104 Illæ enim negotiationes Clericis prohibentur, quæ tantùm Laicis sunt convenientes, ac proinde non debent fieri ex cupiditate turpis lucri, sed necessitate cogente, aliàs non redderentur licitæ, *per text. in c. quæcumque* 11. *q.* 4. *Redoan. de spol. Ecclesiast. q.* 2. *nu.* 42. *in fin.* junctò *n.* 44. *vers. quia negotiatio.*

105 Limit. 12. ut à spolio eximatur qui facit compositionem cum Camera Apostolica, *Bonacin. de contract. in tit. de spol. disp.* 3. *q. ultim. punct.* 5. *n.* 5. *vers. quod dictum est tom.* 2.

106 Sublim. quod adhuc spolio subiiciatur, si post ejus mortem reperiatur, & constet de ejus illicita negotiatione, *ut ex Chirographo Sixti V.* 16 *Aprilis* 1590 tradit *Bonac. dicta disput.* 3. *q. ultim. punct.* 2. §. 2. *tom.* 2.

107 Sublim. secundò. Quod pretextu negotiationis illicitæ non debet fiscus Ecclesiasticus, seu Apostolicus sibi adjudicare ea, quæ à beneficiario relicta fuerunt, nisi doceatur de hujusmodi negotiatione, quæ tamquam mala non præsumitur, nisi probetur, ut ex *Rodriq. Azor. Sopran. Roman.* tradit *Bonacin. de contract. in tit. de spol. disp.* 3. *q. ult. punct.* 4. *n.* 5. *vers.* 4. *fiscum tom.* 2.

108 Semper tamen præsumptio stat pro Camera, quòd spolia ad eam pertineant, quoties bona relicta fuerunt ab eo, quem constat fuisse in statu subjecto spoliis, adeo ut onus probandi exemptionem excludentis spolium incumbat hæredibus Clerici defuncti, tanquam quid facti, quod non præsumitur, nisi probetur, *l. sciendum ff. de verb. oblig. Bonacin.* qui alias allegat, *dicto tit. de spol. dis.* 3. *q. ultim. punct.* 4. *n.* 4. & 5. *per tot. tom.* 2.

In crimine sortilegii Clericus, & Laicus quomodo puniatur.

109 Sortilegii crimen quatenus generaliter omnem superstitionis speciem comprehendit, est superstitio quædam illusoria, & summè noxia, quâ utitur homo Dæmonis ministerio, *l. nemo*, *l. multi C. de malef. & mathema. c. qui sine salvatore* 26. *q.* 2.

110 Omnis autem invocatio Dæmonis sapit hæresim manifestam, *ut ex Bartholomæo de Spina, & Panzinibio* tradit *Dian. resol. moral. p.* 4. *tract.* 8. *de offic. & potest. Inquisit. resol.* 15. *sub vers. sed his non obstantibus.*

111 Et Hæreticale semper censetur sortilegium, ut hæresis pœna sibi locum vindicet, quotiescumque à Dæmone exquiritur, & petitur aliquid, quod soli Deo reservatum est, & nullo pacto à Diaboli potestate dependet: ac proinde hæreticalia non reputantur sortilegia, quibus invocantur Dæmones in his, quæ sunt intra sferam eorum activitatis, seu quæ ab eorum potestate dependent, *Farinac. in tract. de hæresi q.* 181. §. 1. *n.* 5. quæ autem sint opera, quæ Dæmones facere possunt, referuntur *à DD.* relatis per *Farinac. loco citato vers. quæ autem.*

112 Sortilegia igitur in quibus Dæmonis adoratio intervenit, aut per modum sacrificii oblati, aut per modum precum, sive honorem latriæ, vel duliæ, aut per quemcumque alium modum, sapiunt hæresim manifestam, adeo ut hujus criminis rei pœnis contra Hæreticos statutis ab Inquisitoribus puniendi veniant, juxta *extravag. Adriani VI.* edita de anno 1473. de qua *Farinac. q.* 181. *n.* 67. qui alios allegat.

113 Insuper hæreticale reputatur sortilegium, in quo Sacramenta miscentur, aut intervenit abusus Sacramentorum, ut si utatur Eucharistiâ, Chrismate, aut aliquo aliorum Sacramentorum ad faciendas Incantationes, *Gennen. in prax. Episc. c.* 18. *n.* 11. *Pegnia in director. Inquisit. p* 2. *q.* 92. *comment.* 65. cum aliis per *Dian. resol. moral. p.* 4. *tract.* 8. *de offic. & potest. Inquisit. resol.* 13. *fo.* 265.

114 Ac proinde delinquentes diligenter interrogandi sunt, quid de iis sentiant; siquidem si credunt præfata liberum arbitrium cogere posse, verè Hæretici reputandi sunt, latè *Farinac. q* 181. *n.* 19.

115 Sortilegium pariter sapiens hæresim manifestam committitur, quando adhibentur non solùm Sacramentalia, sed etiam quando admiscentur verba sacra, ut Evangelium, Symbolum Fidei, Pater noster, Ave Maria, Psalmi Davidici, verba Sacræ Scripturæ, & similes Orationes, & Preces, ut Agnus Dei, Reliquiæ Sanctorum, aliæque res sacræ, ut Vestes Sacerdotales, & similes, *Scaccia de Judic. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 14. *Gennen. in prax. Episc. c.* 10. *n.* 11. cum aliis relatis per *Dian. resol. moral. p.* 4. *tract.* 8. *de offic. & potest. Inquisit. resol.* 14. contra *Torreblanc. & Ghirlan.* in locis per eum relatis.

116 Hinc est quod sortilegium sapit hæresim manifestam, si in eo misceatur hostia licèt non consecrata, vel alia res, dummodò super iis rebus fuerit missa celebrata, propter quam celebrationem, & non propter res per se solùm efficitur sortilegium hæreticale, *Scaccia de Judic. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 34. *Dian.* qui alios allegat, *p.* 4. *tract.* 7. *de pæn. delict. resol.* 10. *vers. sed ego puto fo.* 237. ubi in fine

ne subdit, quòd hujus criminis rei sunt puniendi cum abjuratione de vehementi.

Sed si super hostia non consecrata non fuerit celebrata Missa, non reputatur sortilegium hæreticale ab Inquisitoribus punibile, *Torreblanc. de magia lib.* 3. *c.* 8. *n.* 18. *Ghirland. de sortileg. q.* 10. *n.* 16. *&* 17. *Farinac. q.* 20. *n.* 83.

127 Qui verò usus fuerit Sacramento Eucharistiæ in sortilegiis, Curiæ seculari tradi debet, ut ex *Genuen. Emanuel. Moura*, tradit *Diana resol. moral. p.* 4. *tract.* 7. *de pæn. delict. resol.* 10. *vers. & tandem.*

118 Dæmonem autem consulere ad scienda futura, nempe quæ per naturæ activitatem sciri non possunt, qualia sunt ea, quæ à mero, & libero hominis arbitrio dependent, & quæ Deus sub sua tantùm potestate reservavit, sortilegium hæreticale utique committitur: secùs si ea, quæ Dæmonis ministerio quis scire cupit, sint talia, quæ sub ejus notitia venire possunt, ut fertilitas terræ, eclypsis, & similia, quæ à causis naturalibus dependent, de quibus Dæmonem interrogans non reputatur hæreticus, licèt graviter peccet, *Farin. in tract. de hæresi q.* 181. *n.* 6. *&* 8. & expressè cavetur *in Bulla Sixti V.* 21. *Bullar. fo.* 33. *p.* 1.

119 Prout etiam sortilegium hæreticale est Dæmones invocare, & ab eis responsa petere, seu auxilium implorare in iis, quæ soli Deo, & non illius potestati tributa sunt, *Farinac. de hæresi q.* 181. *n.* 5.

120 Sortilegia, quæ fiunt ad scienda occulta, ut furtum commissum, & similia, vel quæ fiunt in longinquis regionibus, vel præsentia occulta, non sapiunt hæresim manifestam secundùm *Clar. in* §. *hæresis versiculo successivè quæro circa fin.* reprobato *Barba. cons.* 55. *lib.* 1. & consequenter cognitio hujus causæ non pertinet ad Inquisitoris jurisdictionem, si aliunde non concurrat hæresis admixtio, nempe Dæmonis adoratio, *Scaccia de Judic. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 40. *Farinac. de hæresi q.* 181. *n.* 54.

121 Prout etiam invocare Dæmonem ad tentandam, & amorem alliciendam mulierem, non est sortilegium sapiens hæresim, *Ghirlan. de sortileg. c.* 10. *Genuen. in prax. Archiepisc. c.* 18. *n.* 11. *Oldrad. cons.* 210. *Pegna in director. Inquisitor p.* 1. *n.* 68. *Locatus in prax. Inquisit. vers. Apostata n.* 23.

122 Verius tamen est, quòd hujusmodi sortilegia, quæ fiunt ad scienda præterita, vel præsentia, & quæ Dæmonis naturalibus viribus sciri possunt, prout ejus virtus, & activitas se extendere valet, ut ad tentandam pudicitiam mulieris, ad inveniendum thesaurum, ad impediendum ne ignis comburat projecta in eo, ad transportandum hominem, vel aliam rem de loco ad locum, ad ligandos sponsos, ad inferendas ægritudines, ad illuminandum cæcum non à natura, ad faciendum apparere corpus mortuum vivum, ad inducendas nebulas, & tempestates, ad habendam scientiam per purgationem phantasmatum, & similia, de quibus *Torreblan. de magia lib.* 2. *c.* 8. *per tot.* quamvis fierent sine Dæmonis cultu, & honore, aut mixtura rerum, vel verborum sacrorum, sive per verba deprecativa, sive imperativa, sapiunt hæresim manifestam; quia nobis omne commercium cum Dæmone est interdictum, & omnis invocatio Dæmonis absolutè, & absque ulla distinctione sapit hæresim manifestam, *Dian. resol. moral. p.* 4. *tract.* 1. *de pæn. delictor. resol.* 10. *vers. his tamen non obstantibus, Hombon. de exam. Ecclesiast. p.* 1. *tract.* 7. *c.* 3. *q.* 16. *Farin. in tract. de hæresi q.* 18. §. 3. *n.* 88. retractans tacitè, quæ dixerat *q.* 20. *n.* 80.

123 Laici igitur sortilegi incantatores, divinatores, malefici, & similia sortilegia committentes, si sapiunt hæresim manifestam, puniuntur, ut hæretici; secùs verò si patrata sortilegia non sint hæreticalia, & quamvis de jure civili sortilegis sit imposita pœna mortis, & confiscationis bonorum *ad text. in l.* 3. *C. de malefi. & mathemat.* tamen de consuetudine non servatur, sed vel imponitur pœna fustigationis, vel mitrati ponuntur in publico, & postea ejiciuntur absque bonorum confiscatione, ut testatur *Jul. Clar. in* §. *hæresis n.* 23. *ad fin. Farinac. tract. eod. q.* 181. §. 1. *n.* 52.

124 Quinimmo si sortilegium committentes credant res sacras in suis sortilegiis adhibitas vim habere ad cogendum arbitrium, vel ad maleficiorum operationem, ut suum sortiantur effectum, prævio diligenti examine super hujusmodi credulitate constituendi sunt, & si negant, debent torqueri, & si non fateantur nihilominus uti vehementer suspecti debent abjurari de vehementi, *Scaccia de judic. lib.* 2. *c.* 12. *n.* 34. *Genuen. in prax. Archiepisc. c.* 66. *n.* 8. cum aliis congestis *per Dian. p.* 4. *tract.* 7. *de pæn. delict. resol.* 10. *vers. ideo dico fo.* 236.

125 Ulteriùs coerceri possunt anathemate, dignitatum suspensione, carcere, Monasterio, verberibus, aliisque suppliciis, attenta personarum qualitate, ut tradit *Pegnia in direct. Inquisit. p.* 2. *comment.* 67. Et hodie, ut plurimum Laici ignobiles ad Triremes transmittuntur, ut de stylo Romanæ Inquisitionis testatur *Genuen. in prax. Archiepisc. c.* 68. *n.* 8. *Dian. p.* 4. *tract.* 7. *de pæn. delict. resol.* 10. *vers. verum quo ad alios.*

126 Non sunt tamen de levi abjurandi hujus criminis rei, si in eorum intellectu in committendis

mittendis sortilegiis non sit error, sed solùm credant Dæmonem posse facere ea, quæ ejus naturali potestati subjiciuntur: ubi enim non concurrit error cum pertinacia, nulla potest considerari hæresis, & consequenter non intrat abjuratio, sed tantùm ratione delicti, pacti, amicitiæ factæ cum Dæmone, pœnâ extraordinariâ plectendi veniunt. Quinimmo, cùm ex facto se reddant aliqualiter de fide suspecti ratione recursus, & amicitiæ initæ cum hoste humani generis, hanc suspicionem in tortura purgare debent, eâque purgatâ non sunt abjurandi, ut ex *Zanardo* tradit *Dian. resol. moral. p.* 4. *tract.* 7. *de pæn. delictor. resol.* 10. *vers. remanet ergo*, *& vers. huic difficultati fol.* 232.

127 Abjuratio enim de vehementi regulariter non imponitur per sola indicia sufficientia ad torturam, *Dian. resol. moral. p.* 4. *tract.* 8. *de offic. & potest. Inquisit. resol.* 110. *vers. notandum est etiam fo.* 291.

128 Sed abjuratio de levi imponi potest reo, licèt fuerit tortus, ut subdit idem loco proximè citato.

129 Et dicta abjuratio de vehementi debet fieri publicè, & in loco publico, licèt rationabili de causa etiam secretè fieri possit, per *text. in c. ad abolendam §. præterea de hæret. Menoch. de arbit. lib.* 2. *cas.* 122. *n.* 1. *Dian. resol. moral. p.* 4. *tract.* 7 *de pæn. delictor. resol.* 33. *fo.* 253.

130 Abjuratio verò de levi arbitrio Inquisitorum aliquando publicè, aliquando secretè fieri potest, prout delictum, vel culpa publica, vel occulta fuerit, *Pegnia in directior. Inquisitor. p.* 3. *comment.* 40. *n.* 161.

131 Sacerdos autem super rebus prophanis aptis ad sortilegia peragenda unam, aut plures Missas scienter celebrans adhibitis ad hunc effectum nefariis, & inhonestis precibus, verbisque superstitiosis, de jure canonico pœnâ depositionis omnino plectendus venit, *c. si quis Episcopus* 26. *q.* 5. immo Clericum, qui Sacramentis abutitur pœnâ arbitrariâ puniri posse, licèt id non faciat ad effectum sortilegiandi per modum superstitiosum, tradit ex *Abb.* quem allegat *Paul. Ghirland. de sortilegiis in decimo quarto quæsito num.* 1. 2. *&* 3. *inter tractatus criminales divers. fo.* 48. *mibi* 119. ubi *in fi-*

132 *ne* limitat, quod Sacerdos posset excusari ab incursu hujusmodi pœnæ, si factum non esset valde turpe, vel esset adeo simplex persona Sacerdotis, & debilis ingenii, ut de facili dignoscatur bonâ fide ad hujusmodi patranda devenisse absque malitia, & lethalis criminis conscientia læsa, *Marc. del Rio de disquis. magicis lib.* 5. *sect.* 76.

133 Ulteriùs Sacerdos, qui scienter preces hujusmodi, aut similes, quæ non tendunt, aut non concernunt verum Dei cultum, animæque salutem, sed potiùs peccatum, & rem damnabilem in Missæ Sacrificio adhibuerit, est privandus omni ordine, gradu, officiis, atque beneficiis Ecclesiasticis, & etiam relegandus non solùm ipse Sacerdos, sed ille quoque, qui ipsum consuluit, & induxit ad hujusmodi committenda, per ea, quæ disponuntur *in c. quinque in fin.* 26. *q.* 5. ita *Paul. Ghirland. loc. cit. quæst.* 17. *n.* 3. *fol. mihi* 120.

134 Hinc est quòd Clericus abutens rebus sacris in sortilegiis, aut aliis tradens, ut pro hujusmodi flagitio committendo utantur, non solùm deponi, & omnibus suis officiis, atque beneficiis, ordine, gradu, & dignitate privari, sed etiam in perpetuum carcerem intrudi, aut in exilium perpetuum mitti debet, *c. si quis Episcopus*, *c. quicumque in fin.* 26. *q.* 5. vel etiam attentâ qualitate facti, personarum conditione, criminis gravitate, & similibus circumstantiis, augeri, & minui, seu temperari potest pœna arbitrio prudentis Judicis, ut prosequitur *idem Paul. Ghirland. loco proximè citato*, latè *Farinac. in tract. de Hæresi q.* 181. *§.* 1. *n.* 51. *Fran. Pegna in addit. ad Cymer. in director. Inquis. p.* 2. *q.* 42. *comm.* 67. *litt. D. vers. sed ampliat fol. mihi* 359. *col.* 2. ubi quòd sortilegi coerceri possunt anathemate, dignitatum suspensione, verberibus, exilio, carcere, Monasteriis, aliisque pœnis arbitrariis, spectatâ personarum qualitate; & quòd de jure canonico verbaliter degradentur, & in Monasterium detruduntur, reprobato *Ant. de Butrio* in loco per eundem relato (afferente Clericos hujusmodi criminis reos tradendos esse Curiæ seculari) docet *Diaz in pract. crim. canon. cap.* 101. *in verb. sortilegi* alias *c.* 107. *secundum ultimam impress. Dian. resol. moral. p.* 4. *tract.* 7. *de pæn. delictor. resol.* 10. *vers. verum quo ad jus*.

135 Et quamvis sortilegus etiam hæreticus, & Ecclesiasticus ex propria confessione deprehendatur in sortilegiis homicidium perpetrasse, si pæniteat, paratusque sit corripi, nequeat ab inquisitoribus tradi curiæ seculari, sed admitti debere ad reconciliationem, *Farinac. q.* 20. *n.* 105. *& seq.* Tamen ex Bulla *Greg. XV. in ordin. Bullar Cherub.* 46. *in §.* 1. *tom.* 3. *fol.* 327 constito quòd aliquis pactum cum Diabolo fecerit, & à fide apostatando maleficiis, seu sortilegiis alios læserit, ita ut mors secuta fuerit, etiam pro primo lapsu curiæ seculari tradi debet, debitis pœnis puniendus, & qui similiter apostatando pactum cum Diabolo fecerit, & maleficium, seu sortilegium commiserit, ex quo licèt mors secuta non sit, sed infirmitas, divortia, impotentia generandi, sive animalibus, aliisque fructibus damnum notabile provenerit

nerit, muro claudi, seu carceribus in S. Officio Inquisitionis mancipandus venit.

Haeretici paenitentes quomodo puniantur.

136 In imponenda paena Haereticis paenitentibus intrat arbitrium Inquisitoris, qui pensatis delicti circumstantiis, & personae qualitatibus augere, & minuere, & temperare paenam poterit, de formali autem abjurari debent, & in limine judicii si ante accusationem confiteantur, ad carcerem temporalem, cum habitu paenitentiali pro brevi tempore condemnandi sunt; sed post accusationem augenda est paena, & paenitentia: at si confessio post testium publicationem emanaverit, cùm praesumatur emanasse metu probationum ad perpetuum carcerem damnandi, & eorum bona publicanda sunt, *Jo. Royas de haeret. p.* 2. *n.* 197. *& seq.* Sed quòd hodie de stylo Inquisitionis Romanae paenam perpetui carceris in paenam triremium per triennium, & ad majus tempus juxta facti, & personarum qualitatem transiisse, testatur, aliis relatis, *Dian. resol. moral. p.* 4. *tract.* 7. *de paen. delictor. resol.* 24. *fol.* 246. ubi quòd qui ad triremes damnari nequit, ut si sit nobilis, paenâ carceris, & triremium cum exilio, deportatione, detrusione in Monasterio, vel aliâ paenâ ad tempus commutari possit, *Decian. lib.* 5. *c.* 54. *n.* 75.

Haeretici impaenitentes quomodo puniantur.

137 HAEretici impaenitentes paenâ mortis plectendi sunt, *c. ad abolendam de haeret.* licèt ore proprio haeresim non confiteantur, & in negativa persistant, dummodo legitimis probationibus convincantur, ut contra *Boer. dec.* 341. *& Jul. Clar in* §. *haeresis n.* 10. tradit *Dian. resol. moral. p.* 4. *tract.* 7. *de paen. delictor. resol.* 25. *in prin. fo.* 247.

138 Omnes tamen diligentiae praemittendae sunt, ut convertantur, & resipiscant; adeo ut, si relictâ pertinaciâ ab errore recedant, admitti debent ad reconciliationem, sicut alii Haeretici non relapsi, perpetuo tamen carcere, hoc non obstante, sunt immurandi, & si sint in aliquo ordine constituti, priùs saltem verbaliter degradandi sunt; quia conversio, cùm metu mortis facta praesumatur, minuere, & temperare, sed in totum paenam auferre nequit, nullum enim delictum impunè remanere debet, *Sousa in Aphorism. Inquisit. lib.* 2. *c.* 49. *n.* 6.

Haereticus relapsus quomodo puniatur.

139 RElapsus si in judicio non praeventus sponte redeat, & coram Inquisitoribus compareat, est admittendus, immo per hanc spontaneam comparitionem est relaxanda paena mortis ordinaria, & paena extraordinaria salutaris carceris, exilii, & similis, prout delicti qualitas, & personae conditio exigit, irrogari debet, *Menoch. lib.* 1. *cas.* 82. *n.* 168. *Locat. in prax. Inquisit. p.* 3.
140 *comment.* 12. Secùs post accusationem, aut per metum accusationis; nam hoc casu intrat paena ordinaria, & si delinquens sit Clericus priùs realiter degradari, & postea curiae seculari tradi debet, *Dian. resol.* 26. *in prin. fo.* 248. *Sanctarel. in tract. de haeresi c.* 42. *n.* 17. *Barbos. in collect. tom.* 2. *lib.* 5. *tit.* 7. *c.* 9. *n.* 21.
141 Relapsus in quibus casibus dicatur, latè tradit *Sanctarel. in tract. de haeresi c.* 42. *dub. unico per tot.*

Haereticus defunctus an condemnari possit.

142 HAEresis crimen adeo Christianae Reipublicae perniciosum judicatur, ut morte non extinguatur, prout alia crimina extinguntur juxta *text. in l. defuncto de publ. judic.* hinc est quòd etiam post mortem contra hujus criminis reum procedi possit, adeo ut plenè probatâ defuncti haeresi, citatis ejus filiis, vel haeredibus condemnandus sit, ejusque bona fisco sint applicanda, licèt devenerint in manus tertii possessoris, ejusque cadaver, seu ossa si à Catholicis distingui possunt, sunt exhumanda, & statua comburenda: secùs si legitimè non probetur delictum, *Sanctarel. de haeresi c.* 27. *dub.* 1. *n.* 12. *Dian. resol. moral. p.* 4. *tract.* 7. *de paen. delictor. resol.* 28. *fo.* 249.

Contra Haereticum contumacem quomodo procedatur.

143 CErtum est contra Haereticum absentem, & contumacem procedi posse, adeo ut probato delicto, vel per testes, vel per facti evidentiam, vel per alias legitimas probationes, eodem citato, servatisque terminis substantialibus, attenta contumacia, sit deveniendum ad sententiae condemnatoriae prolationem, & tradendus est curiae seculari, tanquam verus Haereticus, ejusque statua comburenda est; sed si non sit sufficientibus probationibus convictus, sed tantùm leviter de haeresi suspectus, est citandus additâ excommunicatione, & si post annum non compareat, pro haeretico haberi,

ri, & declarari debet, *Farinac. q.190. §.12. n. 21. Peguia in director. Inquisit. p.3.com. ment.* 49.*&* 90. cum aliis relat. per *Dian. resol. moral. p. 4. tract. 7. de pæn. delictor. resol. 27. fo.* 249.

144 Contumax verò in excommunicatione per annum insordescens suspectus habetur de hæresi, & contra eum, tanquam contra Hæreticum procedi potest; quando tamen esset excommunicatus pro crimine, secùs pro causa civili, *Sayr. de cens. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 4. *Gonzal. in reg.* 8. *Cancellar. glo.* 15. *n.* 106. ubi ita firmasse *Rot.* tradit *Dia.* qui alios allegat *resol. moral. p.4. tract.7. de pæn. delictor. reso.* 18. *vers. sed ego fo.* 242.

DECISIO CL.

Prænestina Canonicatus.

ARGUMENTUM.

BEneficia dicuntur Sacerdotalia si verba fundationis respiciant ipsum actum præsentationis exigentem Sacerdotium; sed si habeant onus residendi, vel per se ipsum celebrandi, dicuntur Sacerdotalia aptitudine, & conferri possunt Clerico constituto in ætate, ut infra annum promoveri possit ad sacros ordines: si verò habeant purum onus celebrandi, conferri possunt Clerico 14. annorum.

Donatio facta Ecclesiæ, seu ad pias causas sustinetur, etiamsi acceptata non fuerit, cum acceptetur à Deo ubique præsente; prout etiam stante juramento, & est irrevocabilis.

SUMMARIUM.

1 BEneficium, seu Capellania dicitur Sacerdotalis, si habeat Ordinis annexionem respectu actus, ut solùm Presbyteris conferri debeat, & referuntur exempla, & num.4.

2 Dicitur verò Sacerdotalis aptitudine, si annexio ordinis non respiciat ipsum actum præsentationis, sed ipsius prosecutionem, & tunc conferri debet Clerico ætatis, ut infra annum ad Sacerdotium promoveri possit, & referuntur exempla, n.4. & 13.

3 Amplia, si in fundatione fuerit dictum quòd præsentatus debeat personaliter deservire, aut residere, & tunc est Sacerdotalis aptitudine, & referuntur Sac. Congreg. declarationes.

5 Promovendus ad Sacerdotium debet habere ætatem 25. annorum inchoatorum.

6 Ætas est computanda à die nativitatis, & non à die conceptionis, seu baptismi.

7 Beneficium, seu Capellania, habens purum onus celebrandi, vel divina officia persolvendi, nec actu, nec habitu est Sacerdotalis, & conferri potest Clerico 14. annorum. Amplia ut in n.8. & 9.

10 Residentia alia est propria, præcisa, & continua, & referuntur exempla.

11 Alia est continua, sed in certis temporibus, & alia est impropria, seu causativa propter consecutionem fructuum, qui solùm amittuntur, si personale servitium injunctum non adimpleatur, sed non Titulus, & n.12

14 Beneficium, seu Capellania ea præcepto fundatoris potest habere propriam, & præcisam residentiam.

15 Beneficia simplicia hodie de consuetudine non habent residentiam.

16 Donatio prima perfectè facta non potest revocari per secundam, aut alio modo in præjudicium juris tertio quæsiti.

17 Donans abdicans à se dominium, & possessionem rerum, per retentionem usufructus non potest ampliùs donationem revocare.

18 Amplia præcipuè favore piæ causæ.

19 Limita, ut donatio facta absenti, antequam acceptetur revocari potest, & retentio usufructus hoc casu non transferat dominium.

20 Sublimita, si donatio sit facta Ecclesiæ, vel ad pias causas; vel si in ea fuit appositum juramentum, n. 23. Declara, ut in n.24.

21 Donatio, seu oblatio facta in Ecclesia alicujus rei, valet, etiam si à nemine acceptetur. Amplia ut in n.22.

24 Juramentum observari debet, cum dirigatur in Deum, præcipuè si eum principaliter respiciat; secùs si privatum commodum, & negligatur ejus adimplementum.

25 Donatio inter vivos remanet perfecta, etiam si post mortem suspendatur executio.

26 Primus fundator potest tollere, & alterare conditiones tempore fundationis appositas, etiam ea post factu, secùs ab hærede.

27 Limita si primus contractus sit perfectus, & juramento firmatus.

28 Limit. 2. procedere concurrente consensu Episcopi.

29 Limit. 3. ut hoc non permittatur ad libitum, sed ex justa causa.

30 Actus pro certa causa factus non debet operare ultra intentionem agentis, & extendi ad aliam causam.

DECISIO CL.

1 NIcolaus Cecconus usq; de anno 1625. donatione, seu contractu irrevocabili inter vivos, reservato sibi usufructu, ejus vita durante, & scutis quadringentis ad effectum testandi; in reliquis suis bonis per hæc verba fecit *Juspatronatus in Ecclesia S. Petri de dicto Castro, &c. Canonicatum, ad quem nominavit pro primo D. Joannem ejus nepotem, qui non teneatur residere, sed tantùm celebrare Missas pro qualibet hebdomada tres, &c.* deinde post bonorum assignationem, vulgariter loquendo: *Che il successore di Misser Giovanni debba risedere nella Chiesa di S. Pietra di Pellestrina, e sia obligato di dire la Settimana cinque Messe, &c. non obligando detto Misser Giovanni alla residenza, mà li successori di Misser Giovanni debbano risedere di persona, nè poter mettere persona alcuna, &c.*

De anno verò 1631. in testamento, quo decessit præfatus Nicolaus, recedendo à supradicta donatione, per hæc verba: *Mandavit erigi unam Ecclesiam, vel Capellaniam ad libitum dicti Reverendi D. Joannis Cecconi, ubi ipse maluerit, &c. de Jurepatronatus Familiæ D. Papirii Cecconi, &c. qui præsentatus pro tempore celebrare, seu celebrare facere debeat numerum Missarum, prout*

prout in donatione, quem numerum ratificat, &c.

Sed, non obstante dicta testamentaria dispositione pro parte, & ad instantiam Joannis Cecconii fuit Ordinarii auctoritate erectus, & fundatus Canonicatus in Ecclesia S.Petri, & eidem Joannes, tamquam primo loco nominatus, institutus, qui cùm novissimè ex hac vita migraverit, Clericus Dominicus Matthæus Mascius ætatis suæ annorum 14. obtenta à patronis hujus Canonicatus ad sui favorem præsentatione, institerit coram Me, tunc Vicario Generali Prænestino, pro institutionis Bulla, super cujus expeditione supersedendum duxi, & interim disceptari, & particulariter videri, an dictus Canonicatus sit Sacerdotalis, ita ut conferri nequeat Clerico 14. annorum.

Pro cujus articuli clariori dilucidatione animadvertebam, quòd aliqua sunt beneficia, quæ nonnisi Sacerdotali charactere insignitis, seu actu Sacerdotibus conferri, vel ad ea institui debent, ut si ex beneficii fundatione, consuetudine, statuto, aut privilegio cautum fuerit, ut præsentetur Sacerdos, vel Capellanus, aut Clericus, qui Missam celebret, vel per alia verba denotetur tempus, seu actus præsentationis, quo exigatur qualitas Presbyteratus, ita *Abb. in c. cum in cunctis* §. *inferiora n.10. de electiou.* ibique *Dec.n.22.& cons.129.n.5. Ferret.cons.211.n.8. & 9. Spin.de testam.glo.4. n.62. Zerola in prax. Episcopal. 1.p.in verbo beneficium §.7.5.conclus.8.conclus.principal. Zecchus de Republica Ecclesiast. c. de beneficiat.n.4. Tusch.litt.B. concl.57.Vivian. de Jurepatron.p.2.l.6.c.6.n.26. & 27. Rochus eod.tract.in verbo honorificum n.27.Lambertin.eod.tract.l.2.p.1.q.7.art.27. Garz.de benefic. p.7.c.1. n.58. & seq. Rubeus in singular.p.2.verb.Juspatronat.§.9. Squillant. de privileg.Clericor.c.4.n.21.22.&23.Fagnan. in 2.part.primi Decretal. in c.cum in cunctis de elect. n.65. 66. & 67.fol.43.tom.1. & in eod.text. in §.inferiora à n.10. cum pluribus seq. fol.53. & in c.ut Abbates de ætat. & qualitat. à n.44. cum seq. fol.221. eod.to.1. & in cap.1.n.58. & 59. de ætat. & qualitat. Rot.dec.871.n.1. coram Cardinal Seraphino* & patet ex aliis Decisionibus plenè relatis in *dec.550.n.1.2. & 13.p.16.tom.2. & dec.215. n.6. & 7. p.19. in recent.*

2 Alia sunt beneficia etiam Sacerdotalia; sed quia verba fundationis non respiciunt ipsum actum præsentationis, vel collationis, sed potiùs illius prosecutionem, & tunc non est necesse quòd præsentatus sit actu Sacerdos; sed satis est, quòd sit habitu, scilicet constitutus in ea ætate, ut infra annum ad Sacerdotium promoveri possit; ut si in fundatione fuerit dictum, quod præsentatus teneatur per se ipsum Missas celebrare; quia regulare est in beneficiis Sacerdotalibus, ut sufficiat habitudo ad Sacerdotium, *cap.2.* cum ibi notatis *de instit. in 6.* ita de communi *Roland. cons.47.n.59.lib.1. Garz. de benefic. p.7. c.1. à n.81. 86. & seq. Gonzal. ad reg.8.Cancellar.glo.5.n.110.cum pluribus seq. Vivian. de Jurepatronat. p.2. lib.6.c.6. n.27. & 28. Squillant. de privileg. Clericor. c.4. n.24. Beltram. in addition. ad Gregor.XV.dec.108.sub n.15. Rot.dec.635. n.2.dec.719.n.2.p.2.dec.221.n.15. & 16.p.7. dec.550.n.13. & 14. dec.607.n.3.& 4. p.18. tom.2. in recent.* & ita declarasse *Sacr.Congreg.Concil. in una Abulens. ad 3. dubium,* refert *Garz. de benefic. p.7.c.1.n.99.Fagnan. in 2. part.1. Decretal. in c. cum in cunctis,* §.*inferiora n.12.tom.1.fol.mihi 53.& in c.ut Abbates de ætat. & qualitat. à n. 51. cum seq.eod.to.1.fol.mihi* 222.ubi Sac. Congreg declarationes refert.

3 Prout, etiam si in fundatione fuerit dictum, quòd præsentatus debeat personaliter deservire, aut quòd resideat, quod verbum secundum vulgarem modum intelligendi, intelligitur de residentia personali, *Navarr. cons.6. n. 2. de Cleric. non residen.* ita docet *Garz. de benefic. part.7. c.1. n.98.* ubi quòd hoc casu procedat secunda sententia per eum firmata in antecedenti *num.78. Vivian. de Jurepatronat. l.6. c.6. n.47. & 48. Fagnan. in 2. part.1. Decretal. in c. ut Abbates de ætat. & qualitat. n.51. & 54. to.1. fol.mihi* 222. ubi *vers. item positis* refert, ita pariter declarasse *Sac. Congreg.* scilicet positis *verbis fundationis quilibet Sacerdos, qui pro tempore fuerit, continuam residentiam personalem in dicta Ecclesia facere teneatur, & singulis diebus, quibus facultas, & commoditas sibi aderit, in dicta Ecclesia teneatur Missam devotione debita celebrare, die 3. Junii 1608. Sac. Congreg. censuit ad hujusmodi Ecclesiam non posse præsentari aliquem, qui non sit constitutus in tali ætate, ut infra annum possit ad Sacerdotium promoveri,* & *n. 53. vers. item stantibus,* ibi *item stantibus verbis fundationis Capellæ, videlicet: Usufructuariæ teneantur manutenere unum Capellanum, seu Presbyterum, qui omni die celebret, & celebrare debeat Missam unam in Ecclesia per ipsum fundatorem fundatam &c. Et post earum obitum per N. & N. quos elegit in patronos dictæ Ecclesiæ manuteneri debeant duo Capellani, qui omni die residentiam faciant in dicta Ecclesia, & qui celebrent, & celebrare debeant Missam in eadem. -- An Capellania hujusmodi sit Sacerdotalis, ita ut actu Sacerdoti sit conferenda. -- Die 22. Februarii*

1614. *Sac. Congregat. ex omnium sententia censuit, hujusmodi Capellaniam esse quidem Sacerdotalem, sed satis esse ut ad eam præsentetur Clericus in ea ætate constitutus, ut infra annum possit ad Sacerdotium promoveri.*

4 Quando igitur ordinis annexio non fit facta respectu aptitudinis, tunc ad obtinendum Beneficium, seu Capellaniam Sacerdotalem non exigitur ut provisus sit actu Sacerdos, seu habeat ætatem ut statim, seu quamprimum ad Sacerdotium promoveri possit; sed satis est, ut sit in tali ætate, ut infra annum possit in Presbyterum ordinari

5 & sic in vigesimo quarto anno inchoato, quoniam ita promoveri poterit ad Sacerdotium in vigesimo quinto inchoato, ut præscribitur in *Clement. fin. de ætat. & qualitat. & ex Concilio Trident. sess. 23. de re-*

6 *form. cap. 12.* Ætas autem ad hunc effectum est computanda non à die conceptionis, seu Baptismi, sed à die nativitatis, *Sel. in select. canon. cap. 14. n. 8. Mandos. de minori ætate cap. 1. n. 25. Sanchez in præcept. Decalog. tom. 1. lib. 4. cap. 35. n. 4. Barbos. in Concil. Trident. sess. 23. de reform. cap. 12. n. 4.*

7 In aliis tandem Beneficiis & Capellaniis, in quibus sit solùm adjectum onus celebrandi Missas, vel divina Officia persolvendi, non exigitur qualitas sacerdotalis, nec actu, nec habitu; adeo ut provideri, seu conferri possint etiam Clerico 14. annorum, cùm satis censeatur provisum voluntati testatoris, vel fundatoris, si per alium celebrare faciat; utpote quia onus celebrandi tot Missas non respicit factum ipsum celebrationis Missarum ab ipso Capellano, sed potiùs denotat obligationem à fundatore impositam, & sufficit quod onus non sit ita coarctativum, ut per alium expleri nequeat; præcipuè, quia hodie hujusmodi Beneficia simplicia ex generali consuetudine non obligant ad residentiam, juxta vulgatam *alleg. Lap. 35. n. 2. & 4. Hojeda de incompatibilit. Benefitior. c. 2. p. 1. n. 2. Zecch. de Republic. Ecclesiast. c. de Beneficiat. n. 4. vers. ad ignoscendum verò, Zerol. in prax. Episcopal. in verbo Beneficium §. 7. concl. 8. Garz. de Benefic. p. 7. c. 1. à n. 85. usque ad 26. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glo. 5. n. 74. cum plurib. sequen. Vivian. de jure patronat. lib. 6. c. 6. n. 31. cum aliis sequent. Squillant. de privileg. Clericor. c. 4. n. 24. 25. & 26. Gratian. discept. forens. cap. 133. n. 1. & per tot & cap. 800. n. 4. Corrad. in prax. Beneficia. lib. 2. cap. 10. n. 111. cum plurib. sequen. fo. mihi 157. Cardinal. de Luca in Theat. veritat. tom. 12. de Benefic. disc. 5. n. 2. & disc. 61. n. 3.* latè *Fagnan. in 2. part. primi Decretal. in cap. ut Abbates de ætat. & qualitat. à n. 62. cum plurib. sequent. tom. 1. fo. mihi 224.* Et hanc opinionem semper tenuisse *Rot.* patet ex magistrali *decis. 285. coram Merlino* canonizata *apud Royas decis. 387. & coram Burat. decis. 92. n. 2. & coram Amat. Dunozet. decis. 956. n. 10. & in recent. decis. 325. n. 7. p. 12. decis. 607. n. 12. p. 18. tom. 2. & coram Priola decis. 175. n. 5. & 6. & in Romana Capellaniæ coram Pamphilio.* relat. per *Garz. de Benef. p. 7. cap. 1. n. 94.*

8 Quod procedit, quamvis in fundatione disponatur, quòd Capellanus celebret, vel teneatur persolvere divina Officia die, noctuque, sicut cæteri Capellani faciunt; cùm ex his verbis non inferatur necessariò, ut Capellanus debeat esse Presbyter, & ita declarasse *Sac. Congreg. Concil.* refert *Gonzal. ad regul. 8. Cancel. glo. 5. n. 84. & 88.* prout etiam *Garz. de Benefic. p. 7. cap. 1. n. 93. & 99. & Vivian. de jurepatronat. p. 2. lib. 6. cap. 6. n. 42.*

9 Ita etiam si fuerit dictum quòd præsentatus teneatur fieri Sacerdos, aliàs non faciat fructus suos, non propterea Beneficium efficitur sacerdotale neque actu, neque aptitudine simpliciter, id est per annexionem ordinis, sed solummodo secundum quid, scilicet causativè propter fructus, *Lotter. de re Beneficiar. lib. 2. q. 47. sub n. 47. & 48.*

10 Ulteriùs est præmittendum, triplicem esse residentiæ speciem: alia enim est propria, & præcisa, vel continua, ut principaliter sunt Beneficia curata, Dignitates, Canonicatus, Beneficiati in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis, & alia relata per *Cardinal. de Luca in Theat. veritat. tom. 12. de Benefic. dis. 58. n. 3.* & latiùs *post fin. dicti tituli in summa Benefic. 27. de residentia à n. 21. & per tot.*

11 Alia est continua, sed in certis temporibus; & alia est impropria, seu causativa adjecta propter consecutionem fructuum, quæ licèt habeat onus nedum Missarum, sed etiam alicujus servitii personalem interessentiam exigentis. Tamen solùm inducit amissionem fructuum, & emolumentorum, aut distributionum, ut subdit idem *Cardinal. De Luca loco citato dis. 58. n. 4. Lotter. de re Beneficiar. lib. 2. q. 47. sub n. 47. & 48.* de quibus etiam *Gonzal. ad reg. 8. Can-*

12 *cel. glo. 15. n. 21.* ubi quòd hoc ultimo casu, quamvis Beneficiatus, non residendo, privetur fructibus, titulo tamen privari non potest, *Hojeda de incompatibilitat. Benefic. 1. p. cap. 17. à n. 35. Cardinal. cons. 3. Bened. Capra in reg. 90. sub n. 100.*

13 Quibus positis, assumptâ disputatione, videbatur præfatum canonicatum, attentâ dona-

donatione, seu contractu fundationis, esse sacerdotalem habitudine, ac proinde conferri non posse Clerico 14. annorum, sed Clerico, si non actu, saltem habitudine, scilicet in ætate ut infra annum promoveri possit ad Sacerdotium; quon iam in fundatione cavetur, quòd Canonicus pro tempore, excepto Joanne Cecconio primo loco nominato, debeat per seipsum residere, & non per aliam personam; & celebrare Missas quinque annuatim qualibet hebdomada, undè applicantur firmata quoad secundam speciem Beneficiorum, juxta doctrinam *Garz. de Benefic. p. 7. cap. 1. n. 98.*

14 Quod præcipuè suadetur ex strictò modo quo residentia demandata fuit: undè colligitur, fundatorem intellexisse de propria, & præcisa residentia, & non de causativa, cùm de fructuum amissione nullam fecerit mentionem. Etenim ex præcepto fundatoris potest beneficium habere propriam, & præcisam residentiam, licèt aliter de sua natura non haberet, *Cardin. de Luca in Theat. veritat. to. 12. de benefic. disc. 58. n. 3. & 4.*

Nec quidquam facit, dictionem *per se ipsum* appositam fuisse oneri residendi, non autem oneri celebrandi; quia, si onus residendi non afficeret etiam onus celebrandi, residentia in præsenti redderetur frustratoria, ex quo Ecclesia S. Petri sit tantùm Parochialis, ubi non alternatim persolvuntur horæ Canonicæ, nullumque aliud personale servitium per possessorem hujus Canonicatus ibidem præstari debet; undè arguitur, fundatorem elegisse industriam personæ quoad residentiam, ad effectum per seipsum etiam celebrandi; & Beneficium ad hoc ut dicatur Sacerdotale saltem habitudine, exuberat si sit residentiale, & habeat onus celebrandi, & in tantùm Beneficia habentia purum onus celebrandi non sunt Sacerdotalia,
15 in quantùm Beneficia simplicia hodie de consuetudine non habent residentiam, ut pro ratione afferunt Doctores citati quoad tertiam speciem Beneficiorum, & signanter *Rota in Romana Capellaniæ coram Pamphilio* relata per *Garz. de benefic. p. 7. c. 1. n. 94. circa med. vers. quia alias cùm à jure, Cardinal. de Luca in Theat. veritat. tom. 12. de benefic. disc. 58. num. 2. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. gloss. 5. n. 79. & 80.*

Præmissis igitur non videbatur obstare testamentum præfati Nicolai, qui simplex Capellania, seu Beneficium collativum etiam Clerico quatuordecim annorum erigi mandavit; quia cùm prima fundatio hujus Canonicatus emanaverit per contractum validè, & perfectè inter vivos celebratum cum dotis constitutione, seu bonorum assignatione, & reservatione usufructus, ejusdem fundatoris vitâ durante, & summâ scutorum 400. ad effectum testandi, ad instar do-
16 nationis inter vivos, effecta fuit irrevocabilis; adeo ut in præjudicium juris Canonicatui quæsiti nihil per actum ultimæ voluntatis attentare, innovare, tollere, aut alterare potuerit, *l. perfecta C. de donat. quæ sub modo, l. illud C. de collat. l. sicut ab initio C. de action. & oblig. Bald. in l. cum à Socero, C. de jure dot. Anchar. in c. suggestum num. 2. de jure patronat. Soccin. Sen. cons. 137. num. 2. post med. vers. hoc probatur lib. 1. & cons. 115. n. 12. lib. 4. Cravet. cons. 19. n. 15. Clar. in §. donatio q. 1. n. 13. Cardinal. Mantica de tacit. & ambig. convent. lib. 7. tit. 21. n. 15. & 16. tom. 1.* & clariùs *lib. 13. tit. 26. n. 7. tom. 2. Buratt. dec. 640. num. 13. Amat. Dunozet. dec. 419. n. 16. & dec. 773. n. 5. Rot. dec. 38. n. 13. p. 7. recent.*

17 Maximè quia abdicavit à se dominium, & possessionem rerum assignatarum ad favorem Canonicatus fundati per reservationem factam de scutis quadringentis ad effectum testandi, & retentionem ususfructus, & sic per actus fictæ traditionis, *Cancer. var. resol. c. 8. n. 31. Guid. Pap. decis. 46. n. 2. & decis. 101. n. 1. Urgellen. decis. 84. n. 19. & decis. 364. n. 1. & 2.* & ferè in nostris terminis *Rot. dec. 773. n. 6. coram Amat. Dunozet.* ubi
18 in fine subdit, quòd hoc fortiùs procedit favore piæ causæ, & Ecclesiæ ex particulari privilegio, de quo in *l. ult. C. de sacrosanct. Eccles.*

19 Nec dicatur, dictam fundationem fuisse revocabilem tamquam à nemine acceptatam, & per consequens per ususfructus reservationem non fuisse translatum dominium, & possessionem in Canonicatum fundatum, juxta *Text. in l. absenti 10. ff. de donat. Mobed. dec. 1. in fi. de donat.* & ex traditis per *Cancer. var. resol. c. 8. num. 34. in fin. vers. & sic vidimus, Rot. decis. 694. n. 9. p. 1. & decis. 113. n. 25. p. 7. rec. Amat. Dunozet.*
20 *dec. 773. n. 7. & 9. to. 2.* Quia, quidquid sit in donatione profana, hujusmodi conclusio non habet locum in fundatione Beneficii, in qua nulla requiritur acceptatio, cùm sit actus merè, & in totum dependens à pietate, liberalitate, & voluntate fundatoris; nec applicatur quando, prout hic, donatio est facta Ecclesiæ, pauperibus, loco pio piæque causæ cultum divinum respicienti; cùm tunc suum effectum sortiatur, etiamsi sit facta absentibus, & nomine acceptante, ex quo tunc Deus, qui ubique est præsens, acceptet, *Cin. in l. illud n. 4. Alberic. n. 2. de sacrosanct. Eccles. Decian. cons. 1. n. 56. l. 3. Bald. cons. 86. lib. 5. Corn. cons. 215. n. 6. vers. nam ad pias causas lib. 2.* cum aliis allegatis per *Tiraquel. de privileg. piæ causæ privileg.*

*leg.*115. *Mantica de tacit. & ambig.conven. lib.*13. *tit.*7. *à n.*15.*usque ad* 21. ubi contrarium tenentes refert & contrariis respondet pulchrè *Rot.dec.*773.*n.*7.8.& 9. *cor. Amat. Dunozet.*

21 Et sine controversia receptum est, ut si quis aliquam rem in Templo offerat ad ejus ornatum, donatio valet, etiam si à nemine recipiatur, *ad textum in l. Paulus* ibique notata *Soccin.sen.n.*2.*de except. Tiraquel. de privil. piæ caus. privileg.* 115. *in fin. Cardin. Mantica de tacit. & ambig. conven. lib.* 13.

22 *tit.*7.*n.*20.& 21.ubi subdit quòd pariter res ab aliquo posita super altare alicujus Ecclesiæ animo donandi, absentibus ministris, eidem acquiratur, licèt non intervenit actus acceptationis, *argumento l. statua de acquirend. rer. domin.* cum aliis relatis per *Alberic.in l.illud n.*2. *ad fin.vers. sed pone, de sacrosanct.Eccles.*

23 Idemque fusiùs corroboratur ex juramento in donatione, seu contractu fundationis apposito, cujus virtute eo magis redditur irrevocabilis, ex latè traditis per *Cancer. var.resol. cap.*9. *sub n.*39. *gloss. in cap. quoties dist.* 7. *quæst.* 1. *Gutter. in repetit. cap. quamvis de pact. lib.*9. *num.*55. & 58. *Guid. Pap. conf.* 24. & *quæst.* 222. & 223. *Paris. conf.*69.*nu.*148. & *conf.*90. *n.*23.*lib.*3. *Soccin.jun.conf.*118.*n.*12.*Alex. conf.*185.*n.* 8.*lib.*6. *Dec.conf.*1.*nu.*22. *Roman.conf.* 76. *Rol. conf.*6. *n.*50. *Bursat. conf.* 181. ubi de magis communi, *Anchar. quæst. familiar. lib.*1.*q.*38.*n.*6.*Gabriel in tit. de verbor.oblig. conclu.*1.*n.*69.*Didac.var.resol.cap.*14. *n.*13. *Afflict. decis.*162. *n.*2. & 3. latè *Thesaur. decis.*7.*n.*8.*vers. sed contrarium, Cavalcan. decis.*42.*n.*14. & dixit *Rot.decis.*1184. *n.*11. *coram Cardinal.Seraphin. decis.*773. *n.*9. *in fi.coram Amat.Dunozet.*& *decis.*27.*nu.*10. *p.*7.*in recen.* plenè *Cardinal. Mantica de tacit.& ambig.conven. lib.* 13. *tit.*7. *n.*22.*cum*

24 *seq.* ubi contrariis respondet,& reddit rationem, quia juramentum debet observari, cum dirigatur in Deum, qui præsens est, & pro absente recipit, & hoc sine difficultate procedit, quando contractus respicit principaliter Deum, ejusque cultum, licèt secùs sit, si donatio respiciat privatum commodum, & is ad cujus favorem adjectum fuit juramentum, neglexerit quærere adimplementum promissionis: nam tunc minùs curat quærere Deus, in quem obligatio non fuit principaliter directa, juxta magistralem distinctionem, quam amplexa fuit *Rota dec.*17.*n.*11.12. & *seq.p.*7. *in recent.*ex doctrina *Abbat. in c. sicut il* 3. *n.*5. *de jure jurān.* & pluribus comprobat *Gutter. in cap. quamvis pactum n.*55. *de pact. in* 6.

Hinc non obstat fundatorem per usufructus reservationem executionem hujus contractus post ejus obitum suspendisse; quia

25 per hoc actus non efficitur revocabilis, cùm non repugnet, donationem esse inter vivos, & post mortem suspendi executionem, *Cardinal. Mantica de tacit. & ambig. convent. lib.*13.*tit* 5.*n.*22. *per text. in l. ubi ita donator ff. de donat.caus.mort. Bart. in l. stipulatio hoc modo concepta n.*5. *ff.de verbor.oblig. & in l. ult. n.*11. *C. de pact. Ruin. conf.*52. *n.*5. *ad fin. lib.*1. *Natta conf.*118.*n.*3.

26 Minusque refragatur, quòd primus patronus, & fundator possit tollere, & alterare conditiones, seu qualitates tempore fundationis appositas, etiam ex post facto cum consensu Episcopi, licèt secùs sit in hærede, & successore, ut docent *scribentes in c. eum accessissent de constit.* ibique *Felin. n.*19.*Dec.n.*51.cum aliis allegatis per *Garz. de benefic. p.*7. *c.*1. *n.*103. *Squillant. de privileg.Clericor. c.*4.*n.*28.

27 Tum quia cessat objectum, quando primus contractus fundationis fuit validè, & perfe-

28 ctè celebratus, & juramento firmatus, ex supra deductis. Tum quia præfatam alterationem, & contrariam dispositionem in testamento non legitur, nec aliunde probatur factam fuisse cum consensu Episcopi, ut exigebatur, secundùm Doctores relatos per *Garz. de benefic. p.*7.*c.*1.*n.*103.

29 Tum etiam quia hoc non permittitur ad libitum ipsius primi fundatoris, sed justâ concurrente causâ, scilicet quando conditiones, & aliæ qualitates essent utiles Ecclesiæ, ut ex *Roc. Azevedo, & Joan. Gutter.* subdit *Garz. de benefic. part.*7. *cap.*1. *num.*104. Quod deficit in præsenti, cùm Ecclesia majorem utilitatem, & servitium recipiat ex canonicatu, & beneficio residentiali, quam ex beneficio simplici, & Capellania libera: interest enim Ecclesiæ, & fideli populo maximè parvorum Castrorum, in quibus non adest copia Sacerdotum, ut est Castrum, & pagus S. Petri, habere Presbyteros residentiales, qui præsto adsint ad occurrendum fidelium necessitatibus.

Tum demum quia supradictæ qualitatum alterationes appositæ fuerunt in testamento, non habito respectu ad Canonicatum prius fundatum, sed ad Ecclesiam, seu Capellaniam fundandam: undè non possunt extendi, nec trahi ad Canonicatum, de quo à

30 testatore nulla mentio facta fuit: actus enim celebratus pro certa causa non debet operari ultra intentionem agentis, & extendi ad aliam causam, *l. cum pater* 77.§.*dulcissimis*, ibique *Bart. ff. de legat.*2. *l. si de certa*, ubi *Castren.n.*1.*vers. & pone casum. C.de transaction. l. emptor* 47. §.*fin. ff.de pact. Abb. conf.*

conſ.114.n.3.verſ.ſed bis non obſtantibus l.2. Alex. conſ.46. n.3. & 8. lib.1. & conſ.170. n.7. lib.2. Natta conſ.549. n.7. & 8. Rot. dec.783. n.4. coram Amat. Dunozet. & deciſ.534. n.3. p.2. in receut.

DECISIO CLI.

Prænestina Transactionis.

ARGUMENTUM.

TRanſactio de rebus Eccleſiæ ab eorum Rectoribus fieri non poteſt ſine debitis ſolemnitatibus, ſi agatur de bonis poſſeſſis, & incorporatis; ſecùs de acquirendis, & non de jure quæſito; rei verò litigioſæ ob dubium litis eventum valet, etiam ſi utilitas non concurrat.

Statutum excluſivum fœminarum an comprehendat Moniales, referuntur Doctorum ſententlæ, & materia diſcutitur.

SUMMARIUM.

1 TRanſactio venit nomine alienationis.

2 Fieri non poteſt à Prælatis, & Eccleſiarum Rectoribus ſina ſolemnitatibus de tebus ad eaſdem Eccleſias ſpectantibus. Limit. ſi non agatur de rebus poſſeſſis ab Eccleſia, ſed de acquirendis, n.3. vel ſi non concernat rem certam de jura quæſito, n.6.

4 Læſio axcluditur, & non eſt ſufficiens ad reſcindendum contractum, niſi ſit ultra dimidiam ad formam juris communis, & ultra tertiam ad formam Statuti Urbis.

5 Læſio non conſideratur, quando quis ob dubium litis eventum potaſt conſequi lucrum, vel damnum.

7 Tranſactio rei Eccleſiæ litigioſæ ob dubium litis aventum valet, licèt non ſit utilis.

8 Tsanſactio, & concordia ad evitandas litis expenſas, eſt conſulenda.

9 Et dicitur favorabilis, cùm litibus finem imponat.

10 Dubius litis aventus præbet juſtam cauſam tranſigendi, & ſufficit contradictio unius aximii Doctoris n.11.

12 Statutum excluſivum fœminarum comprehendit Moniales. Contrarium n. 14. Cenſatur contra libertatem Eccleſiæ, n.15. Nec eſt attendendum, ſi ajus verba dirigantur in tempus delatæ ſucceſſionis, n.8. Ampl. ut in n.19. Declara ibid.n.19. in fin. Bartoli diſtinctio à quibus impugnetur, & à quibus ſuſtineatur, n.21. & 22. ſupradictis opinionibus Rota nihil firmavit, ſalictis tamen in ſuo eſſe, n.23. Ee quid vigore Statuti Urbis, n.24. 25. & 26. & quid vigore Conſtitutionis Innocentii XI. n.27. & 30.

13 Monialis dotari debet, ſtanta Statuto excluſivo fœminarum. Declara procedere ſi acquieſcat diſpoſitioni Statutariæ, ſed an acquieſcere teneatur, à Rota non fuit deciſum, n.16.

16 Religioſus profeſſus in Monaſterio capaci retentionis bonorum retinet jus ſuccedendi, ad favorem Monaſterii, num.17.

20 Succedendi juris capacitas deſumitur ex tempore delatæ hæreditatis.

24 Statutum Urbis, uti Papale, comprehendit Eccleſiaſticos; ſecùs ubi de illis non facit expreſſam mentionem, num.25.

28 Legis, & Conſtitutionis natura eſt, ut reſpiciat futura, & non præterita. Ampl. ut in n. 29. Limit. ſi emanaverit per viam declarationis, n.31.

32 Conſtitutio Innocentii XI. ſuper Statutariis ſucceſſionibus excludit Eccleſiaſticas perſonas non vigore Statutorum axcludentium fœminas propter maſculos, ſed ax Decreto ipſius Conſtitutionis.

33 Refertur Decretum Sacræ Congregationis in præſenti cauſa.

34 Conſtitutio Innocentii XI. ſuper Statutariis ſucceſſionibus.

EUſebia Veccia ab inteſtato defuncta, delata fuit ejus hæreditas, ſeu dos ſcutorum quingentorum Agabito Perluiſio, & Monaſterio Monialium Sanctæ Mariæ Angelorum ex perſona Sororis Mariæ Seraphinæ in eodem Monialis Profeſſæ ejuſdem filiæ, & dum inter eos controvertebatur, an ſtante filio maſculo Soror Maria eſſet excluſa à materna hæreditate, tamquam à communi parente dotata nedum ex Statuto municipali Præneſtino, quàm ex Statuto Urbis locum habente inter diſtrictuales excluſivo fœminarum; deceſſit præfatus Agabitus: undè ab ejus hæredibus teſtamentariis per amicabilem compoſitionem oblata fuit præfato Monaſterio ſumma ſcutor.200. cum remiſſione ſcutorum quinquaginta ob dubium litis eventum pro dicta materna hæreditate. Verò dubitantes Moniales non poſſe devenire ad hanc tranſactionem abſq; beneplacito Apoſtolico, habuerunt recurſum ad Sacram Congregationem Epiſcoporum, & Regularium, à qua ad me tunc Vicarium Generalem Præneſtinum tranſmiſſo ſupplici libello, ut ſuprà expoſitis plenè Eminentiſs. & Reverendiſs. meos Patres inſtructos redderem, & meum afferrem judicium: hinc animadverſo articulo, pro petitæ licentiæ conceſſione reſpondendum duxi.

1 Quoniam licèt nomine alienationis veniat etiam tranſactio, *l. non ſolùm Cod. de præd. minor. Peregrin. de fideicommiſſ. artic.40. n.123. Rot. dec.147. n.3. p.5. tom.1. recent.*

2 ac proinde Prælati, & Rectores Eccleſiarum non poſſint tranſigere, ex quo prohibitus alienare, prohibeatur tranſigere, præcipuè ſi ex tranſactione quid alteri dari contigerit, vel alienetur res mobilis pretioſa, vel res immobilis Eccleſiæ, cùm tunc requirantur debitæ ſolemnitates, & Eccleſiæ utilitas, ſi poſſeſſio rei Eccleſiæ remanere debeat penes alium, & ab eadem non retineatur, *Quaranta in ſum. Bullar. in verb. alienatio rer. Eccleſ. num.22. & 26. Federic. de Sen. conſ.94. Aym. Cravet. conſ.323. ſub num.1. verſ. dico quod, Gennen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. c.75. n.19. & 20. Rot. dec.241. n.10. verſ. & ideo part.4. tom.2. deciſ.304. n.10. p.7. recent.* latè *Redoan. de rebus Eccleſ. non alienan. c.1. q.2. per totam, Veral. dec.106. p.1. & dec.318. p.3. Coccin. dec.301. n.1. tom.1.*

3 Tamen non videtur in præſenti applicari hujuſmodi concluſio; tum quia non agitur de

de transactione facienda de bonis possessis, seu Monasterio incorporatis, sed de acquirendis, in quibus Moniales possunt non solùm transigere, sed etiam Monasterio præjudicare, sicut alii Prælati, & Beneficiati possunt repudiare, vel remittere legatum, hæreditatem, aut rem Ecclesiæ non incorporatam etiam absque assensu Apostolico, cùm repudiatio non sit species alienationis, *ad text. in l. alienationis ff. de verbor. significat. Aloys. Ricc. in prax. fori Eccles. dec. 96. in 1. edit. & resol. 82. in 2. edit. Quaranta in summ. Bullar. in verbo alienatio rerum Ecclesiæ n. 23. & 42. Gratian. discept. forens. c. 568. n. 52. & 54. tom. 3. Bellet. disquisit. Clerical. p. 1. tit. de Clerico debitore §. 5. à n. 21. cum plurib. seq Barbos. de offic. & potest. Episcop. allegat. 95. n. 52.* licet in *n. seq.* contrarium proponat, *Olea de cessione jur. tit. 2. q. 1. n. 47. vers. ubi etiam, Valenzuela cons. 175. n. 15. tom. 2. Bonacin. oper. moral. in tit. de alienat. bonor. Eccles. dist. 2. q. unica punct. 2. n. 33. vers. sed mihi, tom. 1. fol. 850.* ubi quod in dicta alienatione non requirantur solemnitates, idem tradit *Sanch. de matrim. lib. 6. disc. 5. n. 11. cum plurib. sequent. tom. 1. Phaunc. de lucro dotis gloss. 58. n. 17. & 18. Seraphin. de privileg. juramen. privileg. 71. n. 33. Corn. cons. 11. n. 2. lib. 3. Scortia in select. constitut. epitome 1. Theorem. 2. Peguer. dec. 143. n. 2. vers. prædictis tamen, & n. 3. Puteus dec. 519. Rot. divers. dec 30. lib. 2. p. 3. dec. 233. n. 6. & dec. 284. num. 9. part. 3. lib. 3.*

4 Tum quia hujusmodi transactio per remissionem scutorum quinquaginta non redditur læsiva nec ultra tertiam vigore *Statuti Urbis lib. 1. cap. 154.* nec ultra dimidiam secundum dispositionem juris communis, *in l. 2. in l. quisquis, & in l. si voluntate, C. de rescindend. vendit.*

5 Quinimo læsio non consideratur, quando quis, ut in præsenti, ob dubium litis eventum potest consequi lucrum, & damnum, *Alex. in l. fideicommissum in princ. num. 2. C. de transact. Aym. cons. 142. n. 8. & consil. 114. n. 16. Natta cons. 81. n. 9. Surd. de aliment. tit. 9. q. 11. à n. 7. usque ad 16. Ursil. ad Afflict. dec. 340. n. 6. post med. Gratian. discept. forens. cap. 576. n. 30.*

6 Tum etiam quia concordia non concernit rem certam de jure jam quæsito, sed de jure quærendo, ac de sola spe incerta, & eventuali, *l. 1. §. si impuberi, ff. de collat. Aldobrand. cons. 26. num. 119. lib. 1. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 9. gloss. unic. p. 1. n. 22. & 23. Rota in Romana renunciationis 14. Junii 1649. coram Eminentiss. Card. Otthobono, & 23. Maji 1650. coram Eminentiss. Card. Cerro, utrobique sub §. fin. & in Asculana renunciationis 22. Maji 1651. §. quia cum de tempore, coram eodem.*

7 Tum demum quia valet transactio rei Ecclesiæ litigiosæ, etiam si ejus utilitas non concurrat, ob dubium litis eventum, *Anchar. cons. 136. circa med. vers. item etiam, Rol. cons. 15. n. 51. lib. 1. Aym. cons. 151. n. 26. & 27. Dec. cons. 474. n. 3. Gemin. cons. 129. sub n. 3. vers. præterea, Mohed. decis. 5. aliàs 1. de transact. decis. 244. aliàs 8. de locat. Rot. decis. 582. sub n. 1. vers. minus obstat p. 1. divers.*

8 Ad evitandas enim litis expensas, concordiam consulendam esse insinuat *Eminentiss. Cardinal. de Luca in Theatro veritat. tom. 11. de success. ab intestat. disc. 50. n. 4.*
9 utpote quia transactio dicitur favorabilis, cùm finem litibus imponat, *Corn. cons. 166. n. 5. lib. 1. & cons. 27. sub n. 11. lib. 4. Cardinal. Mantica de tacit. & ambig. convent. lib. 26. tit. 9. n. 17. & 18.* ubi subdit, quòd summa laus est concordià litis materiam amputare; hæc enim est via amica naturæ, quam qui deserit plerumque in periculum incidit, *l. æquissimum ff. de usuf.* siquidem litigantes magis sumptibus, laboribus, & molestiis vexantur, etiam si victoriam reportaverint, ut satis sit semel vinci, quàm sæpius vincere, aut diutiùs litigare, ut deducitur in *l. ex minoribus de minor. & in l. item si res §. ult. ff. de alien. jud. mut. cau. fac.* & eleganter ex *Seneca* tradit *Bald. in cons. 118. col. 2. vers. quò ad personas, Tiraquel. de retract. lign. §. 8. glo. 7. n. 21. & 22. Put. decis. 223. in fin. lib. 1. Rot. divers. decis. 102. n. 2. p. 1.* cum aliis *in decis. 407. n. 1. coram Cardinal. Cavalerio. & M. Cice. lib. 2. offic.* docet *à litibus quantùm liceat, & paulò plus etiam quàm liceat abhorrere, esseque non modò liberale nonnunquàm de jure suo decedere, sed etiam fructuosum.*

10 Dubius propterea litis eventus præbet justam causam transigendi, adnotata in *l. 1. ff. de transact. & in l. summa 65. ff. de condict. indeb. Gratian. discept. forens., cap. 400. n. 25. & 26. Rot. decis. 638. n. 7. & decis. 737. n. 3. coram Cardinal. Seraphin. decis. 119. n. .. post Zacch. de oblig. Camerol. decis. 1 9. n. 3. p. 1. decis. 447. n. 2. p. 2 in recen. & in Romana donotionis 13. Martii 1665. §. de bona fide, coram R. P. D. Bevilaqua.* cum aliis relatis per *Beltramin. in addition. ad Gregor. XV. decis. 149. n. 5. & 6.*
11 *circa fin.* ubi subdit, quòd ad præbendam justam causam litis, & transactionis sufficiat auctoritas, & contradictio unius eximii Doctoris, *Cyriac. controvers. 196. n. 90. & 205. Anchar. in Clem. ne Romani n. 1. & 2. de elect. Jas. in l. properandum §. sin autem alterutra n. 8. C. de jud. Felin. in cap. super his n. 19.*

n.19. ver. facit quod notat, de accusat. Marsil. in l. patre, vel marito n.32. ff. de quæst. Rot. decis. 263. n.3. in fi. p.3. in recen. & in Romana fideicommissi de Bensleis 24. Januar. 1663. §. & licet, coram Verospio, & in Romana donationis 13. Martii 1665. §. fi. in fi. coram Bevilaqua.

Quod autem agatur de articulo juris du-
bio, & de dubio litis eventu, patet, quia
valde controvertitur inter Doctores: An sta-
tutum exclusivum fæminarum comprehen-
12 dat Moniales, & Ecclesiasticos: affirmativa
sententia videtur magis communis, utpote
quia satis sit, quòd mulier ante ingressum in
Monasterium fuerit subjecta potestati sta-
tuentium; & propterea ex tunc statutum in-
jecerit vinculum exclusionis, quod per in-
gressum Religionis non dissolvitur; ita ut
nullum jus Religioni transferre possit, dum
in statu contracti vinculi recepta fuit, & fe-
cerit transitum cum potentia succedendi à
statuto limitata, Abbas in cap. quod Clericus
n. 39. & 40. de foro competen. Jas. in l. servo
Legata §. si testator col. 2. ff. de Legat. 1. La-
pus alleg. 110. Felin. in cap. Ecclesia sanctæ
Mariæ n.79. de constit. Castr. cons. 104. col.
3. & 4. vers. si verò statutum lib. 1. Soc. sen.
cons. 220. col. 4. & ultim. circa fin. & vers.
tertio, & ultimo confirmatur usque ad fin. lib.
2. Jacob. Mandel. cons. 96. n.1. in fi. Soc. jun.
cons. 25. n. 11. lib. 3. Barbat. cons. 4. col. ante-
penult. lib. 1. Vulpel. de libert. Eccles. p. 3.
in prin. Brun. de stat. exclus. fæminar. ob
mascul. arti 6. q. 2. n 37. vers. nunc secundò
videndum, Tiraq. in tract. de jur. primo ge-
nitur. q. 43. n. 7. Palat. in tract. quod statut.
masc. n. 62. cum seq. Mich. de Grassis de suc-
ces. §. successio q. 3. n. 2. latè Laur. de Palat.
de statutis n. 89. & seq. Cancer. var. resol.
p. 3. cap. 11. n. 197. Carol. de Grass. de effect.
Clericat. effect. 2 n. 122. & 123. & 169. cum
duob sequen. Gail. lib. 2. practic. observat. 32.
n. 4. Gasp. Anton. Thesaur. quæst. forens.
lib. 2. q. 3. per totam. & quæst. 92. n. 4. 5. & 6.
eod. lib. 2. ubi variis modis ampliat, Merlin.
de legitim. lib. 3. tit. 1. q. 11. n. 5. Michalor.
de fratrib. p. 3. cap. 8. n. 2. latè Mangil. de
imputat. q. 58. n 26. & 33. & per totam, Bot-
tilier. de successian. cap. 1. Theorem. 12. n. 5.
Ciroc. discept. 41. n. 5. Cardinal. de Luca in
Theat. veritat. tom. 11. de succes. ab intestat.
disc. 5. sub n. 15 ubi allegat 60. Doctores &
ex moralibus Azor. instit. moral. p. 1. lib. 5.
cap. 13. q. 8. vers. item solet, & videtur sen-
sisse Rot decis. 63. n. 17. coram Gregor. XV.
13 ubi quòd Monialis dotari debet, stante
statuto fæminarum exclusivo.

14 Contrarium verò quòd mulier Ecclesia-
stica, seu Monialis non remaneat exclusa ab
hæreditate defuncti per masculi existen-
tiam, deducitur ex defectu potestatis, &
voluntatis statuentium in Ecclesiasticas per-
sonas, ac proinde hujusmodi statuta cen-
15 sentur contra libertatem Ecclesiæ; quia
Moniali, & personis Ecclesiasticis tollunt
facultatem succedendi, quam habent de ju-
re communi, juxta theoricam communiter
traditam à Doctoribus in cap. Ecclesia sanctæ
16 Mariæ de constit. Etenim Religiosus pro-
fessus in Monasterio capaci retentionis bo-
norum non est incapax successionis paren-
tum, & cæterorum agnatorum, & cogna-
torum; sed retinet jus eisdem succedendi,
perinde ac si in seculo existeret, cùm pro-
fessio jura sanguinis non adimat, ad effe-
ctum succedendi, l. Deo nobis 14. §. hoc
etiam C. de Episcop. & Cleric. ibique gloss.
in verbo parentum, Bart. per tot. Bal. n. 4.
& 5. Castren. n. 3. Bart. in l. cunctos populos
n. 53. C. de summa Trinit. & fide Cathol.
Archidiacon. in cap. statutum n. 3. 18. q. 1.
Lap. alleg. 101. n. 11. Honded. cons. 76. n. 9.
& 10. Anchar. cons. 420. n. 3. vers. & istæ
rationes, Signorol. cons. 156. n. 12. Paris. cons.
47. n. 62. vol. 3. Ceph. cons. 53. n. 96. Grass.
in §. successio ab intestat. q. 8. in fi. Molin. de
primog. lib. 1. cap. 13. n. 80. Mantica de con-
jectur. ult. volunt. lib 8. tit. 12. sub n. 33.
Roman. singular. 37. Rebuf. de nominat. q.
12. n. 45. Rot. in Romana fideicommissi de
Comitibus coram Amat. Dunozet. inter ejus
impres. decis. 676. num. 5. repetit. post Mi-
chalor. de fratrib. dec. 29. & in Romana fi-
deicommissi de Carpianis 13. Januar. 1651.
§. objecta verò, coram Verospio, & decis.
171. n. 13. & decis. 336. n. 9. p. 5. tom. 1.
recen.

17 Ad favorem tamen, & utilitatem ejus Mo-
nasterii, cùm hæreditas, quæ obvenit Mo-
naco, post emissam professionem immediatè
deferatur ipsi Monasterio, juxta commu-
nem Canonistarum opinionem, Innocen. in
cap. in præsentia 8. n. 6. circa fin. vers. hoc
autem de probat. ibique Abb. n. 76. & 77.
Bera. n. 557. Anchar. n. 18. vers. Jo. An-
dre. Hostien. n. 3. vers. hoc tamen, Butr. n.
28. vers. undè capacitas, juncto vers. & om-
nia, Socc. sen. cons. 184. post prin. vers tamen
communis opinio lib. 2. Bertran. cons. 68. n.
3. in fi. vers. quia si hæres vol. 6. Barbat.
cons. 20. n. 14. Bero. cons. 204. n. 12. cons.
205. n. 1. vers. tamen communis, & cons. 206.
in fi. vol. 1. Curt. jun. cons. 48. n. 8. lib. 1.
Hond. cons. 94. n. 15. lib. 1. cons. 76. n. 11. lib.
2. Gratian. discept. forens. cap. 363. n. 16. &
17. & n. 20. ubi quod ab hac opinione non
sit discedendum tanquam communi & Reli-
gioni favorabili. Molin. de just. & jur. tom. 1.
dis. 140. col. 8. sub §. non solùm bona, San-
chez in precept. Decalog. lib. 7. cap. 12. n.
36.

36. Ferdin. à Castr. Pal. in oper. moral. de oblig. Relig. dis. 3. punct. 8. n. 5. quam opinionem tenuit Rot. decis. 128. n. 3. p. 2. recen. decis. 346. n. 2. coram Cavaler. decis. 249. n. 3. decis. 639. n. 14. & 15. coram Buratt. decis. 776. n. 5. coram Amat. Dunozet. tom. 2. repetita post Michalor. de fratrib. decis. 39. n. 5.

18 Undè hujusmodi statuta non videntur attendenda, præcipuè si statuti verba dirigantur in tempus delatæ successionis; quia tunc nullum antea fuisse vinculum injectum arguitur; eo quia antea efformata non erat, nec applicabilis exclusio, nec re, nec spe probabili; & de tempore, quo conferitur exclusio statutaria, Monialis non subjacet statuto laicali, ac proinde haberi debet tanquam conditum post ingressum in Religionem, & delatam hæreditatem, ut pulchrè animadvertit Rot. in Bononien. successionis de Zaniz 9. Decemb. 1654. coram Bichio, post Michalor. de fratrib. decis. 56. n. 9. & per totam, idem Bichius decis. 521. latè in Tarentina successionis 29. Maii 1652. coram Meltio, & in Bononien. hæreditatis 26. Januarii 1654. §. neque, coram eod. & decis. 132. sub n. 3. post discept. Contrii decis. 29. n. 4. post Tamburin. de jure Abbatissar. decis. 256. n. 3. & 20. p. 11. in recent. egregiè Rolan. cons. 57. n. 27. 28. & 29. lib. 2. Cephal. cons. 95. n. 14. & 15. Castr. cons. 104. lib. 1. Marta de jurisdict. p. 4. cas. 5. n. 1. Carol. de Graff. de effect. Cleric. eff. 2. n. 121. Bonden. collect. legal. 34. sub n. 123. Pigant. ad statut. Ferrar. l. 2. rub. 139. n. 37. tom. 2. Ciroc. discept. 19. sub n. 19. & 20. Cardinal. de Luca in Theat. veritat. tom. 11. tit. de succes. ab intestat. disc. 5. sub n. 14. Surd. decis. 20. n. 8. Sperel. dec. 11. n. 19. vers. quod autem. & n. 20. & 21. Ego ipse in meis fori Ecclesiastici decisionibus dec. 53. Annot. 5. per totam.

19 Et contrariam sententiam non esse veram, & falsum esse quòd Statutum injecerit vinculum ante adeptum Clericatum, vel susceptum habitum Religionis, & emissam professionem, utpote quia tunc Statutum videatur excludere, quando casus evenit succedendi, & non ante, & an aliquis sit, vel non sit capax, attenditur tempus delatæ successionis, cùm tunc Statutum suum effectum perficere censeatur, & non antea quàm casus eveniat; ac proinde hujusmodi Statuta intelliguntur procedere, quando consumaverunt eorum effectum ante Clericatum, vel emissam professionem, Salic. in Auth. cassa C. de sacrosanct. Eccles. Aret. in c. quod Clericis in fin. de foro competen. & ita Bal Anch. Gemi. & Dec. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ n. 55. de constit. & Butr. Cald. & Abb. idem tenuisse refert, & sequitur Alex. cons. 210. n. 11. vol. 2. & cons. 211. n. 4. eod. vol. Ruin. cons. 204. n. 11. vol. 1. ubi latè Cephal. cons. 95. n. 14. Rol. cons. 57. n. 27. & 28. vol. 2. Tiraq. in tract. primog. q. 43. n. 11. & seq. Surd. dec. 20. n. 8. Sperel. dec. 11. n. 21. tom. 1. & dec. 135. num. 124. & seq. & quòd

20 attendatur tempus successionis delatæ ad agnoscendam juris succedendi capacitatem, est text. in l. si cognatis ff. de reb. dub.

21 Et licèt improbetur à multis Bartoli doctrina in l. ult. n. 6. in fin. C. de pact. distinguentis, si Statutum loquatur per verba futuri temporis, nempe quando mulier jam est effecta Monialis, & tunc eam excludat, quòd non valeat ex defectu potestatis, quia disponit comprehendendo personam, quæ de illo tempore non subjicitur ejus potestati, & jurisdictioni, & tollit jus Monasterio quæsitum, contra Text. in l. Deo nobis, C. de Episcop. & Cleric. & in Auth. Cassa C. eod. & in §. sed & hoc præsenti in Auth. de sanctissim. Episcop. sed si verba Statuti sint temporis præsentis, & non directa in personam, quæ nondum sit ingressa Religionem, & quòd tunc valeat Statutum, cùm non dicatur disponere contra Ecclesiam, ex quo Monachata erat persona laica subjecta potestati statuentium, cùm laicus dicatur, qui ingreditur Monasterium, ut expressè hanc distinctionem reprobat Castr. cons. 304. n. 4. vers. sed mihi videtur, & alii Doctores suprà re-

22 lati; tamen Bart. defendit Mangil. in tract. de imputat. & detract. q. 58. n. 33. & alii concordantes pro prima sententia adducti Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. q. 11. n. 1. 2. & 3.

23 Rationes igitur, & Doctorum auctoritas, quæ pro utraque Sententia militat, cum valde urgeat; ideo à Rota in Montis falisci fideicommissi coram Cocciu. post Tamburin. de jur. Abbatiss. dec. 29. sub n. 5. vers. attamen replicatur, nulla capta fuit resolutio; sed tantùm dictum. Quo vero ad magis communem opinionem, fuit dictum, quòd Doct. res, & eorum rationes sint ponderandæ; & ideo pro nunc nihil fuit firmatum; sed relicta utraque opinio in suo esse, & reservatum, ut de ea particulariter videatur, & reprobat decis. Putei 99. n. 3. in antiq. tanquam mendosam.

24 Statutum verò Urbis licèt sit Papale, & Ecclesiasticos comprehendere videatur, Gratian. discept. 014. num. 14. tom. 5. Seraphin. dec. 794. n. 26. Cavaler. dec. 613. n. 3. Rot. dec. 379. sub n. 3. & dec. 452. n. 1. p. 1. divers.

25 dec. 104. n. 1. p. 3. in recent. Adhuc tamen dubitatur an in c. 145. & 146. lib. 1. in quibus excludit fœminas dotatas propter masculos, comprehendat Ecclesiasticos, & Moniales, cum de iis non faciat expressam mentionem, & in Romana dotis decis. 63. n. 17. coram

26 coram Gregorio XV. quamvis dictum fuit, Monialem dotari debere, stante Statuto exclusivo fœminarum, supponendo tamen mulierem acquiescere exclusioni; sed an acquiescere teneatur, non fuit discussum, & nihil dictum, ut bene animadvertit *Rot. in Bononien. successionis de Zanis cor. Bichio post Michalor. de fratrib. dec.56. sub n.21. vers. decisio pariter*.

27 Et quamvis hujusmodi controversia terminata fuerit à Sanctissimo D. N. Innocentio Papa XI. suâ *Constitutione super Statutar. successiou. impress. post p.18. dec. recent.* in qua expressè disponitur, quòd, stantibus masculis, fœminæ etiam religiosæ excludantur ab hæreditate ab intestato delata, non est tamen applicabilis in præsenti casu; quia ante hujus Constitutionis publicationem orta erat controversia, & partibus jus quæsitum, quod non tollitur per eandem

28 Constitutionem, cùm legis, & novæ Constitutionis natura sit, ut respiciat futura, & formam futuris tribuat, non autem præteritis negotiis; adeout ad præterita non retrahatur, *l. leges la 2. C. de legib. cap.2. de Constit. Felin. in cap.ult.n.1. & 3. de Constit. Puteus dec.173. n.1. & 2. lib.3. Cardinal. Seraphin. dec.1001. n.2. Cardinal. Cavaler. dec.125. n.9. Rot. dec.167.n.17. p.7. recent. & dec.269. n.12. in fin. post 2. vol.*

29 *cons. crim. Farinac.* & non se extendit ad ea, super quibus pendebat lis, aut controversia, *Authent. in med. lit. non fieri fac. for. §. ideoque*, & subdit *Rot. dict. dec.269. n.12. in fin. post 2. vol. cons. crim. Farinac.*

30 Ulteriùs quia hoc expressè cavetur in eadem Constitutione, ibi — *hac nostra perpetuò valitura Constitutione mandamus &c. ut in successionibus in posterum, & post præsentium publicationem aperiendis*; quæ verba tamquam respicientia futuras successiones, ligare non possunt quoad præteritas, ad tradita per *Gabr. in tit. de legib. & Constitut. concl.4. n.12.* ex *Felin. in c.2. vol.6. in 5. limit. de Constit.*

31 Nec replicari potest, præfatam Constitutionem emanasse per viam declarationis, ac proinde urgere regulam, quòd lex declaratoria trahatur etiam ad præterita; *gloss. juncto Textu in cap. cum tu in verbo sive post de usur. Abb. in c. fin. n.36. de præscript. Anan. in c. cum Christus in princ. vers. & prohibet ista Constitutio de hæres. Alex. cons.7. n.4. vol.2.* cum aliis plenè relatis per *Gabr. commun. concl. in tit. de regul. jur. concl.3. n.10.*

32 Bene tamen evitatur objectum ex contextu ipsiusmet Constitutionis; dum personas Ecclesiasticas utriusq; sexus excludit à successionibus ab intestato delatis propter existentiam masculorum de agnatione non vigore Statutorum excludentium, sed dumtaxat Apostolicâ auctoritate, & sic independenter ab ipsis Statutis per novam formam & legem, & non per simplicem declarationem, ut apertè indicant verba Constitutionis, ibi: *Dum non ex ipsorum Statutorum, vel statuentium aliqua jurisdictione, vel potestate, sed ex nostra dumtaxat Apostolica auctoritate hunc succedendi ordinem in dicto nostro Statu immediato, & mediato Italiæ ex justis causis animum nostrum dignè moventibus, servari volumus, & statuimus.* Proposita causa in Sacra Congregatione censuit ut infra.

33 *Sacra Congregatio Eminentissimorum, S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentâ relatione Vicarii Generalis Prænestini, referente Eminentissimo Casanatte, censuit committendum, prout præsentis Decreti tenore committit, eidem Vicario, ut, veris existentibus narratis, petitam facultatem pro suo arbitrio, & conscientia Oratoribus impartiatur. Romæ 31. Augusti 1685.*

G. Cardinal. Carpineus.

Loco ✝ Sigilli.

B. Panciaticus Secretar.

34 Tenor verò Constitutionis Innocentianæ, ut magis innotescat, hic opportunè referre operæ pretium duxi.

Sanctissimi D. N. D. INNOCENTII DIVINA PROVIDENTIA PP. XI. Constitutio super Statutariis successionibus.

Pastoralis officii debitum, quo universis, præsertim verò populis nostræ curæ, & sollicitudini, etiam in temporalibus creditis tenemur, exigit, ut ea provideri, statui, ordinari, & declarari debeant, per quæ illorum commodis, utilitati, quieti, & tranquillitati consultum sit, litiumque dispendia, & incommoda, quantum fieri potest, tollantur, & cessent. Cùm itaque in nostra Urbe, peneque in omnibus aliis Civitatibus, Oppidis, & Locis nostri, & S. R. E. Status, & ditionis temporalis Italiæ ordinata sint, atque vigeant statuta, seu decreta, aliæve leges, & ordinationes, Apostolicâ expressâ, vel tacitâ, sive à jure præsumptâ confirmatione, & approbatione munita, per quæ, ut agnationum, & familiarum nobilitas & decor mediantibus bonis, & divitiis conserventur, intestatæ successiones agnatis ma-

fculis, exclufis fœminis, aliifque per eas cognatis intra certos refpectivè gradus deferuntur. Compertum verò fit, quòd nonnullæ Doctorum, & Tribunalium interpretationes, ac limitationes, vel reftrictiones præmiffum finem à populis, juxta eorum, ac regionis antiquos, & continuatos mores impediunt, præfatafque leges, ac provifiones penè inanes reddunt, five frequentes producunt lites, perturbationes, incommoda, & difpendia, adeo ut quandoque expediat potiùs non deferri, nec aperiri fucceffionis beneficium, quod ita in maleficium, propriique affis jacturam convertitur; undè propterea iidem populi præfati noftri ftatus Ecclefiaftici tam immediati, quàm mediati Italiæ apud Nos eorum voluntatem, ac defiderium explicantes, preces porrexerunt, ut defuper opportunè providere dignaremur præfatorumque ftatutorum, ac legum, feu provifionum, generalem, ac indefinitam obfervantiam, prout jacent, & difponunt, demandaremus, quibufcumque Doctorum, & Tribunalium rejectis interpretationibus, adeo ut univerfalis, ac uniformis in quolibet loco fit ordo fuccedendi ad propriorum refpectivè ftatutorum, & legum normam, feu præfcriptum. Hinc Nos præmifforum populorum, qui Nobis, & Apoftolicæ Sedi etiam in temporalibus, tam immediatè, quàm mediatè crediti funt, commodo, utilitati, quieti, & tranquillitati, quantum fieri poteft, confulere cupientes, eorumque votis, & fupplicationibus annuere volentes; Motu proprio, ex certa fcientia, & de Apoftolicæ poteftatis plenitudine, omnium, & fingulorum ftatutorum, decretorum, legum, conftitutionum, & provifionum hujufmodi in dicta noftra Urbe, & univerfo noftro, & Sedis Apoftolicæ Statu Ecclefiaftico immediato, & mediato exiftentium, tenores pro expreffis habentes, perinde ac fi de illis expreffa, fpecialis, & individua mentio facta effet; Hac noftrà perpetuò valiturà conftitutione, mandamus, decernimus, & ftatuimus, ut in fucceffionibus in pofterum, & poft præfentium publicationem aperiendis, & deferendis, illa ftatuta, decreta, leges, conftitutiones, & ordinationes, quæ in præfatis noftris Urbe, & Statu Ecclefiaftico expreffam in forma fpecifica, vel etiam in fola forma communi Apoftolicam habeant confirmationem, & approbationem, five illam habeant tacitam, & præfumptam, quæ ex juris difpofitione ob longiffimi temporis obfervantiam inducitur, generaliter, & indefinitè, prout jacent, ac difponunt ad favorem mafculorum de agnatione in univerfo affe attendi, & fervari debeant, quacumque fublatà confideratione, vel differentià bonorum, eorumque fituationis, intra, vel extra territorium, ubicumque exiftant, & five fint libera, & allodialia feu feudalia, vel emphyteutica, feu livellaria, etiam de directo dominio Ecclefiarum, Monafteriorum, & piorum locorum, feu perfonarum Ecclefiafticarum, ubi lex inveftituræ non obftet, quæ falva remaneat. Sublatà quoque omni, & quacunque differentià, vel confideratione fubjectionis, & refpectivè exemptionis perfonarum, tam decedentium, quam fuccedentium, vel excludentium, & exclufarum, cujufcumque fint ftatus, gradus, & conditionis, & quamvis agatur de Clericis, vel Regularibus utriufque fexus, aut de Ecclefiis, & Monafteriis, aliifque perfonis, & locis Ecclefiafticis, vel aliàs quomodolibet exemptis, & privilegiatis, quantumvis expreffà, & fpeciali notà dignis, dum non ex ipforum ftatutorum, vel ftatuentium aliqua jurifdictione, vel poteftate, fed ex noftra dumtaxat Apoftolica authoritate hunc fuccedendi ordinem in dicto noftro ftatu immediato, & mediato Italiæ ex juftis caufis animum noftrum dignè moventibus fervari volumus, ac ftatuimus, attentà follùm, ac generaliter naturali qualitate agnationis, & fexus pro dicto fine affequendo. Nullaque etiam ratione habità mixturæ perfonarum non exclufarum in medio exiftentium, aliave qualitate, ob quam hujufmodi ftatutorum, & legum ceffatio, & reverfio ad jus commune prætendi valeat, adeo ut unicum, uniforme, ac univerfale fit jus, & ordo fucceffionis ad ipforum refpectivè ftatutorum præfcriptum, ex præfato agnationis favore. Quodque in quolibet cafu dubio, & quomodolibet difputabili favore mafculorum de agnatione in exclufionem fœminarum, & cognatorum, tam afcendentium, etiam matris, quàm collateralium, hujufmodi legum, & ftatutorum interpretatio facienda fit. Ubi verò contingat non verificari ftatutorum, perfonarum, & bonorum unionem, fimilitudinem, & combinationem, quam attendi, ac fervari debere decernimus, vel quod non adfint ftatuta perfonarum: five illa extantia, ob enunciatas Doctorum, & Tribunalium interpretationes, & reftrictiones, aut aliàs quomodolibet fuum non fortiantur effectum, tunc fublatà (ut præmiffum eft) omni differentià exemptionis, & fubjectionis perfonarum, & bonorum refpectivè, generaliter, & prout jacent, attendi, ac fervari volumus, & mandamus ftatuta locorum, in quibus bona exiftunt, ac poffidentur, five agatur, de bonis ftabilibus, five de mobilibus, cenfibus, locis montium, officiis vacabilibus, nominibus debitorum, juribus, & actionibus, & aliis, quamvis

vis de illis esse dignoscatur, quæ loco non circumscribuntur, sed personam sequuntur; Et quamvis tam decedentes, quàm excludentes, & exclusi exteri sint, Nobis, & Sedi Apostolicæ in temporalibus non subditi, dum etiam exteri acquirentes, ac retinentes præfata bona, & jura in prædictis Urbe, & Statu, censentur (contraria voluntate expressè non declarata) in animo habuisse hujusmodi bonorum, & jurium successionem regulari debere, juxtà leges, & ordinationes locorum, in quibus existunt, ac retinentur, prout hunc animum præsumendum esse decernimus, statuimus, & declaramus. Quæ verò de intestatis successionibus hactenus, ut suprà, statuta, & disposita sunt, in testamentariis quoque successionibus attendi, & observari debere volumus, ac statuimus, quacumque pariter bonorum, & personarum differentiâ, & consideratione, ut suprà, sublatis, in iis casibus, in quibus eadem statuta, & leges locales in hac specie testatæ successionis masculorum de agnatione favore disponunt, quoties decedentium contraria expressa voluntas non adversetur. Non intendimus autem per præsentem Constitutionem, atque in ea disposita, in aliquo derogare, & præjudicare Constitutionibus Apostolicis recol:mem Nostrorum Prædecessorum, Sixti Papæ V. Clementis Papæ VIII. Pauli Papæ V. Urbani Papæ VIII. Innocentii Papæ X. & Alexandri Papæ VII. & aliorum, si quæ adsunt, super inhabilitatione forensium dicto nostro, & Apostolicæ Sedis dominio in temporalibus non subjectorum, qui statutis temporibus ad habitandum non veniant, & non observent ea, quæ in eisdem Constitutionibus disponuntur, ac demandantur, sed illæ salvæ, integræ, & in suo robore, ac firmitate permaneant. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & Commissarios, quavis authoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, seu Vicelegatos, aut Cameræ Apostolicæ Præsidentes, & Clericos, & quoscumque alios, sublatâ eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, ubique locorum judicari, & definiri, ac sententiari debere, nec non quicquid secùs super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Ut autem præsentes ad notitiam omnium deducantur; Volumus, & eâdem authoritate Apostolicâ statuimus, & ordinamus, quòd illarum Transumptis, etiam per impressionem factis manu alicujus Judicis, seu Prælati, aut alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ subscriptis, & sigillo alicujus Notarii publici munitis, quemadmodum adhiberetur originali, si præsentaretur, ubique adhibeatur tam in judicio, quàm extra illud, plena, & indubitata fides.

Placet Motu proprio B.

Die decima octava Novembris 1680. Supradictum Motum Proprium affixum, & publicatum fuit ad Valvas Curiæ, & in Acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me M. Aurelium Pellicciam Sanctiss. D. N. Papæ Cursorem.

Pro Magistro Cursorum Agapitus de Magistris Curs.

Transactio ex quibus sustineatur, & an ex capite læsionis rescindi possit.

SUMMARIUM.

1 TRansactio controversiis finem imponit.
2 Habet vim litis finitæ. & impedit litis ingressum.
3 Transactioni qui innititur, dicitur habere intentionem fundatam.
4 In dubio est præsumendum pro validitate transactionis.
5 Non sunt instaurandæ lites per transactionem terminatæ.
6 Transactio adimit jurisdictionem à Judice.
7 Hæres non potest venire contra transactionem à defuncto factam.
8 Ampl. etiam si sit hæres cum beneficio legis, & Inventarii, juxta tamen vires hæreditatis, secùs ultra vires, & num.9.
10 Ad sustinendam transactionem primò requiritur quòd adsit lis, vel ejus probabilis timor, & n. 11. Secundò requiritur ut aliquid detur, vel retineatur, n.16. & 17. Tertiò ut bona fides interveniat, n.20.
12 Ad validitatem transactionis sufficit litis eventus dubius, & vexationes injustæ, & de facto, etiam extrajudiciales.
13 Transactio non subsistit, si remittantur jura clara absque æquivalenti recompensatione.
14 Facta super re non dubia dicitur mera donatio.
15 Ut facta dicatur super re dubia sufficit modica dubitandi occasio.
17 Transactio est pactio de re dubia, & lite incerta, aliquo dato, vel recepto, vel promisso.
18 Servanda est æqualitas inter transigentes.
19 Transactio facta pro modico super lite magni valoris ex justa causa valet.
21 In transactione bona fides excluditur, stante enormissima læsione, non obstante juramento, obtenta absolutione, n.23.
22 Consensus excluditur ex enormissima læsione.
24 Juramentum non operatur, ubi intrat dolus.
25 Juramentum comitatur à justitia.
26 Dolus ipso jure contractum rescindit.
27 Juramentum contra bonos mores præstitum non est obligatorium.
28 Transactio rescindi potest, stante læsione ultra dimidiam considerato dubio litis eventu, & n.33. Contrarium, n.29. Distingue, ut in n.20. Limit. ut in n.21. usque ad 32.
Enormissimè læsus re ipsâ decipitur, ibid. sub n.20.
In læsione enormissima dolus ex proposito præsumitur, ibid. sub n.20.
21 Transactio rescindi non potest ex capite enormissimæ

 læsio-

læsionis, si ex conspicuis difficultatibus, & eventu litis incerto inita fuerit.
22 Dubius litis eventus, ad effectum rescindendi transactionem, est difficilis probationis, & quomodo probandus.
23 Transactio inita inter consanguineos pro bono pacis ex capite læsionis rescindi non potest.
24 Transactio per plures annos observata difficiliùs rescinditur.
25 Observantia plurium annorum inducit acquiescentiam.
26 Et habet vim præscriptionis.
27 Et habet vim novi contractus.
28 Transactio ex capite læsionis rescindi non potest, si fuerit à Principe confirmata.
29 Nec rescindi potest, si quis ex suo delicto læsus fuerit.
30 In dubio pronunciandum transactionem non esse rescindendam, præcipuè si jurata sit, n.31.
31 Juramentum est servandum etiam à minòre quoad vinculum.
32 Transactio ex capite læsionis rescindi an possit, si læsio titulo donationis remissa fuerit.
34 Læsio quanta debeat esse ad effectum rescindendi transactionem, remittitur arbitrio Judicis.
35 Transactio ex falsa causa emanata non sustinetur.
36 Et si causa sit tantùm in parte falsa, transactio corruit in totum.
37 Actum ex falsa causa dolo actum fuisse præsumitur.
38 Res judicata ex falsis instrumentis, & testibus, comperta veritate, retractatur.

ADNOTATIO I.

1 QUoniam transactio controversiis finem imponit, *l. causas, & l. fratres C. de transact. Bald. in l. si non sortem §. adeo in fi. ff. de condict. indeb. Cravet. cons. 204. n. 8. & cons. 685. n. 27. Cardinal. Mantica de tacit. & ambig. convention. lib. 26. tit. 7. n. 1. Rot. in Romana rescissionis concordiæ 15. Junii 1648. §. hæc enim, coram Cardinal. Corrado, & in Bononien. de Toflinis 31. Maii 1649. §. quia cum, coram Cerro.*

2 Et habet vim litis finitæ, ac parit exceptionem rei judicatæ, ac proinde impedit litis ingressum, *cap. 1. de litis contestat. lib. 6. l. transacta ff. de verbor. significat. l. fratris* & ibi *Bart. & Bal. aliique scribentes, l. causas C. de transact. l. eleganter §. si quis ff. de condict. indeb. idem Bart. in l. nam, & postea ff. de jure juran. Federic. de Senis cons. 166. in fi. Angel. Aret. cons. 95. n. 3. & 4. Alex. cons. 21. n. 10. lib. 7. Paris. cons. 1. n. 126. lib. 1. Roland. cons. 28. n. 16. lib. 4. Corn. cons. 167. n. 15. lib. 2. Cardinal. Mantic de tacit. & ambig. convent. lib. 26. tit. 7. n. 6. Gregor. XV. decis. 354. n. 1. Cavaler. decis. 276. n. 1. & decis. 550. n. 2. Cardinal. Seraphin decis. 1059. n 1. Amat. Dunozet. decis. 490. n. 2. & decis. 605. n. 1. & 2. p. 1. divers. decis. 157. n. 3. & in rec. dec. 539. n. 1. part. 1. decis. 125. n. 8. & 9. decis. 402. n. 3. & 4. p. 5. decis. 86. n. 1. p. 6. decis. 218. n. 1. & 2. p. 7. & in Romana donationis 13. Martii 1665. §. sed certiùs coram Bevilaqua, Grammat. decis. 66. n. 20.* rursus *Rot. decis. 262. n. 1. p. 19. recen.*

3 Adeo ut ille, qui innititur transactioni,
dicatur habere intentionem fundatam, ut
post *Abb.* concludit *Dec. cons. 216 n. 3. Pur-
purat. cons. 323. n. 3. Rot. dec. 605. n. 3. co-
ram Amat. Dunozet. tom. 1. & decis. 86. n.*
4 *3. p. 5. tom. 1. recen.* Cùm etiam in dubio
intret præsumptio, quòd transactio valeat,
& substineatur, *cap. finem litibus, cap. ve-
nerabilis de dolo, & contumac. cap. constitu-
tis de procurator. cap. jus gentium de re ju-
dicat. Surdus cons. 451. n. 18. & 19. Roland.
cons. 28. n. 10. lib. 4. Bero. cons. 176. n. 15.
lib. 1. Rot. decis. 86. n. 4. p. 6. in recen.* ubi *n.*
5 *5.* reddit rationem, quia non sunt instau-
randæ lites semel per transactionem termi-
natæ, & ex sopita materia novum jurgium
suscitari non debet, ut ex *l. si minores, & l.
quamvis* C. *de transact.* notat *Bald. in l. ter-
minato in 2. notab. C. de fruct. et litis ex-*
6 *pens. Gregor. XV. decis. 354. n. 2.* Siqui-
dem transactio non solùm extinguit litem,
taliter ut non dicatur habere ampliùs sta-
tum, sed etiam adimit jurisdictionem à Ju-
dice, ut ex *Bal. in rub. de transact. n. 1. in
decret. et aliis* dixit *Rot. decis. 298. n. 5. et
6. coram Amat. Dunozet.*
7 Undè hæres non potest venire contra
transactionem factam à suo auctore ex quo-
cumque jure veniat, *l. cum à matre C. de
rei vendic. l. si ab eo* C. *de lib. caus. l. ex qua
persona ff. de reg. jur. Gregor. XV. decis.*
8 418 *num. 5.* quod procedit etiam si sit hæ-
9 res cum beneficio legis, & Inventarii, cùm
inventarium non liberet hæredem ab haben-
do rata omnia gesta per defunctum, quate-
nus vires hæreditatis ferunt, ultra tamen
vires hæreditatis non cogitur ratam habere
transactionem, *Menoch. cons. 89. n. 14. vers.
respondeo secundò, Alex. cons. 19. in fi. lib.
5. Aym. Cravet. cons. 225. n. 12. Hond.
cons. 3. n. 53. lib. 1. Gab. cons. 125. n. 11. lib.
1. & in tit. de regul. jur. concl. 11. nu. 10.
Rot. decis. 61. n. 4. & decis. 256. n. 5. p. 2.*
& in puncto transactionis *Gregor. XV. de-
cis. 418. n. 6.* ubi *Oliver. Beltram. in addi-
tion. n. 15.* qui alias Rotæ decisiones, & con-
cordantes refert.
10 Ad sustinendum tamen transactionis va-
liditatem tria requiruntur. Primum quòd
adsit lis, vel probabilis illius timor, etiam
si non esset mota, *l. 1. ff. de transact. l. 1. &
2. C. eod. tit.* ubi *Doctores, glo. in dicta l. 1.
in verbo qui transegit ad med.* ibi - *sive extra
ff. de transact. Dec. cons. 351. n. 2. vers. ad
hoc enim ut valeat, lib. 2. Rol. cons. 28. n. 2.
lib. 4. Alex. cons. 20. n. 3. lib. 3. & cons. 41.
n. 4. lib. 6. Natta cons. 548. n. 13. Paris.
cons. 3. n. 24. lib. 4. Cyriac. controvers. 128.
n. 87. Gratian. discept. forens. cap. 875. n. 1.
Mantica de tacit. & ambig. conven. lib.
26. tit. 1. n. 11. 13. & 16. Gregor. XV. de-
cis.*

cis. 149. n. 2. ubi Beltram. in addit. n. 5. Ca-
valer. decis. 407. n. 7. Coccin. decis. 194. n.
4. & decis. 436. n. 5. Amat. Dunozet. de-
cis. 605. n. 4. tom. 1. & decis. 833. n. 4. Car-
dinal. Seraph. decis. 638. n. 7. Rot. in Foro-
sempronien. transactionis 28. Aprilis 1662.
§. nec litis institutio, confirmata 26. Fe-
bruarii 1663. §. neque contrarium, coram
Verospio, & in Faventina primogenituræ
21. Junij 1666. coram Bevilaqua, & in Ro-
mana donationis 13. Martii 1665. §. de bo-
na fide, coram eodem, & in Romana quarti
dotalis 18. Junii 1666. sub §. non obstat, co-
11 ram eodem, ubi quòd timor futuræ litis
sufficit pro sufficienti causâ ad sustinendam
transactionem factam à muliere.

12 Et ut sit valida transactio non solùm suffi-
cit litis eventus dubius, Bald. in l. fi. §. sed
si quis C. commun. de Legat. Rol. cons. 28. n.
24. lib. 4. latè Surd. cons. 451. n. 48. & 49.
Gratian. discept. 861. n. 6. & 7. Amat. Du-
nozet. decis. 605. n. 11. tom. 1. Verùm
etiam vexationes injustæ, & de facto; adeo
ut mentio litis in vexatione quoque extra-
judiciali possit verificationem assumere pro
causa transactionis legitima deserviente, ut
ultra suprà allegatos subdit Amat. Duno-
zet. decis. 605. n. 12. & 13. tom. 1.

13 Ubi verò non est lis, & timor probabilis
futuræ litis, & remittantur jura clara, &
non dubia absque ulla equivalenti recom-
pensatione, transactio non subsistit, cùm
actum fuerit contra ejus naturam, l. 1. ff.
de transact. l. qui cum tutoribus ff. eod. l. 2.
l. transactio nullo dato l. si causa cognita C.
eod. tit. l. fecit C. de repudianda hæredita-
te, Fusar. cons. 139. cum seq. Cavalc. decis.
124. n. 3. Rot. decis. 271. n. 21. p. 6. in re-
cen. ubi quòd vani timoris nulla sit haben-
da ratio, ut inquit Alciat. in l. si ex fal-
sis n. 1. C. de transact. cum aliis relatis in
Romana fideicommissi de Carpianis 16. Ju-
nis 1651. §. nec pariter in fi. coram Veros-
14 pio. Nam transactio facta super re non du-
bia dicitur mera donatio; undè requirit so-
lemnitates requisitas in donationibus tam ex
dispositione juris communis, quàm ex for-
ma statutorum, Rot. decis. 263. n. 1. p. 3.
recen. decis. 223. n. 1. post Cenc. de cens.

15 Modica tamen dubitandi occasio exu-
berat, ut facta dicatur super re dubia, item
& litis præsumptio etiam non juridica, l. 2.
C. de transact. ibique gloss. in verbo nulla,
Bart. & Bald. n. 1. Jas. n. 1. & 2. Alex.
cons. 20. n. 3. lib. 3. & cons. 41. n. 4. lib. 6.
Paris. de communi cons. 3. n. 25. lib. 4. Os-
asch. decis. 91. n. 23. quos refert, & sequi-
tur Rot. decis. 263. n. 2. p. 3. in recent.

16 Alterum verò requisitum est, quòd ex
causa transactionis aliquid detur, vel reti-
neatur. l. 1. ubi scribentes ff. de transact. l.
transactio 38. C. de transact. Castren. in l. se-
cùs hæres sub n. 1. C. de repudiand. hæredi-
tat. Ruin. cons. 132. n. 5. vol. 1. Bero. cons.
176. n. 29. vol. 1. Rolan. cons. 28. n. 3. lib.
4. Angel. cons. 94. n. 5. ad fin. Cardinal.
Mantic. de Tacit. & ambig. convent. lib.
26. tit. 1. n. 11. & 23. Roman. cons. 244. n.
2. Corn. cons. 267. n. 5. lib. 4. Alex. cons.
40. n. 4. lib. 5. Deci. ad rub. C. de transact.
n. 2. Rimin. n. 2. Purpurat. n. 106. Caccia-
lup. de transaction. q. 1. n. 1. Rot. decis. 119.
n. 2. & 3. p. 2. divers. & decis. 605. n. 5. co-
ram Amat. Dunozet. tom. 1. quibus addo
Fagnan. in 2. p. primi decretal. in cap. ve-
niens n. 13. tom. 1. fo. mihi 570. & in cap.
contingit de arbitris n. 31. eod. tom. 1. fo.
611. adeo ut, si in instrumento dictum non
sit aliquid datum fuisse, vel retentum, vel
promissum, transactio ob defectum formæ
17 redditur nullius momenti, cùm transactio
sit pactio de re dubia, & lite incerta non
gratuito facta, sed aliquo dato, vel retento,
seu promisso, dicta decis. 119. n. 3. p. 2. di-
vers. l. transactio nullo dato C. de transact.
l. fecit C. de repudiand. hæred. & ibidem Ca-
str. n. 1. Alex. n. 4. Ang. cons. 94. n. 5. ad
fin. Ruin. in cons. 132. n. 5. lib. 1. Card. Man-
tic. de tacit. & ambig. conven. lib. 26. tit. 1.
n. 13.

18 Servanda tamen est æqualitas inter tran-
sigentes, ut transactio subsistat, aliàs tan-
quam injusta, & læsiva corruit, ut si ab uno
quamplura, eaque maximi ponderis den-
tur, & vice versa nihil prorsus recipiatur,
aut ita leve, ut parum distet à nihilo, ita
Fagnan. in 2. part. 1. decretal. in cap. ve-
19 niens de transact. n. 13. tom. 1. concurren-
te tamen justâ causâ, valet transactio facta
etiam pro modico super lite magni valoris,
ut ex Bero. in cons. 176. n. 18. lib. 1. tradit
Cardinal. Mantic. de tacit. & ambig. con-
ven. lib. 26. tit. 1. n. 24.

20 Tertium requisitum est, ut bona fides in-
terveniat in actu initæ transactionis, l. 1. §.
fi. ff. ad Trebel. l. sub prætextu instrumenti
C. de transaction. Rot. decis. 125. n. 34. p.
4. tom. 1. recen. Et bona fides deficere cen-
setur, stante enormissima læsione, glo. in l.
sub prætextu instrumenti C. de transaction.
& in l. tres fratres in verbo poss. ff. de pact.
Bart. & post eum communiter Doctores in l.
si quis cum aliter ff. de verbor. oblig. Dec.
cons. 180. n. 7. Rot. decis. 125. n. 35. p. 5.
tom. 1. in recen.

22 Nam ex enormissima læsione excluditur
consensus, & oritur dolus re ipsà, qui quoad
rescissionem æquiparatur dolo ex proposi-
to, l. si superstite C. de dolo l. omnes §. Lu-
cius ff. quæ in fraud. creditor. & notant com-
muniter

muniter Doctores in l. si quis cum aliter,
ff. de verbor. significat. Rot. decis.125.n.38.
part.5. tom.1. recent. cum aliis allegatis per
Menoch. de arbitrar. q.71. n.17. & 18.
23 Quod procedit, etiam non obstante quòd
transactio juramento firmata fuerit, cùm
juxta magis communem sententiam, quam
Rota sequitur, juramentum non excludit
enormissimam læsionem, obtentâ absolutio-
ne, Rebuff. in tract. de rescis. contract. art.
unico glos.15. n.45. Covar. var. resol. lib.2.
cap.4. n.5. in fin. Menoch. cons.44. num.24.
lib.1. Gabr. cons.62. num.22. lib.2. Osasch.
decis.41. Cassad. decis. unic. n.2. de emption.
& vendition. Rot. dec.125. n.37. part.5. rec.
24 tom.1. ubi n.39. subdit quòd ubi intret do-
lus, juxta communem sententiam, non in-
trat dispositio Textus in Auth. Sacramenta
25 puberum C. si advers. vendition. cùm defi-
ciat justitia, quæ semper juramentum co-
mitatur, Butr. in cap. cum contingat n.3.
de jur. jurand. Felin. in cap. in præsentia
n.8. de probat. Gabriel commun. opin. lib.3.
tit. de jur. dot. concl.1. n.8. Thesaur. dec.165.
26 n.6. tum quia dolus ipso jure contractum
rescindit, l. si dolo, ubi Odofred. C. de re-
27 scind. vendit. Et juramentum appositum
tamquam contra bonos mores præstitum,
non est obligatorium, juxta c. non est obli-
gatorium de reg. jur. lib.6. Butr. in cap. finem
litibus col. fin. de dolo, & contumac. & in
cap. Quintavallis ibique Doctores de arbitr.
Cagnol. in lib.2. n.81. C. de rescind. vendit.
Bald. in §. item Sacramenta n.8. de pace ju-
rament. firman. & in l.3. col.2. C. de dot. pro-
miss. Roman. & Imol. in l. qui superstitis,
ff. de acquirend. hæredit. Roman. cons. 54.
col.2. Castr. cons.174. l.1. Pet. Gregor. l.25.
Syntagma jur. cap.24. n. 16. cum aliis alle-
gatis per Thesaur. in decis.32. n.6.
28 Ac proinde transactio rescindi potest,
juxta Textum in l.2. C. de rescindend. ven-
dit. quando quis est læsus ultra dimidiam
justæ æstimationis, considerato tamen du-
bio litis eventu, Bart. Ang. & Imol. in l. si
quis cum aliter ff. de verbor. oblig. idem
Bart. in l.2. C. de rescind. vendit. n.7. & in
l. societatem §. arbitrorum n.28. circa fin.
ff. pro socio, & in l. Lucius, §. ult. n.2. & 3.
ff. ad Trebell. ibique Ang. Imol. Paul. de
Castr. Cagnol. in l.2. n.80. C. de rescind. ven-
dit. & in l. si quis major n.37. C. de transact.
Pinel. in l. 2. n. 25. C. de rescindend. ven-
dit. Anton. de Butr. Card. Imol. & Abb.
in cap. cum causam de empt. & vend. Alex.
cons. 42. n.11. lib.1. Dec. cons. 60. n.4 Cra-
vet. cons. 51. n.16. Cald. cons.3. de transact.
Jo. de Anna cons. 33. n. 4. Corn. cons. 166.
n. 11. & cons. 189. n. 20. lib. 1. Abb. cons.
64. n. 3. lib. 1. Cephal. cons.137. n.57. Soc-
cin. sen. cons. 85. n. 3. lib. 1. cons. 105. n.
14. vers. decimo lib.4. Surd. cons.48. n.13.
& 14. Caccialup. in tract. de transact. q.12.
Fabian. de Monte in tract. de empt. & vend.
in 8. q. priu. col. 4. alias 5. Roder. Suarez
alleg. 22. in fi. Cyriac. controvers. forens.
128. n. 97. Molin. de Hispan. Primog. lib.
4. cap. 9. n. 34. et 35. Mantica de tacit. et
ambig. conven. lib. 26. tit. 9. n.23. Gratian.
discept. forens. cap. 788. n.1. Rot. dec.268.
n.1. coram Coccino, et decis. 92. n.8. et 9.
coram Merlino, decis. 539. n. 2. p. 1. decis.
625. n.7. ead. p.1. decis.332. n.2. decis. 552.
n.2. decis. 547. n.2. p. 4. et decis. 715. n.1.
p.2. et decis. 625. n. 7. et decis. 125. n. 21.
et 22. ubi quòd idem dicendum est de lau-
do, quod habet vim transactionis, & n. 41.
p. 5. tom.1. in recen. & ab hac opinione in
consulendo, & judicando non esse receden-
dum, cùm eam tueantur plures numero Do-
ctores, & majoris auctoritatis, præcipuè,
quia fraudes excludit, ut intrepidè profite-
tur Socc. cons. 98. n. 17. in fi. lib. 2. & ma-
gis æquam, & communem appellat Crav.
cons. 151. n. 26. cum aliis per Duran. de-
cis.121. n.12.
29 Contrariam verò sententiam, quòd sub
prætextu læsionis, etiam ultra dimidiam
justæ æstimationis transactio rescindi non
possit, docent glo. in l. Lucius §. ultim. ff.
ad Trebel. & glo. in cap. cum causam de
empt. & vend. Saly. in l. 2. in 3. q. C. de res-
cind. vendit. Bal. in l.1. in 2. lect. ff. de tran-
sact. & in l. ordo C. de except. rei judic.
Angel. in l. in summa in glo. super verbo
res nulla ff. de condict. indeb. Dynus in l. Lu-
cius §. ultim. ff. ad Trebel. Guliel. de Cum.
in l. ex causa C. de usucap. pro empt. Cin. &
Bald. in l. 2. C. de rescind. vendit. Rapha.
Cuma. in l. si quis cum aliter n.6. vers. sed
Bart. quærit de verbor. oblig. ibique Jas.
n. 8. & 15. & in l. fratris n. 1. vers. simili-
ter C. de transaction. Abb. in cap.1. tit. eod.
& in cons. 15. n. 1. lib.2. Alex. cons. 42. n.
20. & 21. lib. 1. & cons. 118. n. 5. lib. 7.
Dec. cons. 216. n 4. & 5. cons. 479. n. 9.
Paris. cons. 96. n. 61. lib. 1. qui de magis
communi, Alciat. cons. 104. n. 7. lib. 8.
Alban. cons. 11. n. 22. Bero. cons. 176. n.
25. lib. 1. ubi de magis communi opinione
Legistarum & Canonistarum, & cons.158. n.
3. lib. 2. Rol. cons. 28. n. 24. vers. nemo &
infra lib. 4. ubi dicit, hanc opinionem esse
fulcitam pluribus Doctoribus majoris pon-
deris, & auctoritatis, & ab ea in judican-
do, & consulendo non esse recedendum,
præcipuè quia auctoritas glo. cæteris ante-
ponitur, & quia in dubio sustinenda est
transactio, cum aliis allegatis per Cardin.
Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib.26.
tit. 9.

tit. 9. n. 2. cum plurib. sequen. ipse tamen
residet in prima opinione.
20 Distingue conciliando supradictas opi-
niones, ut si læsio ultra dimidiam justæ æsti-
mationis, considerato dubio litis eventu, sit
modica, & tunc transactio non est rescin-
denda; si verò sit enormis, vel enormissi-
ma, & tunc rescindi potest, & hanc distin-
ctionem sequitur Dec. in cons. 203. n. 4. &
in cons. 479. n. 11. vers. ex quibus patet, &
in cons. 597. n. 10. Crav. cons. 151. n. 26.
in fi. & cons. 102. n. 3. & ita conciliat Corn.
cons. 166. n. 11. lib. 1. & cons. 27. n. 10. &
cons. 244. n. 4. lib. 4. Grat. cons. 88. n. 2.
in fi. lib. 1. Rimin seu. cons. 315. n. 2. &
3. Paris. cons. 12. n. 102. lib. 2. et cons. 111. n.
22. Natta cons. 548. n. 12. Hieron. Gabr.
cons. 158. n. 48. lib. 1. Anton. Gabr. in tit.
de empt. et vend. concl. 1. n. 69. Duran. dec.
221. n. 29. vers. et ratio est, Rot. in Roma-
na rescissionis transactionis 16. Junii 1651.
§. nec verba illa in fi. coram Card. Corrado,
et decis. 732. n. 1. et 2. p. 1. divers. & hanc
distinctionem sequendam esse insinuat Car-
din. Mantica de tacit. & ambig. convent.
lib. 26. tit. 9. n. 29. & 30. quia quando quis
enormissimè læditur, re ipsa decipitur, l. si
quis cum aliter ff. de verbor. oblig. atque ex
hac læsione dolus ex proposito, sive ex ani-
mo præsumitur, l. omnes, & l. Lucius ff. de
iis, quæ in fraud. credit. l. creditor §. Lu-
cius ff. mandat. l. superstite C. de dolo.
21 Limita primò has opiniones, ut transactio
rescindi non possit ex capite enormissimæ
læsionis, si ex multis, & conspicuis difficul-
tatibus, & ex eventu litis incerto inita fue-
rit, Rot. decis. 638. n. 9. coram Seraphin.
decis. 715. n. 2. & 3. p. 2. relat. in decis.
22 74. n. 22. p. 5. tom. 1. in recent. nam du-
bius litis eventus ad effectum rescindendi
transactionem est difficilis probationis, nec
probari potest, nisi per peritos juris, qui
sciant æstimare dubium litis eventum, Aym.
in cons. 430. n. 5. lib. 3. Seraph. decis. 638.
in fi. p. 1. Menoch. cons. 603. n. 27. ver. &
rectè, Rot. d. decis. 715. n. 3. p. 2. in re-
cent.
23 Limit. 2. ut excludatur læsio ex qualitate
personarum transigentium, ut si inita fuerit
inter consanguineos pro bono pacis, & cau-
sà amicabiliter vivendi, ut consanguineos
decet, aut manutenendi mutuam fraternam
dilectionem, & præcipuè ad conservanda
bona in familia, Dec. cons. 39. n. 94. lib. 2.
Menoch. cons. 401. n. 184. Decian. respons. 39.
n. 99. vers. 9. lib. 2. Hunded. cons. 34. n. 46.
lib. 2. Rot. decis. 725. n. 6. p. 2. & decis. 74.
n. 23. p. 5. tom. 1. in recent.
24 Limit. 3. si transactio fuerit per plures an-
nos observata, propter quam difficiliùs re-
scinditur, Decian. responso 28. n. 11. lib. 3.
Crav. cons. 707. n. 30. Cardinal. Mantic. de
tacit. & ambig. conven. lib. 26. tit. 9. n. 47.
Paris. cons. 3. n. 26. lib. 4. Rot. decis. 715. n. 6.
in fin. p. 2. & decis. 86. n. 7. p. 6. in recent. &
in Bononien. fideicommissi de Bonfiliis 5. Maij
1662. §. in ea siquidem, & in §. hinc, coram
Verospio, & in Foro-sempronien. transa-
ctionis 26. Februarii 1663. §. in quam DD.
sententiam in fin. coram eodem. Et sufficere
transactionem observatam fuisse per cursum
decem, & octo annorum dixit Rot. dec. 407.
n. 9. coram Cardinal. Cavaler. & facit Text.
25 in cap. contingit 5. de transaction. Obser-
vantia enim plurium annorum non solùm
inducit acquiescentiam, latissimè Bec. con-
sil. 101. n. 49. Surd. cons. 94. Burat. dec. 593.
n. 11. Rot. dec. 503. n. 2. p. 1. diversor. Sed
26 etiam habet vim præscriptionis, Putens de-
cis. 15. n. 3. & 4. lib. 3. Cardinal. Seraphin.
dec. 1410. n. 26. Burat. dec. 484. n. 12. Rot.
27 dec. 208. n. t. p. 1. diversor. Immo habet vim
novi contractus, ut inquit Surd. cons. 335.
n. 26. Simon. de Pret. cons. 79. nu. 27. lib. 1.
Joseph Ludov. commun. opin. concl. 38. il-
lat. 121. Gratian. discept. forens. cap. 675. sub
n. 14. Cardinal. Cavaler. dec. 302. n. 3. Rot.
in Romana societatis officii 22. Junii 1654.
§. observantia enim, coram Cardinal. Celso.
28 Limit. 4. quòd transactio ex capite læ-
sionis rescindi non possit, si Principis aucto-
ritate confirmata fuerit, per Textum in l. 2.
C. ut lit. penden. Ceph. qui alios concor-
dantes allegat, in cons. 77. num. 9. Cardinal
Mantic. de tacit. & ambig. conven. lib. 26.
tit. 9. n. 32. ad tradita per Archid. & Joan.
Andre. in cap. de pace lib. 6. Alex. cons. 240.
n. 69. lib. 6. Crav. cons. 5. n. 2. Ceph. cons. 77.
num. 10.
29. Limit. 5. quando quis ex suo delicto læ-
sus fuerit; nam tunc non potest infringere
transactionem, Rub. in cons. 147. n. 16. &
seq. Cardin. Mantica de tacit. & ambig. con-
vent. lib. 26. tit. 9. n. :2. in fin.
30 Limit. 6. ut in dubio favore dirimenda-
rum litium pronunciandum sit, transactio-
nem rescindendam non esse, l. in summa in
princ. ff. de condict. indebiti, l. fratris, &
l. causas C. de transaction. Silvan. cons. 81.
in fin. Bero. cons. 176. n. 14. & seq. l. 1. Rol.
31 cons. 28. n. 53. lib. 4. Præcipuè si transactio
sit juramento firmata, quia juramentum est
servandum etiam à minore quò ad vincu-
lum, juxta Auth. sacramenta puberum, C.
si adversus venditionem, & infamià notatur,
& aliis pœnis subjicitur qui resilire conten-
dit, l. si quis major C. de transaction. Car-
dinal. Mantica de tacit. & ambig. convent.
lib. 26. tit. 9 n. 45. et 46.
32 Limit. 7. si læsio quæcunque in instrumen-
to

to transactionis remissa fuerit, cum titulo donationis inter vivos, dummodo verba importent puram, & absolutam donationem ex mera liberalitate provenientem; secùs verò si verba sint accessoria, & consecutiva principalis contractus transactionis, ejusque contemplatione apposita, quo casu non transfundunt eundem contractum transactionis in aliam speciem, nec alterant ejus naturam, sed ab ea limitantur, restringuntur, moderantur, & dependentiam habent, ut probat *Dec. in cons. 2. sub n. 10. vers. nam ista clausula*, *Rot. dec. 311. n. 5. vers. non obstat cor. Gregor. XV. dec. 121. sub n. 20. vers. non obstat coram Durano, et in recent. dec. 318. n. 22. p. 4. tom. 2. et in Neapolitana pecuniaria 13. Decembris 1642. §. nec obstat, coram Roxas*, quam sequitur *Rot. in Romana rescissionis transactionis 16. Junii 1651. §. nam verba illa, coram Eminentissimo Card. Corrado*.

33 Transactio igitur licèt impugnari possit ex capite læsionis, & læsio debeat esse ultra dimidiam, detracto valore dubii litis eventus, secundum opinionem, quam sequitur *Rot.* ut dixit, ultra suprà allegat. *in Romana dotis 9. Maij 1633. coram Buccabella, in Romana rescissionis transactionis 16. Junii 1653. coram Meltio, et in Foro-semproníen. transactionis 28. Aprilis 1662. §. et licèt consueverit, coram Verospio*, confirmata

34 *26. Februarii 1662. coram eodem*. Quanta tamen hujusmodi læsio esse debeat ad effectum transactionem rescindendi, remittitur arbitrio Judicis, *Felin. in cap. cum illorum n. 13 de sentent. excommunic. Dec. in cons. 39. ante fin.* & tradunt alii Doctores congesti per *Menoch lib. 2. centur. 1. cas. 73. n. 5. Rot. in dicta Romana rescissionis transactionis 16. Junii 1651. coram Cardin. Corrado*.

35 Quòd si transactio ex falsa causa emanaverit redditur nulla, & non sustinetur, *l. si ex falsis C. de transaction. l. sub prætextu* 2. *C. eod. tit. l. in summa in princ. ff. de condict. in debit. l. 1. & 2. C. si ex fals. instrument.* & ita censuit Collegium Patavinum *inter consil. Anchar. in cons.* 208. *n. 8. in fin. idem Anchar. cons. 98. n. 8. in fin. Crav. cons. 851. n. 12. Cepol. cons. 38. n. 12. aliàs 13. vers. præterea, Rimin. sen. cons. 102. n. 43. Ruin. cons. 132. n. 1. in fin. lib. 1. Menoch. cons. 91. num. 46. Cardinal. Mantica de tacit. lib. 26. tit. 9. n. 42. Rot. dec. 765. n. 2. p. 4. divers.*

36 Adeo ut, si causa expressa sit tantùm in parte falsa, transactio corruit in totum, *Angel. in l. qui Romæ §. duo fratres nu. 8. ff de verbor. oblig. & in cons. 94. n. 5. & 6. Bellon. cons. 2. num. 56. & 57. Bertaz. cons. civil. 88. n. 56. Bero. cons. 40. & seq. lib. 2. Monet. decis. 137. num. 68. & 69. Cæsar. de Graff. decis. 1. n. 1. 5. & 8. de transact. Rot. decis. 168. n. 8. decis. 458. num. 1. p. 1. divers.* quos sequitur *Rot. decis. 271. n. 4. part. 6. in recent.*

37 Quando autem aliquid agitur ex falsa causa, dolo actum fuisse præsumitur, & dolo ad transigendum promissor videtur inductus, ut si ex falsis instrumentis, & testibus transactio facta, & juramento confirmata fuerit, *l. si ex falsis C. de transact.* ibique *Bart. n. 5. Bald. n. 9.* & alii, *Crav. cons. 538.*

38 *n. 17. vers. amplius*: undè redditur irrita, & rescindi debet; sicut res judicata ex falsis instrumentis; & testimoniis, comperta veritate, retractatur, *cap. cum venerabilis de except. l. 1. & tot. tit. C. si ex fals. instrument. vel testim. judic. sit, Mantica de tacit. & ambig. conven. lib. 26. tit. 9. n. 43.*

Veniens contra transactionem quando teneatur restituere recepta.

SUMMARIUM.

1 Veniens contra transactionem ante omnia tenetur restituere recepta. Ampl. ut in n. 8. Limit. ut in n. 9. 12. 14. 15. 17. 18. 20. 24. 30. & 32.

2 Agens ea contractu, si non adimpleverit ex parte sua, repelli potest exceptione non adimplementi, etiam si implementum in modico consistat, n. 3.

4 Exceptio non implementi retardat executionem obligationis Cameralis.

5 Agens ad rescissionem contractus tenetur restituere quod recepit.

6 Ex contractu non adimpleto non oritur actio. Et antequam adimpleatur est supersedendum ab ulteriori processu, n. 7.

8 Transactio licèt impugnetur ex capite enormissimæ læsionis, est facienda restitutio receptorum.

Ampl. etiam si fiat à minore, vel ab Ecclesia, ibid. n. 8.

9 Transactionis rescissio intentari potest, etiam non restitutis receptis, parte non opponente.

10 Et sufficit oblatio facta lite pendente, ante Sententiam.

11 Imò etiam si pars opponat ante Sententiam, & Judex, oppositione non obstante procedat ad ulteriora, tenet processus, si pars non appellat.

12 Et recepta sunt restituenda, si agatur ad rescissionem transactionis, seu contractus; secùs si ad ejus nullitatem. Declara ut in n. 13.

14 Nec recepta sunt restituenda si agatur ad supplementum rerum promissarum in transactione.

15 Nec sunt restituenda, quando transactio esset resoluta culpâ partis non adimplentis ex parte sua.

16 Agens, vel excipiens ex instrumento, seu contractu, in quo promissa non adimplevit, commodum aliquod ex eodem contractu consequi non potest.

17 Agens ad rescissionem transactionis non tenetur restituere recepta, si ex alia causa eidem competat retentio, præcipuè in causam debitam, n. 18. & 19.

20 Nec est facienda restitutio, si res tradita evicta fuit absque culpa partis.

21 Prout etiam si ex natura rei secuta sit evictio.

Evictio non debetur, si fuit passa ex natura rei, ibidem secùs si fuerit expressè promissa, n. 22. & 23.

24 Nec recepta sunt restituenda, si quis dolo fuit inductus ad transigendum.

25 Et dolus, & fraus ad hunc effectum ex quo præsumatur.

26 Dolus

ADNOTATIO II.

1 VEniens contra transactionem ante
omnia tenetur restituere, quod ex
transactione recepit, *l. si diversa,*
ff. de transaction. ubi *Bald. Salic.* & alii scri-
bentes, & præcipuè *Paul. de Castr. idem*
Bal. in cap. 1. §. notandum de iis, qui feud.
dar. poss. Paris. cons. 96. n. 112. lib. 1. & cons.
26. n. 72. lib. 2. Rol. cons. 7. n. 1. & seq. lib. 3.
Natta cons. 631. n. 7. Afflict. decis. 220.
n. 4. Giurba decis. 103 n. 5. Mantica de tacit.
& ambig. conven. lib. 26. tit. 9. n. 39. Rot.
decis. 311. n. 1. coram Cardinal. Cavaler. de-
cis. 354. n. 7. coram Gregor. XV. ibique *Ad-*
den. n. 19. decis. 11. n. 1. decis. 140. n. 1. de-
cis. 510. n. 1. decis. 810. n. 5. p. 1. divers. de-
cis. 539. n. 6. p. 1. in recent. & in Beneven-
tana manutentionis 27. Junii 1650. coram
Pentinger. §. fin. in fin. & in Auximana
dotium 27. Maij 1652. §. non obstat, coram
Albergato, et in Foro Sempronien. transa-
ctionis 28. Aprilis 1662. §. animadverte-
bant denique DD. confirmata 26. *Februa-*
rii 1663. §. ex capite denique læsionis, coram
Verospio, & dixit etiam *Rot. decis. 199.*
coram Cassad. & comprobat *Grammat. de-*
cis. 66. n. fin. vers. et alius vendendo, Abb.
cons. 62. in fin. lib. 1. Corn. cons. 188. lib. 2.
rursus *Rot. decis. 39. num. 3. post Zacch. de*
oblig. Cameral. decis. 262. n. 1. post Cenc. de
censib. decis. 91. n. 4. coram Mantica dec. 367.
n. 1. et 2. coram Penia.
2 Siquidem, sicut qui vult agere ex contra-
ctu debet implere ex parte sua contractum,
aliàs repelli potest exceptione non adimple-
menti, *Corn. cons. 79. num. 17. lib. 1. Cravet.*
cons. 151. n. 10. Pute. decis. 117. part. 3. Rot.
dec. 168. n. 1. post Pacific. de Salvian. inter-
dict. et in Senogallien. prædii coram Piro-
vano post Fenson. ad Statut. Urbis decis. 12.
3 *§. tamen vera est conclusio,* ubi etiam si im-
plementum in modico consistat per *Textum*
in l. Julianus §. offerri, ff. de action. empt.
Dec. in l. cum proponas la 2. n. 5. vers. quar-
to ampliatur C. de pact. Rol. cons. 53. n. 23.
lib. 1. Surdus cons. 101. n. 1. et 2. lib. 1. et
cons. 400. n. 28. lib. 3. Puteus decis. 340. n. 2.
lib. 1. et decis. 357. in fin. lib. 3. Veral. de-
cis. 316. n. 2. p. 3. Rot. decis. 428. nu. 7. p. 1.
4 *recent.* ubi quòd hujusmodi exceptio retar-
dat executionem obligationis Cameralis, &
latè tradit *Bec. cons. 45. n. 6. et 7.*
5 Ita qui vult rescindere contractum debet
restituere quod recepit, ut idem operetur
propositum in proposito, quod operatur
oppositum in opposito, *Anchar. in cons. 34.*
n. 11. quem sequitur *Natta cons. 361. n. 1.*
Rot. decis. 810. n. 4. & 5. p. 1. divers. &
decis. 262. n. 3. & 4. post Cenc. de censib.
6 quando enim contractus est ultro citroque
obligatorius, agens ex eodem tenetur priùs
adimplere ex parte sua, quo adimplemento
cessante in actore, intrat regula, quòd ei-
dem non competat actio vigore contractus
per ipsum non impleti, dicta *l. Julianus §.*
offerri ff. de action. empt. Cravet. cons. 151.
n. 10. Rimiuald. jun. cons. 779. n. 105. ubi
in terminis donationis, *Surd. cons. 101. n. 1.*
7 *Rot. decis. 612. n. 1. p. 3. in recent.* & an-
tequam fiat restitutio est supersedendum ab
ulteriori processu, *Rot. decis. 111. n. 2. p.*
1. divers. Hond. cons. 34. n. 35. lib. 2. Bel-
tram. in addition. ad Gregor. XV. decis. 354.
sub. n. 17.
8 Quæ procedunt non solùm si impugnetur
transactio ex capite læsionis enormissimæ,
Honded. cons. 34. n. 34. lib. 2. verùm etiam
si hujusmodi impugnatio fiat à minore, vel
ab Ecclesia, *l. quod si minor §. restitutio ff.*
de minor. l. 1. C. de repud. legat. Bardel.
cons. 62. n. 7. Aldouin. cons. 70. n 143.
Sfort. cons. 17. n. 30. & de restit. in integ.
q. 47. art. 3. Menoc. lib. 3. præsumpt. 84.
n. 1. & tradunt Doctores plenè relati per
Giurb. decis. 301. n. 10. Et dispositionem *l.*
si diversa ff. de transact. procedere etiam in
loco pio dixisse *Rot.* patet ex decisione rela-
ta per *Beltram. in addition. ad decis. 354.*
sub n. 17. post prin. Gregor. XV. Magon.
decis. Florent. 119. n. 8. Mastril. decis. 13.
Rot. decis. 440. n. 1. p. 1. divers.
9 Limit. primò ut dispositio *textus in l. si*
diversa ff. de transaction. procedat parte op-
ponente; adeo ut valeat judicium absque
oblatione restituendi recepta, parte non
opponente, *Roman. in l. filiæ licèt sub n. 8.*
C. de collat ibique *Alex. n. 3. vers. sed ista*
Jas. n. 1. Rimin. n. 2. idem Jas. in l. juris-
gentium in prin. n. 2. ff. de pact Felin. in
cap. in tantum n. 4. vers. ut intelligas de si-
mon. Dec. cons. 298. n. 1. Bertran. cons. 158.

n. 14. lib. 2. part. 1. Natta conf. 477. n. 3.
Tiraquel. de retract. lignag. §. 11. glo. 17.
n. 4. Afflict. decis. 220. n. 4. vers. & pro
hoc, Grammat. decis. 66. n. 23. Adden. ad
Gregor. XV. decis. 354. sub. n. 17. vers. hu-
jus autem Legis dispositio, Rot. decis. 111. n.
1. decis. 805. n. 1. & decis. 810. n. 1. 10. &
11. p. 1. diversor. ubi quòd ita intelligen-
di sunt Paris. Chassaneus Afflict. & Puteus
10 Et sufficit oblatio facta etiam lite pendente
ante sententiam, ut tradit Paul. de Castr.
cons. 166. ad fin. lib. 1. per l. si rem §. fi. ff.
de pigno. actio. Tiraquel. de retract. lignag.
11 §. 1. glo. 18. n. 13. quinimo, etiam si pars
opp onat ante sententiam, & persistat in ea-
dem oppositione, & Judex, non obstante
tali exceptione, procedat ad ulteriora, tenet
processus, si pars non interponat appella-
tionem, Rot. decis. 810. n. 7. & 8. p. 1. di-
vers. ad tradita per Galles. de oblig. cameral.
q. 20. n. 6. & 7.

12 Limit. secundò, ut procedat quando agi-
tur ad rescissionem contractus, vel transa-
ctionis; secùs si ad nullitatem ejusdem con-
tractus, vel transactionis; nam tunc non
sunt recepta refundenda; cùm transactio
nulla non impediat processum ad ulteriora,
Natta cons. 631. n. 7. lib. 3. Rol. cons. 7. n.
3. & 4. lib. 3. Cardinal. Mantica de tacit.
& ambig. convention. lib. 26. tit. 9. n. 39.
vers. sed hoc intelligitur, Beltram. in addit.
Gregor. XV. decis. 354. sub n. 17. vers. &
primo illa non habet locum, Rot. decis. 271.
n. 16. coram Gregor. XV. ibique Adden. n.
28. decis. 262. n. 4. post Cenc. de censib. &
in Romana Casalis coram Coccino inter im-
pres. penes Marchesan. de commission. tom. 1.
fo. 1129. & decis. 200. n. 16. & 17. p. 5.
tom. 1. in recent.

13 Sublim. ut agi possit ad nullitatem tran-
sactionis, antequam recepti fiat restitutio,
sed postquam est detecta nullitas, non po-
test agi ad executionem, nisi priùs factâ re-
stitutione, ut comprobant Doctores pleno ca-
lamo relati à Menoc. in cons. 644. n. 14. Rol.
cons. 7. n. 3. lib. 3. Beltram. in addition. ad
Gregor. XV. decis. 271. n. 28. vers. verum
hæc conclusio, Rot. decis. 200. n. 16. & 17. p.
5. tom. 1. in recent.

14 Limit. tertiò, quando quis venit contra
transactionem, ut justam consequatur æsti-
mationem earum rerum, quæ ad se perti-
nent, cùm tunc non teneatur ad restitutio-
nem receptorum, dum agit ad supplemen-
tum aliarum rerum, quæ deficiunt; dum-
modo causa sit clara & certa, secùs autem
si sit dubia, Ceph. in cons. 415. n. 4. vers.
quo verò, Cardinal. Mantica de tacit. & am-
big. convent. lib. 26. tit. 9. n. 40. ubi ita
fuisse dictum in sacro Auditorio apud Ro-
bust.

15 Limit. 4. non procedere, quando transa-
ctio esset resoluta culpâ partis adversæ non
adimplentis ex parte sua; quia tunc illi non
est ante omnia facienda receptorum resti-
tutio, Caputaquen. decis. 317. p. 3. & ita
fuisse dictum in Mediolanen.. legati refert
Adden. ad Gregor. XV. decis. 354. sub n.
16 17. vers. limitatur tertiò: agens enim,
vel excipiens ex instrumento, in quo pro-
missa non adimplevit, commodum, aut lu-
crum aliquod ex eodem instrumento conse-
qui non potest, vulgata l. Julianus §. offer-
ri ff. de action. empt. Bec. cons. 45. n. 6. Ro-
land. cons. 69. n. 8. vol. 4. Surd. cons. 52. n.
32. & 34. cons. 563. n. 4. latissimè Joseph
Ludov. conclus. 14. vers. infertur nonagesi-
mo, Cardinal. Seraphin. decis. 225. n. 2.
Gratian. discept. forens. cap. 301. n. 8. p. 2.
Rot. decis. 192. n. 12. 13. & seq. p. 5. tom. 1.
in recent.

17 Limit. 5. ut non procedat si pro parte il-
lius, à quo impugnatur transactio, affera-
tur alia justa causa, & titulus retinendi re-
cepta vigore transactionis, dummodo cau-
sa, seu titulus sit clarus, liquidus, & non
dubius, Adden. ad Gregor. XV. decis. 345.
n. 17. vers. limitatur quartò, Rot. decis. 111.
n. 4. p. 1. divers. decis. 539. n. 6. in fin. p. 1. in
recent. Seraphin. decis. 922. n. 8. Achil. de
Graff. decis. 4. de caus. possess. & propriet.
cum aliis per Negusan. de pignor. p. 3. n. 17.

18 Limit. 6. in corroborationem præceden-
tis limitationis, ut etiam competat retentio
in causam debitam, Rot. decis. 922. n. 8. co-
ram Cardin. Seraphin. decis. 102. n. 3. vers.
non obstat p. 1. divers. decis. 315. n. 17. p. 5.
tom. 1. recent. & in Romana rescissionis tran-
sactionis 19. Maij 1648. §. non obstat, quod
ille, coram Cardin. Corrado, & in eadem 16.
Junii 1651. §. quia stante læsione, coram
19 eodem, ubi quòd, stante enormissima læ-
sione, competat retentio filio, qui transe-
git cum Matre circa administrationem bo-
norum hæreditariorum, absque eo quod te-
neatur restituere recepta, tamquam prove-
nientia ex bonis hæreditatis paternæ ad ip-
sum spectantis, donec, legitimè redditis per
matrem administrationis rationibus, appa-
reat, an, & quæ summa eidem pro præten-
sis creditis debeatur.

20 Limit. 7. ut non procedat quando in tran-
sactione receptum fuit aliquod corpus, quod
postea fuit evictum sine culpa partis; nam
tunc agi potest ad rescissionem transactionis,
etiam non facta restitutione ejusdem corpo-
ris, Adden. ad Greg. XV. decis. 354. n. 17.
in fin. vers. limitatur sextò, & dixit Rot. de-
cis. 311. n. 2. & 3. coram Cardin. Cavalerio.

21 Prout etiam si ex natura rei secuta sit evi-
ctio, vel res evicta fuit; nam tunc evictio
non

non debetur, etiam concurrente obligatione evictionis, cùm non comprehendat evictionem provenientem ex natura, & qualitate rei, *l. si fundum sciens ff. de evict. Cyriac. controversi.325. n.16. Marescott. var. resol. lib.2. cap.19. num.29. & 30. Rot. decis.170. n.12. post Zacch. de oblig. Cameral. & in Romana locorum montium 15. Decembris 1659. §. nec relevat, coram Meltio, & in Romana locorum montium 16. Jan. 1662.*

22 *§. pariter illi, coram Ninot.* undè specificè hoc casu evictio est promittenda, alias pro ea nec actio, nec exceptio competit, per *Textum* clarum in *l. si à matre C. de jure dot.* ibi — *si à matre vestra, &c.* ubi *glo. in verbo nullam, Doctores in l. fundum sciens C. de evict. & in cap. nuper de donat. inter vir. & uxor. Mangil. de evict. qu.151. n.15. & 16. Fachin. controvers. jur. lib.2. cap.40. Surd. decis.208. n.1. Magon. decis. Florent.51. n.7. Sesse decis. Aragon. 14. n. 2. Rot. Januen. decis.190. n.16. vers. nec officit, & num.17. Gratian. discept. forens. cap.205. n.23. to.1. Cardin. Seraphin. decis.1480. n.4. Rot. decis.270. n.12. post Zacch. de oblig. Cameral. decis.207. n.12.13. & 14. decis.327. n. 24.*

23 *p.5. tom.1. in recent.* maximè in sciente qualitatem, & naturam rei, *l. si quis domum §. penult. ff. locat. Salyc. in l. si familia in fin. vers.2. quod ubi res n.6. C. famil. erciscund. Gozadin. cons.24. n.7. Gratian. dicta disc ept.205. n.24. Rot. dicta decis.270. n.13. post Zacch. de oblig. Cameral.*

24 Limit.8. non habere locum, quando ille, qui impugnat transactionem dolo fuit inductus ad transigendum, *Bald. in l. unica n.2. opposit.3. C. de repud.* ibique *Salycet. in 3. opposit.* & ita dixisse *Rot. decis.*118. *circa fin.* penes *Cottam*, refert *Beltram. in addition. ad Gregor. XV. dec.354. n.17. vers. limitatur quintò.*

25 Et dolus, & fraus præsumitur ex taciturnitate, & simulatione eorum, quæ si fuissent expressa, actus non fuisset celebratus, *l.3. in princ. ff. de crim. stellionat. l. si quis in pignore §. fin.* ibi — *nec me de hoc certioravit, &c. l. quæritur §. si venditor* ibi — *consulto reticuis*, &c. *ff. de ædilit. edict. Dec. cons.110. n.9. vers. et si de dictis, Menoch. lib.5. præsumpt.3. n.59. et 73. et seq. Mascard. de probat. lib.1. concl.531. n.23. et seq. Boss. in tit. de crim. stellionat. in fin.* cum aliis allegatis per *Farinac. in tit. de pœn. temperan. qu.89. n.111.*

26 In dubio tamen dolus non præsumitur, *Fulgos. in l. dolum in 2. notabili C. de dolo, Paris. cons.49. n.28. lib.1. Roland. cons.11. n.45. lib.3. Decian. cons.31. n.4. lib.3. Mantica de tacit. et ambig. convent. lib.18. tit.2. nu.41. Mascard. de probat. lib.1. concl.531. n.1. et 2. Menoch. lib.5. præsumpt. 3. nu.14. et 15.* & tradunt alii adducti per *Farinac. in tit. de pœn. temperan. q.89. n.2.*

27 Et tamquam latens in animo cùm sit difficilis probationis, etiam conjecturis probatur, *Paul. de Castr. in l. quod Nerva n.3. ff. deposit. Mascard. de probat. lib.1. concl.530. n.1. et seq. Menoch. de præsumpt. lib.1. q.58. n.10. et lib.5. præsumpt.3. n.42. et 43. et de arbitrar. lib.2. cas.116. sub n.2. et in 3. remed. retinend. possess. n.617. in fin.* cum aliis penes *Farinac. dicta q.89. n.16.* ubi *n.20.* jun-

28 cto *n.26. usque ad 35.* subdit, quòd ad eum probandum admittantur conjecturæ non dum juris, sed etiam hominis, dummodo sint perspicuæ, certæ, & indubitatæ, prout dicit *Textus in l. dolum C. de dolo* ibi — *dolum ex indiciis perspicuis probari debet* — ibique *communiter scribentes, Lucas de Penna in l. quemadmodum n.23. vers. nam perspicuis C. de agric. et cens. lib.11. Capra consil.78. n.50. Neviza cons.22. n.46. Cephal.*

29 *cons.121. n.11. lib.1.* quæ tamen procedunt in dolo vero, qui manifestis indiciis, & perspicuis probari debet, ex quibus resultat dolus verus; secus autem ex dolo præsumpto, ad cujus probationem non exiguntur ista perspicua, & perfecta indicia, ita *Farinac. in tit. de pœn. temperan. qu.* 88. *n.* 5. juncto *n.12. et q.89. n.36.*

30 Limit.9. ut ex hac exceptione restituendi recepta non impediatur processus ad ulteriora; utpote quia, opponendo altera pars de restitutione acceptorum, consensit rescissioni transactionis, qui consensus exuberat ad agendum absque actu retrosimili in contractu transactionis, *glos. et Anton. de Alex. in l. si diversa C. de transact.* ibique *Curt. sen. n.4. et 5. et Curt. jun. n.1. et 2.* ubi de communi, *Rot. dec.*102. *n.4. et 5. p.1. divers.* ubi subdit quòd periculosa est opinio *Affli-*

31 *cti in decis.220. n.4. et 5.* tenentis quòd saltem requiratur oblatio, cum in omnem eventum sufficiat quòd pars offerat ante sententiam ex *Puteo dec.10. lib.2.*

32 Limit.10. non procedere, quando illud, quod datum fuit, erogatum existat in opere pio respiciente augumentum cultus Divini *gloss. in cap. pervenit in verbo assignet de appellat.* ubi *Præpos. n.9. et 10.* & ita dixisse *Rot.* in dato in transactione converso in fabricam Ecclesiæ *coram Gypsio* refert *Beltram. in addition. ad Gregor. XV. dec.354. num.17.*

33 *vers. secundò non procedit.* Controvertitur tamen hæc sententia ab aliis Doctoribus tenentibus, quòd sit facienda restitutio ab Ecclesia, & minore, præcipuè si pecunia, vel aliud receptum conversum fit in utilitatem ipsius minoris, & Ecclesiæ, cùm non debeant

34 locupletari cum jactura alterius, maximè

Ecclesia, quæ est cultrix justitiæ, & æquitatis, & ab ea cæteri debeant recipere exemplum, ut tuentur *Gabr. cons. 36. vol. 1. Soccin. cons. 15. n. 15. cons. 29 n. 14. volum. 1. Surd. cons. 156. n. 9. cons. 181. n. 14. & 46. Gabr. in tit. de probat. concl. 7. n. 18. Caval. in tract. de tutor. n. 122. Mascard. de prob. concl. 581. n. 3. & concl. 1160. n. 3. & 19. Menoch. lib. 3. præsumpt. 84. num. 2.* cum aliis allegatis per *Giurb. dec. 103. n. 11.*

35 Quinimo quando Ecclesia vult à contractu recedere, ex quo solemnitates non fuerunt adhibitæ, etiam tenetur pretium, & quid quid ex contractu perceperit restituere, ad *textum in l. fi. §. emptor*, ubi *Bald. n. 1. & communiter scribentes C. commun. de legat. Surd. cons. 183. n. 46. & 47. Rot. decis. 18. n. 1. coram Amat. Dunozet.*

36 Quamvis non probetur versio in ipsius Ecclesiæ utilitatem, Ita ut locupletior facta dicatur, dummodo contractus, vel pecuniæ acceptæ fuerint ex causa voluntaria; secùs ex causa necessaria puta pro solvendis debitis ejusdem Ecclesiæ; nam tunc est probanda versio, aliàs non est facienda restitutio, *Rot. decis. 366. n. 2. et 3. coram Cardinal. Seraphin. et decis. 18. n. 2. coram Amat. Dunozet.*

37 Prout etiam si contractus fuerit celebratus cum debitis solemnitatibus; nam tunc versio non est probanda, cùm minor, & Ecclesia hoc casu præsumantur facti locupletiores; & minor, & Ecclesia contrarium probare tenentur: secùs si contractus sit nullus defectu solemnitatum, quo casu onus probandi versionem non spectat ad Ecclesiam, & minoram, sed ad eum, qui cum ipsis contraxit; probatur ex *l. prædiorum, et l. si prædium C. de præd. minor. Lucas de Penna in l. 3. in præsum. 178. C. de apoch. publ. lib. 10. Bart. Bald. et Salycet. in dicta l. prædiorum et in l. si prædium C. de præd. minor. Corn. cons. 71. n. 6. et cons. 72. n. 9. lib. 3. Alex. cons. 46. n. 1. lib. 4. Soccin. sen. cons. 15. n. 22. lib. 1.* cum aliis allegatis per *Menoc. lib. 3. præsumpt. 84. n. 2. 3. et 4.*

38 & *n. 5.* reddit rationem diversitatis, quia quando contractus, seu alienatio est facta, servatis solemnitatibus à jure requisitis, præsumptio militat ad favorem contrahentis cum minore, vel Ecclesia; ex quo tollitur, & cessat omnis doli, & fraudis præsumptio, & consequenter intrat præsumptio versionis in utilitatem, & commodum ipsius minoris, vel Ecclesiæ: secùs verò si solemnitates observatæ non fuerint; quia tunc præsumitur mala fides, & dolus in contrahente.

39 Limit. & declara 1. quod si pacto conventum fuerit non aliter adversus contractum partem audiendam esse, nisi priùs restitutis receptis; nam tunc non facta restitutione, audientia denegari debet; quia iniquum reputatur suam pecuniam, aut aliam rem retrahere, & rem ab altero cessam, vel datam retinere, *Gualt. de tutel. p. 2. rub. 4. n. 18. et p. 2. rub. fi. n. 17. Natta cons.*

40 *631. n. 4.* Secùs autem si nullum intervenerit pactum; cum tunc nulla facta restitutione audiendum esse inquit *Gualt. loco supr. citato, Ann. singular. 540. Georg. alleg. 34. n. 20. Rol. cons. 60. n. 34. vol. 4. Giurba decis. 103. n. 14. et 15.*

Transactio de rebus Ecclesiæ, an, & quando fieri potest, & successores ligare possit?

SUMMARIUM.

1 Transactio de rebus spiritualibus fieri non potest sine labe simoniæ, & n. 4.
2 Potest tamen fieri amicabilis compositio.
3 Transactio de sui natura exigit, ut aliquid detur, promittatur, aut retineatur.
5 Super re purè Ecclesiastica sine confirmatione Apostolica non ligat successores.
6 Præcedentiarum materia censetur magni præjudicii.
7 Transactio super modo incedendi in processionibus tenet etiam sine Superioris auctoritate, & ligat successores.
8 Et honesta præsumitur, nisi contrarium probetur.
9 In dubio pro ejus validitate est judicandum.
10 Super decimis inter personas Ecclesiasticas licet pacisci etiam sine beneplacito Apostolico. Ampl. ut in n. 11. Limit. procedere si actum fuerit inter Ecclesiasticos; secùs cum laicis n. 12. facta verò cum solemnitatibus est servanda n. 13.
14 Transactio facta ex causa dubii litis eventus dicitur Ecclesiæ utilis.
15 Ecclesia, & minor possunt transigere sine solemnitatibus super juribus fideicommissi, vel hæreditatis: secùs in præjudicium vocatorum, n. 16. nisi facta fuerit bona fide, & de bonis intricatis, n. 17.
18 Transactio regulariter præjudicat transigentibus, & non tertio.
19 Conventio inter alios inita non præjudicat tertio.
20 Transactio inita inter personas, & super juribus ejusdem Ecclesiæ ad ejus validitatem requiritur auctoritas Apostolica, vel consensus Episcopi. Contrar. n. 22.
21 Ampl. ut Vicarius Episcopi non possit auctorizare dictas concordias sine speciali mandato. Contrarium, n. 23. Ampl. ut Prælati inferiores habentes jura Episcopalia possunt auctorizare dictas transactiones, n. 25.
24 Archidiaconus de jure est Vicarius.
26 Transactio sede vacante à solo Capitulo fieri non potest, si Papa non eligat legitimum administratorem. Limit. ut n. 27.
28 Capitulum sede Episcopali vacante interponere potest decretum in alienatione rerum Ecclesiæ.
29 Transactio facta de rebus Ecclesiæ per Prælatum sine consensu Superioris non obligat successorem, sed tantùm ipsum transigentem, uti personalis.
30 Limit. si sit confirmata a sede Apostolica, nam tunc efficitur realis.
31 Successor in beneficialibus non tenetur stare locationi initæ per antecessorem etiam ad modicum tempus. Contrarium, n. 43. 44. 45. & 47.
32 Ampl. præcipuè si locatio inita fuerit ab antecessore nomine proprio, & de fructibus beneficii, & redditur ratio, n. 33.

34 Ampl.

34 Ampl. procedere non ſolùm in caſu mortis anteceſſoris ſed etiam in caſu beneficii renunciationis.
35 Nam ſucceſſor in beneficialibus dicitur ſucceſſor ſingularis. Contrarium, n.46.
36 Ampl. ut ſucceſſor non teneatur ſtare locationi ſui anteceſſoris, neque quo ad primum annum. licèt anticipatè ſolviſſet affictum.
37 Cùm hujuſmodi locationes irritentur per Concilium Tridentinum.
38 Ampl. ut procedat etiam quo ad locationem triennalem, & n.39.
40 Ampl. procedere tam quo ad poſſidentes canonicatos in Cathedrali, & Collegiatis, quàm quo ad poſſidentes alia beneficia.
41 Ampl. ut conductor à ſucceſſore expulſus non poteſt habere recurſum contra hæredes, & fidejuſſores beneficiati prædefuncti; ſecùs ſi locatio reſolvatur ex cauſa renunciationis, vel permutationis, n.42.
48. Limit. primam ſententiam ut ſucceſſor teneatur ſtare locationi, ſi fuerit facta nomine Eccleſiæ, & cum licentia Superioris, & ad ejuſdem utilitatem.
49 Et nomine Eccleſiæ quando locatio contracta cenſeatur. Et quid in dubio, n.50
51 Et ad utilitatem Eccleſiæ quando locatio facta cenſeatur, & n.52.
53 Et dicta utilitas aliter conſtare debet, quàm per aſſertionem locatoris.
54 Et ſi non conſtat de hujuſmodi utilitate non ſuffragatur obligatio bonorum, & ſucceſſorum.
55 Et ſi affictus cedunt ad commodum locatoris, ejus privata utilitas contemplata cenſetur.
56 Limit 2. ut non procedat, quando eſſet facta expenſa neceſſaria, vel major pars illius, & fructus eſſent proximè recolligendi.
57 Limit. 3. ſi in loco ubi poſſidetur beneficium adſit conſuetudo in contrarium.
58 Declara procedere in locationibus non exigentibus beneplacitum Apoſtolicum, vel Superioris conſenſum.
59 Limit. 4. ſi ſucceſſor ratificaverit contractum. Declara ut in n.60.
61 Limit. 5. ſi locatio facta fuerit cum aſſenſu Apoſtolico, aut cum auctoritate Superioris, & n.62.
63 Conductor non tenetur ſtare locationi in caſibus, in quibus ſucceſſor in beneficio nec ſtare tenetur.
64 Inter contrahentes eſt ſervanda æqualitas.

ADNOTATIO III.

1 TRanſactio de ſpiritualibus fieri non
poteſt, *cap. ſuper eo de tranſact. Fagnan. in 2.part.1. decretal. in cap. contingit de arbitris n. 19. tom.1. fo. mihi* 610.
2 poteſt tamen fieri amicabilis compoſitio;
Anchara. conſ. 34. n. 7. verſ. ſed tunc dices, et verſ. ſi ita eſt, Felin. in cap. cum ſit num. 3. de foro competen. Jo. de Anan. in cap. poſt miſerabilem n. 20. verſ. collige tamen
3 *de uſur.* & ratio eſt, quia tranſactio de ſui
natura exigit ut aliquid detur, promittatur, vel retineatur, *l. 1.* & ibi *glo. ff. de tranſaction. l. 3. C. de repudiand. hæredit. gloſſ. in l. tutores §. ab eo in verb. tranſactum ff. de*
4 *adminiſtrat. tutor*; ac proinde in ſpirituali-
bus fieri non poteſt ſine labe ſimoniæ, *cap. ſuper eo de tranſaction. gloſſ. in c. fin. in verbo temporalia de rer. permutat. Fagnan. in 2. partem primi Decretal. in cap. contingit de arbit. n. 30. 31. et 32. tom. 1. fo. mihi* 611.
5 Immo tranſactio ſuper re purè Eccleſiaſti-
ca ſine confirmatione Sedis Apoſtolicæ non ſuſtinetur, ad effectum ligandi ſucceſſores; *cap. veniens de tranſaction. Caputaquen. deciſ. 165. n. 1. p. 1. Rot. deciſ. 167. n. 3. coram Gulielm. Dunozetto.*
6 Sed ſi tranſactio fuerit inita ſuper modo
incedendi in proceſſionibus, licèt materia præeminentiarum cenſeatur magni præjudicii, *Puteus deciſ. 449. n. 4. lib. 2. et deciſ. 6. lib. 3. Gulielm. Dunozet. deciſ. 168.*
7 *n. 4.* tamen tenet, quamvis non intervene-
rit ſuperioris auctoritas, ad effectum ut ligentur ſucceſſores; adeo ut etiam ſine Sedis Apoſtolicæ, & ſuperiorum licentia inviolabiliter ſervari debeat, dummodo ſit licita, & honeſta. Etenim hujuſmodi pacta, & conventiones non concernunt jurium alienationem, & Eccleſiarum, aut confraternitatum ſubjectionem, ſed præbent modum, quo ad honeſtam adminiſtrationem, & ad conſervandam pacem, & concordiam, & conſequenter ad dirimendas lites, & controverſias, & ne ſcandala inter laicos oriantur, ut unanimes procedamus per viam ſalutis; eſt *Textus* expreſſus in *cap. fi. de pactis in* 6. ubi communiter ſcribentes, & ſingulariter *Franc. n. 2. verſ. ultimo nota, Gulielm. Dunozet. deciſ. 168. n. 5.*
8 Licita autem, honeſta, & rationabilia
hujuſmodi pacta, & tranſactiones ex præſumptione juris communis cenſentur, niſi illas impugnans contrarium doceat, & fundamentum ſuæ intentionis concludenter
9 probet, cùm in dubio Judex pro validitate
actus, & præcipuè tranſactionis pronunciare debeat, *Contard. in l. unica limit. 9. n. 10. C. ſi de moment. poſſeſ. Gulielm. Dunozet. deciſ. 168. n. 6. et 7.*
10 Super decimis inter perſonas Eccleſiaſti-
cas licet paciſci pro bono pacis, etiam ſine beneplacito Apoſtolico, *ad textum in cap. 1. et cap. fi. de pactis in* 6. ubi communiter Doctores, *cap. ex multiplici de decim. cap. 2.*
11 *de tranſact*; nam ſpeciale eſt quòd pacta,
conventiones, & tranſactiones celebratæ cum Eccleſiarum Rectoribus, Parochis, Abbatibus, & Prælatis ſuper rebus ad Parochialitatem pertinentibus ſubſiſtant, & afficiant ſucceſſores, quamtumvis hujuſmodi pactiones neque à Superioribus, neque à Sede Apoſtolica ſint roboratæ, ut bene tradit *Anchar. in cap. fi. de pact. in 6. n. 1. et per tot.* ubi etiam *Franc.* ſignanter
12 *n. 2.* ubi concludit, hoc procedere, ſi actum
fuerit inter Eccleſiaſticos; ſecùs verò cum laicis ſuper aliis juribus, ita *Rot. deciſ. 218. n. 3. 4. et 5. p. 7. in recen.*
13 Si tamen tranſactio ſuper decimis inter
perſonas Eccleſiaſticas celebrata fuerit cum requiſitis à jure ſolemnitatibus, cum beneplacito Apoſtolico, & juſta tranſigendi cauſa,

sa, scilicet recessu à lite, personis Ecclesiasticis multùm conveniente, dicitur valida, & omnino servanda venit, *Gulielm. Duno-*
14 *zet. decis.51.n.1.* nam ob dubium litis eventum dicitur Ecclesiæ utilis, *Auchar. cons.* 136. *ad med. Dec. cons.* 474. *n.* 9. *Rol. cons.* 15. *n.* 17. *Mobedan. decis.* 8. *n.* 1. *de locat. Gulielm. Dunozet. decis.* 51. *n.* 8.
15 Ecclesia verò, & minor possunt transigere sine solemnitatibus super juribus fideicommissi, vel hæreditatis ipsis nondum quæsitæ, *Fontanel. de pact. nuptial. claus.5.glo. 9. part. 5. n. 127. Franc. decis.* 14. *à n.* 16. *ad* 26. *Gratian. decis.27.n.29. Olea de cession. jur. tit.* 2. *q.* 1. *n.* 48.
16 Transactio verò de rebus ad fideicommissum spectantibus in præjudicium vocatorum, & ex propria persona venientium non sustinetur, *Rot. decis.* 147. *n.* 1. *p.5.decis.255.in fi. p.* 8. *recen. et in Firmana fideicommissi* 15. *Martii* 1660. §. *nec obstare,*
17 *coram Cardinal. Taia*: secùs autem si sit facta bonâ fide de bonis litigiosis, vel alio modo intricatis, cùm tunc etiam successores, & proprio nomine venientes teneantur ad observantiam, *l. ultim. ff. de transaction. Imol. in l. ante restitutionem ad fin. ff. de solut. Cephal. cons.* 261. *n.* 35. latè *Marzar. in Epit. de fideicommissis in* 5. *parte q.*72. *vers. de transactione, Mantica de tacit. et ambig. conven. lib.* 26. *tit.* 4. *n.* 20. *Peregrin. de fideicommissis arti.* 52. *n.* 88. *et* 89. *Gratian. discept. forens. cap.* 476. *n.* 1. *Rot. in Romana fideicommissi de Bariuariis* 27. *Junii* 1650. post *Censal. ad Peregrin. de fideicommissis decis.*11. *in Imolen prædii* 6. *Junii* 1643. §. *quoniam responsum coram Priolo, et in Ferrarien. fideicommissi de Tassonis* 22. *Junii* 1661. *coram Bourlemont*, cum aliis allegatis *in Romana donationis* 13. *Martii*
18 1665. §. *et quamvis, coram Bevilaqua*; generaliter tamen præjudicat solùm transigentibus, non autem tertio, *Peregrin. de fideicommissis art.*62. *n.* 87. *Rot. decis.* 256. *n.* 6. *p.* 2. *in recen. per textum in l. Imperatores ff. de transact. l.* 1. *C. eod. tit.* & subdit *Rot. in dicta Romana donationis coram Bevilaqua*
19 *in §. et quamvis*, quod est generale in omni conventione, *l. si unus* 3. *ante omnia ff. de pact.*
20 Quòd requiratur consensus Episcopi ad validitatem transactionis initæ inter personas ejusdem Ecclesiæ super juribus ad eandem Ecclesiam spectantibus, tradit *Aufer. ad Cappel. Tholos. decis.*97. *Rot. decis.*625. *n.*3. *p.*1. *decis.*775. *n.*2. *p.*2. *decis.*402. *n.*1. *& decis.*410. *n.*8. *p.*5. *tom.*1. *in recen. & in Comen. funeralium* 7. *Junii* 1651. *sub* §. *visa quoque fuit, coram Meltio per textum in cap. nulli de reb. Eccles. non alienan., & in*
*cap.*1. *eod. tit. in* 6. adeout nec Vicarius
21 Generalis Episcopi auctorizare potest similes concordias sine mandato speciali, *Redoan. de reb. Eccles. non alienan. q.*41. *n.*60. *Rot. dicta decis.*410. *n.*9. *p.*5. *tom.*1. *in recen.*
22 Contrarium quòd hujusmodi transactiones, utpote non importantes alienationem extra Ecclesiam, habeant statum validitatis sine alicujus superioris licentia, suadetur, quia non censetur propriè alienari illud quod in dominio Ecclesiæ remanet, & ab Ecclesia retinetur, *Hostien. in cap. novit n.*7. *vers. nec obstat, de iis, quæ fiunt à Prælat. sine Capituli consens.* ibique *Butr. n.*7. *Imol. n.*14. *vers. nec obstat etiam, Jo: Andreas n.* 4. *vers. non enim dicitur, Bald. in l. dudum n.* 6. *vers. quæro quid de Episcopo C. de contraben. emption. Bertaz. de Episcop. p.*4. *n.*143. *Redoan. de reb. Eccles. non alienan. q.*51. *cap.*10. *n.*1. *&* 2. *Rot. decis.*756. *n.*3. *&* 4. *&* 5. *p.*1. *diversor. & in Comen. funeralium* 7. *Junii* 1651. *in* §. *visa quoque, coram Meltio.*
23 Et quòd etiam ad validitatem hujusmodi transactionis sufficiat licentia Vicarii, est *textus in cap.*2. *de transaction.* ibi—*de assensu Episcopi, vel Archiepiscopi*, quod verbum *Archiepiscopi* communiter exponitur sci-
24 licet Archidiaconi, qui de jure est Vicarius, *cap.*1. *de officio Archidiaconi*, & ita exponendo dictum *textum* tradit, *Monet. de decim. cap.*5. *q.*6. *n.*110. *Rebuf. eod. tract. q.*13. *n.*19. *cum seq. Ric. in prax. p.*1. *resol.*60. *per tot. Trivis. decis.*36. *p.*2. *Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg.* 55. *n.* 55. *Rot. in Comen. funeralium* 7. *Junii* 165 . §. *visa quoque ante fin. coram Meltio.*
25 Ulteriùs quòd etiam Abbas. Prior, vel Prælatus, aut alius inferior ab Episcopo possit authorizare contractus, & alienationes rerum Ecclesiasticarum, si sit exemptus à lege jurisdictionis Episcopi, & in sua Ecclesia habeat jura quasi Episcopalia, & Ecclesiæ subjectionem quo ad utramque legem, ut loquitur *textus in cap. Abbates de privileg. in* 6. est *glo. in Clement.* 1. *tit. eod. in verbo proprii*, & ita à Doctoribus communiter explicatur, & latè tradit *Redoan. de rebus Eccles. non alienan. q.*41. *à num.*60. *vers. & Prælatos, & n.*64. *usque ad fin.*
26 Sede tamen Episcopali vacante transactio tamquam species alienationis non potest fieri à Capitulo solo, cùm tunc Ecclesia careat legitimo defensore, *cap. si qua de reb.*12. *q.*2. undè eligendus necessariò est à Papa legitimus administrator, *cap. si Episcopus de supplen. negligen. Prælat. in* 6. *Rot. dec.*51. *n.*2. *coram Gulielm. Dunozet.*
27 Limit. procedere si ageretur de rebus spectantibus ad mensam Episcopalem, vel si agatur

agatur de interesse Episcopi; secùs autem si agatur de rebus mensæ Capitularis, in quibus Episcopo nullum jus Episcopale competere potest, adeo ut ex transactione inita à Capitulo, sede vacante, aliquod mensæ Episcopali præjudicium non inferatur, *Rot. dec. 51. n. 3. coram Gulielm. Dunozet.*

28 Potest verò Capitulum, sede Episcopali vacante, interponere decretum in alienatione rerum Ecclesiæ, eamque authorizare, quia est actus jurisdictionis, in qua Capitulum succedit, sede vacante, ut latè docet *Redoan. de reb. Eccles. non alienan. q. 42. à n. 1. cum seq.*

29 Certa tamen est juris regula, quòd transactio facta de rebus Ecclesiæ per Prælatum sine consensu Superioris, licèt valeat in præjudicium transigentis, quandiu Ecclesiam possidebit, non tamen obligat successorem, cùm reddatur merè personalis, est *textus* in *cap. veniens de transactionibus*, ubi *Abb. n. 1. Jo: Andr.* & communiter notant omnes, & concordare videtur *Sac. Concil. Trident. sess. 6. cap. 4. de reform.* ibi -- *concordiis, quæ suos tantùm obligent auctores non etiam successores*, et *sess. 25. de reform. cap. 6.* & animadvertit *Fagnau. in 2. part. primi Decretal. in dicto cap. veniens de transaction. n. 1. & 2. tom. 1. fol. mihi 569.*

30 Sed si transactio confirmata fuerit à sede Apostolica ex certa scientia, & in forma specifica, & non in forma communi, de personali fit realis, & obligat etiam successores *cap. veniens de transaction.* & ibi *glo. in verbo confirmatam*, *Fagnan. in 2. part. primi Decretal. in eodem cap. veniens n. 3 Federic. de Sen. cons. 84. per tot. Abb. cons. 56. n. 2. lib. 1. Natt. cons. 441. n. 9.* Ruin. *cons. 63. lib. 1. Gemin. cons. 87. n. 1. Butr. in dicto cap. veniens de transact. n. 15. Hostien. n. 9. et 4. idem Abb. in cap. 2. n. 1. post med. eod. tit. per textum in cap. statuimus*, ubi *Abb. n. 1. et 2. et in cap. de cætero*, ubi *Innocen. n. 4. et 5. in cap. fi. de pact. in 6.* Rot. *dec. 13. n. 5. coram Gulielm. Dunozet. dec. 759. n. 1. dec. 402. n. 1. p. 5. tom. 1. et dec. 402. n. 1 p. 7. in recen.*

31 Hinc est quòd successor in Beneficialibus non tenetur stare pactis, & conventionibus per antecessorem initis: etenim prædecessor cùm usufructuario comparetur, & tantùm jus in fructibus habeat, donec Ecclesiam possideat; obligare non potest successorem ad servandam locationem, vel alium contractum, quamvis agatur de locatione ad modicum tempus, *ad notat. in cap. fi. ne Prælat. vices suas.* ibique *glo. in verbo statutum terminum, Mantica de tacit. et ambig. conven. lib. 5. tit. 12. n. 1. et seq. Gratian discept. forens. cap. 37. n. 17. tom. 1. et cap. 606. n. 1. et seq. tom. 4. Barbos. de offic. et potest. episcop. alleg. 94. n. 1. Putens dec. 181. n. 1.* Rot. *dec. 399. n. 1. coram Cardinal. Millino. dec. 210. n. 3. post Pacif. de Salvian. interdict. et in Portuen. affictus 1. Julii 1650. sub §. nec obstat, coram Bichio.*

32 Præcipuè si locatio inita fuerit ab antecessore nomine proprio, & in ejus utilitatem de rebus spectantibus ad suum beneficium, vel dignitatem, deputatis ad beneficii redditus, & Beneficiati, seu Prælati sustentationem, utpote quia successor non dicitur hæres universalis, *Covar. var. resol. p. 2. cap. 5. ad fin. Sà in verbo locatio n. 10. Tusc. pract. conclu. 419. Silvester in verbo locatio q. 11. n. 11. Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 18. n. 7. Gratian. discept. forens. cap. 606. n. 1. tom. 4. et ex moralibus Bonacina de contractibus dis. 3. q. 7. punct. ultimo n. 10. vers. respondeo 2. tom. 2. fo. mihi 679.* Rot. *dec. 186. n. 1. coram Cardinal. Mantica, et in Tyburtina affictus 19. Junii 1648. §. secundo quia, coram Cardinal. Corrado*; nam imputare sibi debent conductores, si ita contrahendo non præviderint casum mortis, vel beneficii dimissionis à beneficiato, & titulari factæ, *Paris. de resignat. beneficior. lib. 1. q. 16. n. 47. et 48. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 21. n. 8. et 9. Gratian. discept. forens. cap. 606. n. 1.* ubi *concordantes allegat, Barbos. de offic. et potestat. Episcop. alleg. 94. n. 11. Rot. in Portuen. affictus 1. Julii 1650. §. fi. coram Bichio.*

34 Ampl. ut idem juris sit, si Rector Ecclesiæ post factam locationem beneficium renunciaverit ante finitam locationem; nam tunc successor non tenetur stare locationi initæ per antecessorem: ita de communi testatur *Covar. var. res l. cap. 15. sub 6. Paris. de resignat. benefic. lib. 1. q. 16. n. 47. Castr. cons. 4. vol. 1. Gemin. cons. 18. Bellet. disquisit. Clerical. p. 1. tit. de Cleric. debitor. §. 4. n. 4. Quaranta in summ. Bullar. in verbo alienatio rerum Eccles. n. 19.*

35 *vers. amplia idem.* Successor enim in beneficio dicitur successor singularis, quia non succedit in universum jus antecessoris sicut hæres, sed venit ex integro ex propria persona; propterea non tenetur approbare factum defuncti, vel resignantis, juxta *textum* in *l. qui fundum ff. locati*, *et in l. emptorem C. eod. bene Mantica de tacit. et ambig. convent. lib. 5. tit. 12. n. 7. et 8. Cardinal. Cavaler. dec. 426. n. 4.*

36 Amp. 2. ut successor in Beneficialibus non teneatur stare locationi factæ a suo antecessore, etiam quo ad primum annum, licèt affictum anticipatè solvisset, cùm debeat sibi imputare conductor si non prævidit obitum

tum Beneficiati, seu Prælati, vel Beneficii renunciationem, aut dimissionem per consecutionem alterius, incompatibilis, *Ferret. cons.* 151. *lib.* 1. *Card. cons.* 7. *de locat. Imol. cons.* 161. *n.* 9. *Rot. dec.* 210. *n.* 6. *post Pacif. de salvian.* & tradit *Archidiac. in cap. alienationes n.* 14. *in fi.* 12. *q.* 2. *Guid. Pap. dec.* 197. *Bellet. disquisit. Clerical. tit. de Cleric. debit.* §. 4. *n.* 12.

37 Undè providè à *Sacro Concilio Tridentino* sancitum fuit, locationes rerum Ecclesiasticarum anticipatâ solutione factas nullatenus in præjudicium successorum valere, quocunque indulto, aut privilegio non obstante, *sess.* 25. *de reform. cap.* 11.

38 Ampl. 3. ut procedat non solùm quo ad locationem ad longum tempus, verùm etiam quo ad locationem triennalem factam per prædecessorem, *Bald. in l. defuncta ff. de usufruct. Natta cons.* 157. *Novar. quæst. forens. p.* 1. *q.* 62. *n.* 7. & 8. cum aliis allegat. per *Bellet. disquisit. Clerical. p.* 1. *de Cleric.*

39 *debitore* §. 4. *n.* 5. Et ratio est quia beneficiatus habet solùm jus in fructibus suâ vitâ durante: undè locatio per eum facta non potest ulterius operare, & arctare successorem, cùm resoluto jure locantis resolvitur quoque ipsa locatio.

40 Ampl. 4. ut procedat non solùm quo ad locationes factas à Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ locantes fructus suarum præbendarum, verùm etiam quo ad omnem alium simplicem beneficiatum, quia hujusmodi fructus ad eorum pertinent utilitatem, donec pacificè beneficium possideant, vel donec morte finiatur, *Abbas in cap. ex litteris n.* 7. *ibique Dec. n.* 9. *de probat. Cardinal. Tusch. concl.* 419. *n.* 16. 24. & 25. *Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg.* 94. *n.* 10. *Mantica de tacit. & ambig. conven. lib.* 5. *tit.* 12. *n.* 18.

41 Ampl. 5. Ut hæredes, & fidejussores Prælati, qui fecit locationem, si decedat ante impletum tempus locationis, & successor nolit stare locationi, non tenentur de evictione; adeo ut conductor adversus eos non potest habere recursum pro interesse passo, & patien. & ab eisdem petere quanti sui interfit locationem impleri intra tempus conventum; quia talis locatio cùm resoluta fuerit morte locantis, habetur perinde ac si res ipsa locata periisset, ut inquit *Juris consultus in l. si quis domum* §. 1. *ff. de locat. & conduct.* ita docent *Anton. in c. ult. n.* 9. *ne Prælati vices suas* cum aliis traditis per *Barbos. de*

42 *offic. & potest. Episcop. alleg.* 94. *n.* 11. secùs autem, si locatio resolvatur ex causa renunciationis, vel permutationis, vel dimissionis beneficii liberè factæ per titularem; nam tunc ejus hæredes, & fidejussores tenentur de evictione; & ratio diversitatis est quia locatio per obitum beneficiati locantis resolvitur per actum necessarium ex voluntate Dei, & naturâ cogente, & non ejus culpâ: per liberam verò resignationem, vel dimissionem locationis resolutio contingit voluntate, facto, & culpâ ipsius resignantis; ac proinde non liberantur ejus hæredes, & fidejussores ab obligatione præstandi interesse: ita ex *Guttier. canon. quæst. lib.* 1. *cap.* 36. *n.* 25. *cum seq.* distinguit *Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg.* 94. *n.* 12.

43 Contrarium verò quòd imò successor Ecclesiasticus à locatione prædecessoris non possit recedere, suadetur, quia locatio ad modicum tempus non est prohibita, *cap.* 2. *de locat. cap. nulli de reb. Eccles. non alienan. cap.* 2. *tit. eod. in* 6. & *Clement. I. in fin. eod. tit.* tum quia præfatus successor debet favere iis, quos novit suo antecessori fideliter paruisse, & bona fide contraxisse, *cap. hujus*

45 *placitis* 12. *q.* 2. tum quia quæ gesta sunt ab officialibus firma debent permanere, quamvis officium, & potestas expiret, *l. si tutelæ ff. de administr. tutor l.* 1. *ff. quando ex facto tutor., l. gesta C. de rei vindicat.* §. *hoc vero jubemus in Auth. ut nulli Jud.* tum etiam

46 quia Prælatus, seu Rector potest etiam dici successor universalis, quia in dignitate, & in titulo succedit, *cap. significavit de rescript. cap. quoniam Abb. de offic. delegat* Et dignitas præsertim Ecclesiastica est quædam universitas, *cap. ad sedem de restit. spoliat.* rum

47 demum quia omnis æquitas suadet, ut conductor sit manutenendus in locatione: undè videtur recedendum à rigore juris, præcipuè, si locatio sit justa, & non læsiva, ut latè comprobat *Mantica de tacit. et ambig. conven. lib.* 5. *tit.* 12. *à n.* 11. *usque ad* 17. Verùm quia supradictæ repugnantes rationes in multis casibus locum habere possunt, & admitti debent præcipuè in limitationibus, quæ dantur primæ sententiæ, ideo

48 Limit. 1. primam sententiam, ut successor teneatur stare locationi factæ per antecessorem, si prælatus, vel beneficiatus contraxit nomine Ecclesiæ, & pro ejus utilitate, & insuper quod interveniat auctoritas Superioris; ita colligitur ex *gloss. in cap. fin. in verbo terminum, ne Prælat. vices suas, ad text. in c. de cætero, & in c. veniens cum glo. de transact. Hostien. Jo: Andr. & Anton. de Butr. in c. ult. ne prælat. vices suas, Barbos. in l. si filio familias* §. *fin. n.* 17. & *seq. ff. solut. matrim. Covar. var. resol. lib.* 2. *c.* 15. *n.* 6. *Cardin. Tusch. practic. conclus. in verbo locat. concl.* 419. *Caroc. de locat. p.* 3. *tit. de reb. Eccl. locan. qu.* 1. *cum seq. Marta de jurisdict. p.* 4. *cas.* 94. *n.* 8. *Quaranta in Summ. Bullar. in verbo alienatio n.* 19.

n.19. Michael Graff. tom. 2. commun. opiu. lib.4. tit.43. n.40. fol.657. Marius Antonin. var. resol. lib.1. resol.45. n.1. Spin. in specul. testament. glo.19. principal. n.41. Gennen. in prax. Curiæ Episcopal. Neapolit. cap.97. Molina de primogen. lib.1. cap. 21. à princ. Cardos. in prax. Jud. & Advocat. in verbo fructus n.23. & in verbo locatio n.6. Guttier. canon. lib.1. cap.36. Ricc. in collect. dec. p.4. collect.1007. & collect.1055. in fin. & in prax. fori Ecclesiast. dec.1 2. in prima edit. & resol.97. in 2. edit. Paris. de resignat. benefic. lib.1. qu.16. n.47. Cald. Pereyra quæst. forens. lib.2. quæst.32. & de emption. c.26. n.5. Cardinal. Mantica de tacit. & ambig. conven. lib.5. tit.13. n. 6. cum pluribus seq. juncto n. 26. cum seq. Gratian. discept. forens. c.37. à n.18. tom.1. Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg.94. à n.1. Bellet. disquisit. Clerical. p.1. tit. de Clerico debitore §.4. n. 2. & 6. Novar. quæst. forens. p.1. qu.62. n.7. & 8. Alex. cons.160. nu.1. & 4. Imol. cons.161. Gemin. cons.17. per tot. Bero. consil.83. n.8. & 9. vol.1. Bursat. cons.238. n.15. vol. 3. Gabr. cons.83. nu.51. & 52. Decian. cons. 14. n. 2. Alba cons.188. Ferret. consil.151. & cons.316. vol. 2. Card. cons.7. de locat. & ex moralibus Molin. de justitia tract.2. disp.492. vers. quod denique, Valer. Reginald. in prax. fori pœniten. lib.25. c.43. n.528. cum seq. Azor. instit. moral. p.2. lib.8. de locato, & conducto cap.6. q.7. Rebell. de oblig. justit. p.2. lib.14. q.11. n.17. Bonacin. oper. moral. in tit. de contract. dis.3. quæst.7. punct. ult. n.10. tom.2. Redoan. de reb. Eccles. non alienan. q. 57. sub n.88. circa med. vers. subdens, Cavalcan. dec.45. in addit. n.68. cum plurib. seq. p.1. & dec. 25. à n.1. p.5. Surd. dec.33. n.8. dec.37. n.7. dec. 40. n.4. et dec.172. n.1. Franc. Marc. dec.102. p.1. et dec.564. p.2. Bellam. dec.748. Puteus dec.181. et dec.421. n.4. lib.1. Mohed. dec.12. n.1. et seq. de locat. Millin. dec.395. n.1. et 2. Adden. ad Burat. dec.482. n.17. Rot. dec. 210. n.1. post Pacif. de Salvian. interd. et in Portuen. Affict. 1. Julii 1650. §. limitationes autem, et §. non applicatur vers. non primò, coram Bichio.

49 Nomine verò Ecclesiæ locationem contractam fuisse censetur, nempe si adiectum fuerit nomen Episcopatus, Dignitatis, & alterius tituli, & officii; ita ut non restringatur ad personam ipsius locatoris, & contractus stipulatus fuerit pro se, & successoribus cum obligatione bonorum Ecclesiæ, seu beneficii pro observantia contractus, prout etiam si in locatione aliquod onus injunctum fuerit Ecclesiæ; nam tunc ejus nomine præsumitur contraxisse; ut bene animadvertit Mantica de tacit. & ambig. convention.

lib.5. tit.13. à n.16. usque ad 20. & n. 21
50 subdit quòd in dubio contractus magis præsumatur personalis, quàm realis, si proprium nomen sit expressum, ut notatur in cap. cum venissent de instit. & tradit Anton. de Butr. in cap. ult. n.6. vers. si verò Prælatus, & n.7. vers. ad primum, ne Prælati vices suas.

51 Ad utilitatem quoque Ecclesiæ tunc locatio contracta intelligitur, si ipsa Ecclesia, vel Monasterium indigeat reparatione, vel aliâ expensâ, vel ex causa solvendi debita nomine Ecclesiæ contracta, cap. sicut 12. q.2. & Auth. hoc jus porrectum, ibique Bart. Bald. & alii C. de Sacrosanct. Eccles. cap. ea
52 enim §. hoc jus porrectum 10. qu. 2. Prout etiam dicitur utilis Ecclesiæ, si evidenter dãnum non patiatur, Paul. de Castr. in consil.2. n.3. lib.1. & latiùs comprobat Cardin. Mantica de tacit. & ambig. convention. lib.5. tit.13. à n.22. 23. & seq.

53 Quòd autem contractus tendat in Ecclesiæ utilitatem aliter constare debet quàm per assertionem locatoris, cui de hoc non creditur in præjudicium successoris, Abb. in cap.1. de restit. in integ. Dec. in consf.474. n.11. & seq. ad tradita per Bart. in l. si fortè n.3. in fin. ff. de Castren. pecul. & per Alciat. in consf.14. n.7. & 8. lib.1. Calder. consil.4. circa med. de rebus Eccles. non alienan. Federic. de Sen. consf.143. ad fin. Alex. consil.16. n.7. lib.4. Soccin. consf. 52. n.5. lib. 4. Paris. consf.62. num.7. lib.1. Aym. consf.175. n.2. Mantica de tacit. & ambig. convention. lib.5. tit.13. n.9. vers. neque credendum est, Rot. dec.339. n.7. & 8. coram Cardinal. Cavaler. dec. 716. n.1. & 2. dec. 752. n.3. p.1. diversor. & in Portuen. affictus 1. Julii 1650. cor. Bichio in §. et hic circumscripta, ubi
54 addit quòd, si nullibi constet contractum celebratum fuisse in utilitatem Ecclesiæ, nihil suffragatur obligatio bonorum Ecclesiæ, & successorum, Gratian. discep. for. c.606. n.12.

55 Imò, si annui affictus cedere debent ad commodum locatoris privata ejus utilitas, & non Ecclesiæ contemplata convincitur, Redoan. de reb. Eccles. non alienan. q.57. n. 88. Rot. dec.210. n.3. vers. in casu autem post Pacif. de salvian. interdict. & in Pampilonen. alienationis 15. Januarii 1649. in §.1. in fin. coram Bichio, relata in Portuen. affictus 1. Julii 1650. in §. at hic circumscripta vers. imò ex quo, coram eodem.

56 Limita secundò, ut successor in Beneficio teneatur stare locationi factæ per antecessorem etiam nomine proprio, quando annus est inchoatus, & facta impensa necessaria, vel major pars illius, præcipuè si terræ sint satæ, & fructus de proximo recolligendi, Bald. in l. emptorem n. 7. vers. sed pone Colonus C. locat. Menoch. cons. 181. vol.2. Ge-

nuen. in prax. fori Archiepiscopal. Neapolit. cap. 97. n. 2. Mar. Anto. var. resol. 45. n. 3. Aloys. Ric. in prax. fori Ecclesiast. resol. 97. n. 5. Quaranta in summ. Bullar. in verb. Alienatio rerum Ecclesiæ n. 19. §. amplius idem, vers. idem quando inchoatus esset annus, Gratian. discept. forens. cap. 606. n. 9. Barbos. de offic. et potest. Episcop. alleg. 94. n. 3. Bellet. disquisit. Clerical. p. 1. tit. de Cleric. debitore .4. n. 13. Franc. Marc. dec. Delfinat. 196. col. final. p. 2. Burgn. Cavalcan. dec. 44. n. 32. p. 1. Pedemontan. dec. 82. n. 10. Surd. dec. 52. n. 12. Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 18. n. 7. in fi. Ferentil. in addition. ad Barat. dec. 482. n. 18. Rot. in Portuen. affictus 1. Julii 1650. in §. limitationes in fi. coram Bichio.

57 Limita tertiò, ut non procedat, si in loco, ubi adest beneficium existat consuetudo legitimè introducta, ut successor in beneficio teneatur stare colono; quia tunc, cùm consuetudo habeat vim Legis, utique esset servanda, Quaranta in summ. Bullar. in verbo alienatio rer. Eccles. n. 19. in fi. Aloys. Ric. in prax. fori Ecclesiast. resol. 97. n. 8. Barbos. de offic. et potest. Episcop. alleg. 94. n. 4. Bonacin. in tit. de Contractibus dis. 3. q. 7. punct. ultim. n. 10. vers. hoc tamen tom.

58 2. fo. 679. Quod intelligendum videtur in locationibus non exigentibus beneplacitum Apostolicum, aut consensum alterius superioris, aut alias solemnitates, cùm tunc non potest habere locum hujusmodi consuetudo, tanquam repugnans constitutionibus Apostolicis, & præcipuè Paulinæ constitutioni relatæ in extravag. ambitiosæ de rebus Ecclesiæ non alienan.

59 Limita quartò, si successor ratificaverit contractum celebratum per suum antecessorem, ut si perceperit pensiones, aut affictus decursos absque ulla protestatione; dummodo probetur, quòd ante ratificationem successor sciverit contenta in instrumento, vel apocha, & non adsit alia conventio in contrarium à se ignorata; cùm ratificatio non trahatur ad ignorata, l. 3. §. scio ff. de minor. Nutta cons. 672. n. 54. vers. quod dic tu, Cephal. cons. 153. n. 98. Burat. decis. 136. n. 8. Rot. in Portuen. affictus 1. Julii 1650. in §. pariter non relevat, coram Bichio.

60 Sublim. ut hujusmodi ratificatio censeatur facta pro anno, pro quo recepta fuit pensio; nam quando locatio non obligat successorem, tunc Prælatus recipiendo pensionem non videtur illam confirmare ultra tempus perceptæ pensionis, Mar. Anto. lib. 1. var. resol. 45. n. 4. Cavalc. dec. 25. n. 3. Surd. dec. 33. n. 1. et 9. dec. 264. n. 13. & dec. 365. n. 16. Putc. dec. 180. lib. 1. relat. per Barbos. de offic. et potest. Episcop. alleg. 94. n. 8.

61 Limita quintò, si locatio facta fuerit cum assensu Apostolico, ut si Pontifex concederet licentiam locandi ad tot annos; nam tunc, durante dicto tempore, conductor à nemine, nec à successoribus in beneficio expelli poterit, Quaranta in summ. Bullar. in verb. alienat. rer. Eccles. n. 19. in §. amplius idem, vers. quando Summus Pontifex, Aloys. Ric. in prax. fori Ecclesiast. resol. 97. n. 4. Mandos. de signatura gratiæ tit. de indult. locandi, vers. supponamus, Barbos. de offic. et potest. Episcop. alleg. 94. n. 2. etsi interveniat auctoritas superioris, Bellet. disquisit. Clerical. p. 1. tit. de Cleric. debitor. §. 4. n. 6. latè Mantica de tacit. et ambig. conven-

62 tion. lib. 5. tit. 13. n. 30. et 31. ubi quòd si locatio facta sit ultra triennium inconsulto Romano Pontifice, successor non obligatur ad observantiam contractus; utpote quia redditur irrita, & nullius momenti, juxta dispositionem Paulinæ constitutionis relat. in extravag. ambitiosæ de reb. Ecclesiæ non alienan.

63 Est tamen animadvertendum, quòd in casibus, quibus successor in beneficio non tenetur stare locationi factæ ab antecessore; ita similiter nec conductor tenetur prosequi, & continuare eamdem locationem cum successore; dummodo res sit integra, etiam eo invito, ut æqualitas servetur inter contrahentes, juxta textum in l. Julianus §. si à Pupillo ff. de action. empt. & notat Molina de primogen. lib. 1. cap. 21. n. 4. Guttier. quæst. canon. lib. 1. cap. 36. n. 12. Barbos. in l. si filiofamilias §. ultim. n. 20. ff. solut. matrim. Barbos. de offic. et potest. Episcop. alleg. 94. n. 15. Molina disp. 492. n. 6. Quaranta in summ. Bullar. in verbo alienatio rerum Ecclesiæ sub n. 19. Bonacin. in tit. de contract. dis. 3. q. 7. punct. ultim. n. 10. vers. secundo conductorem tom. 2. fol. mihi 680. Rot. dec. 210. n. 7. et in Portuen. affictus 1. Julii 1650. §. non applicatur, coram Bichio.

Statutum exclusivum fœminarum an comprehendat hæreditatem Clerici.

SUMMARIUM.

1 Constitutio Innocentii XI. super statutariis successionibus non habet locum extra statum Ecclesiasticum.

2 Laici fideles in merè temporalibus non ligantur canonicis constitutionibus.

3 Statutum exclusivum fœminarum an procedat in bonis Clerici ob diversas Doctorum sententias: quod egeret decisione Cæsarea. Contrarium nisi esset à Pontifice confirmata, n. 4.

4 Leges Imperiales, seu Principum secularium disponentes de bonis, seu personis Ecclesiasticorum sunt nullæ.

5 Sta-

5 Statutum laicorum excludens sorores, & fœminas propter masculos procedit etiam in Clerici hæreditate.
6 Præcipuè si statutum injecit vinculum ante Clericatum. Contrarium, n.13.
7 Bona Clerici, eo defuncto, & laicis delata, efficiuntur laicalia.
8 Bona hæreditaria post aditam hæreditatem efficiuntur patrimonium hæredis.
9 Clericus non disponens de suis bonis, censetur se conformare voluisse cum statuto, ut succedant illi, qui ex ejus dispositione succedere debent. Contrarium n.37.
10 Statuto utens contra alios, etiam contra se uti debèt.
11 Clericus utens statuto, debet uti cum omnibus suis qualitatibus. Declara, ut in n.35.
12 Statutum ne bona alienentur in forenses, ligat Clericos Contrarium, n.44.
14 Statutum non potest comprehendere illud, de quo in specie à statuentibus disponi non potest.
15 Laici non possunt disponere de personis Ecclesiasticis, neque de eorum bonis directè, aut indirectè.
16 Ampl. procedere sive agatur de bonis acquisitis ante, vel post Clericatum.
17 Statutum exclusivum fœminarum non porrigit vires suas ad bona sita extra territorium, nec comprehendit forenses, nec ad hunc effectum fit combinatio statutorum, & n.18. 19. & 20. Limit. ut in n. 21. & 22.
23 Subiectus statuto quis potest esse in uno loco ratione originis, & in alio ratione domicilii. Ampl. ut in n.28.
24 Ratione domicilii quis efficitur subditus.
25 Incola non dicitur forensis.
26 Statutum loquens de forensibus, non comprehendit incolas. Ampl. ut in n. 27.
28 Civis ex privilegio non habetur pro forense.
29 Civis quis efficitur manumissione, adoptione, sive allectione.
30 Secùs autem per baptismum.
31 Liber tamen baptismatis facit fidem ad probandum quem esse Civem.
32 Statutum exclusivum fœminarum requirit utramque subiectionem bonorum, & personarum, sive sit conceptum in rem, sive in personam, rejecta Bartoli distinctione, & n.33.
34 Pro ut etiam reiicitur alia distinctio quòd dictum statutum fœminarum exclusivum non procedat in bonis à Clerico acquisitis ex fructibus beneficii, secùs in bonis patrimonialibus.
35 Bona patrimonialia Clericorum gaudent privilegio, & immunitate, quâ fruuntur res Ecclesiæ.
36 Hæreditas Clerici ab intestato delata, adiri debet juxta ejus verisimilem mentem.
37 Clericus ab intestato decedens, censetur se conformare voluisse cum jure communi, & non cum statuto.
38 Hæreditas ante aditionem repræsentat personam defuncti, & dicitur quasi possidere.
39 Clericus utens beneficio statuti, debet etiam uti contra se in ordinatoriis; secùs in decisoriis, & n.40.
41 Clericus uti potest beneficio statuti pro se, secùs contra se.
42 Constitutiones, & leges laicales favorabiles extenduntur etiam ad Clericos, & censentur approbatæ, ut uti possint pro se non contra se.
43 Quia tunc non dicuntur lædere, sed augere ecclesiasticam libertatem.

ADNOTATIO IV.

1 QUamvis in Statu Ecclesiastico immediato, & mediato Sedi Apostolicæ subjecto Doctorum, & Tribunalium controversiæ, interpretationes, limitationes, & restrictiones super statutariis successionibus sublatæ fuerunt per Constitutionem S.D.N. *Innocentii Papæ XI.* suprà relatam; extra tamen Statum Ecclesiasticum remanent in earum ambiguitate, ob
multas rationes, quæ pro una, & altera
2 parte valde urgent: & laici etiam fideles in
merè temporalibus, & profanis non ligantur dictâ Constitutione Innocentianâ, nec
aliis canonicis Constitutionibus, nisi in terris Ecclesiæ, *cap. quoniam* 10. *dist. cap. si duobus de appellat. Fagnan. in* 1. *part. primi Decretal. in cap. canonum statuta de constit.*
3 *n.*92. *tom.*1. ac proinde quòd hoc dubium
egeret decisione Cæsarea inquit *Gaspar Anton. Thesaur. quæst. forens. lib.*2. *quæst.*2. *in*
4 *princ. ante n.*1. quæ neque relevaret absque
Summi Pontificis approbatione ob personas Ecclesiasticas, propter quas hujusmodi controversiæ excitantur, defectu potestatis Principum secularium in Ecclesiasticos, eorumque bona, ut latè comprobat *Thom. del Bene de Immunit. Ecclesiast. cap.*9. *tit.*1. *à n.*14. *usque ad* 17. *& seq. part.*2.
5 In proposito igitur dubio, quòd statutum
laicorum excludet sorores, & fœminas propter masculos à successione, & hæreditate ab intestato delata procedat, & sibi locum vindicet etiam in Clerici hæreditate, docent *Barbat. in cap. quod Clerici n.*129. *de foro competen.* latissimè *Bursat. cons.*93. *n.*15. *& seq. lib.*1. *Soccin. cons.*230. *lib.*1. *Paris. consil.*40 *n.*17. *&* 21. *lib.*1. *Calcan. cons.*7. *n.*12. *&* 14. *Plot. cons.*93. *per tot. Geral. Mazolla cons.*87. *n.*30. *& seq. Honded. cons.*3. *n.*29. *Roman. singul.*446. *Abbas cons.*761. *n.*60. *Raudens. cons.*14. *n.*111. *lib.* 2. *& resol.*11. *n.*10. *Surd. cons.*560. *n.*11. *Marta cons.*118. *n.*14. *&* 15. *Brun. de Statut. art.*8. *q.*2. *n.*3. *Gab. Sarain. ad Mathesilan. sing.*110. *Carpan. ad Statut. Mediolan. in prælud. n.*609. *& in cap.*278. *n.*21. *& in cap.*311. *n.*10. *to.*1. *Cott. in memorab. verbo Clerici ligantur in fin. Nepodan. ad consuetud. Neapolit. de successіon. ab intestato n.*247. *Tiraquell. de primog. q.*45. *vers. sed ego tamen, Barbat. de divis. fruct. p.*2. *cap.* 2. *n.*226. *Cavagnol. de decr. Mont. ferrat. decr* 73. §.1. *q.*7. *Car. de Graff. de effect. Clericat. effect.*2. *n.*125. 274. *&* 276. *Lel. Caput. ad consuetud. Neapolit. in prælud.* §.3. *n.*22. *Merend. controv. jur. cap.*32. *lib.*14. *Gasp. Thesaur. quæst. forens. lib.*2. *qu.*2. *n.*1. *&* 2. *Merlin. de legit. lib.*3. *tit.*1. *q.*19. *n.*5. *Squillant. de privileg. Clericor. cap.*7. *n.*97. *& seq.* ubi sic fuisse decisum *in Collater. Cons. Neap.* ex *de Ponte in cons.*18. *n.*12. *Hodiern. ad Surd. dec.*20. *n.*2. *Ursil. ad Afflict. dec.*310. *n.*11. *Andreol. controv. forens.*227. *n.*1. *p.*3. *Borguin. dec.*9. *n.*81. *p.*2. *& dec.*20. *n.*14. *p.*4. *Mart. Medic. dec.*53. *Caroc. dec.*127. & hanc opinionem non solùm esse magis communem, sed veriorem credit *Michalor. de fratrib. p.*3. *c.*8. *n.*5. *vers. contrarium tamen*, *Vulp. de lib. Eccles. p.*3. *sub n.*11. & ab hac opinione

in judicando, & consulendo non esse recedendum dixit *Sar. in dicto cons. posito post singul. Mathes.* 110. *n.*83.

6 Et hanc opinionem non habere contradictorem, quando statutum injecit vinculum ante Clericatum subdit *Gaspar Anton. Thesaur. quæst. forens.* 2. *lib.* 2. *n.* 3. & ad eandem facilius recipiendam plura suadent; primò,

7 quia mortuo Clerico ejus bona hæreditaria non sunt ampliùs personæ Ecclesiasticæ, sed potiùs laicorum hæredum, qui propterea, dum succedunt ad illa bona, debent succedere servatâ formâ consuetudinum, vel statutorum, cùm non agatur ampliùs de bonis Clerici defuncti, & viventis non datur hæreditas, *l. qui superstite ff. de acquirend. hæreditat.* ut tradunt citati Doctores, & signanter *Paul. Squillant. de privil. Cleric. cap.* 7. *n.*97. *in fin. Andreol. controv. forens.* 227. *n.* 1. *in fin. p.* 3. *Michalor. de fratrib. p.* 3. *cap* 8. *n.*8.

8 Bona enim hæreditaria, sive proveniant ex patrimonio, vel ære patris, matris, fratris, vel alterius, postquam ad hæredes deferuntur, cùm resolvatur primus status, efficiuntur de patrimonio, & substantia hæredis; adeo ut non sit ampliùs consideranda, & repetenda antiqua bonorum origo, sed attendenda tantùm persona, quæ succedit; in nihilo refragante, quis ante ea bona retinebat, juxta notata in *l. sed si plures* §. *filio ff. de vulgar. & pupillar. l.* 1. §. *veteres ff. de acquirend. possess. l. si avia C. de donat.* ubi *Bald. & Salycet. l. hæres ff. de acquirend. hæredit. l. qui Titii testamentum ff. de iis, quib. ut indign.* §. 1. *in fin. tit. de hæred. qualit. & differen. Bart in l. bona n.* 4. *ff. de bonor. possess. Fab. de Anna in cons.* 45. *n.*73. *Corn. in cons.*97. *n.*9. *lib.* 1. *& cons.*305. *n.*6. *lib.*4. *Rot. dec.*664. *n.*4.5. *&* 6. *p.* 4. *to* 3. *dec.*247. *n.* 3. *&* 28. *& dec.*321. *nu.*59. *p.* 5. *dec.*310. *n.*12. *part.* 18. *tom.* 1. *in recent.*

9 Suadetur etiam, quia hoc casu statutum nullo modo ligat Clericos neque quoad personam, neque quoad bona, sed solùm reddit mulieres incapaces ad succedendum, ac proinde cùm de suis bonis ad libitum disponere potuerit, & non disposuit, præsumitur se conformare voluisse dispositioni statutariæ & succedere eos, qui ex forma statuti ab Intestato succedunt, si non dispositivè, saltem permissivè, & si non expressè, saltem tacitè; nec est dubitandum quòd Clericus, sicut in vita potest uti statuto ad sui favorem, ita etiam in obitu, ut habeat locum in ejus hæreditate, & successione ratione conservandi agnationem, ad quem finem hujusmodi statuta condita fuerunt, *Alex. cons.*44. *lib.* 5. *Sar. in cons. posito post singul. Mathes.* 110. *num.*83. *&* 84. *Michalor. de fratrib. part.* 3. *cap.*8. *n.*9.

10 Comprobatur ulteriùs, quia Clerici utuntur beneficio similium statutorum, ut ipsis existentibus excludantur fœminæ à successione, & hæreditate ab intestato delata, ut tradunt Doctores, quos citat *Tiraquel. de primogen. q.*44. *n.*7. & alii plenè in sequenti Annotatione citandi, propterea etiam contra se ipsos uti debent, ad tradita per *scribentes in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de con. lit. Tiraquell. de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 13. *n.*7. latè *Gabr. Sar. in consil. posito post singul. Mathes.* 110. *n.* 18. *& seq. Honded. cons.*78. *n.*111. *& seq. lib.* 2. *Bursat. cons.*59. *n.*30. *vers. in quo lib.* 1. *Carpan. ad Statut. Mediol. cap.*180. *n.*13. *p.*2. *Paccian. cons.*118. *n.*2. *Ciarlin. controv. forens. cap.* 45. *n.* 14. & in puncto *Michalor. de fratribus p.* 3. *cap.*8. *n.*6. *Marta de success. legal. p.*1. *q.*13. *art.*13. *n.*3. *&* 4.

11 Clericus autem, qui uult uti statutis laicorum, cogitur eis uti cum omnibus suis qualitatibus, & conditionibus, & sic cum vinculis ab eisdem injectis, *Bald. in l.* 1. *q. fin. C. de contrahend. emption. & in l. omnè novatione n.* 2. *C. de sacrosanct. Eccles. Soccin. in l. Centurio n.*30. *ff. de vulgar. Dec. in l.* 1. *n.*12. ibique *Apostill. ff. de jurisdict. omnium jud. & in cap. Ecclesia S. Mariæ n.*225. *de constit. & in cons.*532. *n.*7. *& seq. Cephal. cons.*126. *n.*16. *col.*2. *Guzad. cons.*69. *n.*26. *Natta cons.*334. *num.*3. *col.*3. *Soccin. Sen. in cons.*97. *n.*3. *& in cons.*120. *col. penult. lib.*1. *Cuman. cons.*84. *post princ. Crav. cons.*765. *n.*12. *& cons.*802. *n.*9. *vol.* 5. *Bellet. disquisit. Clerical. tit. de exemp. Cleric. à Status. secular* §. 2. *n.*40. *Sperel. dec.*11. *num.*17.

12 Confert insuper communis illa conclusio, quòd statutum ne bona alienentur in forenses, liget etiam Clericos quo ad eorum bona, *Butr. in Auth. Cassa C. de sacrosanct. Eccles. Dec. cons.*124. *Signor. de Homod. consil.*21. ubi latissimè, prout etiam *Sar. in cons. posito post singul. Mathes.* 110. *num.*33. latè etiam *Zabar. cons.* 14. *Barbat cons.*14. *n.*11. *lib.*2. & in *rub. de reb. Eccles. non alienand. n.*35 *Lud. Mexia in tract. de taxa panis concl.*5. *n.*18. *Tiraquell. de legib. connub. in gloss* 6. *n.*168. cum aliis allegatis per *Sperell. dec.*12. *n.* 9. *tom.*1. Et ita à simili videatur dicendum, Clericos hoc modo ligare posse, ut ejus hæreditas subiaceat statutariæ dispositioni, ratiocinatur, *Michalor. de fratrib. p.* 3. *cap.*8. *n.*7.

13 Contrarium verò quòd hæreditas Clerici non subiaceat statuto fœminarum exclusivo; adeo ut ab intestato succedant etiam fœminæ, tenent *Salyc. in Authent. cassa n.*14. *C. de sacrosanct. Eccles. Anton. de Butr. in c. quod Clerici in fin. de foro compcten. Gulielm.*

lielm. de Benedict. in cap. Raynutius, verb.
duas habens filias n.145. de testament. Anton.
de Burgos in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ
n.343. de constit. ibique etiam Dec. n.218.
Imol. in dicto cap. quod Clerici n.4. de foro
competen. Natta in cap. quamvis de pactis
in 6. n.318 Pancirol. conf.12. n.6. Roland.
conf.57. n.27. & seq. lib. 2. Rimin. junior
conf.15. n.91. & 92. Alb. conf.513. num. 6.
Alex. conf.44. n.13. & 14. lib.5. Rimin. Sen.
conf.268. n.24. & 25. Ruin. in conf.195. n.8.
lib.2. & latè defendit in conf.204. n.11. lib.4.
rursus Rolan. in conf.75. n.27. & 28. vol.2.
ubi de communi attestatur, Cephal. conf.95.
n.24. & 25. lib.1. Bertazol. conf. civil. 63.
n.13. Negusant. jun. conf.306. n.38. Fachin.
controv. jur. lib.12. cap.29. Brun. de Statut.
art.8. q.2. n.4. Georg. Natta eod. tract. de
Statut. qu. 3. sub n. 59. vers. decimooctavo
quæro, Mascard. de interpretat. Statut.
concl.1. n.43. Ciarlin. controv. forens. c.114.
n.24. Bellet. disquisit. Clerical. p.1. in tit. de
exempt. Cleric. à Statut secular. §.4. n.27.
Marta de jurisdiction. p.4. cas.5. n.14. & 15.
ejurata contraria opinione, quam priùs tenuerat,
Duard. ad Bullam Cœnæ Domini
lib.2. can.15. q.19. n.13. & in hac opinione
residet Andreol. p.3. contr.227. à n.2. cum
plurib. sequen. Anton. Conciol. allegat.70.
n.28. Amendol. ad de Franch. dec 411. n.3.
Surd. dec.20. per tot. & dec 160. n.9. Sperell.
dec.11. n.14. Ego ipse in meis fori Ecclesiastici
dec.99. n.24. tom.2. Rot. dec.149.
n.4. coram Cardinal Ottbobono, dec.259. per
totam coram Cardin. Celso, & in Bononien.
hæreditatis 28. Junii 1652. §. nec obstat
Statutum Bononiæ. coram Bichio, impress.
post part.11. resol. moral. P. Dianæ fol. mihi
546. & inter ejusdem impress. decis. 521.
n.3.4. & 5. & per tot. & decis. 412. n.14.
p.16. in recent.

14 Ad quam opinionem corroborandam affertur
à Rota in allegatis decisionibus solidissima
ratio, quòd scilicet hisce statutis
nullo modo comprehendi possit illud, de
quo in specie statui, atque disponi à statuentibus
non potuit, l.1. ibique Dec. & alii
scribentes ff. de offic. ejus, cap. in generali de
reg. jur. in 6. laici verò non possunt in spe-
15 cie statuere de personis Ecclesiasticis neque
quo ad personas, neque de eorum bonis directè,
aut indirectè; quia eorum jurisdictioni
non subsunt, cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ
de const. cap. decernimus de judic. cap.
fin. de vita, & honest. Cleric. cap.1. de Immunit.
Ecclesiast. in 6. ita etiam Andreol.
p.3. controv.227. n.4.

16 Quæ ratio sibi locum vindicat non solùm
si statutum dirigat verba in personam defuncti,
verùm etiam si solùm disponat de ejus
bonis; & sive agatur de bonis quæsitis ante,
vel post Clericatum: quoniam semper deest
bonorum subjectio jurisdictioni statuentium,
quæ sola exuberat, ne statutum exclusivum
fœminarum procedat in Clerici
hæreditate, ut disertè comprobat Rot. in
allegatis Decisionibus coram Ottbobono, &
Bichio; nam ad inducendam exclusionem requiritur
subjectio tam respectu bonorum,
quàm respectu personæ, Gregor. XV. decis.
255. n.3. & 6. & passim.

17 Hinc est quòd statutum exclusivum fœminarum
non porrigit vires suas ad bona sita
extra territorium, nec comprehendit forenses,
neque ad hunc effectum fit combinatio
statutorum, quando utrumque de per se est
imperfectum, ut quo ad bona sita extra territorium
latè Gaspar Thesaur. quæst. forens.
lib.2. q.5. n.4. & 5. ubi de communi, & infinitos
etiam cumulat Aldov. conf. 98. n.3.
copiosè etiam Menoch. conf.875. per tot. &
conf.1021. n.9. & 10 ubi n.56. alios Doctores
recenset, Marescot. var. resol. lib.1.
cap.9. Gratian. discept. forens. c.431. n.27.
& cap.706. n.16. Merlin. de legit. lib.3. tit.1.
q.18. n.20. & plurib. seqq. & firmavit Rot.
dec.255. num.1. coram Gregor. XV. ibique
Beltram. in addition. n.7. ubi alias decisiones
refert, dec.188. n.1. cor. Burat. ibique
Ferentil. in addition. n.14. qui pariter alias
decisiones refert, dec.71. n.1. & 2. & dec.85.
18 num.4. post Merlin. de legit. Et quo ad non
comprehensionem forensium, ultra allegatos
à Gregor. XV. dicta dec.255. num.2. & à
Beltram. in addition. n.8. & à Burat. dicta
dec.187. n.4. & à Ferentil. in addit. n.19. &
dec.262. n.13. notant omnes DD. in l. fin. ff.
de jurisdict. omn. Jud. Menoch. in conf.390.
n.47. Peregrin. conf.9. num.11. & 12. lib.1.
Aldovin. conf.69. num.63. Honded. conf.11.
n.21. & 25. lib.1. Soccin. jun. conf.80. n.14.
& 17. lib.4. Marzar. conf.14. Bursat. conf.8.
n.26. Thesaur. quæst. forens. lib.2. q.4. n.2.
& lib.3. q.108. num.4. Marescott. var. resol.
lib.1. cap.9. n.1. 2. & 9. Gratian. discept. forens.
cap. 709. n.13. Merlin. de legit. lib.3.
tit.1. q.18. n.40. & post eumdem Rot. decis.
24. n.4. Burat. dec.262. num.13. rursus
Rot. dec.295. n.3. & 4. p.1. divers. & decis.
771. n.4. p.18. in recent.

19 Quod procedit, quamvis defunctus, &
ejus bona statuto subiaceant, si qui succedere
debet sit forensis, Ferentil. in addition.
ad Burat. dec.188. n.20. ubi ita firmasse
Rot. patet ex decisionibus per eum relatis
coram Cardin. Verospio, & Dunozet.

20 Pro ut etiam quòd statuta de successionibus
non conjungantur, si alterum non comprehendit
bona extra territorium, alterum
verò personam forensem, tradit Altograd.
conf.

*conf.*93. *n.*28. & 29. *lib.*1. *Merlin. de legit. lib.*2. *tit.*1. *q.*18. *n.*61. & 62. *Gratian. discept. forens. cap.*431. *num.*16. *Gregor. XV. dec.*255. *n.*4. *Burat. dec.*188. *num.*7. *vers. ideoque*, ibique *Adden. num.*21. *Merlin. dec.*353. *n.*44. & *seq. Royas dec.*66. *num.*9. quas refert, & sequitur *Rot. in dec.*753. *n.*8. *p.*18. *tom.*2. *in recent.*

21 Quæ declarationes, & restrictiones licèt fuerint sublatæ in ditione, & statu Ecclesiastico per Constitutionem Sanctiss. D. N. Innocentii XI. suprà relatam, extra verò sta-
22 tum Ecclesiasticum remanet in suo esse declaratio supradictæ regulæ, scilicet quòd, quando defunctus habeat bona in utroque loco, & personæ succedere debentes utriusque loci jurisdictioni subiaceant, tunc locus sit combinationi, & conjunctioni statutorum ad excludendas fæminas; & ita procedere potest opinio Doctorum dicentium, quòd sint attendenda statuta utriusque loci, *Gratian. discept. forens. cap.*421. *num.*28. *tom.*3. *Ferentil. in addition. ad Buratt. decis.*188. *n.*21. *vers. verum quando, Gregor. XV. decis.*155. *num.*4. & 5. *Merlin. dicta dec.*353.
23 *num.* 3. Et utraque subiectio verificari potest, nempe si quis in uno loco sit subditus ratione originis, & in alio loco ratione
24 domicilii; cùm ex constitutione domicilii quis efficiatur subditus, *gloss. in Clementina* 1. *in verbo subditos in fin. de foro competen. Succin. conf.*79. *num.*15. *lib.*4. *Paul. de Castr. conf.*44. *n.*5. *in fin. lib.*1. *Dec. conf.*661.
25 *n.*6. *Gregor. XV. dec.*255. *n.*5. Incola enim non dicitur forensis, licèt non sit Civis, *Rot. dec.*20. *sub* §. *rursus statutum post Fenson.*
26 *ad statutum Urbis*, ubi subditur quòd statutum de forensibus non comprehendat inco-
27 las, *Corn. conf.*147. *lib.*3. adeo ut constito de incolatu cesset disputatio de forensibus, *Dec. in cap. in præsentia num.*61. *de præben. Rol. conf.*45. *n.*12. *lib.*1. *Corn. dicto conf.*147. *lib.*3. & *Alder. Mascard. de Statut. concl.*6. *num.*19.

28 Verificari etiam potest, quando quis in uno loco, ubi adsunt bona, sit Civis ex origine, & in alio sit Civis ex privilegio, qui clarum est, quòd non habeatur pro forense, sed includatur à statuto, & sub dispositione loquente de Cive, cùm ex ipso solo privilegio verè Civis constituatur, cum immunitatibus, honoribus, & prærogativis concessis civibus originariis, *Surd. conf.*436. *n.*1. *tom.*1. *Lucas Pætus in prax. fori Capitolini lib.*1. *cap.*6. *n.*2. ex *Bart.* quem allegat in *conf.*62. *Rol. conf.*79. *num.*2. 3. & 4. *vol.*3. *Decian. responf.* 44. *n.*4. & 5. *vol.*4. ubi *n.*13. de communi testatur, *Rot. dec.*22. §. *de Civilitate post Fenson. ad Statut. Urbis.*
29 Pro ut etiam quis efficitur Civis non solùm origine, & ex privilegio, verùm etiam manumissione, & adoptione, sive allectione. *l. Cives*, & ibi *gloss.* C. *de incol. lib.*10. *l.*1. & ibi *gloss. ff. de municip.* & utrobique communiter Doctores, *Lucas Pætus in prax. fori*
30 *Capitolini lib.*1. *cap.*6. *n.* 3. per baptismum verò quis non efficitur Civis, *Bart. in l.*1. *n.*8. *ff. de municip. Burat. dec.*253. *num.*13.
31 Regulariter tamen liber baptismatis facit fidem ad probandum aliquem esse Civem, & Incolam, *Sebast. Sapp. in l. de ætate n.*23. *ff. de minor. Mandos. ad reg.*18. *q.*10. *n.*4. *Rebuff. in tract. de regest. Baptism. n.*15. *Rot. dec.*137. *n.*3. *p.*5. *tom.*1. *recent.*
32 Pro concordia verò supradictarum opinionum, quamvis multi recurrant ad distinctionem, an statutum sit conceptum in rem, vel in personam, quam ponit *Bart. in l. cunctos populos C. de Summ. Trin. & Fide Cathol.* & secuti fuerunt *Mazolins conf.*87. *num.*30. *Aretin. conf.* 25. *Honded.*
33 *conf.*2. *n.* 29. communiter tamen reprobatur tam à Doctoribus quàm à Rota *Alex, conf.*16. *n.*1. *lib.*1. ubi latè *Addit. in verbo non in aliis in princ.* & *conf.*19. *lib.*6. *Navarr. in tit. de constit. conf.*4. *n.*5. *lib.*1. *Carpan. super Constitut. Mediolanen. cap.*288. *n.*25. *Gratian. discept. forens. cap.*431. *n.*27. *Vivian dec.*326. *n.*3. *Gaspar Thesaur. quæst. forens. lib.*2. *q.* 2. *n.*7. ubi quòd hæc distinctio sit magis verbalis, quàm essentialis, *Puteus dec.*351. *lib.*1. *Gregor. XV. dec.*255. *n.*6. *Burat. dec.*188. *n.*3. cum aliis suprà allegatis *n.*15.

34 Ita pariter rejicitur alia Doctorum distinctio quòd statutum de successione ab intestato non procedat in hæreditate Clerici ad excludendas sorores, vel fæminas quo ad bona acquisita à Clerico de fructibus beneficii, uti subjecta spolio Ecclesiastico; secùs autem quo ad bona patrimonialia, ut tradit *Gaspar Thesaur. quæst. forens. lib.* 2. *q.* 2. *n.* 10. & ratio est quia, superveniente Clericatu, etiam bona patrimonialia antea quæsita exeunt de potestate laicorum, nec ampliùs subjacent jurisdictioni statuentium, ut in puncto dixit *Rot. in Bononien. hæreditatis* 28. *Junii* 1652. *coram Bichio inter impres. post p.* 11. *resol. moral. Dianæ, sub* §. *quæ ratio militat*, & patet ex aliis decisionibus relatis *suprà n.* 5. & tradunt *Lancel. Gallia. cons.* 59. *n.* 14. *Imol. cons.* 55. *n.* 7. *Hond. cons.* 3. *n.* 12. *lib.* 1. qui de communi testatur.

35 Bona enim patrimonialia Clericorum gaudent eodem privilegio, & immunitate, qua fruuntur res Ecclesiarum, *cap. non minus cap. adversus de immunit. Ecclesiast. cap. quamquam de cens. in* 6. *cap. tributum cap. secundum* 23. *q.*3. *cap. bene quidem dist.*96. *cap.*

96. cap. noverint de sentent. excommunicat.
cap. Ecclesia sanctæ Mariæ de constit. ibique
Felin. n. 9. vers. et dicit Dominus Card. &
ex Concil. Tridentin. sess. 25. de reformat.
cap. 20. ac etiam de jure civili est textus in
l. sancimus C. de Sacrosanct. Eccles. Gut-
tierez pract. quæst. lib. 1. q. 3. n. 15. et 16.
Molin. de just. et jur. tom. 3. disput. 670.
latè Barbos. de jure Ecclesiast. lib. 1. cap.
39. §. 5. n. 3. et 4. Bellet. disquisit. Clerical.
tit. de exempt. Cleric. et eorum bon. à mu-
neribus pub. §. 5. n. 6. Comitul. respons.
moral. lib. 1. q. 93. Thom. del Bene de im-
munit. Eccles. cap. 5. n. 20. Suarez. lib. 4.
cap. 16. n. 11. et cap. 17. n. 1. & magistrali-
ter dixit Rot. in Albanen. Gabellæ, seu one-
rum 28. Junii 1630. coram Merlino in re-
cen. dec. 339. n. 7. 8. et 27. et per tot. p. 6.
36 Ex quibus ita dispositis, parum officiunt
in contrarium deducta: siquidem licèt suc-
cessiones sumant effectum in tempus, quo
quis decedit, tamen hæreditas censetur de-
lata, & adiri debet etiam ab intestato, jux-
ta verisimilem mentem Clerici defuncti, qui
37 decedens non præsumitur se conformare
voluisse cum statuto, & juxta ejus disposi-
tionem velle deferre suam hæreditatem,
dum ab eodem non ligatur, sed respexisse
ad jus commune, Alciat. cons. 9. n. 3. vers.
et si extarent lib. 6. Cardinal. Ottbobon. de-
cis. 149. n. 10. et 11. Cardinal. Cels. decis.
259. n. 12. et 13. ita etiam tenet Andreol.
controvers. 227. n. 6. et Cardinal. Mantica
de conjectur. ult. volunt. lib. 6. tit. 7. n. 19.
Nec relevat quòd post obitum Clerici
ejus hæreditas mutet statum; & efficiatur
patrimonium adeuntis, ut non sit ampliùs
attendenda Clerici persona; quia hoc pro-
38 cedit, postquam adita fuit hæreditas, sed
ante aditionem non mutat statum, sed re-
præsentat personam Clerici, ejusque privi-
legio hæreditaria bona fruuntur, & dicitur
quasi possidere, ad textum in l. non minus 31.
in fi. ff. de hæred. instit. ibique glo. in verbo
dominium, Bart. in l. postquam hæres sub n.
2. vers. dicitur hic ff. ut leg. non caus. Co-
sta de retrotract. cap. 8. cas. 2. n. 1. Postius
de manuten. observat. 55. sub n. 50. Ridol-
phin. in prax. p. 1. cap. 5. n. 46. Amat. Du-
nozet. decis. 740. n. 3. tom. 2.
39 Nec alicujus momenti videtur aliud mo-
tivum quòd Clericus utens beneficio statuti
ad sui favorem, ita etiam uti debet contra
se; quia hoc procedere potest in statutis ad
ordinatoria judicii, ut si Clericus agat con-
tra laicum in foro seculari, cùm tunc causa
dirigi debeat juxta stylum Tribunalis, &
ordinatoria statuti, juxta textum in cap. quod
Clericos de foro competen. ubi gloss. et Cano-
nistæ, gloss. in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ de
constit. et in Clementin. 2. de judic. Sperel.
qui alios allegat, decis. 10. à n. 22. cum plu-
ribus sequen. tom. 1. ego ipse in fori Eccle-
siastici dec. 53. Annot. 3. n. 49. tom. 2. se-
40 cùs autem in decisoriis, & etiam in ordina-
toriis, si statutum sit coarctativum, ut sub-
dit Sperel. dicta dec. 10. n. 26. et ego ipse
in dicta dec. 53. Annot. 3. n. 50.
41 Et veritas est quòd Clerici gaudent pri-
vilegiis, & uti possunt statutis laicorum
pro se, & quatenus concernunt eorum fa-
vorem; secùs autem contra se; nam quan-
do statutum laicorum est Clericis favorabi-
le, licèt non comprehendantur in eo, vo-
lente tamen frui possunt ejus beneficio,
non quidem virtute comprehensionis, quæ
42 deficit in laicis defectu jurisdictionis; sed
quia omnes Leges, & Constitutiones laica-
les favorabiles extenduntur quoque ad Cle-
ricos, & loca pia, cùm ex dispositione sa-
crorum Canonum omnes constitutiones
Clericis, & locis piis favorabiles præsumun-
tur confirmatæ, & approbatæ ad eorum tan-
tùm favorem; secùs è contra, ut pulchrè
dixit Rot. dec. 312. n. 3. vers. attamen D.
D. coram Amat. Dunozet. & comprobat
Diana resol. moral. p. 3. tract. de immunit.
resol. 43. ante fi. Sperel. dec. 12. n. 28. glo.
in cap. quæcumque in verbo novit de Judic.
Bald. in l. 1. vers. sed hic ulteriùs C. de sum-
ma Trinit. Panormitan. in cap. quod Cleri-
cis n. 4. de foro competen. et in cap. constitu-
tus, n. 5. de restit. in integr. ibique Abb.
n. 4. Bald. cons. 3. lib. 1. Cravet. cons. 441.
n. 6. lib. 1. Rub. cons. 2. n. 26. et 27. Hon-
ded. cons. 20. n. 2. lib. 1. Lap. alleg. 101.
Marsil. singul. 453. Molfes. in consuetud.
Neapol. tom. 1. p. 2. q. 7. n. 41. et tom. 2.
consuet. 23. n. 7. Roc. de Curt. in cap. fi. sect.
8. n. 71. de constit. Franch. dec. 285. n. 5.
Adden. ad Gregor. XV. dec. 279. n. 24. Bel-
let. disquisit. Clerical. tit. de exemp. à sta-
tut. secular. §. 2. n. 36. et 37.
43 Et ratio est quia laici facientes leges fa-
vorabiles Ecclesiæ, & Ecclesiasticis, allis-
que locis piis, non dicuntur lædere, sed au-
gere Ecclesiasticam libertatem, ut subdit
Rot. dicta dec. 312. n. 4. coram Amat. Du-
nozett. tom. 1. ubi aliæ decisiones allegan-
tur, ad tradita per Dec. in cap. Ecclesia san-
ctæ Mariæ n. 107. de constit. et in cons. 282.
n. 8. Surd. cons. 301. n. 24. Alderon. Mas-
card. de general. interpret. statut. conclu. 3.
n. 192. et 193. et seq. Carol. de Graff. de ef-
fect. Cleric. effect. 2. n. 42. et 44. et seq.
44 Indeque ultimum motivum nullam ha-
bet relevantiam; quia communiter contra-
rium, quòd scilicet statutum secularium
prohibens alienationem in forenses non sub-
ditos, non comprehendat Clericos, tradunt
innumeri

innumeri Doctores, relati per duas integras columnas à *Bellet. disquisit. Clerical. in tit. de exemp. Cleric. à statut. secular.* §.4. *n.*1. *et* 3. & quinquaginta ferè Doctores refert pro hac opinione *Thom. del Bene de immunit.Eccles. tom.* 1. *cap.* 8.. *dub.* 11. *sect.* 1. *n.* 10. 11. *et n.* 15. *et sect.* 6. *per tot.* quibus addo *Fagnan. in* 2. *p.* 5. *lib. decretal. in cap. à nobis il primo de senten. excom. n.* 7. & latiùs *in c.Eccles.S.Mariæ n.*2.*de constit.* cum aliis *per me ipsum* allegatis *in fori Eccles. dec.* 53. *Annot.* 3. *n.* 40. *et* 41. & de veriori comprobat *Sperel. dec.* 12. *n.* 52. *et* 53. ubi copiosè allegat concordantes.

Stante Statuto exclusivo feminarum, an Clericus, & Religiosi excludant sorores, & feminas.

SUMMARIUM.

1. Vigore statuti exclusivi fœminarum Clerici, & Religiosi non excludunt fœminas, sed succedere debent secundum jus commune. Contrarium, n.7.
2. Statutùm laicorum non ligat Clericos.
3. Etiam si sit honestum, & favorabile.
4. In Clericis, & Religiosis cessat ratio conservandæ agnationis. Contrarium, n.10. sed limit. ut in n.18.22.& 24. sed reprobantur in n. sequen.
5. In fideicommisso relicto ad favorem filiorum, si filii ingrediantur Monasterium successionis capax, admittuntur.
6. Limita, si fideicommissum sit ordinatum ad conservandam agnationem.
8. Statutum laicorum, si sit favorabile personis Ecclesiasticis, comprehendit etiam Clericos.
9. Et uti eo possunt tanquam privilegio, non tanquam lege coarctativa.
10. Clerici, & Monachi retinent jura sanguinis, & donec vivunt, agnationem conservare dicuntur.
11. Religiosi professi in Religione capaci retinent jus succedendi, & sub n.14.
12. Clerici in materia favorabili veniunt appellatione Civium, districtualium, & populi.
13. Et sunt pars Reipublicæ, & de districtu secularium in favorabilibus.
14. Religiosi, & Monachi retinent ea, quæ competunt promiscuè tam laicis quàm Clericis.
Et retinent generis nobilitatem, & jus suitatis, ibidem.
15. Clerici, & Religiosi non desinunt esse agnati.
16. Clerici, & Religiosi ad excludendas feminas vigore statuti, satis est quòd sint de agnatione, nec est attendendum, an per eos continuari possit ulterior agnatio.
17. Seculares eunuchi, & inhabiles ad generandum, tamquam agnati, stante statuto exclusivo, fœminas excludunt.
18. Clerici non excludunt fœminas vigore statuti, si idem statutum disponat, ne Clerici fruantur ejus beneficio.
19. Præcipuè si non ex intervallo, nec in pœnam priventur statuti beneficio; sed reprobatur, n.20.
20. Statutum si expressè loquatur de Clericis, non valet, nisi privilegiando, vel permittendo, secùs præcipiendo, vel vetando, & n.21.
21. Clerici sunt operarii in vinea Domini, & non debent minus benè tractari, quàm laici.
22. Clerici excludunt fœminas vigore statuti, si concurrant alii fratres laici, aliàs secùs, sed reprobatur, ut n.23.
24. Clerici excludunt fœminas vigore statuti, si causa tractetur in foro seculari; secùs in foro Ecclesiastico, ubi servatur jus Civile; sed reprobatur, n.25.
25. Clericis in foro Ecclesiastico non est denegandus favor, & beneficium competens laicis vigore statuti.
26. In foro Ecclesiastico in casibus, in quibus non adest canonum dispositio, servatur jus civile. Declara, ut in n.25. antecedenti.

ADNOTATIO V.

Pariter præsens controversia in Ecclesiastica ditione sublata fuit per *Constitutionem S.D.N. Innocentii XI. super Statutariis successionibus*: extra verò Statum Ecclesiasticum adhuc dubitari contingit, an stante Statuto feminarum exclusivo, Clerici, & Religiosi excludant so-
1 rores, & feminas; & pro negativa, quòd hoc casu fœminæ, & masculi Clerici, vel Religiosi æqualiter succedere debeant secundùm dispositionem juris communis, docent *Imol. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de Constitut. & in cap. dilecti de foro competen. Bal. in cap. cum venissent sub n.*6. *de eo, qui mittit. in possess. Barbat. in cap. quod Clericus de foro competen. Ancharan. in cap. canonum Statuta vers. hic etiam de constitut. Mathesil. singular.*110. *Angel. cons.*272. *in fin. Menoch. cons.*940. *n.*22. *&* 23. *lib.*9. *Alex. Raudens. dec.*41. *&* 43. qui alios al-
2 legat, utpote quia Statutum laicorum non comprehendit Clericos, & Ecclesiasticos, etiamsi bonâ, & rationabili causâ conditum, & Ecclesiasticis præjudiciale non sit; immo etiamsi bonum publicum respiciat, & sacris canonibus non sit contrarium, ut communiter tradunt *scribentes in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. c.*1. *& per tot.* 10. *dist. cap. bene quidem cum seq.* 96. *dist. cap. quæ in Ecclesiarum de constit. Authen. cassa C. de sacrosanct. Eccles. Alex. cons.*110. *& consil.*111. *per tot. volum.*2. *Castren. cons.*157. *n.*10. *vol.*1. *Barbat. cons.*22. *n.*1. *vol.*3. *Signorol. cons.*80. *n.*6. *Butr. cons.*40. *per tot. Cravet. cons.*972. *n* 5. *volum.*5. *Alciat. respons.*30. *n.*1. *vol.*1. *Honded. cons.* 3. *n.*11. *vol.*1. *Surd. cons.*301. *per tot. vol.*3. *Azor. instit. moral. p.*1. *cap.*12. *q.*3. *lib.*5. *Rimin. cons.*15. *n.*83. latè *Jo: Franciscus Fagnanus de justitia & validitate censurar. p.*3. *Bellet. disquisit. Clerical. p.* 1. *tit. de exempt. Cleric. à Statut. secular.* § 1. *n.*1. *Thom. del Bene de Immunit. Eccles. c.*5. *dub.*7. *sect.*23. *n.*9. *tom.*1. cum per me allegatis *in for. Ecclesiast. dec.*32. *n.*13.
3 Ac proinde Clerici non possunt frui beneficio Statuti, cui non subjiciuntur; & defectu potestatis laicorum non potest ligare Clericos, cùm sint ab eorum jurisdictione exempti, *cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, & cap. Clericis de for. competen. Decian. cons.*71. *n.*13. *lib.*1. *Rimin. jun. cons.*15. *n.*85. *Honded. cons.*3. *num.*11. *&* 12. *lib.*1. *Laderch.*

cons.

cons.103. n.1. Soccin. cans.20.n.3. Mascard.
de interpretat. Statut. concl.1. num. 83. In
3 nihilo refragante quòd sit honestum, favo-
rabile, & in ratione naturali fundatum, ad
text. in cap. cum ab homine, & in cap. no-
vit de judic. latè Genuen. in prax. Archie-
piscop. Neapol. cap.92. num.1. vers. bis, &
aliis, & per tot. Mascard. de interpretat.
Statut. concl.1. n.7. & 8. Mart. de jurisdi-
ction. p.4. cas.5. n.26. Bellet. disquisit. Cle-
rical. p.2. in tit. de exempt. Cleric. à Statut.
secular. §.2. n.3. 4. 5. & 34. Cobel. ad Bull.
bon. regimin. cap.35. n.82.
4 Ulterius ex alio capite comprobatur su-
pradicta sententia; quia Statutum emana-
vit ad conservandam agnationem, & in
Clericis cum cesset hujusmodi ratio conser-
vandæ agnationis, cessare pariter debet ip-
sius Statuti dispositio, ut tradunt allegati
5 Doctores, prout etiam si testator reliquit
fideicommissum ad favorem filiorum, si filii
sint ingressi Monasterium successionis ca-
pax, licèt Monasterium admittetur, juxta
textum in l. Deo nobis §. hoc etiam cognitum
C. de Episcop. & Cleric. §. sed & hoc præ-
senti in Auth. de sacrosanct. Episcop. cap. in
præsenti de probat. Paris. cons.22. n.1. & 2.
lib.3. Covar. lib.1. var. resol. c.19. n.6. & 7.
Cardin. Mantica de conjectur. ult. vol. lib.8.
6 tit.7. n.15. secùs tamen si testator fecit fidei-
commissum, ut bona conserventur in agna-
tione; nam tunc Monasterium esset exclu-
sum, cum repugnet voluntati testatoris,
Paris. dicto cons.22. n.9. & 10. lib.3. Fusar.
de substitution. q.313. n.2.
7 Contrarium quòd stante Statuto exclusi-
vo fœminarum etiam Clerici, & Religiosi
excludant fœminas, de veriori, & commu-
niori tradunt Bald. in l.1. C. de Summ. Tri-
nit. n.55. & in cons.30. n.2. lib.1. Alex. in
addition. ad Bart. in l.1. §. qui habebat n.3.
litt. C. ff. de bonor. possess. contra tabul. & in
cons.201. n.2. vol.2. Castren. in l. omnes po-
puli n.8. ff. de just. & jur. Abb. in cap. con-
stitutus n.5. de restit. in integr. & in c. Ec-
clesia Sanctæ Mariæ n.37. de constit. ibique
Felin. n.80. Dec. n.217. qui iterum in con-
sil.280. num.9. Lap. alleg.100. & alleg.101.
& 106. ibique Mandos. in Apostil. in verb.
probatum, Crot. cons.135. n.9. lib.1. Bar-
bat. cons.53. n.15. lib.2. & cons.51. n.1. lib.3.
Nat. cons.44. n.5. vol.1. Socc. sen. cons.241.
& cons.128. sub n.6. lib.4. Soccin. jun. cons.1.
n.25. vol.1. cons.40. n.20. vol.3. & cons.47.
n.62. eod. vol. & cons.48. n.15. vol.4. Surd.
cons.557. n.15. vol.4. Decian. cons.82. sub
n.4. vol.4. Mart. cons.118. n.15. Nevizan.
cons.39. sub n.5. Rimin. jun. cons.293. n.13.
& cons.341. n.81. lib.3. Gabr. Sarayn. cons.
impress. post addit. ejusdem ad Mathesilan.
sing.110. n.7.8. & 17. Simon. de Pret. con-
sil.161. n.60. Pont. cons.23. num.32. Silvan.
cons.49. n.4. vol.1. Bursat. cons.93. num.27.
vol.1. Nicol. Pignolat. in addit. ad singular.
Roman.446. Marant. disp.8. sub n.14. Al-
bert. Brun. ad Statut. quòd stant. mascul.
art.12. q.11. num.166. & seq. Georg. Matt.
super eod. Statut. q.3. n.25. & 82. Laurent.
de Plat. super simili Statut. n.106. Cald. de
nominat. Emphyteut. quæst.16. n.28. & 29.
Minsing. observat.26. n.3. centur.3. Molin.
de Hispaniar. primog. lib.1. cap.13. n.7. ubi
de communi, Cæsar. de Grass. de effect. Cle-
ric. effect.2. n.277. & seq. Crass. in §. succes-
sio ab intestat. q.8. n. fin. Carpan. ad Statut.
Mediolan. cap.278. n.67. & seq. lib.1. Mart.
de jurisdict. p.4. cas.29. n.6. & 7. Molfes.
ad consuetud. Neapol. p.2. q.7. n.26. p.4.
q.65. n.5. & 22. & p.6. q.8. n.29. Gal. de
exception. p.1. tit.1. except.1. n.62. & seq.
Argel. de acquirend. possess. quæst.3. art.14.
n.778. Capr. reg.15. n.33. Tiraquel. de jure
primogenitur. qu.44. n.7. Vivian. commun.
opin.812. n.10. p.2. Gaspar Thesaur. quæst.
forens. q.1. n.10. lib.2. Bellet. disquisit. Cle-
rical. p.2. tit. de except. Cleric. à Statut. se-
cular. §.4. num.20. & 21. Ric. collect.517.
Bottilier. de successione. cap.1. theorem.12.
n.6. Anton. Gabr. commun. concl. in tit. de
Statut. concl.6. n.10. Afflict. in constit. in
aliquibus q.15. Capriol. de success. ab inte-
stat. lib.1. n.377. Castellan. ad Roman. sin-
gular.441. Cacaniol. ad decret. Montis-fer-
rat. decret.73. §.1. q.6. Stephan. Durant.
quæst. jur.39. per tot. Michalor. de fratrib.
p.3. cap.8. n.4. Merlin. de legit. lib.3. tit.1.
q.19. n.20. Duard. ad Bull. Cœnæ Domini
can.15. q.17. n.27. Ciarlin. controvers. fo-
rens. cap.45. n.5. 6. & seq. Francisc. An-
dreol. p.5. controv.340. n.2. Medices. dec.172.
in fin. Franch. dec.667. n.5. Borgnin. dec.9.
n.82. p.2. Hodiern. ad Surd. dec.20. Borel.
in summ. dec. tit.7. n.26. & 27. Peregrin.
dec.138. n.3. Sperell. dec.11. n.5. Puteus
dec.99. n.3. lib.3. & firmavit Rot. dec.438.
n.3. & 4. p.4. tom.2. in recent.
8 Et præcipua ratio hujus sententiæ est,
quia statutum in capite exclusivo fœmina-
rum est favorabile masculis, & ideo com-
prehendit Clericos, & Monachos, Abb. in c.
constitutus n.4. ad fin. de constit. Dec. in cap.
Ecclesia sanctæ Mariæ n.216. ibique Felin.
n.8. eod. tit. de constit. Alex. cons.111. n.6. lib.
7. iterum Dec. in cons.282. n.8. Lapus alleg.
101. n.6. vers. primo quia, ibique Adden.
Barbat. cons.50. in prima argument. & in res-
ponsione ad tertium argumentum lib.3. Gas-
par. Thesaur. quæst. forens. lib.2. q.1. n.4. et 5.
Rot. dec.438. n.7. et 50. p.4. tom.2. in recen.
9 Et quamvis statutum laicale etiam favo-

rabile Clericis eos non ligat tanquam lex, nec cogantur eo uti si nolunt, possunt tamen ad eorum favorem uti non tanquam lege, sed uti privilegio, *cap. si in adjutorium dist.* 10. *Bald. in cap. cum venisse n.6. de eo, qui mit. in posses. Alex. cons.* 210. *n.* 11. *lib.*2. *Soccin. sen. cons.*128. *n.*6. *lib.*4. *Surd. cons.* 302. *n.*14. *Abb. in cap. si. n.*2. *de vita, & honestat.* Clericor. *Bellet. disquisit. Clerical. p.* 1. *in tit. de exemp. Cleric. à statut. secular.* §.2. *n.*36. Ciarlin. *in puncto controvers. forens. cap.*45. *n.*5. *Andreol. pariter in puncto controversiar. forens. controvers.* 340. *n.* 3. *tom.* 5.

10 Quibus non adversatur quòd eesset in Clericis, & Monachis ratio conservandi agnationem, propter quam statutum excludit fæminas stantibus masculis; quia Clerici, & Monachi per Clericatum, & professionem emissam in Religione non amittunt, sed retinent jura sanguinis, & agnationis, & eorum vita durante verè agnationem conservare dicuntur, juxta *Lap. allegat.*101. *n.*7. *Bald. in Auth. si qua mulier n.*10. *C. de Sacrosanct. Eccles. Cephal. cons.* 53. *n.*98. *Paris. cons.*48. *n.*62. *lib.*3. *Decian. cons.*82. *n.*4. *lib.* 4. *& cons.*31. *n.* 19. *lib.* 5. *Barbat. cons.*50. *vers. & licet ista lib.*3. *Signorol. cons.*156. *n.*11. *Andreol. controvers. forens.*340. *n.*7. *Molin. de Hispan. primogen. lib.* 1. *cap.*13. *n.*73. *&* 74. *Rot. dec.*438. *n.* 8. *&* 9. *p.*4. *tom.*2. *in recen. dec.*428. *coram Vbaldo.*

11 Et non solùm Clerici, sed etiam Religiosi professi in Monasterio capaci bonorum in communi retinent jus succedendi parentibus, & cæteris agnatis, vel cognatis, perinde ac si in sæculo existerent, juxta *textum* in *l. Deo nobis* 54. §. *hoc etiam C de Episcop. & Cleric.* ibique *g'o. in verbo parentum Bart. per totam, Bald. n.*4. *&* 5. *Castr. n.* 3. *Archidiac. in cap. statutum n.*3. 18. *q.*1. *Lap. alleg.*101. *n.*11. *Hond. in cons.*76. *n.*9. 10. *&* 11. *lib.*2. *Rot. de* 47. *n.*1. *post Merlin. de legit. & dec.*676. *n.* 4. *coram Amat. Dunozet. &* novissimè *Prosper Fagnan. in* 2. *part. tertii Decretal. in cap. non magnopere n.*22. *&* 23. *ne Cler. vel Mon. tom.*3. *fo mihi* 406.

12 Quinimo in materia favorabili Clerici veniunt appellatione civium, populi, ac districtualium, *glo. in c.*3. *de sententia excommun. in* 6. *Bart. in l.*1. *ff. de municip. Bald. in l.*1. §. *cùm urbem ff. de offic. Præfect. Vrb. Abb. in cap.*1. *n.*1. *de vita, & honest. Cleric. & in c. constitutus n.* 4. *in fi. dein. integ. restit. Felin. in cap. eam te n.* 16. *de rescript. Oldrad. cons.*32. *per totum, Barbat. cons.*1. *n.* 65. *vol.*3. *Alex. cons.*41. *vol.*7. *Rom. cons.*180. *Natta cons.*157. *n.*8. *vol.*1. *Graff. de effect. Cleric. effect.*1. *n.*141. *Osasc. dec.*180. *n.*8. Et sunt pars Reipublicæ, & de districtu secu-
13 larium pariter in favorabilibus, *cap. dilecti. de foro competen.* ubi *Abb. n.*2. *Anchar. & alii scribentes, Felin. in c. eam te n.*16. *de rescript. Bald. in l.*1. §. *hujus ff. de just. & jur.* & ibi *Cast. col.* 2. *vers. item an Clerici Ja. Andr. in cap. si. de offic. delegat. in* 6. *Cephal. cons.*54. *n.*11. *&* 12. *vol.*1 *Surd. dec.*129. *n.*14. cum aliis congestis per *Bellet. disquis. Clerical. p.*1. *de disciplina Clerical.* §.2. *n.*12. *vers. quanquam secus & in* 13. *Thom. del Bene de immunit. Eccles. cap.*1. *dub.*4. *sect.*4. *n.*1. *tom.* 1. *Rot. dec.*85. *n.*4. *& seq. p.* 18. *tom.*1.

14 Quàm etiam Religiosi, & Monachi retinent ea, quæ competunt promiscuè tam Laicis, quàm Clericis; ideoque Regularis retinet generis nobilitatem, *Bald. in cap. cum in magistrum de elect.* item jus sanguinis, *Abb. in cap. quia nos n.*2. *de testam.* item jus suitatis. *Alex. in l. sub conditione in* 2. *notab. ff. de lib. & post.* item jus civitatis, *Bart. in l.*1. *n.*10. *ff. de municip.* & quamvis in *l. Deo nobis C. de Episcop. & Cleric.* dicatur Religiosos esse mortuos mundo, statim in §. *fi.* decernitur eos habere jus succedendi in beneficium Religionis: ita *Prosper Fagnan. in* 2. *p. tert. decretal. in cap. non magnopere n.*22. *&* 23. *ne Cler. vel Mon. tom.*3. *fo. mihi* 406.

15 Et quod Clerici, & Religiosi per Clericatumt, & Religionem non desinant esse agnati ultra allegatos in *n.* 10. cum sequentibus, tradunt *Gulielm. Butri. Bald. Bart. Castr. in l. si ex causa* §. *Papinianus ff. de minor. Jas. in l. patre furioso sub n.*37. *ff. de his, qui sunt sui*, communiter scribentes *in l. Deo nobis* §. *hoc etiam cognitum* C. *de Episcop. & Cleric.* latè *Cios. in consil.* 144. *per totum Barbat. cons.*51. *n.*2. *lib.*3. *Cravet. cons.*152. *n.*2. *Nicol. de Vbald. in tract. de successiou. ab intestat. Cleric. Regular. p.*2. *n.*1. *Merlin. de legit. lib.*3. *tit.*1. *q.*19. *sub n.* 20. Andreol. *controvers. forens.*340. *n.*5. *tom.*5.

16 In statutariis enim successionibus ad excludendas fæminas, Clerici, & Religiosi considerari debent tanquam laici, & cives, in quibus à nativitate inflicta fuit potentia succedendi ad fæminarum exclusionem, quam per Clericatum, & ingressum Religionis non amittunt, nec redditur incompatibilis, sed favorabilis, aliter Clericatus, & Religio odiosa reputaretur; ac proinde ad excludendas fæminas satis est existentia Religiosi, vel Clerici, uti agnati, nec est attendendum an per eosdem continuari possit ulterior agnatio per liberorum procreationem, sed exuberat, quòd eorum vita durante per eos conservetur, ut comprobat *Andreol. controvers. forens.* 340. *n.* 4. 10. *et seq.* & alios allegat *Rot. dec.*438. *n.*80. *et* 81.

et 81. *p.*4. *tom.*2. *recen.*

17 Prout etiam seculares castrati, aut senes, aut frigidi, & maleficiati licèt inhabiles ad generationem, & ad contrahendum matrimonium, nihilominus eorum vita durante, cum conservent agnationem, stante statuto exclusivo fœminarum, etiam excludunt fœminas, Ita ex *Bald. et Angel. in cons.*68. *et Vivium commun. opin.* 812. *n.* 83. tradit *Andreol. controvert. foreus.*340. *n.*8. *tom.*5.

18 Limitatur secundùm infra citandos Doctores hæc sententia, ut non procedat ubi extet statutum ne Clerici fruantur beneficio statutorum, cùm tunc Clerici vigore statuti exclusivi non possint excludere fœminas, sed jus commune servandum est, quo fœminæ æqualiter succedunt cum masculis, & hujusmodi statutum non esse contra libertatem Ecclesiasticam, cum nihil tollat personis Ecclesiasticis, licèt non det, inquit *Corn. in cons.* 61. *n.* 4. *lib.*4. ex *Bald. in l. de quibus ff. de legit. col.*8. *vers. sextò quæritur*, *Alex. cons.* 41. *n.* 6. *lib.* 7. *Rip. cons.* 83. *n.* 3. 4. *et* 5. *Cephal. cons.* 95. *n.*27. *Rnin. sen. cons.*268. *n.*38. *vert. ulterius*, *Rimin. jun. cons.* 449. *n.*32. *Brun. in tract. de statut. art.* 12. *n.* 175. *Mascard. de stat. interpret. conclu.*1. *n.*43. *Carpan. ad statut. Mediolan. in prælud. n.*616. *Tiraquel. de retract. lign.* §.1. *glo.*8. *n.*42. *et seq. Abb. in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ col.*13. *vers. quintò quæritur*. ibique *Felin. n.*27. *Dec.*226. *et* 228. *de constitut. Surd. cons.*396. *n.*22. *Decian. tract. crim. p.*1. *lib.*2. *cap.*35. *n.*7. *Graff. de effect. Cleric. effect.*2. *n.*17. *vers. licet contra*, *et n.* 18. 25. *et* 400. *Ciarlin. controvers. forens. cap.* 45. *à n.* 10. *usque ad* 15.

19 Præcipuè si à principio, & non ex intervallo statuentes Clericos statutorum beneficio privare voluerunt, & sic post jus eisdem quæsitum; vel non in pœnam eos reiicerent, quia Clerici sunt; quia tunc essent contra libertatem Ecclesiasticam; aliter impediendo ne beneficio statuti uti valeant, non videntur facere injuriam, ut subdunt *Tiraquel. Ciarlin*, *et alii supra citati.*

20 Sed hæc limitatio non videtur subsistere, quia non valet statutum, si expressè loquatur de Clericis, nisi privilegiando, vel permittendo non autem præcipiendo, vel vetando, ut in presenti, nempe ne Clerici fruantur beneficio statutorum, *cap. Ecclesia sanctæ Mariæ de constit.* ibique *Felin. n.* 15. *Abb. et communiter Doctores in cap. Clericis de foro competen. Cardinal. in cap. perpendimus n.*13. *de senten. excommun. Soccin. cons.* 71. *n.*10. *lib.*4. *Butrius cons.*40. *Jo. Nevizan. cons.*39. *n.* 5. *Bald. cons.* 132. *lib.*3. *Ciaffus cons.*81. *n.*84. *lib.*1. *Maynor. de privileg. Eccles. p.* 2. *arti.* 22. *n.*46. *Beltran. de Guevar. in propugnac. liber. Eccles. assert.* 1. §. 6. *n.* 55. *et* 58. *Suarez contra Reg. Ang. cap.* 16. *n.* 7. *et lib.* 3. *de leg. cap.* 34. *n.* 13. *Grammat. dec.*100. *n.*15. *Sperel. dec.*12. *n.*45. cum aliis adductis per *Thom. del Bene de immunit. Eccles. cap.*8. *dub.*14. *sect.* 1. *n.* 1. *tom.* 1. ubi contrarium tenentes reprobat, *et in cap.*14. *dub.*5. *n.*25. *tom.*2.

21 Tum quia Clerici sunt operarii in vinea Domini, & valde laborent in divinis peragendis, in cura animarum, & in administratione Sacramentorum, non debent minus bene tractari, quàm laici, *cap. non minus de immunit. Eccles.* ac proinde si statutum auferat Clericis ne uti possint ejus beneficio, non æquè tractantur sicut laici, & statutum est contra libertatem Ecclesiasticam, quando Clerici fiunt deterioris conditionis, quàm laici, *cap. quanto de privil. cap. si. de immunit. Eccles. in* 6. *Aucbar. cons.*155. *n.*2. *Bellet. disquisit. Clerical. p.* 1. *de exemp. Cleric. à statut. secular.* §. 1. *n.*15.

22 Limitatur secundò, juxta opinionem aliorum Doctorum mox citandorum, ut Clerici excludant sorores, si concurrant alii fratres laici; secùs ipsis non extantibus, vel non concurrentibus; quia tunc Clerici gaudent beneficio alterius, cùm inclusus trahat ad se exclusum: ita *Bal. in l. in quibus C. de secundis nupt. et in l. quicumque C. de serv. fug.* latè *Georg. Natan. de statut. fœmin. exclus. q.*3. *n.*70. 71. 72. *et* 89. *Giovagn. cons.* 1. *n.*35. 36. *et* 37. *lib.*1. *et cons.*14. *n.*25. *lib.*2. ad tradita per *Corn. cons.*61. *n.*4. & 5. *lib.*4. *Surd. cons.*416. *n.*19. *Houd. cons.* 2. *n.*44. *lib.* 2. *Bero. cons.*150. *n.*8. *lib.*2. *Marescot. var. resol. lib.*1. *cap.*10. *n.*5. *et* 6. & ita judicavit *Ciarlin. controvers. forens. cap.*45. *n.*17. *vers. nibi-*
23 *lominus censui usque ad n.*20. Sed hæc limitatio non videtur subsistere posse, cùm Clericus, ex propria persona independenter à fratribus, & consanguineis laicis uti possit beneficio statuti ex capite privilegii, ut suprà demonstravimus.

24 Limitatur tertiò, quòd supradicta sententia procedat, si controversia tractatur in foro seculari, ubi servatur statutum laicale; secùs si in foro Ecclesiastico, in quo redditur jus secundum jus commune, & non secundum jus municipale, ita *Ciarlin. quæst. forens. cap.*45. *n.*16. & 17. juxta tradita per *Gaspar. Thesaur. controvert. forens. lib.*2. *q.*
25 2. *n.*8. Hæc tamen limitatio facile subvertitur, quia non repugnat in materia successionis, quòd Clericus etiam in foro Ecclesiastico allegare possit tanquam privilegium, & uti beneficio statuti magis favorabili, quàm juris communis; aliter Clericus in proprio foro efficeretur deterioris conditionis, ac proinde etiam in foro Ecclesiastico favor, &

beneficium competens laicis, non est limitandum, sed extendendum etiam ad Ecclesiasticos, quibus cùm non sit interdictum, sed permittatur uti posse beneficio statuti, in utroque foro eodem beneficio frui debent, licèt secùs esset in statutis decisoriis Clericis non favorabilibus, ad tradita per
26 *Sperel.dec.100.à n.32.usque ad fin.* regulariter tamen in casibus, in quibus nulla adsit canonum dispositio, ejus defectu in foro Ecclesiastico secundum jus civile etiam inter Ecclesias, & Ecclesiasticas personas judicandum est, ut determinat *textus in cap. si in adjutorium* 10.*dist.cap.ut lex continentiæ* 27.*q.*1. latè *Felin.in cap.Ecclesia sanctæ Mariæ n. 67. de constit.Graff.de effect.Clericor. effect.2.n.*264.*Sperell. dicta dec.* 100. *n.* 41. *tom.* 1.

Gravatus si sine filiis decesserit, si Religionem ingrediatur, an substitutus admittatur, vel à Monasterio excludatur.

SUMMARIUM.

1 Gravatus si sine filiis decesserit, si profiteatur in Religione capaci retentionis bonorum, non statim admittitur substitutus, sed est expectanda mors naturalis Religiosi, & interim bona à Monasterio retinentur, & n.2. ubi affertur ratio.

2 Nam Monasterium habetur loco filii.

3 Ampl. ut procedat in gravato bigamo à Sede Apostolica dispensato ad ordines, si Monasterium ingrediatur.

4 Ampl. ut procedat, etiam si Monachus apostataret.

5 Ampl. ut procedat, etiam si Monachus degradaretur.

6 Ampl. ut procedat etiam in cordigeris, & Mantellatis.

7 Ampl. in eo, qui in manu Episcopi obtulit se Monachalem regulam servaturum.

8 Ampl. ut procedat sive substitutio sit fideicommissaria, sive directa, & n.9.10. & 11. ubi de materia. Declara, ut in n.12.

13 Ampl. Ut substitutio facta sub conditione si sine liberis decesserit, expiret si gravatus fiat Clericus Ecclesiæ Secularis: duo tamen concurrere debent, quæ explicantur.

14 Limit.1. quando substituti essent filii Testatoris; secùs si essent substituti fratres testatoris, n.15.

16 Limit.2. quando sit substitutus locus pius, Religiosus, Ecclesia, vel alia pia causa, etiam si non esset ita pia, ut Monasterium, n.17. Et procedit etiam si pia causa pro parte tantùm substituta fuisset, n.19. Et etiam si locus pius non esset immediatè substitutus, n.18.

20 Limit. 3. ut Monasterium non excludat substitutum sub conditione si decesserit sine filiis ex suo corpore procreatis, vel de legitimo matrimonio natis. Contrarium, n.21. Et hæc opinio, ex quo favet Religioni videtur præferenda, n.22.

23 Favore Religionis conditiones, per quas Monasterium excluditur, sunt invalidæ. Declara, ut in n.26.

24 Et facienda est interpretatio favore Religionis pro non exclusione. Contrarium, n.25.

27 Sed quia dicta conclusio redditur valde dubia teneri potest quid quid placet.

28 Limit. 4. si testator expressè exclusisset Monasterium, & n.34. Contrarium, n.29.30. & pluribus sequen. & n.35 Et favor Religionis non debet impedire testatoris voluntatem ad unguem servandam, ibid.

30 Conditiones, quæ impediunt Divinum cultum sunt reiiciendæ.

31 Valet argumentum à Matrimonio carnali, ad spirituale.

32 Non valet statutum quòd ingrediens Religionem non succedat.

33 Valet argumentum à statuto ad Testamentum.

36 Testator habet liberam facultatem disponendi de rebus suis.

37 Monasterium non excludit substitutum sub conditione si gravatus decesserit sine veris liberis, vel filiis.

38 Nec excludit substitutum, si substitutus sit aliquis de familia, causâ conservandi bona in agnatione.

39 Prout etiam si quis esset substitutus adjectâ conditione suscipiendi nomen, & insignia familiæ.

40 Monasterium incapax bonorum in communi non excludit substitutum sub conditione si decesserit sine filiis. Contrarium, n.41. Declara, ut in n.42.

42 Mendicantes, eorumque Monasteria, exceptis Capuccinis Minoribus de observantia, & Reformatis Sancti Francisci, possunt possidere bona in communi, & excludunt substitutum, si filius institutus, si decesserit sine filiis, efficiatur Monachus.

43 Episcopus, Clerici, & Religiosi possunt succedere in feudum. Contrarium, n.44. Declara, ut in n.45. & 46.

47 Regularis effectus Episcopus succedit in feudum.

48 Non liberatur à voto paupertatis.

49 Sed quid quid acquirit Episcopatui, & non sibi acquirit.

50 Monasterium non excludit substitutum, si gravatus restituere decedens sine filiis ingrediatur Religionem, sed in ea non emittat professionem.

51 Ita etiam si quis ingressus fuerit Religionem ad pœnitentiam agendam.

52 Monasterium non excludit substitutum, si gravatus fecit professionem in odium substituti.

53 Fraudis præsumptio in hoc casu ex quibus deducatur, & n.54. & 55. Contrarium, n.56.

57 Novitiæ Sancti Dominici in articulo mortis profiteri possunt ante annum probationis expletum.

58 Monasterium non excludit substitutum, si quis susceperit habitum blanditiis, & persuasionibus Prælati, vel Monialium.

ADNOTATIO VI.

1 GRavatus si sine filiis decesserit si ingrediatur Religionem, & professionem emittat, deficit substitutio, & substitutus à Monasterio excluditur; adeo ut non statim admittatur, sed durante vitâ Religiosi Monasterium possidet bona fideicommisso subjecta in communi retinenda; per mortem tamen ejusdem Religiosi substituto restituere tenetur, *. sed, & hoc præsenti in Auth. de Sacrosanct. Episcop. Auth. nisi rogati C.ad Trebell.cap.in præsentia de probat.* argumento *l. Statius Florus §. Cornelio Felici ff.de jure fisci,* & ita ex communi consensu tenent *Doctores in dicta Auth. nisi rogati,* & signanter *gloss. Bart. Ripa n* 57. *Doctores in l.si ita quis §.is,cui ff.de legat.*2. *Jas. in l.pactam n.* 3. *ff. de pact. Alex. in l.Titia Sejo §.Imperator n.*224.*ff.de legat.*2. *Tiraquell. in l. si unquam in verbo liberis, n.*91. *C. de revocan.donat. Paul. de Castr. in l. si qua mulier n.* 3 C. *de Sacrosanct. Eccles.* & communiter pariter scribentes in *dicto cap. in præsentia de probat.* & signanter *gloss. Innocent. Abb. n.*36. *Felin. n.*29. *Decian.n.*190. *Eman.Costa in cap. si Pater, in verbo si absque liberis n.*64. *de testam. in* 6. *Fagnan. in* 2. *lib. Decretal. in eod. cap.in* præ-

præsentia n.2. & 24. de probat.to.2.fol.168.
& seq. Bart. cons.1. lib.1. Alex. cons.121.
num.11. lib.2. Capra cons.174. in fin. Corn.
cons.88. lib.1. Alciat. respons.502. num. 3.
Soccin. sen. cons.81. n.14. lib. 2. Felin. consil.8.
n.2. Cald. cons.43. in tit. de testament.
Bursatt. cons.199. n.3. lib. 2. Bonif. Roger.
cons.27. n.120. lib.1. Port. Imol. cons.23.n.3.
A ponte cons.39. n.3. Mar. Angus. cons.63.
n.11. Honded. cons.62. n.15. lib.1. Crass. in
§.fideicommissum n.40. Anton. Gabr. in tit.
de fideicommiss. concl.2. num.79. Gail. lib.2.
pract. observ.13. n.7. Peregrin. de fideicommiss.
art.28.num.81. Molin. de Hispan. primog.
lib.3.cap.13. num.79. Alex. Trent. de
substit. p.4.cap.7.n.20.Tiraquel.de privileg.
piæ causæ privileg.95. in prin. Covar. lib.1.
var.resol. cap.19.n.11.Specul. in tit. de stat.
Monach. n.12. & 20.Fusar.de subst.t.q.429.
n.9. Cardinal. Mantica de conjectur. ultim.
voluntat.lib.11.tit.7.n.4.& 23.Menoch. lib.
4.præsump.81. n.57. Intrig. de substitution.
centur.3. q.63. Rustic. in l. cum avus lib. 5.
cap.2.ff.de condit.& demonst.Guid.Pap. decis.
477.n.5.Borgnin.Cavalcan. dec.77. n.2.
p.3. Anton.Gama dec.Lusitan.216 .& magistraliter
hanc sententiam canonizavit Rot.
in Mediolanen. bonorum 31. Maij 1649. coram
Eminent. Corrado §.neque applicatur.

2 Et ratio est non quia Monasterium habeatur
loco filii; sed quia testator præsumitur
Monasterium non minus quàm liberos
hæredis instituti dilexisse; & ideo sicut liberos
prætulit substituto, ita etiam non existentibus,
vel deficientibus liberis, si cogitasset
ipsum hæredem institutum Monachum
futurum, Monasterium prætulisset,
ut pulchrè explicat Paul.de Castr.in Auth.
nisi rogati n.3.C.ad Trebell. Alex. in cons.
121.n.12.in vers.Præterea & infra vol.2.&
in cons.35. n.9. vers. potest responderi vol.3.
Dec.in cons.419.n.3. & in cap. in præsentia
n.58.ad fin. de probat. Menoch. de præsump.
lib.4.præsump.83.n.58. Rustic.in l.cum avus
lib.5.cap. 2.ff. de condit.& demonstrat. Covar.var.
resol. lib. 1. cap. 19.n.11. vers. ex
quibus ea est vera ratio, Fusar. de substitution.
q. 419. n. 8.in vers. & in decisionibus
Cardinal.Mantica de conject. ultim. lib. 11
tit.7.n.7.

3 Quod procedit etiam in gravato bigamo,
qui ex Pontificis dispensatione sit Monasterium
ingressus, & dispensatus ad ordines,
nam tunc Monasterium excludit substitutum,
Rustic.in l. cum avus lib.5.cap.2.n.24.
ff.de condit.& demonst. Menoch. lib.4. præsumpt.83.n.65.
Intrigl. de substit. cent.3. q.
63. n.6.Fusar. de substit.q.429.n.11.Cardinal.
Mantica de conject.ultim.volunt. lib.11.
tit.7.n.17.

4 Prout etiam Monasterium excludit substitutum,
etiam si Monachus apostataret;
quoniam Apostata non desinit esse Monachus,
nec eximitur à jurisdictione Religionis,
quæ propterea retinet omnia sua jura
in ejus persona, tanquam jus quæsitum in
actu emissæ professionis, Bal.in cap.in præsentia
n.15.de probat.ibique Felin.n.32.Dec.
n.200.Odd.de compend.p.6.q.2.art.6.dub.2.
n.9.Intrig.de substit.cent.3.q.63.n.17.Fusar.
de substit.q.429.n.14.

5 Ita etiam si degradaretur, utpote quia
degradatio, licèt auferat privilegia Clericalia,
non tamen tollit, seu subtrahit jura
Monasterio quæsita; dum statim atque Monachus
profitetur in Monasterio, ejus bona
acquiruntur illi Monasterio, Rustic. in l.
cum avus lib.5.cap.2.n.32. & seq. ff. de condit.
& demonstrat. qui movetur ex §. si quis
autem relinquens in Auth. de Monach. Fusar.
de substit.q.429.n.15.undè, licèt postea
degradetur, bona remanent Monasterio.

6 Ampliatur ulteriùs regula non solùm in
Cordigeris, & Mantellatis, secundùm Bart.
in l. semper §. quibusdam ff. de jure immun.
Paris.cons.40.n.15. lib.3. Duen. reg.100. n.
18.vers.limit.octavo.Intrigl. de substit. cent.
7 2.q.63.n.10.Cavalc.dec.77.n.48.p.3.Verùm
etiam in eo, qui in Monasterio recipi non
potuerit, sed in manu Episcopi obtulit se
Monachalem Regulam servaturum, utpote
quia hujusmodi oblatio habeatur loco Monasterii,
& Episcopus loco Abbatis, Bald.
in Auth. nisi rogati n.25. C. ad Trebellian.
Menoch.lib.4. præsumpt. 83. n. 69. Intrigl.
de substit. cent. 2. q. 63. n. 16. Fusarius eod.
tract.q.429.n. 12. & 13. Contrarium tamen
tenet licèt dubius Rustic.in l.cum avus lib.5.
cap.2.n.25.ff.de condit.& demonstrat.

8 Ampliatur etiam, ut procedat sive substitutio
sit fideicommissaria, sive directa, ut
comprobant Fagnan.in 2.Decretal.in cap.in
præsentia de probat.n.26.tom.2.fo.mihi.170.
ex glo.ultim.& Abb.in eodem cap. in prin.
qui dupliciter summat textum, primò scilicet
intelligendo illum in substitutione fideicommissaria,
deinde in substitutione directa,
subdens utrumque intellectum esse in
se verum, sed Butr.& alii dicunt in casu
dicti textus substitutionem fuisse compendiosam,
utpote quia verbum devolvatur est
verbum commune, secundùm Bart. in l. 2.
in fi.ff.de aliment.& cibar.legat.& in l.Centurio
col. ult. vers. septimo dubitatur ff. de
9 vulgar.& pupillar. Sed ubi substitutio esset
directa verificari non potest in pupillari,
quæ tantùm habet locum, si hæres in pupillari
ætate decesserit, l. in pupillari ff. de
vulgar. & pupillar. in qua ætate filius non
potest ingredi Monasterium, & in Religio-
ne

ne professionem emittere, *cap. significatum*
10 *de Regular.* nisi post decimum sextum an-
num expletum ut expressè disponit *sacrum*
Concilium Tridentinum sess.25.de Regular.
11 *cap.15.* Et pubertas non expirat ante deci-
mum quartum annum, *l.2.l.pupillus l.Cen-*
turio ff.de vulg. Menoc. de arbit. quæst. cas.
57.n.2.& 10. cum aliis per *Farinac. in tit.de*
pæn.temperand.q.92.n.6. & in puncto bene
animadvertit *Fagnan.in dicto cap.in præsen-*
tia de probat. sub n.26. vers. adverte tamen.
12 Immo quòd neque vulgaris videatur ex-
tingui per ingressum Religionis, quia cùm
præsupponat filium non esse hæredem, vel
quia non possit, ad *textum in l. cum propo-*
nas C. de hæred. institue n. & notat *Bart. in*
l.1. ff. de vulgar. & pupillar. nihil adest,
quod Monasterio acquiri potest in præjudi-
cium substituti, cùm Monasterio per ingres-
sum Religionis solùm ea acquirantur, quæ
tempore ingressus reperiebantur in domi-
nio, & erant propria ipsius ingredientis,
Fagnan. in 2.part. Decretal. in cap. in præ-
sentia de probat.n.26. circa fin. vers. sed nec
vulgaris tom.2. fol.mihi 170
13 Ampliatur quoque, ut substitutio facta
sub conditione si sine liberis decesserit expi-
ret, si gravatus fiat Clericus Ecclesiæ
secularis; dummodo tamen duo copulativè
concurrant, scilicet ut perpetuò ibi maneat,
& relicta eroget in pios usus: ita probat
textus in Auth. de Sanctiss. Episcop. §. sed
& hoc præsenti colum.9. undè desumpta est
Authen. nisi rogati C. ad Trebell. & tenet
gloss. in cap. in præsentia de probat. in gloss.
ult. ibique *Innocent. n. 8. vers. si autem fiat*
Clericus, Hostien. n.19. Bellamer. n. 31.
Dec. n.200. Paris. n.117. Bero. n.498. Spe-
culat. in tit. de statu Monachor. §.ult. q.15-
n.20. Prosp. Fagnan. in 2. Decretal. in di-
cto cap. in præsentia de probat. n.30. tom.2.
fol. mihi 170.
14 Limit.1. quando substituti sint filii testa-
toris, qui succedere debent, excluso Mo-
nasterio, *Bart. in Authen. ingressi in 2.le-*
ctura n.55. C. de sacrosanct. Eccles. Ripa in
l. ex facto §. si quis rogatus il primo n.41. ff.
ad Trebell. & Bero. n.458. & 492. Bald.
cons.196. per tot. vol. 1. ubi *in fin.* subdit
ita fuisse decisum, *Raphael Fulgos. cons.53.*
in fin. Alex. cons.121. n.11. vers. in hanc
partem vol.2. Prosper Fagnan. in 2. Decretal.
in cap. in præsentia de probat. n.28. Etenim
favor liberorum substitutorum est naturalis;
favor autem Monasterii est civilis, & mi-
nor favor respectu majoris est odium, *l. si*
apud minorem ff. de minor. & ita ex *Bald.*
subdit *Fagnan. loco suprà citato dicto n.28.*
latè *Mantica de conjectur. ult.volunt.lib.11.*
tit.7. n.13. Fusar. de substitut. q.429. n.48.
usque ad 53. ubi copiosè alios refert, & hanc
sententiam comprobat *Peregrin. de fidei-*
commiss. art.28.n.87. & 89. Intrigl. de sub-
stit. cent.3. q.63. n.33. Menoch. lib.4. præ-
sumpt.83. n.36. & 44. in fin. Franc. dec.29.
Puteus dec.15. n.1. lib.1.
15 Secùs autem, si essent substituti fratres
testatoris, cùm in his non militet eadem ra-
tio prædilectionis, & favor filiorum, ut ex
Innocent. & aliis exemplificat *idem Fagnan.*
in antecedenti n.27.
16 Limitat.2. quando sit substitutus locus re-
ligiosus, vel Ecclesia secularis, aut alius lo-
cus pius; vel quòd relicta expendantur in
pios usus; nam in his casibus Monasterium
remaneret exclusum; adeout per ingressum
Religionis non expiret substitutio facta in
defectum liberorum; utpote quia privile-
giatus non utitur privilegio contra æquè
privilegiatos, *gloss. ult. in cap. in præsenti*
de probat. ibique *Innocen. n.8. Hostien.n.19.*
Bellam. n.29. & n.ult. Butr. n.60. Cardin.
in col.4. vers. in gloss. fin. Anchar.num.19.
Imol. n.17. Abb. n.36. Felin. nu.29. Dec.
n.192. quos refert *Fagnan. in 2. Decretal.*
in eodem cap. in præsentia de probat. tom.2.
fol.mihi 171. *Bart.* & communiter scriben-
tes *in Auth. nisi rogati C. ad Trebell. Spe-*
cul. in tit. de stat. Monachor. §.1. n.19. &
20. q.15. Curt. jun. cons.187.n.33. Menoch.
lib.4.præsumpt.83. n.51. Intrig. de substit.
cent.3. qu.63. n. 46. & 54. Peregrin. de fi-
deicommiss.art.28.n.84. ubi de recepta sen-
tentia. *Gallus de except. success. tit.1. ex-*
cept.27. n.246. & seq. part.2. latè *Rustic.*
in l. cum avus lib. 5. cap.1. n. 86. & cap.2.
n.51. ff.de condit. & demonstrat. Tiraquell.
de privileg. piæ caus. privileg.95. circa med.
Vivius.commun opin.concl.841. vers. inter-
pretatur, ubi de communi. *Alexand. Trent.*
de substit. p.4.cap.7.n.22. Odd. de compend.
substit. p.6. q.2. art.6. dub.2. n. 21. & rur-
sus *Emanuel Costa in cap. si Pater in verbo*
si absque liberis n.68. de testam. in 6. Alex.
cons.121. col.3. vers. fortificatur hæc ratio
lib.2. Corn. cons.252. n.9. lib.3. & cons.18.
n.8. lib.4. Dec. cons.426.num.10. Curt.jun.
cons.187.n.34.lib.2. Bero. cons.114.num.21.
lib.2.Cephal. cons.7. n.4. Bursatt. cons.199.
n.27. lib.2. Honded. cons.26.n.52. lib.1. Fu-
sar. de substit. q 429. n.41. & latiùs *n. 56.*
cum seq. Cardin. Mantica de conjectur. ult.
volunt. lib.11. tit.7. n.12. & deducitur *in*
§. sed & hoc præsenti in Auth. de sacrosanct.
Episcop.
17 Quæ limitatio procedit non solùm si lo-
cus pius substitutus non esset ita pius, ut est
Monasterium; quia nihilominus pius locus
substitutus excluderet Religionem, *Anton.*
de Butr. in cap. in præsentia, ibique *Abb.*
& Dec.

& Dec. n.192. de probat. Tiraquell. de privileg. piæ cauf. privileg.95. circa fin.Intrigl. de fubftit. cent.3. q. 63. n. 47. Gallus de except.fucceff. tit.4. except.27. n.248. part.2. Honded conf.62. circa fin. Ruftic. in l.cum avus lib.5. cap.1. num.98. Odd. de compend. fubftit. part.6. q.2. art.6. dub.2. n.21. verf. ampliatur , *Peregrin. de fideicomm. art.28. n.84. circa fin. Fufar. de fubftit. q.429.n.57. Cardin. Mantica de conjectur. ult. volunt.*
18 *lib.11. tit.7. n.12. in fin.* Verùm etiam fi locus pius non effet immediatè fubftitutus, fed mediatè, & fubftitutio etiam haberet effectum in perfonam primi fubftituti, *Fufar.de fubftit.q.429.n.58.*ex *Corn.* quem allegat *in cons.18.dub.1.lib.4.& Peregrin. de fideicom.art.28. n.84.Intrigl.de fubftit.cent. 3.q.63.n.48.*

19 Et ulteriùs procedit, fi pia caufa pro parte tantùm fubftituta fuiffet, & pro alia parte alia privata perfona; nam pro ea parte Monafterium excluderetur, & aliam partem fideicommiffarius privatus retinebit; dummodo tamen pia caufa fubftituta, & fideicommiffarius privatus fint re, & verbis conjuncti, vel faltem verbis tantùm; nam tunc pia caufa habebit totum jure accrefcendi,exclufoMonafterio,*corn.cons.18.dub. 1.lib.4.Peregr.de fideicommis. art.28. n.86. Intrigl.de fubftit.cent.3.q.63.n.49. Fufar.de fubftit.q.429.n.58.& 60.*

20 Limitatur 3. ut non procedat, fi conditio fubftitutioni adiecta fuerit per verba naturalitatem importantia, ut fi teftator hæredem gravaffet, fi decefferit fine filiis, vel liberis ex fuo corpore, vel de legitimo matrimonio procreatis; nam tunc fi rogatus reftituere profiteatur Religionem, fubftitutus, exclufo Monafterio,admittendus effet; & hanc opinionem ex canoniftis tenuerunt *Hoftien.in cap. Raynutius n.20. & 21. de teftam.*& ibi etiam *Jo.Andre.n.10.Cardin.in fi.prin.Henric.Boic.in cap. in præfentia n.24.de probat.*ibique etiam *Bellamer. n. 41.Barbat.à n.72.Maut.n.61.*Et ex Legiftis *Jacob.de Beluis in Auth.de Sacrofanct.Epifcop.§.Sed & hoc præfenti, Salycet.in Auth. nifi rogati in fi.C.ad Trebel.* ibique *Bald. n. 10.idem Bald.in l.fi.n.1.& 2.C. de Epifcop. & Cleric.* ibique *Fulgos.in prin. idem Bald. in l.Lucius la 2.*& ibi *Imol.n.5. ff. de hæred. inftit. idem Bald. in l. fi quis pofthumos in prin.ff.de liber.& pofthum.et in l. fi quis §. ultimo ff.de legat. 2.* ubi de communi, & ibi *Cuman. n. 2. Alex. in l. Gallus §. et quod fi tantùm n.7.ff.de liber. & pofthum. Ripa in l. ex facto §.fi quis rogatus il 2.n.37.ff.ad Trebel.Tiraqnel.in l.fi unquam in verbo libertis n.9.C.de revocand.donat.*

Et ex Confulentibus -- *Soccin. jun. cons. 63.n.21.lib.3.Alex.cons.2. n.3.* et 18. *lib.1. Jas.cons.212.col.1. lib.2. Curt.fen. cons.74. col.26.Bald.cons.407. in quæftione n.13. lib. 1.*ubi quòd hæc opinio in practica fervatur, *Corn.cons.15.n.16.et 17.et cons.253.n.4.lib. 4.*ubi de communi,& ufu recepta opinione, *Calcan.cons.7. n.24.* qui pariter de communi,*Natta cons.602.n.4.lib.3.Grat. cons.111. n.50.lib.2.*ubi de magis communi,& ufu recepta opinione *Angel. cons. 80.n.12. Paris. cons.22.n.9. lib.2. Calderin. cons.1. qui filii fint legitimi, Fulgos.cons. 53.n.2. et 3. Barbat.cons.12.l.1.*qui de ufu recepta teftatur, *Paris.iterum cons.114.n.5.*Et in tractatibus *Peregrin. de fideicommis.art.28. n.78.et 79. vers.conclufivè, Craff. in §. fideicommiffum q.40.n.3.in fi* ubi de veriori opinione, *Odd. de compendios.fubftit.p.6. q.2. art.6. dub.2. n.29.*qui pariter de communi, *Vafquez de fucces.creat.lib.3.§.21.n.167. Joan. Andre. in addition.ad Speculat.tit. de ftat. Monach. lit.M.in priu.Viv.lib.1.commun.opin.in verbo fubftitutus fub conditione eft,conclu.841.* qui etiam de communi, *Corbul. in tract. de caus.ex quibus Emphyt.jure fuo privet.tit.de privat.ob mortem civilem caus.7 n.11.Alex. Trent.de fubftit.p.4.cap.7.n.25.*ubi de communi, *Pret.de interp. ultim. volunt. fo.311. n.22. in fi. Menoch. de præfumpt. lib.4. præfump.83.n.27.Intrigl. de fubftitut. cent.3. q. 63.n.19.Gallus de excep.fucces.tit.4.except. 27.n.255.p.2.Hieron. Ceval. in fpecul. commun.contra commun.q. 193.* ubi de receptiori, & communiori opinione, *Rufticus in l. cum avus lib.5.cap.1.n.44.et 45.ff.de condit. et demonftrat.* ubi quod hæc fententia fit in confulendo, & judicando fequenda, *Cardinal.Mantica de conjectur.ultim.volunt.lib. 11.tit.7.n.20.vers.verum ego confidero, Fufar.de fubftitution. q. 429. n.27.* ubi *in fi.* de receptiori, & veriori, & in judicando recepta fententia, & *ufque ad n.31.*rationibus comprobat,*Boer.dec.354.n.6.Borgn.dec.77. n.7.et 8.p.3.Vincen.de Franc. dec.29. Antou.Gama dec.Lufit.316.n.2. Ofafc.dec. Pedemont.127.n.24.et 26.* cum aliis ufque ad fatietatem relatis per *Sanchez fuper Decalog.tom.2.lib.7.cap.16.n.51.vers.octavo.*

21 Contrarium quòd Monafterium excludat fubftitutum, etiam fi conditio fubftitutioni adjecta fuerit per verba naturalitatem importantia, nempe fi dictum fit: fi decefferit fine filiis ex fuo corpore natis, vel fine filiis de legitimo matrimonio procreatis, fi rogatus reftituere ingrediatur Religionem, & profeffionem emittat;&hæc fuit opinio antiquiffimorum Doctorum, *Pfaragot,et Riccard.Malunt.*quos refert & fequitur *Dyn.in l.fi ita quis §. fi. ff. de legat. 2.* & ibi etiam *Bart.& Fulgos. Raiuer. in Auth. ings effi C.*

ad

ad Trebel. ibique Cin. Bart. Ang. Alber. Paul. Castren. Fulgos. n. 3. et 4. Ripa in l. ex facto §. si quit rogat ut n. 37. ff. ad Trebel. ibique Hercul. idem Ripa in l. si unquam n. 92. C. de revocan. donat. Paul. Castren. in l. Deo nobis n. 4. C. de Episcopis, et Clericis Bart. in Auth. ingressi C. de sacrosanct. Eccles. Jas. in Auth. si qua mulier n. 18. C. de Episcop. et Cleric. Imol. in l. fideicommissum ff. de condit. et demonstrat. Rub. Alex. in repetit. §. Imperator n. 224. ff. de legat. 2. Abb. in cap. Eccles. sanctæ Mariæ n. 35. de constit. Barbat. in cap. Raynaldus de testam. Bald. in cap. in præsentia n. 6. de probat. ibique Anton. Butr. Joan. de Imol. col. 5. vers extra gloss. Abb. n. 48. Aret. col. 14. Felin. n. 36. Dec. n. 64. in fi. Paris. n. 136. et seq. Bero. n. 486. Bald. in cap. in præsentia n. 9. in fi. de probat. & ibi etiam Butr. numero 26. Abb. numero 48, Aretin. à num. 68. usque ad 72. Felin. n. 36. Dec. n. 232. Paris. à n. 136. usque ad n. 144. Ferret. n. 104. Bero. n. 486. Prosper Fagnan. in 2. Decretal. in eodem cap. in præsentia n. 29. de probat. tom. 2. fol. mihi 170. Et ex facto per quinque fundamenta consuluit Bart. in suo cons. 1. incip. Parmensis per tot. lib. 1. & cons. 104. n. 2. lib. 2. & de communi Dec. cons. 426. n. 2. in fin. & rursus in cons. 259. & cons. 419. col. 2. & cons. 674. n. 3. Bursat. cons. 97. num. 23. lib. 1. ubi de magis communi, Curt. jun. cons. 163. col. 1. ubi testatur de communi opinione, & reptobat contrarium tenentes, Alex. cons. 2. n. 3. juncto n. 18. lib. 1. cons. 121. n. 13. lib. 2. ubi de communi, & cons. 15. n. 7. lib. 3. & cons. 92. n. 9. lib. 4. Angel. cons. 8. Calcan. cons. 20. n. 3. & cons. 68. n. 7. Ruin. cons. 189. nu. 13. lib. 2. & cons. 151. in fin. lib. 3. Vegg. cons. 23. n. 5. Rol. à Valle cons. 35. n. 12. & 13. lib. 3. Joan. de Monte Sperell. cons. 252. dub. 1. & cons. 253. ubi de communi, & æqua opinione, Lap. cons. 80. n. 3. & allegat. 129. ubi Quintilian. Mandos. in addition. litt. D. qui communem opinionem esse scribit, Soccin. jun. cons. 63. n. 62. lib. 3. ubi dicit receptam esse opinionem, Alciat. cons. 95. n. 2. lib. 9. qui de communi, & veriori sententia Æmil. cons. 106. n. 14. & in tractatibus Guttierez quæst. canon. q. 32. Viv. commun. opin. lib. 2. concl. 840. substitutio evanescit in princ. & concl. 841. substitutio sub conditione, Dur. de arte testan. tit. de substitut. caut. 18. n. 3. Covar. lib. 1. var. resol. cap. 19. n. 11. ubi de communi, Bero. q. 34. n. 1. & quæst. 70. n. 7. Villal. in commun. opin. in verbo Monasterium n. 121. vers. communem dicit, Ascan. Clem. in tract. de patria potestat. cap. ultimo n. 73. cum aliis pleno calamo congestis per Sanchez super Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 16. n. 51. vers. 8. & hæc opinio videtur servan-
22 da in praxi; quia in divetsitate opinionum
consuevit assumi illa, quæ favet Religioni,
per Textum in l. sunt personæ ff. de Religios.
& sumpt. funer. ut inquit Fagnan. in 2. Decretal.
in cap. in præsentia n. 29. in fin. to. 2.
fol. mihi 170. ex Imol. quem allegat in hoc
eodem cap. n. 19.
23 Siquidem favore Religionis conditiones,
per quas Monasterium excluditur reddun-
tur invalidæ, & pro non scriptis habentur,
ut scribit Bart. in Authen. ingressi n. 53. de
sacrosanct. Eccles. & in l. si ita quit §. is, cui
ff. de legat. 2. & in dicto cons. 1. Fusar. de
substit. q. 429. n. 32. vers. secundò pro hac se-
cunda opinione, Cardin. Mantica de conject.
ult. volunt. lib. 11. tit. 7. n. 20. sub princ.
24 Hinc ad comptobandam hanc sententiam,
animadvertitur, quòd licet conditio substi-
tutioni adjecta exprimat naturalitatem, &
Monastetio non conveniat, non tamen ne-
cessariò sequitur quòd testator cogitaverit
excludere Monasterium, quia voluit fortè
solùm excludere filios tantùm naturales, vel
etiam adoptivos, ac etiam legitimos; ac
proinde in dubio facienda est interpretatio
favore Religionis, quòd de Monasterio non
cogitaverit; adeo ut lex suppleat, & præ-
sumat, quòd si cogitasset de ingressu Mo-
nasterii, idem voluisset de Monasterio, quod
de liberis disposuit, præcipuè, quia relin-
quere locis piis respicit favorem animæ, ob
suffragia, quæ à bonis Religiosis sperare
potest, potiùs quàm à substitutis secularibus,
ita tradunt citati Doctores ex ratione,
§. sed & hoc præsenti in Authent. de sacro-
sanct. Episcop.
25 Ad quam rationem subvertendam, & quòd
non videatur magni facienda, deducitur à
contrarium tenentibus; quia verba expres-
sa ostendunt testatorem solùm cogitasse de
veris, & naturalibus liberis, & non de mo-
nasterio, & ubi habemus clarum sensum ex
verbis testatoris, non admittitur quæstio
voluntatis, ut lex suppleat, l. ille, aut illæ
§. cum in verbis ff. de legat. 3. Rustic. in l. cum
avus lib. 5. cap. 1. n. 53. Cardin. Mantica de
conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 7. n. 20. vers.
verum ego, Fusar. de substit. q. 429. n. 32.
vers. moventur tenentes, ibi — respondent
tamen, ex Ripa in loco, quem allegat, Natta
in cons. 602. n. 4. & alii allegati pro prima
26 opinione. Nec omnes conditiones, quæ non
respiciunt favorem Religionis redduntur in-
validæ, sed illæ tantùm, quæ adversantur Re-
ligioni quoad bona spiritualia, secùs quoad
bona temporalia, quæ eidem obvenire ne-
queunt ex tacitâ, vel expressâ disponentis
voluntate, & ad hoc obiectum aliter etiam
respondet Ripa, & Rustic. in l. cum avus
lib. 5. cap. 1. n. 53. ff. de condit. & demonstrat.
quos

quos refert *Fusar. de substit. qu.429. n.32. in fin. vers. ad hoc autem argumentum.*

27 Verùm cum hujusmodi consultatio sit satis dubia, ideo quod teneri possit quidquid placet post prolixam disputationem concludit *Petrus de Anchar. in cap. in præsentia n.41. de probat.* & hanc secundam opinionem esse veriorem attento jure canonico, & servandam in terris Ecclesiæ; oppositam vero attento juri civili, & servandam in terris Imperii, scribit *Fagnan. in 2. Decretal in cap. in præsentia n. 29. vers. sanè hæc consultatio in fi. tom.2. fo.mihi* 170.

28 Limita quartò, qoando testator expressè exclusisset Monasterium, ex vulgata regula qood quilibet in re sua est moderator, & arbiter, juxta *textum in l. in re mandata C. mandat. l.1. C. de sacrosanct. Eccles. l. verbis legis ff. de verbor. significat.* & nemo invitus beneficare cogitur, *cap. de Judæis 45. dist. & cap. ultim. 23. q.5.* ac proinde bona non debent applicari Monasterio contra testatoris voluntatem, qui in rebus suis potest, quam velit, legem imponere *l.1. C. de sacrosanct. Eccl. §. disponat in Auth. de nupt.* & ita disputando concludit *Jacob. de Belvis in §. Sed & in hoc præsenti in Auth. de sacrosanct. Episcop.* Nec favor Monasterii, & Religionis debent impedire eamdem testatoris voluntatem, quæ omnino omnibus modis servari debet, *cap. ultima voluntas 13. q.2.* Additur ulteriùs quòd qui ingreditur Monasterium dedicat se, & sua Monasterio, *Auth. ingressi de sacrosanct. Eccles.* Sed hujusmodi bona non sunt sua in casu restitutionis, *l. ultima §. nemo Cod. commu. de legat. l. unum ex familia §.1. ff. de legat.2.* & consequenter non pertinent ad Monasterium, ut bene comprobat *Cardinal. Mantica de conject. ultim. volunt. lib.11. tit.7. n. 19. & Fusar. de substitution. q.429. n.18.* Et quod hæc sententia in practica servetur, scripsit *Bald. in l. si quis ita §. is, cui in tempus post medium ff. de legat.2.* & ibi *Raph. Cuman. idem Bal. in l. Deo nobis ante n.1. C. de Episcop. & Cleric.* & ibi *Paul. Castrens. idem Bald. in Authen. nisi rogati n. 9. C. ad Trebel.* ibique *Paul. de Castr. n.3. Solyces. & Corn. Alciat. in l. Gallus §. & quid si tantum n.7. ff. de liber. & posthum.* & ibi *Lancel. Gallia. n.17. Ripa in l. ex facto §. si quis rogatus il primo n.39. ff. ad Trebel. Padill. in l. cum acutissimi n. 44. C. de fideicommis. Dec. in cap. in præsentia n.59. vers. sed quando de probat.* ibique *Bero. n.485. & 477. Joan. Lup. in rub. de donat. inter vir. & uxor. §.47. n.18.* Et ita omnes tenere testatur *Calcan. cons.7. n.24. Dec. cons. 259. n. 3. cons.418. n.3. & cons.426. n.2. Alex. cons. 122. n. 13. lib.2.* & ibi *Adden. Bal. cons.* 196. *n.1. lib.1. cons.407. n.13. lib. 2. & cons. 426. col.2. vers. præterea lib. 4. Ruin. cons. 98. n.20. lib. 2. Fulgos. cons. 53. n. 3. Paris. cons. 86. n. 76. lib. 2. Cravet. cons.52. n. 1. Alciat. cons.502. n.4.* & secundùm novissimam impressionem *cons. 53. n.4. lib. 9. Decian. cons.41. n.30. & 33. lib. 1.* & hanc esse magis communem opinionem scribit *Peregrin. de fideicommis. art. 28. n. 70. Crass. in §. fideicommissum q.40. n.2. Ascan. Clem. tract. de patria potestat. cap. ultim. n.72. Odd. de compendiosa substit. p.6. q.2. art. 6. dub.2. n.24.* ubi de communi opinione, *Duran. de arte testandi tit. 5. caut. 18. n. 3. Alex. Trent. de substitut. p.4. cap. 7. n. 25. Menoch. lib. 4. præsumpt. 83. n. 3. Covar. var. resol. lib. 1. cap. 19. n. 8. Marzar. in Epit. de fideicommis. q.31.* ubi refert ita fuisse judicatum, *Suarez commun. opin. in verbo substitutio n.216. in fi. Hieron. Ceval. spec. commun. contra commun. q. 193. n. 2. Viv. commun. opin. in verbo substitutus sub conditione vers. limitatur 2. Intrigl. de substit. cent.3. q.62. Rustic. in l. cum avus lib.5. c. 1. ff. de cond. & demonstrat.* Et ita à Senatu Neapolitano fuisse judicatum scribit *Franc. dec. 29. n.3. 4. & 7.* prout etiam testatur *Osasch. dec. Pedemont. 126. n. 11. & 24. & Borgnin. dec. 77. n.4. & 26. p. 3. Mastril. dec.65. n.4.*

29 In contrariam sententiam alii feruntur,
quod admittatur Monasterium excluso substituto, non obstante expressa voluntate testatoris quoad Monasterii exclusionem; utpote quia si conditio si sine liberis excluderet Monasterium, gravatus distraheretur à vita contemplativa, quæ melior, & perfectior est, quàm activa, *§. 1. Auth. de Monach.* ubi *glo. in verbo celsiorem*, ac proinde ne fideles distrahantur à Religione, Mona-
30 sterium excludere debet substitutum, nam conditiones, quæ impediunt divinum cultum, sunt rejiciendæ, *cap. ex parte*, & ibi scribentes *de consuit. Doctores in cap. 3. de jurepatronat.* & pro invalidis, & pro non scriptis reputantur, *§. Sed & hoc præsenti*
31 *in Auth. de sanctiss. Episcop.* Comprobatur ulteriùs, quod sicut conditio impeditiva matrimonii temporalis rejicitur, *l. quoties, & l. Titio si nupserit ff. de condit. & demonstrat.* ita fortiùs idem erit in matrimonio spirituali; cùm valeat argumentum à matrimonio carnali ad spirituale, *cap. inter corporalia, & cap. cum inter Canonicos de elect. cap. quoniam frequenter §. porro, ut*
32 *lit. non contest.* Tum etiam quia sicut non valet statutum, quòd ingrediens Religionem non succedat, *Dec. in l. ultim. n. 28. C. de pact.* & *in cap. in præsentia n. 53. de probat.* & ibi *Felin. n.35. Rustic. in l. cum avus*

lib.5.cap.1. n.106. vers. cæterum ff. de con-
dit. & demonstrat. ita pariter non valet te-
statoris dispositio,quòd ingrediens Religio-
nem non possit bona transferre in Monaste-
33 rium ; etenim valet argumentum à statuto
ad testamentum,Everard. in sua cent. in loco
ab ult. volunt. ad legem, vel statutum.
Et hanc sententiam tenent Cagnol. in l.2.
q.22. n.120. C.de pact. inter empt. & vend.
Imol. in l.Lucius n.5. col. penult. & ult. ff.
de hæred. instit. & in l. fideicommissum in
fi.ff. de condit. & demonstrat. Riccard. de
Malen. in Auth. nisi rogati C. ad Trebel.
Abb. in cap. in præsentia n. 43. de probat.
qui de communi testatur,ibique Bald.n.18.
Aret. n.65. Felin.n.33. qui etiam de com-
muni testatur,& Angus. Bero. n.486. Bur-
sat. cons. 199. n. 20. lib. 1. ubi scribit esse
communem sententiam. prout etiam testa-
tur Curt. jun.cons.193.n.17. Angel. cons.80.
col.2.Bart.cons.1.lib.1.Ruin.cons.189.n.13.
lib.2.Facbin.controvers.jur. lib.4.cap.56.
34 A prima tamen opinione consulendo , &
judicando recedendum non esse concludit
Fusar. de substitution. q.429. num.25. vers.
35 quamvis autem , & n. 26. Præcipuè quia
motiva hujus secundæ opinionis facilè sub-
vertuntur;etenim Religiosus emittendo vo-
tum paupertatis, & renunciando , ac à se
abdicando omne jus quoad divitias , & hu-
manas pompas , non videtur distrahi posse
à vita contemplativa , si Monasterium ex-
cluderetur; dum mortuus Mundo dicatur ;
& consequenter nullum habere affectum ad
res mundanas: tum etiam quia cùm inten-
tio testatoris non sit ad hoc ordinata,non po-
test haberi in aliqua consideratione, ut com-
probat Rustic. in l. cum avus lib. 5. cap.1.
n.26. & 27.
Prout nec adversatur argumentum de-
sumptum à statuto ad testamentum ; quia
procedit ubi militat eadem ratio : secus in
36 præsenti , in quo militat diversa ratio. Si-
quidem statuentes contra Ecclesiasticam li-
bertatem non habent potestatem statuendi ;
testàtor verò habet liberam facultatem di-
sponendi de rebus suis , ut respondet Ripa
in l. ex facto §. si quis rogatus num.49. ff. ad
Trebell. Rustic. in l. cum avus lib. 5. cap.1.
n.26. vers. sed ut Franciscus ff. de condit.
& demonstrat. quos refert , & sequitur Fu-
sar. de substit. q.429. n.26. vers. nec obstat .
37 Limit.5. in casu,quo testator disposuisset
si decesserit sine veris filiis ; nam tunc sub-
stitutus admitti debet excluso Monasterio;
quia tunc testator censetur cogitasse de ve-
ris , & naturalibus filiis , non autem de fi-
ctis , vel secundùm juris interpretationem :
ita etiam si dictum esset si decesserit sine filiis
legitimis, & naturalibus , vel sine filiis ma-
sculis , cùm tunc testator naturalitatem , &
personæ qualitatem , & non civilitatem , &
fictionem filiorum expresserit , ut tradunt
Doctores plenè relati per Fusar. de substitu-
tion. q.429. à n.33. usque ad 40. Intrigl. eod.
tract. cent.3. q.63. n.32.51. & 52. Peregrin.
de fideicommiss. art. 28. n.77. & 78. vers.
tertius casus , Menoch. lib. 4. præsumpt. 83.
n.45. in fin. 49. & 53.
38 Limit. 6. in casu , quo substitutus esset
aliquis de familia,adiectâ ratione , & causâ
conservandi bona in agnatione , & familia:
ex qua dispositione , cùm verba substitutio-
nis non possint Monasterio convenire,exclu-
ditur à substituto; etenim in claris non est
admittenda quæstio voluntatis , ut docent
Podill. in l. cum acutissimi n.45. C. de fidei-
commis. Ripa in l. ex facto §. si quis rogatus
il primo n.4. ff. ad Trebel. Alciat. in l. Gal-
lus §. & quid si tantùm n.7. ff. de liber. &
posthum. Menoch. cons. 722. n. 32.lib.4.et
præsumpt. 83. n. 45. Barbat. cons. 13. col.2.
lib.1. Pancir. cons.114. n.15. Dec. cons.259.
n.2. Paris. cons. 22. n. 9. lib. 3. Æmilian.
cons.109. n.4. vers.nunc autem , Intrigl. de
substit. cent.3. q.63. n.41. Odd. de compend.
substit. p.6. q.2. art.6. dub.2. n.26. Covar.
lib.1. var. resol. cap.19. n.11. Alex. Trent.
de substit. §.4. cap.7. n.26. Vasq. de success.
creat. lib.3. §.21. n.169. Petra de fideicom-
miss. q.8. n.516. Peregrin. eod. tract. art.28.
n.76. Dilect. de arte testan. tit.5. caut.18.
n. 3. Ceval. spec. commun. contra commun.
q.193. num.4. qui de communi, Mantica de
conjectur. ult.volunt. lib.11. tit.7. n.21. Fu-
sar. de substit. q.429. n.54. Rustic. in l. cùm
avus lib. 5. cap. 2. n.86. ff. de condit. & de-
monstrat. Vincent. de Franc. dec.29. num.7.
Covalcan. dec.77. n.37. p.3. Puteus dec.55.
n.4. part.1.
39 Prout etiam idem esset, quando quis esset
substitutus adiectâ conditione nomen,& in-
signia familiæ suscipiendi: etenim hujusmo-
di conditio non est applicabilis Monasterio ;
ac proinde substitutus non erit exclusus, ita
ex Bero. in cap. in præsentia q.34. de probat.
Rustic. in l. cum avus lib.5. cap.1. in fin. ff.
de condit. & demonstrat. tradit Fusar. de
substit. q.429. n.55.
40 Limit.7. quando gravatus si decesserit si-
ne filiis emittat professionem in Religione
incapaci retentionis bonorum , & successio-
nis ; nam tunc Monachus habetur perinde
ac si naturaliter obiisset ; adeout non expe-
ctato illius obitu apertum dicatur fideicom-
missum substitutis, & vocatis post illius obi-
tum , Bart. in l. cum Pater §. hæreditatem
il primo , ubi etiam Bal. n. 3. ff. de legat.2.
& in l. Statius Florus §. Cornelio Felici ff.
de jure fisci , Ruin. in l. Gallus §. & quid
si

stantum n.11. ff. de liber. & posthum. ibique *Fortun. Garz. n. 72. Soccin. sen. in l. cùm avus n.104. ff. de condit. & demonstrat. Angel. in l. ex facto §. si quis rogatus*, ibique *Imol. & Paul. Castren. ff. ad Trebell.* & scribunt *Doctores in cap. in præsentia de probat.* & præcipuè *Bald. n.13. Abb. Anton. de Butr. Bero. n.490. Eman. Costa in cap. si pater in verbo si absque liberis n.62. de testam. in 6.* & ita tenere *Doctores communiter* affirmat *Bern. Laud. in addit. ad Bart. in cons.1. Bald. cons.127. col. ultim. vers. super secundo lib.5. Dec. cons.259. col. ult. Grat. cons.68. n.13. lib.1. Soccin. sen. cons. 92. col.1. lib.1. Ruin. cons.131. n.18. lib.1. Alex. cons.13. n.4. lib.3. Paris. cons. 65. n.10. lib.2. Rimin. jun. cons.270. n.43. lib.3. Honded. cons.62. n.51. lib.1.* & pariter de communi testantur *Crass. in §. fideicommissum q.40. n.7. Peregrin. de fideicommiss. art.28. n.62. Intrigl. de substit. cent.3. q.63. n.61. Alexand. Trent. eod. tract. p.4. cap.7. n.23. Odd. de compend. substit. p. 6. q.2. art.6. n.20. Corbul. de caus. privat. ob mortem civilem n.1. Vivius commun. opin. concl.839. Menoch. lib.4. præsumpt.83. n.71. Gallus de except. success. tit. 4. except. 27. n.24. & seq. p.2. Rustic. in l. cum avus lib.5. cap.3. & cap. seq. ff. de condit. & demonstrat. Cardinal. Mantica de conjectur. ult. volunt. lib.11. tit.7. n.8. Fusar. de substitut. q. 429. n.61. & 62.* ubi reprobat contrarium tenentes, *Castill. quotidianar. controvers. lib.3. cap.12. n.53. 93. & seq. Sanch. in Decalog. lib.7. cap.3. n.65.* cum aliis citatis per *Ferentill. in addition. ad Buratt. dec.461. n.15.* ubi ita tenuisse *Rot. in Bononien. fideicommissi de Desideriis 20. Martii 1626. coram Merlino, Boer. dec.354. n.8. Borgnin. dec.77. n.34. p. 3. Osasch. decis. Pedemont. 125. in fin. Surd. dec.8. n.28.* & novissimè *Fagnan. in 2. Decretal. in cap. in præsentia de probat. n.37. tom.2.*

41 Contraria verò sententia est quòd substitutus non admittatur, nisi post mortem naturalem Monachi ingressi Religionem incapacem; adeo ut interim bona remanere debeant vel apud hæredem testamentarium, vel legitimum, seu cui de jure esset debita ejus hæreditas ab intestato; & ratio est, quia in dispositione, in qua fit mentio de morte, intelligitur de morte naturali, non civili, *l. ex ea parte §. insulam ff. de verbor. oblig.* ac proinde hæres gravatus sub conditione mortis intelligi debet de morte naturali non civili, & hanc sententiam comprobaverunt *Alex. in l. ex facto §. ex facto ff. ad Trebell.* & ibi *Ripa n.12.* & *Honded. col.1. & 2. Salycet. in l.1. col.4. C. de hæred. instit. Soccin. sen. in l. cum avus n.101. & 102. ff. de condit. & demonstr. Imol. in l. cum pater §. hæreditatem ff. de legat.2.* ibique *Cuman. Joan. de Monte Sperell. in l. Gallus §. & quid si tantùm col. 20. ff. de liber. & posthum.* ibique *Crot. n. 11. 27. & 28. Cuman. in l.1. ff. de testam. Jas. in Auth. si qua Mulier in fin. C. de sacrosanct. Eccles. Felin. in cap. licèt undique de offic. delegat. & in cap. in præsentia n. 56. de probat.* & de communi Moderniorum opinione testatur *Vasqu. de success. creat. lib.3. §.21. n.171.* ita etiam *Costa in cap. si Pater in 1. parte in verbo si absq; liberis n.61. vers. his tamen, de testam. in 6. Roman. sing.434. Alex. de substitut. part.4. cap.6. n.3. & seq. Roderic. Suarez alleg.20. Spin. in specul. testam. tit. de fideicommiss. substit. n.24. & seq.* latè *Fusar. de substit. q.430. à n.16. cum pluribus seq.* ubi contrariis respondet.

42 Sublimit. primam sententiam, & declara, ut procedat in Capuccinis, & minoribus de observantia, & reformatis Sancti Francisci, secùs autem quo ad alios Ordines, & Religiones Mendicantium, quorum respectu hodie prædicta conclusio non procedit, attento decreto *Sacri Concilii Tridentini sess.25. de regular. cap.3.* ubi, supradictis exceptis, omnes alii Mendicantes, eorumque Monasteria tam virorum, quàm Mulierum habilitantur ad possidendum bona immobilia in communi, sive sint Mendicantes ex constitutionibus sive ex regula per privilegium non mitigata; ac proinde cùm sint effecti capaces bonorum immobilium etiam ad effectum possidendi, & perpetuò retinendi, procul dubio excludunt substitutum, ut firmat *Navar. comment.2. de Regular. n.54. Sanch. in Decalog. tom.2. lib.7. cap.16. n.13.* quos refert, & sequitur *Fagnan. in 2. Decretal. in cap. in præsentia de probat. n.67. & 117. tom.2. fol. mihi 174.* & circa hanc materiam plura traduntur à *Sanchez in præcepta Decalogi tom.2. lib.7. cap.25. & cap. 26. per tot.* & à *Barbos. in Concil. Trident. sess.25. de Regular. & Monialibus cap.3.*

43 Ex quibus ita dispositis insurgit aliud dubium, An Religiosus seu Monasterium, vel Clericus, & Episcopus succedat in feudum, si ad ejus, vel eorum favorem aperiatur, & quidem secundùm canones Clerici, Religiosi, & Episcopi possunt habere feuda, ut de Clericis habetur in *cap. ex transmissa, & cap. rerum de foro competen.* & in *cap. nimis de jurejurand.* & de Religiosis paret in *cap.1. §. verum de stat. Regular. in 6.* ubi *Gemin. in 2. notab.* & de Episcopis constat ex *cap. si Episcopus* juncta *gloss. in verbo Regia 18. dist.* ex *cap. si quis laicus 22. q.5.* & ex *cap. solitæ de major. & obedien.* & de omnibus docet *Calderin. cons.2. in Clericus n.1. vers. item*

item hoc probatur de feud. Felin. in cap. in præsentia n.46. verf. ad idem de probat.

44 E contra verò per jura feudalia nominatim excluduntur Clerici, & Monachi a fucceffione, & retentione feudi, ut in *cap. 1. §. qui Clericus, fi de feud. defunct. content. fit inter Domin. & agnat. Vaffal.* ubi difponitur: qui Clericus efficitur, aut votum Religionis affumit, hoc ipfo feudum amittit, & in *cap. 1. §. ex hoc illud de feud. fœmin.* ubi qui habitum Religionis affumunt ut Converfi, nec poftea in feudo fuccedunt, & fi quod habent perdunt; & in *cap. 1. de Vaffallo milite*, ubi notant *Andr. de Ifern. n. 1.* & communiter feudiftæ.

45 Redditur propterea hujufmodi quæftio valde difficilis, ob varietatem opinionum, de quibus per *Capyc. dec. 10. n. 4. & 5.* fed in hac contrarietate ferè Doctores concordare videntur, ut fi feudum requirat perfonale fervitium, quod à Vaffallo Religiofo nec per fe ipfum, nec per fubftitutum præftari valeat; & tunc feudum minimè tranfit in Monafterium, fed ftatim agnatis, vel Domino aperiatur: fi verò tale requirat fervitium, quod honeftè à Religiofo Vaffallo expleri poffit per fe, vel per fubftitutum: & hoc cafu bene tranfit in Monafterium, durante tamen vità naturali ipfius profeffi. Etenim Clerici, & Regulares excluduntur à beneficio feudi, quatenus ipfi tamquam Dei milites non poffunt feculo militare, & pro mortuis reputantur quoad mundum, nec debent fe implicare negotiis fecularibus; undè reputantur inhabiles ad ferviendum feudo; ac proinde fi fervitia annexa feudo fint talia, quæ à Clericis, & Monafteriis poffint honeftè exhiberi per fe ipfos, vel per alios, ceffat ratio exclufionis contemplata in juribus feudalibus; & confequenter eorum difpofitio debet reftringi, & limitari ad limites præfatæ rationis, cui innituntur, ut pulchrè declarat *Calderin. conf. 2. n. 2. verf. per prædicta*, & *verf. fecùs etiam de feud. Innocent. in cap. in præfentia n. 3. de probat.* ibique *Abb. n. 69. Felin. n. 46. verf. & hoc modo*, & *n. 49. Hoftien. n. 8. in verbo oblationis, verf. feuda etiam, Jo: Andr. n. 16. verf. fed nunquid feuda, Bellamer. in 6. q. nu. 16. Anchar. n. 21.* & *Dec. n. 290. Archidiac. in cap. fi qua mulier n. 4. 19. q. ult. Bald. in c. 1. §. qui Clericus n. 1. verf. fi de feud. defunct.* & in *cap. 1. in 1. verf. fi ergo feudum de milit. Vaffal. qui arma bell. depofuit, Angel. in l. ad fimilitudinem*, & in *l. quifquis C. de Epifcop. & Cleric. Salyc. in Auth. ingreffi in fin. C. de facrofanct. Ecclef.* ibique *Cyn.* poft *Martin. Sylvan. n. 13.* & *Bart. in 2. lectura n. 44. verf. in hoc teneo opinionem Innocentii, Alex. conf. 10. n. 8. & 16. lib. 5. Ægidius Bellam. conf. 48. an Comes num. 31. verf. fed contra, Curt. fen. conf. 62. num. 2. & 6. verf. feptimo, Jacobin. in tract. de feud. in verbo, & quibufcumque n. 4. verf. contrarium*, ubi quòd ita obtinuerit, *& circa fin. verf. ad motiva adducta*; & quòd hanc opinionem fequantur Canoniftæ omnes dicit *Pedemont. dec. 22. n. 7. Capyc. dec. 10. n. 4. verf. videndum eft*; & *n. 10.* fubdit hanc opinionem non habere contradictorem, & latiffimè *Profp. Fagnan. in 1. part. primi Decretal. in c. quæ in Ecclefiar. de conftit. à n. 60. cum pluribus feq. to. 1. fol. mihi* 136. ubi *n. 65.*
46 fubdit quòd hoc cafu non fit conftituenda differentia an feudum fuerit apertum ante, vel poft emiffam profeffionem; cùm utroque cafu tranfeat in Monafterium, fi fervitia fint ejus qualitatis, ut à Monacho, vel Monafterio poffint honeftè per fe, vel per alium exhiberi, ut tradunt Doctores relati per *Felin. in cap. in præfentia n. 48. de probat. Calder. conf. 2. n. 1. & 2. de feud. Curt. fen. conf. 62. per totum*, ubi latè.

47 Et quamvis Regularis affumptus fuerit ad Epifcopatum, non propterea cenfetur exclufus à feudo aperto ad fui favorem; cùm Epifcopi, ficut etiam Cardinales retinere poffint feuda ad eos devoluta jure fucceffionis, ne dignitas potiùs decrementum, quàm incrementum eis attuliffe videatur; ac proinde eo ipfo, quo quis factus eft Epifcopus cenfetur habilitatus ad inferviendum per fubftitutum, & expiendum onera Feudi, *Clar. in §. feudum q. 76. circa fin. verf. cæterum communiter fervatur, Martin. Lauden. in cap. 1. §. & quia vidimus, qui feud. dare poff. Jacobin. in tract. de feud. in verbo, & quibufcumque n. 4. verf. contrarium, Præpofitus in cap. 1. §. & quia colum. 6. poft med. verf. refpondeo, de his, qui feud. dare poffunt Jaf. conf. 117. n. 2. verf. ad prædicta accedit quòd etiam effectus Epifcopus col. 4. Cephal. conf. 1. n. 4. verf. tertio quidquid, Calderin. conf. 2. n. 1. verf. item hoc probatur, de feud. Profper. Fagnan. in 1. partem primi Decretal. in cap. quæ in Ecclefiar. de conftit. n. 82. 83. & feq. tom. 1. fol. mihi* 129.

48 Quibus non adverfatur quòd Regularis factus Epifcopus, per confecrationem non remaneat abfolutus à voto paupertatis, fed in ftatu incompatibili cum acquifitione dominii feudalis, ut probatur in *cap. cum olim il 2. verf. præterea de privileg. gloff. in cap. cum ftatutum in verbo legitimus* 18. *q. 1.* & in *cap. de Monachis in verbo difcedere* 16. *q. 1. Divus Thom. in 2. 2. q. 1 5. art. 8. Suarez de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 3. cap. 16. Sanchez in Decalog. lib. 6. cap. 6. n. 7. Barbof. de offic. & poteft. Epifcop. p. 1. tit. 1. c. 4. n. 12.* & *p. 3. alleg. 1 14. n. 19. Diana refolut.*

moral.

moral. p. 11. *resol.*104. *Eminentiss. Cardinal. de Lugo responf.moral. lib.*5. *dist.*12. *à n.*16. *cum seq. Reginaldus Lucarinus de Episcopo regular.cap.*2.*art.*3.*n.*202.*Fagnan.in* 1. *partem primi Decretal. in cap. quæ in Ecclesiarum de constit. n.*86. *& seq. Rot. dec.*115. *num.* 5. *&* 8. *quæst.* 4. *tom.* 2. *in recent.*

49 quia quicquid Religiosus acquirit post suam consecrationem non sibi, sed Episcopatui acquirit; adeo ut non vindicar hæreditatem ut propriam sed quasi Ecclesiæ debitam;nec proinde frangitur votum paupertatis; dum bona, quæ Fratri etiam Minori effecto Episcopo obveniunt,quamvis hic non liberetur à substantialibus regulæ, remanent apud Ecclesiam, ad quam est assumptus, ut plenè firmavit *Rot. dec.*115.*per totam p.*4.*tom.*2. *in recent.* ita etiam *Nicolaus de Ubald. in tract. de success. ab intestat. Clericor. in* 1. *parte n.*3. *&* 4. *Navar.. cons.*7. *incip. quidam Archiepiscopus olim frater minor n.*1. *de solut. Fagnan. in* 1. *part.* 1. *Decretal. in cap. quæ in Ecclesiarum n.* 88. *& seq. tom.*1. *fol. mihi* 139. *de constit.*

50 Limit. 8. ut procedat si ingressus monasterium, in eodem professionem emittat, secùs si Monachus decedat intra annum probationis; cùm tunc habeatur perinde ac si ille non fuisset ingressus Monasterium, hinc bona eidem non acquiruntur, *Auth.ingressi C. de sacrosanct. Eccles.*§. *sed & hoc præsenti in Auth. de sacrosanct. Episcop. Bart. in dicta Auth. ingressi*, & in *Auth. si qua mulier n.*4. *C. de sacrosanct. Episcop. Abb. in cap. in præsentia num.* 44. *de probat.* ibique *Felin. n.* 32. *Bald. n.*19. *Dec. n.*200. *Bero. n.*499. *Ruin. cons.*153. *num.*3. *lib.* 3. *Bald. cons.*197. *lib.*5. *Odd. de compen. part.*6.*q.*2. *art.*6. *dub.*2. *n.* 9. ubi quod sit utilissima limitatio, *Gallus de except. success. tit.*2. *except.*27.*n.*245. *p.* 2.*Menoch.lib.*4. *præsumpt.* 83. *n.*7. *Fusar. de subst. q.* 429.*n.*69. *Cardin. Mantica de conjectur. ult.volunt.lib.*11. *tit.*7. *num.*11.

51 Ita etiam, quando quis, ut pœnitentiam ageret, fuerit ingressus Monasterium, non autem ut Religionem profiteatur; ac proinde cùm nullum jus Monasterio competat, substitutus admittendus erit, *Bald.in Auth. sed hodie C. ad l.Jul. de adulter. Intrigl. de substit.cent.*3.*q.*63. *n.* 84. *Odd. de compend. substit.p.*6.*q.*21.*art.*6. *dub.*2. *n.*10. *Menoch. lib.*4.*præsumpt.*83.*n.*87. *Fusar. de substit.q.* 429.*n.*71. *Rustic.in l.cum avus lib.*5. *cap.*2. *n.*42.*ff.de condit.& demonstrat.*

52 Limit. 9. vel quando gravatus fuit ingressus Monasterium in odium, & ut fraudaret substitutum;nam tunc substitutus est admittendus excluso Monasterio; quia fraus,&dolus nemini patrocinari debet,*glos. in Auth. de sacrosanct. Episcop.*§.*sed & hoc præsenti glos.in Auth nisi rogati C.ad Trebel.* ubi *Cin.Bald.n.*24. *Alber.n.*2.*& Salyc. n.*5.*Angel. in l.nuper C. de natur. liber. Alciat. in l.post contractum n* .6.*ff. de donat.& in l.*1.*n.*34. *ff.de vulg.glos. in cap.in præsentia. Extra. de probat.* ibique *Abbas n.* 46. *Joan.Andr.n.*36. *Bald.n.*31.*Henric. Boic. n.*21.*Bellam. n.*32.*&* 40. *Butr.n.* 61. *Felin. n.* 36. *Dec.n.* 205. *Bero.n.* 500. *idem Dec. cons.*396.*n.*9. *Bald.cons.*24. *in fi.lib.*2.*Ruin. cons.*211.*n.*8.*lib.*1.*cons.*78.*n.*8.*&cons.*163.*n.* 6.*lib.*3.*Curt.jun. cons.*145.*n.*27. *in fi.Barbat.cons.*18.*col.*1. *vers. & addo simile lib.* 2. *Aucbar. cons.*237.*n.*3.*Alciat.cons.*616.*n.*4. *Roman. cons.*298. *n.*2.*Menoch.cons.* 226.*n.* 98.*Gallus de except.succes. tit.*4. *except.*27. *n.*251. *& seq.p.*2.*Crass.in* §.*fideicommissum q.*40.*n.*4. *Rustic. in l.cum avus lib.*6. *cap.* 2. *n.*52. *Peregrin.de fideicom. art.*28.*n.*94.*Intrigl.de substit. cent.*3.*q.*63.*n.*70.*Menoc.lib.* 4.*præsumpt.*83.*n.*76.*Fusar.de substit.q.*429. *n.*73.*Cardinal. Mantica de conjecturis ultim. volunt.lib.*10.*tit.*4.*n.*19 *& lib.*11.*tit.*7.*n.*11. *Cavalcan.dec.*77.*n.*43.*p.*3. & novissimè *Fagnan.in* 2.*Decretal.in cap.in præsentia n.*34. *de probat.tom.*2.

53 Fraudis enim præsumptio in hoc casu deducitur vel si gravatus comminatus fuerit substituto, se ingressurum Religionem in ejus odium, & damnum, & ut eum excludat à fideicommisso, vel alia similia verba protulerit, ex quibus deducatur in fraudem fuisse ingressum Monasterium,*Salycet. in Auth. nisi rogat.C.ad Trebellian. Alex. in l.si quis posthumos n.*9.*in fi. ff. de liber. & posthum. Panormitan. in cap.in præsentia n.* 46. ubi de communi opinione testatur,*de probat.* ibique *Abb.n.*46. *Felin.n.*34.*Dec.n.* 46. *Crass.in* §.*fideicommissum q.*40.*n.*5. qui pariter de communi opinione testatur, *Gallus de except.succes.tit.*4. *except.*27. *n.* 252. *p.* 2. *Odd. de substit. p.*6.*q.*2.*art.*6.*dub.*2.*n.* 13. qui etiam communem dicit,*Menoch.lib.* 4.*præsumpt.*83.*n.*83.*Intrigl. de substit.cent.* 2.*q.*63.*n.*72.*Rustic.in l.cum avus lib.* 5. *cap.* 2.*n.*57.*ff.de condit.& demonstrat. Fusar.de substit.q.*429.*n.*76. & tradunt alii Doctores congesti per *Sanchez in Decalog. tom.*2.*lib.* 7.*cap.*16.*n.*60. & novissimè *Fagnan.in* 2.*Decretal.in cap.in præsentia n.*35.*de probat.*

54 Deducitur quoque alia conjectura quando quis in articulo mortis, & quando ejus salus desperata erat Religionem ingrediatur; cum tunc hujusmodi professio non noceat substituto, quia videtur in fraudem, *Bald. in Auth.nisi rogati n.*24. *C.ad Treb.* ibique *Alber. n.*2. ad notata per eumdem *Bald. in Auth. si qua mulier col.pen. vers. septimò quæro C.de sacrosanct. Eccles.* & allegar

legat *Speculatorem in tit. de stata Monachorum §. primo circa fin.* & *in dicta Auth. nisi rogati textum in l. filiæ meæ ff. solut. matrim.* & *in l. omnes §. Lucius ff. quæ in fraud. Creditor.* & rursùs *Bald. in cap. in præsentia n. 12. de probat.* & ibi *Felin. n. 3.* & *Dec. n. 208. Alciat. in l. 1. n. 44. ff. de vulgar. et pupillar. substit. Guliel. de Bened. in c. Raynutius in verbo si absque liberis il primo n. 10. de testam. Ruin. cons. 211. n. 8. lib. 2. Alciat. cons. 137. n. 8. lib. 9. Menoch. cons. 108. n. 22. lib. 2. Honded. cons. 82. n. 42. et 43. lib. 2. Gallus de except. succes. tit. 4. except. 27. n. 252. part. 2. Odd. de compend. substit. p. 6. q. 2. art. 6. dub. 2. n. 14. Rustic. in l. cum avus lib. 2. cap. 16. n. 4?. et lib. 5. cap. 2. n. 61. ff. de condit. et demonst.* qui de communi, *Fusar. de substit. q. 429. n. 76. vers. secunda fraudis conjectura et n. sequen. Fagnan. in 2. Decretal. in cap. in præsentia n. 36. de probat. tom. 2. et in 2. partem tertii Decretal. in cap. sicut nobis de regular. n. 30. usque ad* 33. in quibus refert hanc controversiam sacram Congregationem noluisse decidere, sed, ut in more positum habet, ad Judicem ordinarium rejecisse:

55 & subdit, quòd possit simpliciter responderi, professionem emissam in mortis articulo, & ad persuasionem Abbatissæ, & Monialium, nisi aliud obstiterit, esse validam, sed dotem ita demum proximioribus esse restituendam, si de fraude legitimè constiterit; quod Judex Causæ diligenter inspicere debet.

56 Contrariam sententiam alii amplexi sunt, scilicet quòd Monasterium non excludatur, licèt gravatus sit ingressus Monasterium in mortis articulo; cùm potiùs ex hoc eliciatur fortior præsumptio, quòd gravatus bono zelo motus ingressus sit Religionem, ut animæ suæ consuleret, & non in fraudem substituti. Etenim in extremo vitæ spiritu constitutus non præsumitur immemor salutis æternæ. Tum quia damnum substituto resultat in consequentiam, & de damno in consequentiam illato non est curandum, sed potiùs respiciendum bonum, quod resultat ex professione regulari. Tum denique in his, quæ habent juris assistentiam, & sunt ex genere bonorum. sicuti est professio regularis, dolus non est præsumendus, nisi ex perspicuis indiciis præcedentibus, *Dec in cap. in præsentia n.* 209. *vers. sed tamen ista*, latè *Bero. ibidem n.* 204. *de probat. Gozad. cons. 90. n. 5. Paris. cons. 13. n. 67. lib. 1. Crass. in §. fideicommissum q. 40. n. 6. Menoch. lib. 4. præsumpt.* 83. *n.* 83. *et seq. Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 3. n. 28. Mantica de conjectur. ultim. volunt. lib. 10. tit. 4. n. 19.* & in hac opinione residet *Fusar. de substit. q. 429. n. 78. vers. placet mihi hæc secunda opinio Fagnan. in 2. partem tertii Decretal. in cap. sicut nobis de regular. n.*
57 *34. et 35.* & *in n. 33.* declarat quòd constitutio Pii V. quia indulsit Monialibus novitiis sancti Dominici in articulo mortis profiteri posse ante annum probationis expletum, suffragetur tantùm quoad spiritualia, non autem quoad bona temporalia, quorum respectu articulus remanet in sua dubietate.

58 Limit. 10. quando quis suscepit habitum blanditiis, & suasionibus Prælati, vel Monialium; nam tunc substitutus excluso Monasterio erit admittendus, ut ultra superiùs allegata *n. 55.* tradit *Bald. in Auth. si qua mulier n. 13. C. de sacrosanct. Eccles. Odd. de compend. substit. p. 6. q. 2. art. 6. dub. 2. n. 11.* cum aliis congestis per *Fusar. de substit. q. 429. n. 72.* alias limitationes ponit idem *Fusar. Mantica de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 7.* & disertè *Sanchez in Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 16* & alii *supra citati.*

Per ingressum Religionis quando debeatur legitima ascendentibus, & descendentibus.

SUMMARIUM.

1 Legitima debetur descendentibus liberè absque ullo onere tam in proprietate, quàm in usufructu. Ampl. Etiam invitis parentibus, n. 2. Et habet potiorem, & favorabilem causam, n. 20.
3 Ita etiam debetur ascendentibus, & qui veniant nomine ascendentium, n. 9.
4 Et relinquenda est titulo institutionis.
5 Aliàs testamentum redditur nullum, etiam si legitima relinquatur titulo legati, n. 6.
7 Limit. ut tollatur hæc nullitas ex Clausula codicillari. Clausula Codicillaris operatur ut præteritus veniens ab intestato, teneatur restituere hæreditatem hæredi scripto demptâ legitimâ, ibidem.
8 Avo, & Aviæ debetur legitima.
10 Legitima debetur filiis de tempore mortis naturalis Patris Religionem ingressi, & n. 11. usque ad 21. Contrarium quod debeatur per mortem civilem per emissionem professionis, n. 22. 23. & n. 39. ubi declaratur prima sententia.
11 Legitima peti non potest vivente Patre à Monasterio ex persona filii Religionem ingressi, & n. 13.
12 Oppositum in opposito debet idem operari.
14 Mors civilis æquiparatur naturali, si idem operetur effectum, & n. 19. & 27.
15 Monasterium licèt habeatur loco filii, non tamen excludit filium legitimum, & naturalem à successione paterna, quantùm ad legitimam: secùs quo ad alia bona.
16 Filio non debetur legitima si prædecederet Patri.
17 Mors civilis usumfructum non perimit, sed mors naturalis.
18 Fideicommissum sub conditione mortis relictum non purificaretur per ingressum Monasterii, sed per mortem naturalem.
21 Legitima succedit loco alimentorum.
23 Filius statim, quòd Pater emisit professionem, ad consequendam legitimam potest intentare condictionem ex canone.
24 Filius statim emissa professione tenetur præstare legitimam parentibus.

25. Amp.

25 Amp. etiam si pater, & mater fecerint transitum ad secunda vota.

26 Monasterium habetur loco filii: secùs ad auferendam legitimam ascendentibus à filio professi debitam.

28 Filius per emissionem professionis habetur pro mortuo.

29 Non habetur pro totaliter mortuo quo ad retentionem jurium sanguinis: secùs quo ad prosequendam injuriam transitus parentum ad secunda vota.

30 Jus prosequendi injuriam transitus parentum ad secunda vota, æqualiter extinguitur per mortem civilem nempe per professionem emissam, sicuti per naturalem.

32 Mater, & pater transeundo ad secunda vota non succedunt filio, seu nepoti, nisi quo ad usumfructum extantibus filiis ex primo matrimonio, quibus proprietatem reservare tenetur, n.32. secùs ipsis præmortuis, n.33. sublimit, si adsint nepotes, vel alii descendentes, n.34.

35 Pœnæ secundò nubentium introductæ fuerunt nedum favore filiorum, sed totius posteritatis.

36 Sunt impositæ ipso jure, nec requirunt sententiam Judicis.

37 Transeunt in hæredem, si declaratæ non fuerint contra viventem.

38 Mulier transiens ad secunda vota non potest alienare bona, quæ ad eam devenerunt ex primo matrimonio, limit. ut ibidem.

40 Mors civilis si habeat eundem effectum, ac naturalis, omnes effectus ac naturalis consequitur.

41 Jus petendi legitimam transmittitur ad hæredes, etiam si non fuerit petita.

42 Ampl. ut transmittatur etiam ad hæredes extraneos.

43 Monachus jus petendi legitimam transmittit ad Monasterium.

44 Legitimæ supplementum peti potest, etiam si Pater aliquid Filio reliquerit cum prohibitione ut nihil aliud petere possit.

45 Per Patris condemnationem filiis non debetur legitima, sed est expectanda mors naturalis.

46 Declara procedere quando quis efficitur bannitus simpliciter absque bonorum publicatione, secùs autem cum bonorum publicatione, n.47.

48 Legitima filio debita ob delictum patris non venit in confiscatione.

ADNOTATIO VII.

1 Vulgati juris est, quòd descendentibus, seu filiis jure naturæ debeatur legitima ex omnibus bonis testatoris tam in proprietate, quàm in usufructu liberè rejecto quovis onere, ac dilatione, *l. Papinianus §. quoniam in fin. ff. de inoff. testam. §.1. in Authent. de trien. & semis. §. illud quoque capitulum in Auth. ut cum de appellat. cognosc. cap. Raynutius de testam.* ibique *Bero. n.176. & seq. Tiraquell. in l. si unquam in verbo susceperit n.113, Cod. de revocand. donat. Craff. de success. in §. legitima qu. 2. & qu.3.* utrobique *n.1. Simon. de Præt. de interpret. ult. volunt. lib.3. num. 2. fol.148. Merlin. de legit. lib.1. tit.2. q.1. n.3. Cardinal. Seraphin. dec.539. n.2. Amat. Dunozet. dec.424. n.2. & dec.494. n.7. Rot. dec.239. n. 1. dec.270. n.11. p.18. tom.1. dec. 790. n. 13.*
2 *ead. p.18. tom. 2.* etiam invitis parentibus, *dec.160. n.21. p.6. recen.*

3 Pariter ascendentibus, seu patri, & matri debetur legitima, absque gravamine, conditione, aut dilatione. *l. si quando §. & generaliter C. de inof. testam.* & probatur *in l. scripto ff. unde liberi, l. nam, & si parentibus ff. de inoff. testam. in §.1. in fi. Auth. de hæred. & falcid. & in §. primum itaque eod. Authen. Peregrin. de fideicommis. art.36. n. 44. & art.49. n.49. in fi. Craff. de success. in §. legitima q.2. vers. aut loquimur, Merlin. de legit. lib.1. tit.2. q.12. n.3. & 4. & lib.3. tit.2. q.18. n.3. Cardinal. Seraphin. decis.133. n.15. decis.963. n.5. & decis.1365. n.1. Amat. Dunozet. decis.671. n.1. tom.2.* & allegat *textum in Authen. Presbyteros tit. de Episcop. & Cleric. §. justum autem Authen. ut cum de appel. cognosc. Rot. decis.219. n.11. p.6. recen. decis.662. n.1.2.3. & 4. p.18. tom.2. recen.*

4 Et quidem sicut descendentibus, ita etiam ascendentibus relinqui debet titulo institutionis, prout rejecta opinione *Bars.* concludit *Salyc. in Authen. novissima C. de inof. testam. n.3. vers. quæro tertiò, et sub vers. & etiam jure institutionis*, ibique *Fulgos. n. 1. post med. vers. in eadem gloss. Bald. in l.1. n. 2. vers. item dicit C. de bon. possess. cont. Tabul. libert. Jas. in dicta. Auth. novissima n. 37. Surd. cons.388. n.3. lib.2. Amat. Dunozet. decis.671. n.4. tom.1.* Aliàs testamentum inofficiosum, & nullum censebitur, *§. illud quoque capitulum, & §. hæc autem disposuimus Auth. ut cum de appel. cognosc.* & notat *Castren. in Auth. ex causa C. de liber. præter. n.11. Jas. in Authen. novissima n. 37. C. de inof. testam. Alex. in l.1. n. 4. C. de bon. possess. contra tabul. Fabian. in d. Authen. novissima n.204. C. de inof. testam. Coras. in l. filium, quem habentem n.82. & 83. C. fam. erciscun. Costa in cap. si pater in 3. part. vers. non possint n. 45. de testam. Clar. in §. testamentum q.38. vers. sed quæro tu scis, Molina de primogen. Hispan. lib. 2. cap.15. n.16.* ubi de communi, *Peregrin. in tract. de fideicommis. art.49. n.48. Ruin. jun. cons.305. n. 17. & seq. lib.3. Cucb. in tract. de legitim. §. consequens fol.101. Merlin. eod. tract. de legit. lib.1. tit.2. q.12. n.5. Gratian. discept. forens. c.448. n.8. tom.3. Thesaur. decis.58. n.1. & 2.*
6 ubi si legitima relinquatur titulo legati, testamentum redditur nullum, perinde ac si parentes præteriti fuissent, ut etiam in puncto præteritionis Matris dixit *Rot. dec.671. n.5. coram Amat. Dunozett. tom.1.*

7 Tollitur tamen hujusmodi nullitas ex Clausula codicillari, si in testamento adiecta reperiatur, quæ operatur, ut præteritus veniens ab intestato teneatur restituere hæreditatem scripto hæredi in testamento, dempta legitima, *l. qui autem in priu. ff. si quis omis. caus. testam. l. ex ea scriptura §.1. ff. de testam. l. ex testamento C. de fideicommis. Alex. cons.29. n.5. lib.1. Rolan. cons.71. n.57. lib.2. Gratian. discept. forens.448. n.9. tom.3. Rot. dec.671. n.7. coram Amat. Dunozet. to.1,*

8 com-

8 Competit propterea ascendentibus, sicut descendentibus actio ad supplementum; adeo ut appellatione ascendentium in hoc veniant omnes, nedum Pater, & Mater, sed etiam avus, & avia, quibus pariter de-
9 betur legitima, latè *Surd.cons.341. in prin. & n.17.vers.& non movet, Merlin. de legit.lib.1.tit.2.q.12.n.6.* ad tradita per *Thesaur.quæst.forens.lib.4.q.58.per totam.*

Quæ licèt de plano procedant in casu obitus, seu mortis naturalis; controvertitur tamen in casu mortis civilis, scilicet si ascendentes, vel descendentes ingrediantur Religionem, an legitima debeatur a die emissæ professionis, vel sit expectanda mors natu-
10 ralis. Et quòd legitima debeatur filiis de tempore mortis naturalis professi expressè tenuerunt *Accurs. in Auth. si qua Mulier C.de sacrosanct.Eccles.* ibique *Bart. num.22.* & omnes alii Legistæ, & præcipuè *Salycet. q.11.n.14.* & *Jas. ante n.25. vers. ego teneo hanc opinionem, cum seq. Pinell. in l.1.n.50. C. de bon. matern. part. 1. Emanuel Costa in l.Gallus §. & quid si tantum p.2. in princ. ff.de liber. & posthum.* & ex canonistis eandem sequuntur *Butr. in cap. in præsentia n. 29. de probat.* ibique *Dec. n.67. vers. secundo fallit, Felin.n.57. Bero. n.535. & 536. in fin. Calder. in cap. si Pater in fin. de test. Jo: de Anan. in cap.2. n.16. de delict. puer. Apostill. ad Abb. in cap. cum scimus in fin.de Regular.Gulielm.de Benedict. in cap. Raynutius in verbo mortuo itaque testatore il primo n.200. & 290. de testam. Guttierez lib.2.quæst.Canonic.cap.1.n.75. Bec.cons.34. n.18. Surd. cons.238.n.10.* & in *tract. de aliment. tit.1. q.29. n.7. Turret. cons.89. lib.2. Vasqu. de success.resol. §.12. n.13. Americ. de patria potestate cap. ult. n.77. Merlin. de legitima lib.5. tit.3. q.3. à n.1. usque ad 8. Gratian. discept. forens. cap.102. n. 2. & 3. Melchior.Phœbus decis.Lusitan.13. num.16.* Apud quos infiniti ejusdem opinionis referuntur; & de jure civili hanc opinionem esse veriorem dicit *Faguan. in 2.part.3.Decretal. in cap.cum simus de Regular.n.6.& 7.tom.3. fol. mihi 67.* per *textum in Authen. si qua Mulier C. de Sacrosanct. Eccles.* ibique *glo. in verbo moriatur.*

11 Et inter alias rationes probatur hæc sententia; quia, si filius vivente patre ingrediatur Monasterium, non potest illud Monasterium legitimam petere a patre pro filio ingresso, cùm non debeatur vivente Patre, *Anchar. in cap.2. de delict.puer.* ibique *Jo: de Anna col. penult. Jas. in Authen. si qua Mulier n. 56. C. de Sacrosanct. Eccles.* Ita
12 pariter, si pater ingrediatur Religionem, eo vivente, Monasterium non tenetur tradere filio legitimam, quia oppositum in opposito debet idem operari, & unus respectu alterius non est ad imparia judicandus, cùm correlativorum eadem sit ratio, & idem jus, *jurib. vulgat.*

13 Sed responderi potest quòd militat diversa ratio, si filius ingrediatur Monasterium vivente patre; nam tunc non debetur legitima filio, cùm pater vivat tam naturaliter, quàm civiliter; sed si pater profiteatur in Religione, cùm civiliter mortuus esse dicatur, & ejus successio incommutabiliter Religioni deferatur; sicut monasterium succedit, ac si verè mortuus esset, ita etiam filio competit jus ad detrahendam legitimam, ut pote quia hoc casu mors civilis æquiparatur
14 naturali, cùm idem operetur effectum, quod mors naturalis; ac propterea de ea idem judicatur, quod de naturali, ita in specie tradit *Merlin. de legit. lib. 5. tit. 3. q.3. n.3. vers. sed respondetur, Hond. cons.62. n.20. 21. & 35. lib.1. Menoch. cons.227. num.45. cons.388.n.22. Molin. de primog. Hispaniar. lib.1. cap.13. n.94. Petra de fideicomm. q.11. n.620. Buratt. dec.461. n.6.* & ibi *Ferentil. in addition. n.14.*

15 Pater enim, si ingrediatur Religionem, & ibi professionem emittat, filius licèt non privetur successione paterna, quamvis Monasterium habeatur loco filii, *cap. in præsentia de probat.* tamen vera filiatio fictæ prævalere debet quantum ad legitimam, de jure naturæ debitam; secùs autem quo ad reliqua bona, quæ ex ingressu ad Monasterium spectant, ut habetur in *Auth. si qua mulier, C.de sacrosanct.Eccl.* quam *Abb.* dicit esse canonizatam in *cap. si qua Mulier 19. qu.3.* & in *Authent. ingressi C.de sacrosanct. Eccl.* & notat *gloss. penult. in cap. cum scimus de Regular.* ibique *Innocent. in fin. Hostien. n.3. Butr.n.5. Faguan. n.4. & 5. in 2. part. 3. Decretal.tom.3. fol.mihi 67. & omnes alii.* Propterea, sicut Monasterium acquirit omnia bona, ita etiam filius legitimam habere debet.

16 Alia etiam ratione corroboratur supradicta sententia; quia filius potest prædecedere Patri, quo casu nulla debetur legitima; ideo ad evitandum hoc præjudicium est expectanda mors naturalis, ut probat *Textus in l. Statius in fin. ff. de jure Fisci*, & animadvertit *Bart.in Auth.si qua Mulier n.22. C.de sacrosanct.Eccles.* facit *Textus in l. cor-*
17 *ruptionem C. de usufruct.* ubi quòd mors civilis usumfructum non perimit, sed tan-
18 tum naturalis. Ita etiam fideicommissum, sub conditione mortis relictum, non purificatur per ingressum Monasterii, sed per mortem naturalem; nam ubi de morte fit mentio semper de naturali intelligitur, est *textus in l. cum Pater § hæreditatem ff. de legat.2. in l. ex*

in l.ex facto ff.ad Trebell.& notat Maynard.
decis. Tholos.65. lib.5. Peregrin. tract. de fi-
deicommiss. art.28. num.63. Joseph de Sesse
decis. Arag. 44. Vincent. de Franc. dec.14.
n.7. Card. Mantica de conjectur. ult.volunt.
lib.11. tit.7. n.8.

19 Quibus tamen responderi potest, quòd
contingentia prædecessus filiorum non red-
ditur considerabilis, ubi mors civilis æqui-
paratur morti naturali, ut æquiparatur in
casu emissæ professionis ab ascendente, quo
tempore, sicut favore Monasterii aperta est
successio, ita etiam favore filii purificatum
remanet jus ad consequendam legitimam,
cujus conditio non debet dispar esse à Mo-
20 nasterii conditione, præcipuè quia legiti-
ma tamquam debita de jure naturæ habet
potiorem, & fortiorem causam, & privile-
gium, ut respondet Merlin. de legit. lib.5.
tit.3. q.3.n.2.vers.sed ad hoc fundamentum,
& propter eandem rationem corruit aliud
motivum de fideicommisso ordinato sub
conditione mortis, cùm illud dependeat à
voluntate testatoris, quæ totum facit, l. in
conditionibus primum locum ff. de condit. &
21 demonstrat. Legitima verò debetur invito
Patre, ejusque omni facultate subducta in
eam manus apponendi; & citiùs propterea
debetur, cùm succedat loco alimentorum,
quæ dilationem excludunt; ac proinde inter
unum, & alium casum insurgit diversissima
ratio, ut subdit idem Merlin. de legitim.
lib.5. tit.3. q.?. n.6. vers. sed respondetur.

22 Contraria verò sententia firmat quòd non
sit expectanda mors naturalis Religionem
ingressi; sed sufficiat mors civilis per emis-
sionem professionis, ut statim debeatur legi-
tima filiis per Textum apertum in cap. cum
simus de Regular. & istum textum cavillari
non posse, & divinare illos, qui dicunt ibi
patrem fuisse mortuum, cùm verè loquatur
de patre vivente, latè ibidem comprobat
Fagnan. in 2. part. 3. Decretal. n.7. vers. sed
his non obstantibus cum seq. to.3. fol. mihi 67.
& communiter Canonistæ, & nominatim
gloss. penult. Hostien. n. 3. Butr. n.5. Card.
n.1. Anchar. in fin. Jo: de Anan. n.3. & in
c. in præsentia de probat. ibique Abb. n.58.
& 59. & in dicto cap. cum simus n.59. & in
fin. Sylvester in verbo hæreditas 1. q.7.n.10.
in 6. dicto, & in verbo Religio 6. q. 2. in 2.
dicto, Navarr. comment.2. de Regular. n.48.
& 54. Covar. in cap.1. n.7. de testam. Jo: de
Anan. in cap.2. col. penult. & ult. de delict.
pueror. Roman. in l. si cum dotem in princ.
ff. soluto matrimonio; Alexand. in addit. ad
Bart. in Auth. si qua mulier in fin. n.22.
in l. 1. C. de sacrosanct. Eccl. Duenna reg.356.
n.6. Crass. in §. legitima q.12. n.6. vers. con-
trarium verò, qui de magis communi, Car-
pan. ad Statutum Mediolanen. in cap. 485.
n.85. latissimè Honded. in cons.60. per tot.
vol.2. Vasq. de success. tit. qui testari non
poss. lib.1. §.1. n.47. Suar. in thesaur. com-
mun. opin. in vers. legitimam n.71. & de ma-
gis communi, & veriori testatur Merlin. de
legit. lib.5. tit.3. n.8. vers. verùm pro contra-
ria parte usque ad fin. Cuch. eod tract. de
legit. in rub. an augeatur n.17. Americ. de
patria potest. §. ult. num.77. Guttierez lib.2.
canon. quæst. cap.1. n.75. Vasqu. d. success.
resolut. §.12. n.13. Bald. in Authent. si qua
mulier n.38. C. de sacrosanct. Eccles. ubi no-
ta inquit, quòd filii in Authent. nostra
quoad petendam legitimam expectabant mor-
tem naturalem Patris, & illud est verum
23 de jure civili; sed de æquitate canonica vi-
detur secùs: undè poterunt intentare con-
dictionem ex canone pro ista legitima statim
facta professione per Patrem, ut extra de Re-
gular. cap. cum simus, qui textus non est ali-
bi. Hæc Bald. & hanc opinionem secuta
est Rot. ut ex Decisionibus inferiùs refe-
rendis, & facit Textus in §. si quis autem in
Authent. de Monach.

24 Quod locum habet non solùm in ascen-
dentibus, sed etiam in descendentibus, qui
dum Monasterium ingrediuntur legitimam
ascendentibus omnino præstare tenentur:
undè legitima, quæ competit etiam ob eo-
rum mortem civilem nempe illico emissa
professione in aliqua Religione retentionis
25 bonorum in communi capaci, etiam si pa-
26 ter, vel Mater transitum faciant ad se-
cunda vota; & licèt Monasterium habeatur
loco filii ad instar filii naturalis, secùs autem
ad auferendam legitimam ascendentibus,
Abb. in cap. in præsentia num.53. vers. sed
dubium, & n.58. de probat. Honded. con-
sil.60. lib.2. per tot. Covar. cap.2. num.7. de
testam. Fachin. controvers. jur. lib.6. cap.13.
Americ. de patria potest. effect.16. cap. ult.
n.78. Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.485.
n.206. Merlin. de legit. lib.5. tit.3. q.3. n.12.
& 13. & ita sæpè firmasse Rot. patet ex De-
cisionibus relatis per Ferentill. in addit. ad
Buratt. dec.461. n.17. Sperell. dec.30. n.11.
& 14. Rot. dec.641. n.3. & 4. coram Amat.
Dunozet. & dec.116. n.16.17. & 18. dec.223.
n.10. dec.267. per tot. dec. 629. n.1. part. 5.
tom.1. dec.461. n.17. & dec.503. n.1. eadem
part.5. in recent. dec.144. n. 7. vers. neque
ex hac, & n.8. pars.18. tom.1. & dec.691.
n.10. ead. part.18. tom.2. recent. & ita etiam
resolutum fuisse coram Ghislerio, & Piro-
vano, refert Ferentill. ad Buratt. dec.461.
num.17.

27 Et ratio prædictorum est, quia in hoc mors
civilis æquiparatur naturali per Textum in
28 cap. cum simus de Regular. & tradunt ferè

omnes suprà citati ; undè cùm filii per emis-
sionem professionis habeantur pro mortuis,
ad denegandam legitimam ex eorum perso-
na non potest monasterium obiicere inju-
riam transitus parentum ad secundas nup-
tias ; & licèt Religiosus, in Religione capa-
29 ci non habeatur pro totaliter mortuo; tamen
hoc procedit quoad retentionem jurium
sanguinis, & successionis, secùs ad prose-
quendam injuriam transitus perentum ad se-
cunda vota, quæ sicut morte extinguitur,
30 ita etiam per professionem, *Rot. decis.* 641.
*n.4. coram Amat. Dunozet. decis.*223. *à n.*
5. *cum plurib. sequen.decis.*207. *à n.*17.*us-
que ad fin.p.*5.*tom.*1. *in recent.*
31 Quod si de tempore professionis parentes
ad secundas nuptias convolaverint, legiti-
mam acquirere non possunt, nisi quoad sim-
plicem usumfructum, non autem quoad
proprietatem, propter pœnam secundò nu-
bentium inflictam in *l. fœminæ* C. *de secund.
nupt.* eamque reservare tenentur aliis filiis
32 primi matrimonii, juxta dispositionem di-
ctæ *l. fœminæ*, *C.de secund.nupt.Fabian.de
Giochis in Auth. novissima q.*12. *in fi. C.de
inof. testam.Sarm. lib.*7.*select. cap.*11. *in fi.
Garron.in Auth.ex testamento in nova edit.
n.*30.*& seq.notab.*5.*C. de secund. nupt. Vy-
lalob. in suis commun.opinion.lit.B.n.*45. *Cy-
riac.controvers.jur. controvers.*139. *n.*23.*&*
24. *Gabr. commun. opin. lib.*3. *in tit. de se-
cund. nupt. conclu.* 1. *n.* 1. *&* 2. *Sanchez de
matrim. lib.*7. *dis.*89. *n.* 19. *Castil. de usu-
fruct. cap.*12. *n.*14. *Merlin. de legit. lib.* 4.
*tit.*2.*q.*1.*n.*2. *Boer. decis.* 185. *n.* 6. *& decis.*
187.*n.*1.*&* 2. *Cardinal.Cavaler. decis.*50.*n.*
4.*&* 5.& in nostris terminis *Rot.decis.*641.
*n.*2.*& decis.*676. *n.*2.3. *&* 4. *coram Amat.
Dunozet. decis.*534. *n.*3. *usque ad fin coram
Merlina decis.* 96. *à n.* 1. *& plurib. sequen.
post Pacis. de Salvian. interdict. decis.* 144.
*n.*9.*&* 10.*p.*18 *tom.*1. *& decis.*691. *a n.* 10.
usque ad 13. *ead.p.*18.*tom.*2.*in recent.*
33 Limitatur tamen hæc conclusio, ut pro-
cedat existentibus filiis ex primo matri-
monio ; secùs autem ipsis præmortuis, &
non existentibus ; nam tunc Mater, & ita
etiam Pater non censentur privati filiorum
hæreditate, & legitima etiam quoad pro-
prietatem, quæ eo casu consolidatur cum
usufructu, *Dec. in cap. Ecclesia sanctæ Ma-
riæ col.*16.*n.*122. *vers. secunda conclusio, de
constit. Aret. cons.*40.*n.*4.*Bald.cons.*317.*lib.*
5.*Amat. Dunozet. decis.* 641. *n.* 3. *tom.* 1.
*Rot.decis.*479.*n.*9. *vers. sed cessat omnis dif-
ficultas p.*1.*in recent.* & tradunt alii Docto-
res pieno calamo relati per *Gabr. commun.
conclus. in tit.de* 2. *nupt.conclu.*3.*n.*29.*in* 5.
limit.
34 Sublim. quòd etiam si filii decesserint,
nihilominus proprietas reservanda erit ne-
potibus, & aliis descendentibus, ut proba-
tur in *l. fœminæ §. illud C. de secund. nupt.*
ibi -- *nullum ex priori matrimonio habuerit
successorem*. & *in l. in quibus* 7. *C. eod. tit.*
ibi-- *filio, vel filia, nepote, vel nepte, vel plu-
ribus relictis* & *in l. si quis prioris* 8.*C.eod.
tit.* ibi-- *filiis à se, vel nepotibus, vel pronepo-
tibus relictis, Ripa in l.fœminæ in prin.n.*9.
*q.*6.*C.de secund.nupt. Gulielm. de Benedict.
in cap. Raynut.in verbo & uxorem.n.*80.*de
testam. Bursat. cons.* 12. *n.* 9. *vol.*1. *Menoc.
cons.*155. *n.*31. *col* 2.*Anton.Gabr. commun.
opin.in tit. de secund. nupt. conclu.* 1. *Am-
pliat.*3.*n.*8. *& conclu.*3. *n.*4. *Boer.decis.*187.
*n.*2.cum aliis relatis per *Sanchez de ma-
trim. lib.*7.*disput.*89.*n.*12.*Ferentil.in addit.
ad Burat. decis.*81. *n.*15. ubi ita dixisse *Rot.*
35 *coram Andrea*, & *n.* 16. affert rationem,
quia pœnæ secundò nubentium inductæ fue-
runt nedum favore filiorum, sed totius po-
steritatis *ex Bertrand. cons.*166. *n.*1. *lib.*1.
*& Ruin.in cons.*58.*n.*8.*lib.*5.
36 Et cum sint impositæ ipso jure in dicta *l.
fœminæ*, *Joan. de Garon. in l.generaliter n.*
93.*C.de secund. nupt.Corn. in cons.* 309.*col.
penult.vers. cum itaque nubens lib.*3. *Gabr.
commun.conclus. in tit.de secund. nupt. con-
clu.*1.*n.*10.*in* 4. *ampliat.* non requiritur sen-
37 tentia Judicis, & transeunt in hæredem, si
declaratæ non fuerint contra viventem, se-
cundùm magis communem, quam tenet
*Ripa in l.fœminæ n.*20. *C. de secund. nupt.*
Rimin *jun. in cons.*295.*n.*73. *& in cons.*569.
*n.*171.*& seq. Pereg. cons.*78.*n.*9. *in fi. & n.*
10.*Soccin.jun.cons.*71.*n.*3.*&* 11.*lib.*2.. *Iym.
cons.*142. *col.*2. *Gabr. in dict. tit. de secund.
nupt.conclu.*4.*n.*49.*in ampl.*26. *Burat. decis.*
82.*n.*6.
38 Propterea remanet prohibita mulieri per
transitum ad secundas nuptias omnis alie-
natio bonorum, quæ ad eam devenerunt
ex bonis primi matrimonii, seu primi ma-
riti, nisi filii consensissent alienationi, vel
sint hæredes matris alienantis, cùm tunc fi-
lii hæredes non possint retractare alienatio-
nem, & impugnare factum defuncti paren-
tis, ut per *textum in l. fœminæ C. de secun-
dis nuptiis* docet *Gabr. commun. conclus. in
tit.de secund.nupt.conclu.*2.*per totam.*
39 Hinc redeundo ad propositam discepta-
tionem, ultima sententia tenenda est in ju-
dicando, & consulendo, tamquam de jure
canonico, in æquitate fundata, & à Rota se-
cuta. Fundamenta verò primæ contrariæ
opinionis locum habere possunt, quando
mors civilis non habet eundem effectum,
prout habet mors naturalis, ut si bona non
acquirantur hæredi, donec vivat Monachus,
sed Monasterium illa possidet, & per con-
sequens

ſequens etiam Monachus poſsidet in com-
40 muni ; ſed quando bona fuerunt acquiſita
hæredi, qui illa poſsidet ac ſi teſtator mor-
tuus eſſet ; hoc caſu mors civilis habet eun-
dem effectum, ac habet naturalis ; & tunc
omnes effectus naturalis conſequuntur, pro-
ut ſunt ſolutiones legatorum, legitimæ, Tre-
bellianicæ, æris alieni, & ſimilium, quæ
contingunt, quando bona tranſeunt in hæ-
redem per effectum mortis naturalis, ita dixit
Rot. deciſ. 116. *n.* 19. & 20. *p.* 5. *tom.* 1. *in*
recent. ex *Gozad. conſ.* 41. *n.* 17. & *Honded.*
conſ. 60. *n.* 24. *lib.* 2. & *conſ.* 62. *num.* 20. 21.
& 35. *lib.* 1. *Menoch. conſ.* 227. *num.* 45. &
conſ. 388. *n.* 23. *Molin. de primogen. Hiſpan.*
lib. 1. *cap.* 13 *num.* 94. *Petr. de fideicommiſſ.*
q. 11. *n.* 620. *Ferentill. in annot. ad Buratt.*
dec. 461. *n.* 14.

41 Quando verò Monaſterium tenetur ſol-
vere legitimam filiis ingreſsi Patris, debet
eam tradere, etiam ſi filii prædecedant Pa-
tri, cùm jus exigendi legitimam tranſmitta-
tur ad ejus hæredes, etiamſi non fuerit pe-
tita, *Honded. conſ.* 60. *lib.* 2. *Merlin. de legi-*
42 *tima lib.* 5. *tit.* 3. *q.* 3. *n.* 15. & tranſit ad hæ-
redes etiam extraneos, quamvis filius in
vita legitimam, vel ſupplementum non pe-
tiiſſet, *Salycet. in l. ſcimus C. de inoff. te-*
ſtam. Cravet. conſ. 312. *n.* 4. *Dec. conſ.* 81.
& *conſ.* 303. *Alex. conſ.* 55. & *conſ.* 250. *lib.* 2.
Antonell de tempore legali lib. 2. *c.* 98. *n.* 18.
cum aliis adductis per *Gratian. Diſcept. fo-*
renſ. cap. 271. *n.* 14. *tom.* 2.

43 Et hoc jus petendi legitimam etiam filius
Monachus tranſmittit ad Monaſterium,
quamvis ignoraverit, *Menoch. conſ.* 77. *n.* 8.
Caſtr. conſ. 34. *Ego Paulus ad fin. n.* 4. *lib.* 1.
Boer. dec. 250. *n.* 4. quos refert *Gratian. di-*
cta diſcept. 271. *n.* 15. *tom.* 2.

44 Quinimmo, quamvis pater aliquid reli-
querit filio, vel filiæ pro legitima, cum ex-
preſſa prohibitione, ut nihil aliud poſsit pe-
tere, nihilominus poſſunt petere ſupplemen-
tum legitimæ ex juris diſpoſitione ; quia
in quantitate legitimæ lex non confidit de
ſingulari affectione Patris ; & ſic quod defi-
cit ipſo jure ſuppletur, *l. ſcimus poſt princ.*
verſ. repletionem C. de inoff. teſtam. & §. *hæc*
autem diſpoſuimus verſ. cæterùm in Auth.
ut cum de appell. cognoſc. Salyc. in l. quoties
n. 13. C. *de hæred. inſtit. Aret. in l. ex facto*
n. 15. *verſ. eſt tamen hodie caſus de vulg. ſub-*
ſtit. Corn. in conſ. 265. *num.* 7. *lib.* 3. *Alex.*
conſ. 69. *n.* 4. & *conſ.* 128. *in princ. lib.* 1. *Soc-*
cin. ſen. conſ. 1. *n.* 3. & 4. *lib.* 4. *Card. Man-*
tica de tacit. & ambig. conven. lib. 12. *tit.* 23.
num. 11.

45 Per patris verò condemnationem, & ſic
per mortem civilem legitima non debetur fi-
lio, ſed expectanda eſt ejus mors naturalis,
Angel. in tract. de teſt. in proœm. num. 5.
Clemen. in tract. de patria poteſt. effect. 16.
num. 61. *verſ. ut habeat locum*, quos allegat
Guazzin. de confiſcat. concluſ. 13. *limit.* 19.
num. 28.

46 Declara procedere, quando quis efficitur
ſimpliciter Bannitus ſine bonorum publica-
tione ad favorem fiſci ; quia hoc caſu mors
civilis non operatur eum effectum, ſicut na-
turalis ; ac proinde non competit filiis jus
detrahendi legitimam, ſed eſt expectanda
mors naturalis, *Merlin. de legit. lib.* 5. *tit.* 3.
q. 4. *n.* 1. ubi quòd ita intelligi poſſunt aucto-
ritates *Americ. in tract. de patr. poteſtat.*
47 *effect.* 16. *n.* 61. Secùs autem quando pater
bannum paſſus fuit in ære, & perſona ; nam
cùm tunc mors civilis operetur ſuum effe-
ctum, ſicut mors naturalis ; legitima debe-
tur filiis à die condemnationis Parentis, non
expectatâ ejus morte naturali, ut deducitur
ex *Textu in l.* 1. *in princ. ff. de bon. damnat.*
ibi — *Quando vita adimitur* — *Bald. in l. fin.*
col. 1. C. *eod. tit. Rub. Alexand. in l. Titia*
§. *Imperator n.* 247. *ff. de legat.* 2. *Roland.*
conſ. 97. *n.* 38. *uſque ad fin. lib.* 2. *Ægid. in*
tract. crim. tit. de bonor. public. n. 10. *Boſſ.*
de confiſcat. bonor. num. 6. *Coſta de port. rat.*
q. 181. *n.* 6. *Cuch. de legit. ſol.* 68. *n.* 3. *Mer-*
lin. eod. tract. lib. 5. *tit.* 3. *q.* 4. *à n.* 2. *uſq; ad*
fin. Rot. dec. 479. *n.* 4. *part.* 1. *in recent.*

48 Indubitati enim juris eſt, quòd legitima
filio debita ob delictum Patris non veniat in
confiſcatione, *l.* 1. §. *cùm ratio ff. de bon.*
damnat. l. fin. C. de bon. præter. Bald. con-
ſil. 171. *lib.* 1. *Roland. à Val. conſ.* 97. *n.* 29.
lib. 1. *Socc. jun. conſ.* 69. *n.* 6. *lib.* 1. *Tob. Non.*
conſ. 95. *n.* 12. & 13. *Clar. q.* 86. *n.* 3. *in princ.*
Bajard. ad eundem q. 78. *num.* 48. & latiùs
n. 111. *Honded. conſ.* 95. *n.* 34. *vol.* 1. *Surd.*
de aliment. tit. 1. *q.* 31. *n.* 11. *Peregr. in tract.*
de jure fiſci lib. 5. *tit.* 1. *num.* 34. *Guazzin. de*
confiſcat. concl. 13. *limit.* 19. *n.* 1. *Farinac. in*
tit. de delict. & pœn. q. 24. *n.* 25. & 34. *Mer-*
lin. de legit. lib. 3. *tit.* 1. *q.* 28. *n.* 3. *Beninten.*
dec. 91. *Rot. dec.* 479. *n.* 2. *p.* 1. *recent.*

Donationes, renunciationes, & aliæ diſpoſitiones factæ intuitu ingreſſus in Religionem, vel à Novitiis poſt ingreſſum, quas ſolemnitates exigant ad earum validitatem.

SUMMARIUM.

1 NOvitius quoad donationes, & renunciationes faciendas ſubiicitur Epiſcopo.
Eaſque facere non poteſt, niſi cum licentia Epiſcopi, vel ejus Vicarii, & intra duos menſes ante profeſſionem, quâ ſecutâ, effectum ſortitur, ibidem.

2 Nomine Vicarii Episcopi venit etiam Capitulum sede vecante.
3 Vicarius foraneus sine expresso mandato non potest dare hanc licentiem.
4 Abbates, & Prælati habentes jurisdictionem quasi Episcupalem, possunt dare hanc licentiam.
5 Prælati Regulares non possunt concedere hujusmodi licentias, & quid ex consuetudine non petendi, legitimè præscripta, n.6.
7 Decretum irritans continetur in quolibet decreto Concilii Tridentini.
8 Decretum irritans inficit omnem possessionem, quæ propterea pro vacua habetur.
9 Et inficit quamcunque observantiam contrariam.
10 In Novitiorum, & Novitiarum renunciationibus non sunt servandæ solemnitates statutorum laicalium. Ampl. etiam si sint minores, n.11.
12 Renunciatio satis est ut toto bimestri tempore fiat, etiam si immedietè ante professionem.
13 Et bimestre ed hunc effectum computandum est de momento ud momentum, ut occurrit mensu in Kalend.
14 Et quid si fiat etiam per diem ante duos menses, an valeat, & n.15.
16 Renunciatio facta intra bimestre valet, etiam si professio protrahetur ultra annum.
18 Licentia in renunciationibus Novitiorum est concedenda adhibitâ aliqueli extrajudiciali causæ cognitione.
19 Iudicis præsentia eecludit metus præsumptionem.
20 In Decreto Sec. Concilii de renunciationibus Novitiorum comprehenduntur etiam donationes inter vivos.
21 Item liberatio Tutoris, vel Curatoris a reddenda ratione administrationis; secùs si fiat in testamentis, n.22.
23 Item locum hebet in renunciatione officiorum publicorum. Declere, ut in n.24.
25 Item fidejussionem quoque comprehendit.
26 Non comprehendit Eleemosynas modicæ quantitatis à Novitiis factas.
27 Nec victum, & vestitum, quem pro se Novitius tribuit Monasterio, vel quæ traduntur Monialibus.
28 Nec veniunt contractus emptionis, venditionis, permutationis, & locationis.
29 Non procedit in obligatione causâ solvendi æs alienum, secùs in renunciatione fecta animo gratuito.
30 Donatio remuneratoria absque Concilii solemnitate à Novitio fieri potest. Contrarium, n.31.
32 Nec in renunciatione beneficii exigitur forma Sac. Concilii, & n.33. Contrarium, n.34. & n.35.
36 Ingrediens Religionem habet facultatem disponendi de rebus suis quoquo modo voluerit, & n.44.
37 Renunciationes, & Donationes factæ intuitu ingressus Religionis, tamquem auferentes libertatem renunciantis comprehenduntur sub decreto Concilii Tridentini in sess. 25 de Regulat. cap.16. secùs si nulla fuerit facta mentio ingressus, n.40. Contrerium, n.41.
42 Novitii Societatis Jesu possunt facere renunciationes, non servatâ formâ Concilii Tridentini.
43 Decretum Sac. Concilii Trident. de renunciationibus non comprehendit testamenta, & ultimas voluntates Novitiorum.
45 Testamentum Religionem ingressi, etiam si sit filius familias, de peculio edventitio sustinetur.
46 Nec rumpitur, etiam si nihil relictum sit Monasterio.
47 Non tamen suum sortitur effectum, nisi post mortem naturalem ipsius Religiosi, si monasterium sit capax retentionis bonorum.
48 Limit. ex contreria testatoris voluntate, ut testementum habeat locum statim post emissam professionem, quod ex conjecturis etiam deducitur.
49 Limit. 2. quando testator ingressus sit Religionem incapacem retentionis bonorum.
50 Testementum factum à Novitio coram Præposito Generali, & tribus Patribus assistentibus suæ Religionis sustinetur.
51 Testamentum factum coram Parocho, & tribus, vel duobus testibus de jure canonico sustinetur, etiam non ad pias causas, n.62.
52 Appellatione tamen proprii Presbyteri venit etiam Confessarius, ut testamentum coram eodem factum teneet.
53 Ampl. ut dicta Decretalis procedet etiam in codicillis.
54 Statutum derogere potest dispositioni cap. cum esses de testament. si tamen concurrat voluntas statuentium, & Papæ confirmatio in forma specifica.
55 Per statutum Urbis jubens servari jus civile, & quòd in subsidium recurratur ad jus canonicum, censetur derogatum cap. cum esses de testament. Contrarium, e n.64-66 & 71.

ADNOTATIO VIII.

1 NOvitii omnes quoad donationes, & renunciationes faciendas subjiciuntur Episcopis, & Ordinariis; adeout non possint donationes, aut renunciationes facere, nisi cum licentia Episcopi, vel ejus Vicarii, & intra duos menses proximos ante professionem; ac non aliàs intelligitur effectum sortiri, nisi sequuta professione: aliter verò antea factæ etiam cum juramento, & cum hujus favoris expressa renunciatione, & quamvis ad favorem causæ piæ, irritæ, & invalidæ remanent. & nullius roboris, & effectus sunt, ut expressè disponit *Concilium Tridentinum sess. 25. de Regul. & Monial. cap.16.* & plenè tradunt Doctores, relati per *Barbos. in collect. Doctor. in dictum* Concil. *n.1. Sanch. in præcepta Decalogi tom.2. lib.7. cap.5. & cons. moral. tom.2. lib.6. cap.9. dub.2. n.13. Tamburin. de jure Abbatissar. dist.4. q.10. cum seq. & de jure Abbatum dist.15. q.7. n.21. tom.1. & disp.5. q.11. n.82.* & latiùs *q.10. tom.3.* latè *Peregrin. in constit. Cleric. Regular. p.2. cap.1. lit.G. pag.152. cum seq. Mar. Antonin. var. resol. lib.1. resol. ultim. cas.62. Lauret. de Franch. in controv. inter Episcop. & Regular. q.42. cum seq. pag.357. Novar. lucerna Regular. in verbo dispositio bonorum, Marcell. Ulpe in praxi Judic. fori Eccles. cap.42. n.13. Ugolin. de offic. Episcop. cap.20. §.7.* rursus *Barbos. eod. tract. de offic. & potest. Episcop. alleg.99.*

2 Et nomine Vicarii Episcopi venit etiam Capitulum sede vacante; cùm succedat in jurisdictionem Episcopi, quam exercet per Vicarium Capitularem, ut docent *Sbroz. de offic. Vicar. lib.2. q.270. Barth. à Sancto Fausto in Thesauro Relig. lib.5. q.1. 7. Sanchez in præcept. Decalog. lib.7. cap.5. nu.69. & 70. Peregrin. in constit. Regular. p.2. c.1. lit.C. §.261. Barbos. in* Concil. *Trid. sess.25. de Regular. & Monial. c.16. n.26. & n.33. idem de offic. & potest. Episcop alleg.99. n.7. & 8. Tamburin. de jure Abbatissar. dist.4.*
3 *q.10. n.3.* Ubi quòd secùs sit de Vicariis foraneis, nisi speciale mandatum habeant ab Episcopo, ut subdit etiam *Sanch. loco citato n.72. & Barth. à Sancto Fausto loco citato q.198. & Barth. de Vecchis in sua prax. observanda in admittendis ad Religionis statum Novitiis dist.8. dub.9. n.2.*

4 Ab-

4 Abbates, & alii quoque Prælati habentes
jurisdictionem quasi Episcopalem, usum
mitræ, & baculi, & jus congregandi Synodum;
adeout nulli Episcopo subjaceant, possunt
hujusmodi licentias concedere, *Sanch.
in præcept. Decalog. lib.7. cap.5. n.68. Barbos.
in Concil. Trident. sess.25. de Regular.*
5 *& Monial. cap.16. n.27.* secùs verò Prælati
Regulares, qui hujusmodi licentias concedere
non possunt in eorum Monasteriis exemptis,
& sibi subjectis; cùm Sacrum Concilium
Tridentinum hanc facultatem solùm
Episcopis concessit, eorumque Vicariis; ac
proinde cum loquatur per verba limitativa,
extendi non possunt ad alios inferiores Prælatos,
non habentes Episcopalem jurisdictionem,
vel quasi Episcopalem; ut animadvertit
*Sanchez in præcept. Decalog. tom.2. lib.7.
cap.5. n.74. Frat. Emman. in summa tom.2.
cap.7. n.1. in fin. Frat. Ludovic. Miranda in
Manual. Prælator. tom.1. q.23. art.6. conclus.2.
Frat. Emman. quæst. Regular. tom.2.
q.47. art.14. Fr. Barthol. de Vecchis in prax.
observanda in admittendis ad Religionis statum
Novitiis dis.8. dub.9. n.2. Peregr. in
constit. Cleric. Regular. part.2. cap.1. lit.C.
§.30. Barbos. in Concil. Trident. sess.25. de
Regular. & Monial. cap.16. n.28.* ubi *in fin.*
6 cum aliis ex citatis Doctoribus subdit in aliquibus
Religionibus in desuetudinem abiisse
hanc licentiam petere ab Episcopo; dummodo
hujusmodi consuetudo fuerit legitimè
præscripta: quæ opinio non videtur in praxi
obtinere posse ob decretum irritans appositum
à Sacro Concilio, ibi - *sit irrita, & nul-*
7 *lius effectus*. Et decretum irritans continetur
in quolibet decreto Sacri Concilii Tridentini,
ut dixit *Rot. decis.889. n.7. coram*
8 *Amat. Dunozet.* Quod decretum inficit
omnem possessionem, & manutentionem,
& operatur, ut ipsa possessio pro vacua habeatur,
*Lotter. de re beneficiar. lib.2. q.20.
n.197. Postius de manutentione observ.46.
n.5. Lancellot. de attentatis p.3. cap.2. q.1.
n.77. Gratian. discept. forens. cap.113. n.72.
& cap.288. n.5. Giovagn. cons.28. n.26. & 41.
lib.2. Vivian. de jurepatronat. p.3. lib.13.
cap.8. n.172. Coccin. decis.51. n.2. & 3. Puteus
decis.183. n.2. & 3. lib.2. Amat. Dunoz.
dec.697. n.27. dec.811. n.21. & dec.899.
n.10. Cavaler. dec.278. num.5. Andr. dec.1.
n.10. Rot. diversor. dec.1438. n.1. p.3. lib.3.
& in rec. dec.341. n.5. dec.476. n.4. dec.508.
n.2. dec.523. n.3. dec.354. n.1. p.3. & dec.224.
n.3. p.4. dec.78. n.8. & seq. dec.32. n.18. &*
9 *dec.192. n.10. p.18. tom.1.* in quibus quòd
inficiat quamcunque observantiam contrariam,
*dec.426. n.28. eadem p.18. tom.2. Rot.
dec.48. n.8. post Pacif. de Salvian. dec.186.
n.4. dec.286. n.3. dec.405. n.1. dec.408. n.4.
dec.480. n.8. dec.482. num.1. dec.517. num.5.
dec.538. n.9. dec.641. n.1. dec.646. n.5. post
Postium de manutent. & dec.517. n.3. coram
Buratt.*

10 In hujusmodi autem Novitiorum, & Novitiarum
renunciationibus, eorumque contractibus
nullatenus sunt servandæ solemnitates,
& dispositiones statutorum laicalium,
sed jura canonica, & Sacrum Concilium
Tridentinum; utpote quia Novitii
secundùm præsentem statum tanquam personæ
Ecclesiasticæ censentur; ac proinde legibus
laicalibus solemnitatem inducentibus,
subjacere non debent, & ita decisum refert
*Aldan. in compend. Canon. resol. lib.2. tit.9.
n.11.* juxta opinionem *Anchar. cons.69. n.7.
& 8.* quem sequitur *Lambertengus de contractib.
gloss.2. n.62. Carpan. ad statut. Mediolan.
cap.328. n.34. & seq. Picus ad statut.
Urbis cap.151. gloss.2. n.30. Rot. dec.125.
n.47. vers. neque obstat, & num.48. & seq.
p.5. tom.1. rec.* & ita rescripsisse *Sacr. Congregat.
Episcopor. & Regular. in una Mediolanen.
23. Julii* 1603. refert *Sperell. decis.16.
n.12. cum plurib. seq. tom.1.*

11 Quod procedit, etiamsi Novitius sit minor
annorum decem, & septem; utpote quia
Concilium respectum habuit non ad ætatem
profitentium, sed ad formam, & solemnitatem
renunciantium intra duos menses ante
professionem; & cùm Concilium generaliter
loquatur; propterea generaliter est intelligendum;
præcipuè quia, ut plurimum,
Novitil expleto decimosexto ætatis anno admittuntur,
& professionem facere possunt,
& ita pluries Sacr. Congregationem declarasse,
testantur *Molfes. ad consuet. Neap.
tit. de renunciat. q.16. n.31. & seq. Guttier.
lib.2. can. qu. cap.1. n.34. Ceneda in Collect.
jur. canon. Collect.50. n.4. Eman. Rodriq. in
summ. tom.2. cap.7. n.7.* & tradunt alii Doctores
allegati per *Sanchez in Decalog. to.2.
lib.7. cap.5. n.7. Sperel. decis.16. n.48. to.1.*
qui reprobant *Menoch.* contrarium tenentem
*de arbitrar. cas.436. n.8. Lezana in
summ. quæst. Regular. cap.24. n.34. vers.
intelligitur tamen, Thesaur. quæst. forens.
lib.2. q.56. n.7. Barbos. de offic. & potestata
Episcop. alleg.99. n.18. & in Concil. Trident.
sess.25 de Regular. & monial. cap.16. n.21.
vers. hoc decretum.*

12 Nec exigitur, ut renunciatio fieri debeat
integro bimestre ante professionem; sed satis
est, ut toto eo bimeltre fiat, quamvis
immediatè ante professionem, ita *Sanchez in
Decalog. tom.2. lib.7. cap.5. n.80. Barth. à
Sanct. Faust. in Thesaur. Regular. lib.5. q.
192. Pereg. in constit. Cleric. Regular. p.2.
cap.1. lit. G. §.20. Barbos. in Concil. Trident.
sess.25. de Regular. & Monial. cap.16. n.35.*

Tambu-

Tamburin. de jure Abbatissar. disp. 4. *q.* 10. *num.* 4.

13 Hoc tamen bimestre computandum venit de momento ad momentum, & secundum quod occurrit mensis in Kalendario, *Sanchez in præcept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 5. *n.* 81. *Barth. à Sancto Fausto in Thesauro Regularium lib.* 5. *q.* 193. *Bart. de Vecchis in prax. observanda in admittendis ad Religionis statum novitiis dis.* 8. *dub.* 9. *n.* 5. *Peregrin. in consstit. Cleric. Regular. p.* 2. *cap.* 1. *lit. G.* §. 10. *vers. probatur quia*, *Sperel. decis.* 16. *n.* 54. *Tamburin. de jure Abbatissar. dis.* 4. *q.* 10. *n.* 5. *Barbos. in Concil. Trident. sess.* 25. *de Regular. & Monial. cap.* 6. *n.* 36. adeo ut renunciationem factam à Moniali etiam per diem ante duos menses à sacro Concilio
14 Tridentino præfixos non valere, & ita decisum fuisse à *sacra Congregatione sub die* 21. *Januarii* 1617. refert *Aldan. in compend. canon. resol. lib.* 4. *tit.* 3. *n.* 8. quem etiam allegant Doctores supra citati, *Sperel.*
15 *decis.* 16. *sub n.* 54. *tom.* 1. contrarium tamen tenent *Lel. Zech. de Republ. Eccles. tit. de Regular. cap.* 3. *n.* 14. *Zeral. in prax. Episcopal. p.* 1. *in verbo Monachus in fin.* qui existimant hujusmodi bimestre non debere esse mathematicum, nec rigorosè computandum, sed morale, & favorabiliter interpretandum, *Novar. p.* 1. *quæst. forens. q.* 78.

16 Quòd si fortè ex aliqua causa contingat professionem ultra annum protrahi, non propterea irritatur, nec suo valore deficit renunciatio legitimè facta post decimum Novitiatus mensem; etenim hoc casu verba Concilii intra *duos menses* verificari possunt etiam si ultra plures menses anni professio fiat, decisum afferit *Armend. lib.* 7. *de Relig. n.* 18. & 27. & *Frat. Barthol. de Vecchis in prax. observanda in admittendis ad Religionis statum Novitiis disp.* 8. *dub.* 9. *n.* 5. *in fi. Barbos. in Concil. Trident. sess.* 25. *de Regular. & Monial. cap.* 6. *n.* 37. Ete-
17 nim Prælatus, & Conventus, vel Capitulum dilationem ad profitendum Novitio post completum annum Novitiatus, justâ concurrente causâ, concedere potest, non obstante hoc Concillari decreto, *Nav. cons.* 29. *in antiquis alias* 30. *in novis de Reg. Sanchez in præcept. Decalog. lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 6. *Hieron. Roderic. in compend. quæst. Regular. resol.* 101. *n.* 3. ubi quòd in ordine Minorum usque ad decimum octavum posse dilatare professionem, juxta eorum regulam, *Sayr. in floribus dec. in tit. de Reg. decis.* 35. *Less. de just. lib.* 2. *cap.* 31. *dub.* 7. *Fr. Emman. in sum. p.* 2. *cap.* 8. *n.* 3. & *in quæst. Regul. tom.* 3. *q.* 15. *art.* 10. *in fi.* & *q.* 17. *art.* 6. *Barthol. à sanct. Fausto in Thesauro Religiosorum lib.* 5. *q.* 168. *Barbos. in Concil. Tri-*

dent. sess. 25. *de Regular. & Monial. cap.* 6. *n.* 39. *Sperel. decis.* 16. *n.* 57.

18 Hujusmodi tamen licentia in Novitiorum renunciationibus à Concilio requisita ab Ordinariis est concedenda cum aliquali extrajudiciali causæ cognitione, & voluntatis profitentis exploratione, qualitatibusque ipsius ad dignoscendum, an sponte, vel coactè, blanditiis, captiosis, vel dolosis persuasionibus deveniant ad actum renunciationis, & sic per modum decreti authorizativi; aliàs si sufficeret simplex licentia Ordinarii, vel ejus Vicarii, parum operaretur Concillaris dispositio, subjiciendo in hujusmodi dispositionibus Regulares Episcoporum jurisdictioni; ita, salvâ correctione Sacræ Congregationis, tradit *Sperel. decis.* 16. *n.* 55. *tom.* 1. *ex Molfes. de consuetud. Neapolitan. tit. de renunciat. q.* 16. *n.* 17. & *seq. Sanchez in præcept. Decalog. tom.* 2. *lib.* 7.
19 *cap.* 5. *n.* 6. ubi reddit rationem, quòd ideo Sacrum Concilium Episcopi licentiam exposcat; quia Judicis præsentia omnem metus præsumptionem excludit, *l. fi. C. de eo, quod met. caus.* prout etiam est de mente *Cenedi in pract. quæst. canon. & civil. q.* 6. *sub n.* 5. *vers. quibus modis*, & *n.* 14. ubi subdit, quòd hujusmodi contractus à Novitiis faciendi celebrari debeant cum præsentia Judicis Ecclesiastici, & ita Ego observare curavi.

20 Sub dispositione verò præfati Sacri Concilii decreti comprehenduntur donationes inter vivos à Novitiis faciendæ, *Molin. de justitia tract.* 2. *dis.* 139. *col.* 9. *vers. ambiget præterea. Navar. cons.* 81. & 82. *de Regular. in novis & comment.* 2. *de Regular. n.* 51. *in fi. Spin. in specul. testament. glo.* 12. *princ. n.* 50. *Novar. in Lucerna Regular. verb. dispositio bonorum n.* 2. *Menoc. de arbitrar. cas.* 437. *n.* 8. *Fr. Emman. in summ. p.* 2. *cap.* 7. *n.* 8. *Barthol. à S. Fausto in Thesauro Religiosorum lib.* 5. *q.* 180. *Peregrin. in constit. Cleric. Regul. p.* 2. *cap.* 1. *lit. G.* §. 6. *Sanchez in præcept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 5. *n.* 20. *Tamburin. de jure Abbat. tom.* 3. *dis.* 6. *q.* 10 *n.* 4. & *n.* 12. & *de jure Abbatissar. dis.* 4. *q.* 10. *n.* 8. *in princ. Barbos. in Concil. Tridentin. sess.* 25. *de Regular. & Monial. cap.* 16. *n.* 3.

21 Comprehenditur quoque in eadem Conciliari dispositione liberatio, quâ Novitius, seu Novitia suum Tutorem, seu Curatorem à reddendis ratiociniis, & ratione eorum administrationis eximit, *Navar. cons.* 83. *de Regular. Fr. Barthol. de Vecchis in prax. observanda in admittendis ad Religionis statum Novit. dis.* 8. *dub.* 7. *n.* 9. *Tamburin. de jure Abbatissar. dis.* 4. *q.* 10. *n.* 8. *vers. comprehenditur quoque, Barbos. in Concil. Trident. sess.* 25. *de Regular. & Monial. cap.* 16. *n.* 6.

22 n.6.ubi ex allegatis Doctoribus subdit, se-
cùs esse si hæc liberatio facta sit à Novitio
in testamento, non alterando naturam te-
stamenti.
23 Insuper locum habet in renunciatione
Officiorum publicorum temporalium, puta
si Novitius esset tabellio, vel aliud hujus-
modi officium haberet, *Sanchez in præcept.*
Decalog.lib.7.cap.5. n.43. Fr.Bartholom. de
Vecchis in prax. observanda in admittendis
ad Religionis statum Novitiis dis.8. dub.7.
n.7. Tamburin. de jure Abbatissar. dis.4.q.
10.n.8. vers. idem decretum, Barbos. in Con-
cil. Trident.sess.25. de Regular. & Monial.
24 *cap.16.n.4.* id intelligentes, si fiat renun-
ciatio officii, quatenus statim transferatur
in eum, in cujus favorem fit renunciatio.
25 Fidejussionem quoque comprehendere
hoc decretum tradunt *Fr. Bartholom. de*
Vecchis in prax. observanda in admittendis
ad Religionis statum Novit. dis.7. dub.7. n.
8.Sanchez in præcept. Decalog. lib. 7. cap.
5.n.34. Tamburin. de jure Abbatissar. dis.
4.q.10.n.8. vers. fidejussionem, & de jure
Abbat. dis.6. q.10. n.13. Barbos. in Concil.
Tridentin. sess. 25. de Regular. & Monial.
cap.16.n.5.
26 Non tamen comprehenduntur sub hoc
Concilii decreto eleemosynæ per Novitios
factæ, si sint modicæ, habitâ ratione, &
animadversis facultatibus ipsius Novitii,
Azor. instit. moral. p.1. lib.13. cap.9. q.2.
Fr.Bartholom. de Vecchis in prax. observan-
da in admittendis ad Religionis statum No-
vit.dis.8. dub.7.n.11, vers. ex dictis, Leza-
na in summ.quæst. Regular. cap.24. n.35.
vers. possunt, Bart. à S. Fausto in Thesaur.
Religiosorum lib.5. q.180.in fi.Garc.de Be-
nefic.p.11.cap.9. n.17. Peregrin. in constit.
Cleric. Regul.p.2.cap.1. lit. G. §.7.Sanchez
in præcept. Decal.lib.7. cap.5. n.22. Tam-
burin.de jure Abbatissar. dis.4. q.10. n.9.
& de jure Abbat.dis.6. q.10.n.17.p.3.Bar-
bos. in Concil. Trident.sess. 25. de Regular.
& Monial. cap.16. n.7. ubi in fine subdit,
quòd in eventu, quo Novitius exeat à Re-
ligione, non teneatur Monasterium eleemo-
synas erogatas Novitio restituere.
27 Nec etiam d. Conciliaris dispositio com-
prehendit victum, & vestitum, quem pro se
tribuit Novitius Monasterio, nec alia, quæ
traduntur Monialibus, vel ipso Monasterio
in professione emittenda, juxta consuetum
morem, ut tradunt Doctores citati per *Tam-*
burin. de jure Abbatissar. dis.4. q.10. n.9.
vers. nec etiam veniunt, & per *Barbos. in*
Concil. Tridentin. sess.25. de Regular. &
Monial. cap.16. n.9. & 10.
28 Ita etiam sub decreto Concilii non venire
contractus emptionis, venditionis, permu-
tationis, locationis, & alios hujusmodi in
quibus Novitius nihil abdicat à se, sed tan-
tundem recipit, quantum dat, tradunt *Le-*
zana in summ. quæst. Regular. cap.24. n.35.
vers. idem etiam dico, Sanch. in præcept. De-
calog. lib.7. cap.5. n.33. Fr. Bartholom. de
Vecchis in prax.observanda in admittendis
ad Religionis statum Novitiis dis. 8. dub.7.
n.15. Lauret. de Perinis in constit. suæ Re-
ligionis Minorum constit. Sixti IV. num.75.
Tamburin. de jure Abbatissar. dis. 4. q.10.
n.11. Barbos. in Concil. Trident. sess.25. de
Regular. & Monial. cap.16. n.12.
29 Prout nec habet locum in obligatione fa-
cta causâ solvendi æs alienum, vel in ejus
actuali solutione; secùs in donatione, vel
renunciatione facta animo gratuito; quo-
niam prima obligatio, & solutio, tamquam
actus necessarius, quandocumque fieri po-
test: secunda verò cùm concernet liberali-
tatem, ad evitandas fraudes indiget Conci-
lii solemnitate, *Rodriq. in summ. p.2 cap.7.*
n.4. Cened. practic. quæst.6.num.2. Novar.
quæst. forens. p.1. q.53. n.12. Sperel. dec.16.
n.52. tom.1.
30 Donatio verò remuneratoria, quod etiam
absque Concilii solemnitate fieri possit à No-
vitio, & ita Panormi decisum fuisse, refert
Molfes. super constit. Neapol. in addit. q.16.
n.14. de renunc. p.3. Novar. quæst. forens.
31 *p.1. q.54. per totam*. Contrarium tamen te-
net *Sperell. dec.16. n.53. in fin. tom.1.* quia
si hujusmodi janua aperiretur facillimè Con-
cilii mens fraudari poterit, fingendo mille
beneméritorum modos.
32 Pari modo non exigitur forma Sacri Con-
cilii in renunciatione beneficii; adeout No-
vitius beneficiatus possit validè beneficium
renunciare, non servatâ Concilii solemnita-
te, quæ tantùm servari debet in renuncia-
tione, & obligatione bonorum, quæ rema-
net in pendenti, nec suum sortitur effectum,
nisi secutâ professione; sed renunciatio be-
neficii non debet esse in pendenti, sed per-
petua, & stabilis, non autem temporalis,
& resolubilis: ita de praxi testatur *Corrad.*
in prax. dispensation. Apostolic. lib. 6. c.2.
n.22. & seq. fol. mihi 194. Garc. de benefic.
p.11. cap.9. n.12. & seq. ex *Rodriq. in summ.*
2.tom. cap.7. n.2. Barbos. de offic. & potest.
Episcop. alleg.99. n 9. & in *Concil. Trident.*
sess.25. de Regular. & Monial. cap.16. n.13.
& deducitur ex *Constitutione Bonifacii VIII.*
relat. *in cap. beneficium de Regular. in 6.*
33 Ubi quòd beneficium illius, qui Religionem
ingreditur, non est intra probationis annum
alicui conferendum, nisi ad id ipsius acce-
dat consensus, & consequenter Novitius po-
test renunciare, & consentire, ut alteri con-
feratur, ibique notat *Gemin. n.1.*

34 Con-

34 Contrarium quòd diſpoſitio Concilii habear locum etiam in reſignatione beneficii, ne quis renunciando tempore, quo manet in Novitiatu, poſtea contingat eum carere beneficio, ſi forſan non admittatur, vel noluerit profeſsionem emittere, vel invito ob carentiam beneficii profeſsionem emittere cogatur, & parum religioſè in ſtatu Regulari permanere, & ita ſæpè cenſuiſſe *Sac. Congregat. Concil.* teſtatur tam *Pariſ. de reſignat. benefic. lib.3. q.13. n.4. & ſeq.* quàm *Molfeſ. ad conſuetud. Neapol. tit. de renunciat. q.16. n.34. Campanil in diverſ. jur. canon. rub.12. cap.3. n 10. Rodriq. quæſt. Regular. tom.1. q. 32. art.2. Azor. inſtit. moral. p.2. lib.7. cap.20. q.6. Novar. in lucerna Regular. verb. renunciatio bonorum n.4. Majol. de irregularit. lib.3. cap.6. poſt n.1. idem Molfeſ in ſumma moralis Theolog. tr.7. cap.12. n.18. in fin. Soar. tom.3. de Relig. lib.5. cap.16. n.11. Barthol. à Sancto Fauſto in Theſaur. Regular. lib.5. quæſt.181. & ſeq. Campan. in diverſor. juris canonici rubr.12. cap.3. n.10. Ceval. commun. contra commun. q.121. n.4. & 5. Fr. Ludov. Miranda in Manual. Prælator. tom.1. q.23. art.5. Fr. Barthol. de Vecchis in prax. obſervand. in admittendis ad Religionis ſtatum Novit. diſ. 8. dub.7. n.4. Mar Antonin. var. reſol. lib.1. reſol.112. caſ.62. Peregrin. in Comment. ad conſtit. Cleric. Regular. p.2. cap.1. lit. G. §.1. Hieronym. Venero y Leyva Archiepiſcop. Montis Regalis in examine Epiſcop. lib.6. cap.15. n.23. Sanchez in præcept. Decalog. lib.7. cap.5. n 38. Tamburin. de jure Abbat. tom.3. diſ.4. q.10. n.3. Sperel. deciſ.16. n.49.* & quòd declarationibus Sac. Congreg. non ſit præſtanda fides, cùm de earum Authentica non conſtet, ſubdit *Corrad. in prax. diſpenſat. Apoſtolic. citato lib 6. cap.2. n.22.*
35 *& 23.* Et quòd beneficii dimiſsio facta per Novitium, non poſsit ſuum ſortiri effectum, niſi ſequutâ profeſſione per hujuſmodi Concilii decretum, ſubdit *Fagnan. in 2. part. 1. Decretal. in cap. non ſine de arbitris n. 40. & 41.* & magis latè *in 2. part. 3. Decretal. in cap. ſtatutum de Regular. à n.15. uſque ad 21. tom.3. ſect.5. fol. mihi* 106.

36 Ingrediens verò Religionem licèt habeat facultatem diſponendi de rebus ſuis quoquo modo velit, nempe ante ingreſſum, ejuſdem tamen intuitu, ſeu reſpectu, *§. illud quoque Auth. de Monach. & §. de his, de ſepult.* & in hunc ſenſum *Bart.* intelligit *Textum in l.1. n.4. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Rot. dec.556. n.7. p.4. tom.3 in recent.* cum aliis allegatis
37 per *Burat. dec.461. n.10.* Tamen quòd diſpoſitio, ſeu renunciatio non ſuſtineatur, utpote quia cenſeatur facta in fraudem decreti *Concilii Tridentini in dicta ſeſſ.25. de Regular. & Monial. cap.16.* etiamſi ſit facta paulò ante ingreſſum, ejuſque ingreſſus nulla facta mentione: & ratio deſumitur,
38 quia ſicut Concilium reprobat Donationes factas ante duos menſes profeſſionis, ne propter hoc auferatur Novitio libertas exeundi, & habitum dimittendi ob timorem non recuperandi bona donata, vel renunciata, ita etiam eadem ratione cenſetur Concilium reprobare voluiſſe donationes, & renunciationes factas ante ingreſſum Religionis intuitu ipſius ingreſſus, cùm per illas pariter auferatur libera facultas ingrediendi, & voluntatem mutandi, ne ob carentiam bonorum à ſe abdicatorum invitus cogatur ad ingrediendum Religionem, ut latè tradit *Sanchez in præcept. Decalog. lib. 7. cap. 5. n.3.* ſed ipſe contrarium tenet, *Navar. conſ 7. & 8. de Regular. lib.3. Emanuel Rodriqu. quæſt. Regular. tom.2. q.47. art.8. Menoch. conſ.38. n.7. vol.4. Hieron à Sorb. in tract. de privileg. Fratr. Minor. in verbo Novitius ſub tit. de diſp. bon. ipſius Novit.* & ſic ex ſententia Sac. Congregationis tenet *Pariſ. de reſignat. benefic lib.3. quæſt.13. n.9. Azor. inſtit. moral. lib.13 cap.9. q.2. Molin. de juſt. & jur. tom.1. diſp.140. col. 7 Spin. de teſtam. gloſſ.12. princ. n.50. Campanil de Regular. rubr.12 cap 3.* & dixit *Rot. deciſ.586. n.17. uſque ad fin. p.5. tom.2. rec.*
39 Ubi quòd diſpoſitio Concilii comprehendat non solùm donationes, & renunciationes factas à Novitiis intra duos menſes proximos ante profeſſionem. ſed etiam illas, quæ fiunt ante ingreſſum Religionis cum narrativa, & expreſſa mentione ipſius ingreſſus; ſeu cum conditione, quatenus donans pro-
40 fiteatur; adeont Doctores contrarium tenentes, & adducentes etiam pro ſe declarationes Sac. Congregationis intelligi debeant, quando donatio ſimpliciter facta fuerit, abſque ingreſſus mentione, nec intuitu ingrediendi Religionem, ut diſtinguit *Campan l. de Regular. rubr.12. cap.3. n.17.* cum aliis allegatis per *Fagnan. in 2 part. 3. Decretal. in cap. ſtatuimus de Regular. n.40. tom.3. ſect.5. fol.*109.

41 Contrarium quòd diſpoſitio Concilii Tridentini non habeat locum quando donatio, vel renunciatio fiat ante ingreſſum in Religionem, ejus tamen intuitu; utpote quia Concilium eſt correctorium juris communis, ac proinde non eſt ampliandum, ſed ſtrictè intelligendum in caſu ſuo; nempe quando ingreſſus Monaſterium facit donationem, vel renunciationem facere intendit, ob proximam profeſſionem; & Concilium cùm deſignet, & præſcribat tempus ſcilicet intra duos menſes, ſeu poſt decimum menſem Novitiatus ad faciendas re-

nun-

nunciationes; manifestè resultat noluisse comprehendere alios contractus factos à Religionem ingressuro, dum permanebat in statu seculari, & non subjectus legibus Ecclesiasticis pro Regularibus Religiosis emanatis: ac proinde *Rota* maturâ deliberatione recessit ab opinione, & decisione in *Romana Donationis de. Mongellis coram Carillo in recent. dec.586. p.5. tom.2.* eamque revocavit *in causa Romana donationis 1. Februarii* 1640. *coram Roxas* confirmata *coram eod. sub die* 17. *Decembris* 1640. *Duran. dec.*121. *n.*39. & in aliis relatis per *Paulum de Rubeis in annot. ad dictam dec.586. n.22. & seq. part.5. tom.2. recent.* & hanc sententiam in praxi receptam esse dicit *Capycius Latro decis.31. n.7.* latè *Sanchez in præcept. Decalog. lib.7. cap.5. quæst. ult. n.4. Aldan. in compend. canon. resol. lib.2. tit.8. n.5. Campan. in divers. jur. canon. rub.12. cap.3. num.17. Franc. Molin. de rit. nuptiar. qu.99. lib.3. n.4. Negusan. jun. cons.10 num.49. Cened. q.7. n.8.* qui de veriori, *Bart. à Sancto Fausto in Thesauro Relig. lib.5. q.183. Sorb. in add. ad compend. Mend. vers. sed hic sunt aliqua advertenda, Roderic. quæst. Regular. tom.2. q.47. art.8 Passarel. de privileg. minor. cap.37.* ubi ita fuisse judicatum, *Barthol. de Vecchis in prax. observ. in admittendis Novitiis dist.8. dub.8. n.4. Adden. ad Navar. in cons.81. & 82. in fin. de Regular. lib.3. Cutel. de donat. contempl. matrimon. tract.1. disc. 2. p.3. n.153. Benedictus Ægid. in repetit. l.1. §. 4. n.22. in fin. C. de sacrosanct. Eccles. Thesaur. quæst. forens. lib.2. quæst.56. n.8. Riccius collect.454. & dec.295. p.2. n.10. Vega in summ. tom.1. cap.91. cas.4. & tom.2. cap.50. cas.3. Mandos. cons.22. n.8. Zannard. in direct. Theol. p.2. cap.17. Costa de remed. subsid. remed.85. in fin. Marta de success. legal. p.3. q.13. art.1. sub n.23. Confect. in privileg. Mendican. in notab. positis post Bullas Apostolicas tit.13. cap.12. in fin. & cap.13. Villalob. in summ. tom.2. tract.35. diff.17. n.4. Galleg. in Margarit. cas. conscient. in verbo Religiosus pagin.216. col.1. vers. Novitius Armendar. in addit. ad recompil. ll. Navar. lib.2. tit.18. l.7. de Relig. n.20. & 23. Ugolin. de potest. Episcop. cap.20. §.7. n.3. Garz. de beneficiis p.11. cap. 9. n.15.* ubi quod ita declaratum fuit *à Sac. Congregatione, Borgnin. dec.11. n.113. p.3. Gratian. decis. March. 37. per tot. Barbos. de offic. & potest. Episcop. allegat.99. n.1. & per tot. & in Concil. Trid. sess.25. de Regular. & Monial. cap.16. n.18. Melich. Phæb. dec.137. n.13. Tamburin. de jure Abbat. tom.3. dis.6. q.10. num.10. Fagnan. in 2. part. 3. Decretal. in cap. statuimus de Reg. n.42. tom.3 seu 5. fol. mihi* 109.

ubi usque *n.* 47. exemplificat, & declarationes Sac. Congregat. refert, & contrariis respondet, *Diana resol. moral. tom.3. tract.2. de dubiis Regular. resol.65.* ubi *in una Mediolanen*, proposito dubio in Sac. Congregatione super validitate renunciationis factæ ante ingressum Religionis ab Anna de Cagniolis.

Sacra Congregatio Concilii censuit Decretum Sacri Concilii Tridentini c.16. sess.25. de Reg. non habere locum in renunciatione facta ante susceptionem habitus.

Hieronymus Cardinalis Matthæus.

42 Insuper hoc Concilii decretum neqne habet locum in Novitiis Societatis Jesu, qui propterea renunciationes facere possunt in cujuscumque favorem, etiam ipsius Societatis, non servatâ formâ Concilii, nec expectato bimestri ante professionem, vel ante vota biennii; adeo ut renunciationes à dictis Novitiis quandocumque, & sine cujusvis licentia factæ, nullitati dicti Concilii decreti minimè subjaceant, *Sanchez in præcept. Decalog. lib. 7. cap. 5. n.9. Fr. Emman. quæst. Reg. tom.2. q.47. art.8. Less. de justit. lib.2. c.41. Molin. eod. tract. tract.2. dis.139. vers. antequam, Sà in verbo Religio n.5. Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg.99. n.23. & in Concil. Trident. sess.25. cap.16. de Regular. & Monial. n.41.* & facto verbo cum *Beato Pio V.* Sacra Congregatio Concilii censuit, *Clericos Societatis Jesu decreto cap.16. sess.25. de Regular. non solum exemptos esse quoad emittendam professionem, sed etiam quoad obligationes, & renunciationes; adeout etiam ab eorum Novitiis quandocunque, & sine cujusque licentia factæ, nullitati dicti decreti minimè subjaceant*, de quo *Fagnan. in 2. part. 3. Decretal. in cap. statuimus de Regular. n 39. tom.3. seu 5. fo. mihi* 109.

43 Ulteriùs dispositio *sacri Concilii in dicto cap 16. sess.25. de Regular.* non procedit in ultimis voluntatibus neque ex vi comprehensiva, neque extensiva; adeout testamenta, codicilli, & donationes causâ mortis sub eodem decreto non comprehendantur, cùm non militet eadem ratio, quæ militat in renunciationibus, sed diversa propter facultatem revocandi disposita per actum ultimæ voluntatis: & ita declarasse *Sac. Congregat. in una Burgi sancti sepulchri, seu Florentina* refert *Rot. decis.556. à n. 8. cum tribus sequen. p.4. tom. 3. recen.* & docent *Sanchez in præcept. Decalog. tom. 2. lib.7. cap.5. n.13. & 14. Navar. cons.2. de Regular. n. 51. Guttier. canon. quæst. lib. 2. cap.1. n.3. vers. his tamen non obstantibus Menoc. de arbitrar. Jud. cas.436. n.8 Hieron. Roderic. in compend. quæst. Regular. re-*

ſol.53.n.10. Ceval. commun. contra commun. q.63.n.7. & q.121. n.4. Fr. Bartholome. de Vecch. in prax. obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum Novit.diſ 8. n.10. Cened. ad decretum collect.50. in fi. Monet. de commut. ultim. volunt. cap. 5. n.11. Garz. de benefic. p.11. cap 9.n.7. Peregrin in comment. ad conſtit. Cleric. Regular. p.2. cap.1. lit.G. §.4. ubi plures refert, Fr. Ludov. Miranda in manual. Prælator. tom.1. q.23. art. 4. Tap. in Authen. ingreſſi C. de ſacroſanct. Eccleſ. verb. ideoque nec de his cap. 1. n.15. in fi. Humad. l.7. glo. 3. à n. 4. tit. 7. p.1. Campan. in diverſor. juris canonici rub.12. cap.13.n.12. Laurent. de Peirinis in conſtit. ſui Ordinis Minor. conſtit. 2. Sixti IV. n. 74. Barthol. à ſancto Fauſto in Theſauro Religioſorum lib.5. q.88. & 189. Molin. de juſtit. tract.2. diſ.139. verſ. ambiget fortaſſe, Guttier. in cap. quamvis pactum de pact. in 6. verb. dum nuptui tradebatur n.4. Franciſ. Molin. de ritu nuptiar. lib.3. q.99. n.26. Tamburin. de jure Abbatiſſar. diſ.4. q.19. n.12. & de jure Abbat. tom.3. diſ.6. q.10. n. 11. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 99. n.12. & in Concil. Trident. ſeſſ. 25. de Regular. & Monial. cap. 16. n.14. Contrarium tamen tenet Spin. in ſpeculo teſtament. glo.12. prin. n.50.

44 Hinc eſt quòd ingrediens Religionem habet facultatem diſponendi de rebus ſuis quomodo vult §. illud quoque Authen. de Monac. cum aliis allegatis à Rot. deciſ.556. n.7. p.4. tom.3. in recen.

45 Quinimo teſtamentum Religionem ingreſſi, licèt à filiofamilias conditum, de peculio adventitio ſuſtinetur, Bero. in cap. in præſentia de probat. n.525. ibique Parit. n.
46 526. Nec rumpitur, ex quo nihil ſit relictum Monaſterio, nec de illo cogitaverit, juxta veram, & communem Doctorum ſententiam, de qua latè Sanchez in præcepta Decalogi lib.7. cap.3. q.3. n.34. & 35. qui concordantes plenè cumulat, Burat. deciſ. 639. n.6.

47 Non tamen ſuum ſortitur effectum, niſi poſt mortem naturalem ipſius Religioſi, quando Monaſterium eſt capax retentionis bonorum in communi, juxta communem opinionem, de qua Barth. in Authen. ſi qua mulier C. de ſacroſanct. Eccleſ. n.9. & 10. ibique Caſtren. n.4. Jaſ. n.26. & alii, Butr. poſt Joan. Andr. in cap. in præſentia n. 33. de probat. ubi etiam Abb. n. 58. Imol. n.22. in fin. Dec. n.159. Felin. n.55. Paris. n. 165. Alex. conſ. 13. n. 2. & 3. lib.3. Covar. de teſtam. p.1. cap.2. n.6. Navar. de Regular. comment.2. n.54. Surd. conſ.238. n.4. Tap. in Authen. ingreſſi verſ. ideoque nec de his n. 65. in fi. Burat. deciſ.639. n.17.

48 Quod non procedit ubi conſtat de contraria teſtatoris voluntate, quod ſcilicet teſtamentum ſtatim habeat effectum poſt emiſſam profeſſionem, quæ deducitur etiam ex conjecturis, ut ſi diſpoſuerit mox profeſſionem emiſſurus; & ut provideret de bonis ſuis, & ne inter ſuos orirentur diſcordiæ, & diſſenſiones, juxta opinionem Imolæ in l.1. ff. de teſtam quem ſequitur Franc. in rubr. de teſtament. in 6. n.72. verſ. ſi verò, Rub. Alexander. conſ.115. n.4. Honded. conſ.60. n.12. & conſ.61. n.49. ubi latè lib.2. Guttierez canon. quæſt. lib.2. cap.1. n.48. circa med. Ceval. in ſpecul. commun opin. q.63. n.5 & 6. Caldar de nomin. Emphyt. lib. 2. q.6. n.16. Buratt. deciſ.639. n.10. quibus conjecturis latè reſpondet Sanchez in præcept. Decalog. lib.7. cap.3. q.3. n.60. 61. & 63.

49 Limitatur 2. ut non procedat, quando quis ingreditur Religionem incapacem retentionis bonorum in communi; nam tunc ſtatim factâ profeſſione, admittitur hæres non expectatâ morte naturali, & legata debentur; quia hoc caſu mors civilis æquiparatur naturali; cùm eundem operetur effectum, quem mors naturalis; ac propterea de eadem idem eſt judicandum, Bart. in l. cum Pater §. hæreditatem ff. de legat.2. ibiq; Bald. n.3. in fin. Soccin. ſen. in l. cum avus n.104. ff. de condit. & demonſtrat. Angel. in l. ex facto §. ſi quis rogatus ff. ad Trebell. & ibi Imol. & Paul. de Caſtr. Ruin. in l. Gallus §. & quid ſi tantum n.23. ff. de liber. & poſthum. & ibi Crot. n.13. & Soccin. iunior n.23. Abb. in cap. in præſentia de probat. n.58. & 59. & ibi Anton de Butr. & Dec. n.74. Alex. conſ.13. num.12. lib. 3. Rol. à Valle conſ.97. n.41. lib.2. Corn. conſ.258. lib.3 Burſat. conſ. 48. n.27. Capra conſ. 83. n.4. Port. Imol. conſ.23 n.18 & 19. Jo. de Monte Sperell. conſ. 125. Panzirol. conſ. 114. Grat. conſ.68. n.13. & 14. lib.1. Pariſ. conſ.65. dub.1. lib.2. Bero. conſ.114. in fin. lib.2. Honded. conſ.62. lib.1. ubi teſtatur de communi, & in conſulendo, & judicando ſequendam eſſe, Sebaſtian. Medic. in tract. mors omnia ſolvit p.1. n.45. & 46. Boſ. in tit. de publicat. bonor. n.35. Rol. à Valle de lucro dotis q.95. n.15. & 16. Peregrin. de fideicommiſſ. art.28. n.63. Clem. de patria poteſt. effect. ult. n.72. Ruſtic. in l. cum avus lib.5. cap.7. ff. de condit. & demonſtrat Cardin. Mantica de conjectur. ultim. volunt. lib.11. tit.7. n.8. Fuſar. de ſubſtit. qu 430. à n.11. uſque ad 16. Boer. deciſ.434. nu 11. Franc. deciſ. 14. n.7. Oſaſch. deciſ. Pedemont. deciſ. 126. ad fin. & hanc opinionem amplectendam eſſe ſubdit Ferentill. in addition. ad Burat. deciſ.461. n.15. in fin. tamquam ſecutam à Rot. in Romana fideicommiſſi de Defide-

sideriis 20. *Martii* 1626. *coram Merlino*.

50 Testamentum propterea factum à Novitio in limine emittendæ professionis sustinetur, etiam absque juris solemnitatibus, quæ adimplentur si conditum fuerit coram Patre Præposito Generali, & tribus Patribus Assistentibus, vigore *cap. cum esses de testament.* præcipuè quia versamur inter Regulares, & in terris Ecclesiæ, *Covar. in dicto cap. cum esses n.*12. *de testament.* cum aliis allegatis per *Honded.in conf.*72.*n.*15. & 16. *lib.*1. & dixit Rot. *decis.*556. *n.*4. *cum seq. usque ad* 7. *p.*4. *tom.*3. *recent.* cum aliis per *Me ipsum* congestis in *meis fori Ecclesiastic. decis.*90. *Annotat.*1. *à n.*4. & *pluribus sequent. tom.*2.

51 Et licèt de jure canonico, ut sustineatur testamentum fieri debeat coram proprio Presbytero, seu Parocho, & tribus, aut duobus testibus, ad formam *cap. cum esses de testam.* appellatione tamen propriiPresbyteri non solùm venit proprius Parochus, strictè, & rigorosè loquendo, sed etiam Confessarius, qui infirmo ministrat sacramenta, ejusque animæ curam habet in extremis laboranti; cum tunc vices Parochi gerat, & in eo testator videtur habuisse totalem confidentiam, & fiduciam; adeout si testamentum conditum fuerit coram tali Presbytero, & confessario, plenè satisfactum videatur

52 dispositioni dictæ Decretalis, *Corn.conf.*18. *n.*12. *vers. ponderandum est lib.*2. *Soccin. jun. conf.*178. *n.*32.*lib.*2.*Grat.conf.*30.*n.*24. *lib.*2. *Magdalen. de numero test. in testam. requisit. p.*2.*cap.*8.*n.*5. *Puteus dec.*421.*lib.*1. *in correct.*, *Cardinal.Ottbobon. dec.*145.*n.*8.

53 Ampl. ut dicta Decretalis sibi locum vindicet etiam in codicillis, qui veniunt etiam nomine testamenti, cujus pars dicuntur, & sunt unum & idem cum ipso testamento, & in illis vigeat eadem ratio, *l.*2. *§. codicillorum ff. de jure codicillarum*, *Peregrin. de fideicommiss. art.*16. *num.*49.*Cyriac. controvers.*412.*n.*28. & in terminis *cap. cum esses de testam. Turret. de effect.claus. codicillar. q.*1 12. *n.*6. *vers. quia respondetur*,*Cardinal. Ottbobon. decis.*145. *n.*7.

54 Potest tamen per statutum derogari dispositioni *cap.cum esses de testamen.* duo verò ad hunc effectum requiruntur: primò voluntas statuentium derogandi verbis expressis, vel incompatibiliter repugnantibus dispositioni præfati *cap.* secundò quòd statutum fuerit in forma specifica, & non in forma communi & generali confirmatum à Sede Apostolica: quibus copulativè non concurrentibus, dispositio antiqua juris canonici semper in suo robore, & virtute permanebit, cùm sine voluntate leges antiquæ non mutantur, nec corriguntur, *l. præcipimus in fin.* C. *de appellat. l. ut liberis* C. *de collat. cap. cum expediat de elect. in* 6. & sine jurisdictione pariter tolli nequeant, *Alex. conf.*59. *n.*9. *lib.*1. *Paris. conf.*19.*n.*14.*lib.*1. Rot. *dec.*103. *n.*27. *p.*2. *diversor.* propterea semper requiritur specifica Papæ confirmatio, ut disertè dixit Rot. *decis.*126. *à n.*9. *usque ad* 12. & *per totam p.*6. *recent.*

55 Undè per statutum Urbis servandum intes Cives, Incolas, & districtuales, censetur derogatum dispositioni *cap. cum esses de testam.* dum *lib.*1.*in cap.*42. mandat ubi statuta non disponunt, quòd servetur jus civile, & in subsidium recurratur ad jus canonicum; & propterea cùm jus canonicum non sit servandum in concursu statuti, vel juris civilis, per implicitam negativam, & prohibitionem intrat derogatio; vel per repugnantiam, ex quo servari non possit statutum, & jus Canonicum, ut eleganter declarat *Menoch.lib.*6.*præsumpt.*38.*n.*28.&29. & in puncto statuti Urbis, *Rot.dec.*126.*n.*27. & 28. *p.*6. *recent.*

DECISIO CLII.

Castren. seu Valentanæ societatis.

ARGUMENTUM.

INter fratres contrahentes societatem operum habentes filios habiles, & inhabiles ad laborandum, & mulieres; si seminaverint propria, & conducta prædia, fructuum divisio quomodo sit facienda, multaque alia singularia in materia societatis explicantur.

SUMMARIUM.

1 PArtes inter socios debent esse æquales, nisi oriatur inæqualitas.
2 Et est inter socios servanda æqualitas proportionis, & traduntur exempla.
3 Societas contrahitur si unus ponat capitale, & alter operas; & quomodo hoc casu sit facienda divisio, n.4.
5 Socius ponens tantùm operas, aliquando ex opere censetur magis dives.
6 Socii industria aliquando tanta est, ut plus societati conferre dicatur, quàm qui ponit pecuniam, & majorem partem percipere debet, n.7.
8 Socius perfectæ ætatis plus commodi debet capere, quàm qui est quindecim, aut sexdecim annorum, nisi sit magis industrius.
9 Ex natura societatis lucrum operum in capita, & non in stirpes dividitur.
10 Societas omnium bonorum, ad servandam æqualitatem, non requirit ut unus plus, vel minus ponat, vel operetur, vel faciat majores expensas, cùm satis sit spes acquirendi ex parte consocii, ut omnia efficiantur communia, & n.11.
12 Societas vitæ quando contracta dicatur.
13 In societate vitæ fructus consumptos, & sumptus factos unus non potest ab alio repetere, si sint consumpti in causa alimentorum, n.14.
15 Ampl. præcipuè si masculi, & feminæ socii posuerunt

operas suas, cum quibus alimenta, & sumptus compensantur.
16 Socius singularis tenetur restituere quod plus de communi expendit pro alenda sui majori familia.
17 Limit. si alimenta ex conjecturis colligatur præstita fuisse animo donandi, vel intuitu pietatis.
18 Lim. 2. in societate omnium bonorum, in qua non attenditur si unus plus, vel minus expendat.
19 Inter socios vitæ, vel inter fratres, quorum unus habeat filios operantes, & alter non, quomodo sit facienda divisio fructuum recollectorum, vel in prædiis propriis vel conductis, & n.21. & 28.
20 Filii familias laborantes unà cum patre, lucri quæsiti proprietatem sibi acquirunt, patri verò usumfructum.
22 Socius vitæ ex opere filiorum in divisione plus accipere debet, & n.23.24.25. & 27.
23 Societas inter patrem, & filium contrahi non potest.
24 Inter Patrem, & filium civilis obligatio etiam in peculio profectitio non oritur.
26 In societate, in qua unus ponit capitale, & alter operam, ipse opere est velamen pretii, & loco pecuniæ succedit.
29 Inter fratres rusticos simul habitantes, & operantes censetur inita societas vitæ, & non omnium bonorum, & n.30.
31 Communio potest esse sine societate, secùs è contra.
32 Inter fratres non inducitur societas ex cohabitatione, & communicatione redditum.
33 Ampl. etiam si fratres describi fecerint in æstimo bona acquisita.
34 Societas non præsumitur, ideo probari debet.
35 Societas ut tacitè inducatur, quæ requirantur.
36 Mulieres in societate operum nihil participare debent, sed earum opera cum alimentis compensantur.
37 Limit. si mulier exerceret aliquam particularem artem, quia tunc superlucrata ad ipsam spectant. Declara, ut in n.38. Limit. si inter virum, & uxorem esset contracta societas, n.39.
40 Mulieres unius fratris laborantes in prædio proprio, vel conducto à duobus fratribus seorsum habitantibus partem lucri consequi debent arbitrio boni viri.
41 Pueri in societate omnium bonorum, & operum non admittuntur ad participationem lucri.
42 Impuberes etiam aliquas operas inter rusticos præstare solent.
43 Pueri in societate operum à quo tempore admittendi veniant ad participationem lucri, & quid in aliis artibus, n.44. Et quomodo hujusmodi controversiæ terminari debeant, n.45.
46 Arbitrium Judicis intrat, ubi lex non decidit.
47 In divisione inter socios standum est arbitrio boni viri.

DECISIO CLII.

BErnardus, & Isidorus germani fratres post obitum eorum patris cùm diu in communione vixerint, & commune prædium, & alia conducta cum propriis bobus, eorumque operâ, & industriâ coluerint, partâ inter eos discordiâ, bona, & lucra dividere intendentes, contendebant inter se an ad lucri participationem & partem admittendi essent duo filii, & uxor Isidori, qui pariter quotidie in agris laboraverunt; & eorum operas præstiterunt; utpote quia Bernardus nullos habens filios suam tantùm operam contulerit. Hinc delatâ ad me controversiâ, tunc Prætorem Valentanæ: & status Castri Judicem generalem, disceptatum fuit quomodo esset facienda divisio in casu, de quo agitur, pro cujus clariori resolutione has generales conclusiones præmittendas duxi.

1 Prima erit conclusio quòd partes inter socios debeant esse viriles, nisi oriatur inæqualitas ex eo quod unus plus pecuniæ, capitalis, industriæ, & laboris conferat, ut deducitur in *l. si non fuerint* §. 1. *vers. si modò aliquid plus* & in *l. si societatem mecum coiris in fin.* & in *l. quid enim si Nerva* §. 1. *ff. pro socio*, *Soccin. jun. in cons.* 74. *n.7. in fin. & n.8. & 10. lib.2. Cardinal. Mantica de tacit. & ambig. convention. lib.6. tit.14. n.12.*

2 Secunda est conclusio, quòd partes lucri, & damni inter socios debent esse æquales servatâ æqualitate proportionis, nempe quantitatis, non æqualitatis: ut si Titius conferat in societate mille, Cajus autem quinquaginta, lucrum dividi debet in tres partes, & Titius duas, & Cajus tertiam accipiet: prout etiam si unus conferat pecuniam tantùm, vel unus ponat duas partes, alter tertiam, his casibus quilibet debet habere eam partem, quæ collationi ab eo factæ correspondeat, & congruat, etiam si expressè in pactum deductum non fuerit, cùm tacitè ex natura societatis censeatur adiectum, habitâ tamen consideratione an opera, & industria unius sit pretiosior capitali, vel pecuniâ ab altero collatâ, ut colligitur in *l. si fuerint* §. 1. *vers. plerumque ff. pro socio Mantica de tacit. & ambig. convention. l.6. tit.14. n.10. 11. & 15. Corn. in cons.* 243. *n.1. lib.1.* & clariùs *in cons.* 34. *n.* 5. *lib.* 4. ubi allegat *Text. in l. si non fuerint in princ.* §. 1. *ff. pro socio*, & §. 1. *instit. eod. tit. Rot. decis.*76.*n.*3. & 4. *part.*1. *divers. decis.*403. *n.*7. *decis.*552.*n.*6. *decis.*556.*num.*1. *part* 1. *recent.*

3 Tertia sit conclusio, ut societas contrahatur, etiam si unus ponat capitale, & alter operas §. *de illa vers. num & ita coiri, instit. de societat. l.*1. ibique *Bart. Bald.* & alii scribentes *C. pro socio*, *Angel. cons.*207. *n.*3. & 4. *Hartman. Pistor. quæst.*1. *lib.*3. *n.*15. *Morquech. de div. bonor. l.*2.*q.*3.*n.*42. adeo
4 ut quamvis non fuerit actum de modo dividendi lucrum; tamen si opera unius correspondeat pecuniæ per alterum collatæ, lucrum erit inter eos æqualiter dividendum *l. si non fuerint, & l. cum duobus* §. *in coeunda*
5 *ff. pro socio*. Etenim plerumque pauperior ex opere efficitur magis dives, & supplet quantum ei per comparationem patrimonii deest, ut inquit Juris Consultus in *l. socie-*
6 *tates* §. *societas ff. pro socio*. Et quandoque tanta est industria socii, ut plus societati conferat, quàm pecunia, *l. si non fuerint* §. *ita coiri ff. pro socio*, *Purpurat. in l. si pascenda n.*15. & 16. *C. de pact. Soccin. sen. cons.*265. *per tot. Hartman. Pistor. quæst.*1. *lib.*3.

*lib.*3. *n.*15. cum aliis allegatis per *Menoch. de arbitrar. caſ.*125. *Rot. deciſ.*402. *n.*2. 3. & 4. *coram Amat. Dunozet. tom.*1.

7 Quarta ſit concluſio, ut ſi unus ex ſociis ſit magis induſtrius, vel ſi opera unius ſit longè pretioſior operà alterius, undè plus lucri conferat ſocietati; quamvis ſimpliciter contraxerint, tamen is, cujus opera multum excedit, majorem partem percipere debet, *l. ſi non fuerint* §. 1. *verſ. plerumque ff. pro ſocio*, *Bal. in l.* 1. *n.*2. C. *pro ſocio*, *Corn. conſ.* 24 *n.*8. & *ſeq.* & *n.*10. & 11. *conſ.*243. *n.*1. *conſ.* 285. *conſ.*344. *n.*6. *lib.*1. *conſ.* 27. *n.* 12. & 13. *conſ.* 122. *n.* 3. & *ſeq. lib.* 2. *conſ.* 196. *n.* 3. *conſ.* 311. *n.* 2. *circa med.* & *n.* 3. *lib.* 3. *conſ.* 34. *n.*5. *conſ.* 55. *n.* 3. & 4. *conſ.*58. *num.*8. *conſ.*98. *num.* 5. *conſ.* 212. *conſ* 214. *n.*4. & *conſ.*299. *n.*2. *lib.* 4. congeſtis per *Mantic. de tacit. & ambig. convention. lib.*6. *tit.*14. *num.*11. *verſ. tertiò igitur*.

8 Quinta ſit concluſio, ut ſi ſocietas ſit contracta inter eos, qui ſunt perfectæ ætatis, vel inter eos, qui ſunt quindecim, aut ſexdecim annorum, plus lucri capere debent homines perfectæ ætatis; quia à communiter accidentibus operæ eorum, qui ſunt majoris ætatis majoris ſunt æſtimationis, quàm operæ eorum, qui ſunt minoris ætatis: ſecùs autem ſi probetur, juniores eſſe magis laboratores, & induſtrioſiores: ita ex *Corn. conſ.*27. *n.* 13. & 14. *lib.* 2. & *conſ.* 34. *n.*5. *lib.*4. tradit *Mantica de tacit. & ambig. conven. lib.*6. *tit.*14. *n.*13. & 14.

9 Sexta ſit concluſio, quòd ex natura ſocietatis lucrum operum in capita, & non in ſtirpes dividi debeat, ut ſcribit *Bald. in l.* 1. *n.*13. C. *pro ſocio*, *Angel. in l. ex duobus n.* 12. *ff. de negoc. geſt.* & *conſ.* 113. *n.* 2. & de communi atteſtatur *Alex. in conſ.*99. *n.*6. & 7. *lib.*2. & *conſ.* 133. *num.* 1. *eod. lib.* & *conſ.*77. *n.*2. *lib.* 2. *Anton. de Butr. conſ.*7. *n.*3. *Petrus de Vbald. de duob. fratrib. p.*4. *n.*12. & 20. & hoc ſæpiſſimè contingere inter ruſticos dicit *Bart. in conſ.*186. *Mantica de tacit. & ambig. convention. lib.* 6. *tit.*14. *n.*31.

10 Septima ſit concluſio, quòd tam in expreſſa, quàm in tacita ſocietate, licèt ſit habenda ratio ad ea, quæ ex utroque latere contrahentium fuerint collata; adeo ut ſi quis plus pecuniæ, induſtriæ, vel operæ, vel gratiæ contulerit, in diviſione ſervanda ſit proportio, habito reſpectu ad quantitatem capitalis, ad qualitatem operum, induſtriæ, & laboris, per geometricam proportionem lucri partes attribuendo; tamen hoc procedit in ſocietate operum; ſecùs autem

11 in ſocietate omnium bonorum, in qua non conſideratur quòd unus ex ſociis ſit magis induſtrius, vel plus conferat; nam quod confertur ſtatim commune efficitur, & lucri naturam ſequitur; adeo ut ad ipſius æqualitatem nihil referat ſi unus ex ſociis ſit magis gravatus familiâ, quàm alter; cùm qualitas hujus ſocietatis fundata ſit in ſpe, & dicitur juſtâ ratione futuri eventus; & ſatis eſt quòd alter potuerit acquirere: etenim fieri poteſt ut minus induſtrioſo, pauperiori, & familiâ gravato ingens patrimonium obveniat, vel ex donatione, aut legato multa bona acquirat, quæ omnia eommunia efficiuntur: undè ſpes, quæ fuit ab initio conſiderata, eſt ſpectanda, & non exitus, ad *Textum in l.*3. §. *ſpecialiter ff. pro ſocio*, *Bald. in l.*1. *n.*5. & *Salyc. n.*2. C. *eod. Pup. in l. ſi paſcenda C. de pact. Covarr. var. reſol. lib.*3. *cap.*2. *n.* 3. *verſ. quinto*, *Carpan. ad Statut. Mediolanen. p.*2. *cap.*463. *n.*52. *Mantica de tacit. & ambig. convention. lib.*6. *tit.*10. *n.*4. & *tit.*14. *n.*41. & 42. *Michalor. de fratribus p.*2. *cap.*21. *n.*1. & *ſeq.* & *cap.*35. *n.*2. & *ſeq.* & *n.*14. *cum ſeq.*

12 Octava ſit concluſio, quòd quando eſt contracta ſocietas vitæ tantùm, quæ contracta cenſetur inter eos, qui ſimul vivunt

13 ad unam menſam, ſive ad unum panem, & vinum; tunc non poteſt unus ab altero ſumptus, & fructus conſumptos repetere, cùm hæc ſit natura hujus ſocietatis, *Bald. in l. ultima n.*2. C. *de collat.* & ibi *Roman. n.*3. *Angel. in l. ex duobus n.* 2. *ff. de negoc. geſt. Corn. conſ.*122. *n.*1. *verſ. rationem hujus ſecundæ ſocietatis*, *Alex. conſ.*49. *n.*3. *lib.*1. *Cardinal. Mantica de tacit. & ambig. convention. lib.*6. *tit.*2. *n.*5. & *tit.*3. *n.*12. & *lib.*4. *tit.*11. *n.*14. *verſ. quod quidem genus*, *Rot. deciſ.*408. *n.*2. *coram Burat.*

14 Etenim de fructibus pro victu, & in alimentorum cauſa jure ſocietatis conſumptis nulla indiſtinctè habetur ratio, ut tradit *Dec. in l. ſi. n.*4. *C. de collat.* præcipuè ſi maſ-

15 culi, & fœminæ ſocii poſuerunt operas ſuas, & fœminæ erant utiles, & communi utilitati, & ſocietati, ac domui inſervierint, etiam exercendo obſequia, & ſervilia officia; propterea ſuccedit, quòd nulla reſtitutio hujuſmodi impenſarum debeatur, ſed locus ſit compenſationi cum opera & labore, *Bald. in l. ſi paterno in ſi.* ibique *Caſtren. n.*2. *C. de negoc. geſt.* idem *Caſtr. in l. ſin. n.* 4. & ibi *Jaſ. n.*5. *C. de collat. Corn. conſ.* 122. *n.*3. *vol.*2. *Petrus de Vbald. de duobus fratrib. p.*6. *q.*22. *verſ. concludo ergo poteſtatem in* 3. *Fallentia*, *Surd. de alimentis tit.*1. *q.* 85. *n.*3. *verſ.* & *quamvis*, *Burat. deciſ.* 408. *num.*3.

16 Socius verò ſingularis tenetur reſtituere quod plus de communi expendit pro alenda ſui majori familia, *Jaſ. in l. ſi. n.*4. *verſ. ego autem*

autem distinguo C. de collat. Bald. in l. si patruus C. commun. utriusque Jud. Petrus de Vbald. de duob. fratrib. p.6. q. 23. vers. contrariam partem puto esse veriorem, Menoch. de arbitrar. cas. 127. *n.* 4. *cum plurib. seq.*
17 *Burat. decis.* 408. *n.* 1. secùs autem si ex conjecturis colligatur hujusmodi alimenta præstita fuisse animo donandi, vel intuitu pietatis, ut subdit *Menoch. dicto casu* 127.
18 *n.*8. *& 9.* prout etiam quando societas est, universalis, seu omnium bonorum, non attenditur quòd unus altero plus lucretur, vel impendat; adeout unus frater majori familià gravatus, si plus fratre expendit, non debet restituere, *Bald. in tract. de duob. fratribus n.*28. *& seq. idem in l. si patruus n.*16. *in fin. C. commun. utriusque Jud. Anchar. cons.* 302. *in ultimo dubio circa fin. Castren. in l. ut nemini n.*4. *de collat.* ubi refert se Paduæ in facto habuisse, & ita judicasse, prout etiam *ibid.* idem dicit *Jas. n.*4. *&* 5. *Roman. cons.* 172. *in fi.* cum aliis congestis per *Sard. de alimentis tit.* 1 *q.*85. *n.*1. *usque ad* 6. *& per tot.* & pro hac conclusione facit *textus in l. actione §. fi. ff. pro socio, & in cap. si duo de fratr. de nov. benef. invest.*
19 Quibus ita præmissis, inferendo ad casum census quoad fructus rei communis, dimidiam, quæ debetur ratione proprietatis prædii communis, ipsis tantùm fratribus attribuendam esse, cùm ad ipsos spectet proprietas, per id, quod legitur, & notatur in *l.* 1. *C. pro socio*, & sic illa dimidia inter ipsos fratres æqualiter subdividendam esse: aliam verò dimidiam, quæ jure operæ, & laborerii percipietur, deductâ parte debitâ ex opere boum, attribuendam esse dictis fratribus, & filiis alterius fratris in capita, & non in stirpes; & ita pariter fructus recollectos in rebus conductis, prout concludit *Bald. in l.* 1. *in* 9. *quæst. C. pro socio*, & dixit *Bartol. in cons.* 186. *incipien. Cacciarellus p.*6. *Alex. cons.* 99. *n.* 2. 3. *&* 6. *cons.* 133. *n.* 1. *lib.*2. *& cons.* 87. *n.* 1. *lib* 5. *Angel. cons.* 110. præcipuè *in fi. Mantica de tacit. & ambig. conven. lib.*6. *tit* 14. *n.*24. *&* 30. *Borgnin. decis.* 11. *p.*2. *& idem Bald. in l. si patruus in penult. q. C. commun. utriusque Jud.* ubi voluit quòd si duo fratres rustici tenentes terras ad laborandum, & unus eorum habeat filios laborantes, emolumentum dividi debet in capita inter eos, qui posuerunt operas in societate, etiam si adsint fi-
20 liifamilias alterius socii, qui sibi ipsis acquirunt proprietatem, patri verò usumfructum, ad *textum in l. cum oportet C. de bon. quæ liber.* & *Angelus in l. ex duobus ff. de*
21 *negoc. gest.* concludit, quòd si duo sint fratres in una familia rusticaliter habitantes, & unus habeat filios, qui multum operentur, & multum ponant in domo, & alter non, in divisione operum, filiorum habenda sit ratio, argumento *l. si id §. si quas ff. de donat. inter vir. & uxor. Michalor. de fratrib. p.*2. *cap.*35. *n.*50. *usque ad* 56.
22 Socius autem æquè industrius, ac alter, qui non solùm operas suas, sed etiam filiorum contulerit, is plus lucri debet accipere pro industria, & opera filiorum, *Bald. in l.* 1. *n.*13. *C. pro socio, Jas. in l. ut nemini n.*6. *C. de collat. Petrus de Vbald. de duob. fratrib. p.*6. *n.*14. *vers. sextò, & fortius, Angel. in l. ex duobus n.*3. *ff. de negoc. gest. & cons.* 113. *Anton. de Butr. cons.*7. *n.*3. *Alex. cons.*99. *n.* 6. *&* 7. *& cons.* 1... *n.*1. *lib.* 2. *cons.*77. *n.*2. *lib.* 5. *Corneus cons.* 20... *n.* 3. *lib.*4. *Paris. cons.*84. ...60. *& cons.* 65. *n.*13. *lib.*1. *Mantica de tacit. & ambig. convension. lib.*6. *tit.*14. *n.*20. *& seq.*
23 Et licèt pater, & filius reputentur una & eadem persona, ac proinde in divisione unam partem, & non tres consequi deberent, aliàs sequeretur quòd societas contrahi posset inter patrem & filium, etiam in
24 peculio profectitio: quod dici non potest, quia inter eos non oritur civilis obligatio,
25 *l. frater à fratre ff. de condict. indeb.* tamen quamvis cum solo patre sit contracta societas, nihil propterea obstat quin major debeat esse pars patris, quia plus contulit in societate: immo iniquum reputatur, filium, qui cum patre negotiatur, nihil ex industria & opera sua sibi posse acquirere, *l. cum oportet in prin. ff. de bon. quæ lib.* quam adducit *Bald. in l. si patruus n.* 16. *vers. præ-*
26 *supponendo C. commun. utrius Jud.* Siquidem plerumque opera pretii velamen est, & loco pecuniæ succedit, *l. cum duobus §. in commune ff. pro socio*: ita *Mantica de tacit. & ambig. convention. lib.*6. *tit.*14. *n.*22. *& seq.*
27 Nec propterea intelligitur quòd filius sit socius patris, sed vel alterius socii, vel saltem tamquam unus de familia censetur societati accedere, & per alium consocium recipi, dum non videtur dissentire; ac proinde post receptum lucrum, & utilitatem in divisione dissentire non potest, *Jas. in l. ut nemini n.* 6. *C. de collat. Angel. cons.* 112. *n.*2. *&* 3. *Alex. cons.*139. *n.*6. *lib.*2. *Decian. cons.*39. *n.*12. *lib.*2. *Corn. cons.* 144. *n.* 9. *in fi. & n.* 10. *lib.* 1. *& cons.* 27. *n.*12. *usque ad fin. lib.*2. *Cardinal. Mantica de tacit. & ambig. convention. lib.*6. *tit.*14. ...26. *&* 27.
28 Quæ licèt non habeant locum in societate omnium bonorum, juxta firmata in conclusione septima; & latè impugnando *decisionem* 11. *p.*2. *Borgn.* comprobat *Michalor. de fratribus p.*2. *cap.* 35. *à n.*1. *usque ad* 49. nullam tamen difficultatem patiuntur in sociis

ciis operum, inter quos divisio fieri debet juxta modum, & formam à *Borgn.* traditam ex originali opinione *Bartoli in consf.* 186. *p.*6. ut fatetur idem *Michalor. dicto cap.*35. *à n.*50. *usque ad* 56.

29 Inter Fratres quidem rusticos simul commorantes, viventes, & operantes non censetur inducta societas omnium bonorum, cùm eorum mens, & intentio ut plurimum est de contrahenda societate mensæ tantùm & operum; nam rustici, qui aliunde bona non quærunt, quàm ex propriis laboribus, non redditur verisimile quod voluerint cum aliis proprios sudores communicare, ut bene animadvertit *Michalor. dicto cap.*35. *sub n.*50. *& 51. & seq.* & docet *Bart. in l. Titium, & Mevium §. altero de administ. tutor. & in l. patruus C. commun utriusque Jud. Ruin. consf.* 29. *n.* 15. *lib.* 5. *Menoc. de arbitrar. cas.* 127. *n.* 15. *Rot. decis.* 569. *n.*8. *p.*2. *divers.*

30 Nec communis habitatio, & communis vita sufficit ad inducendam societatem, juxta communem opinionem, de qua testatur *Alciat. de præsumpt. in prima Regula præsumpt.*25. *n.* 1. *Dec. consf.*548. *n.*1. *Ancharan. consf.*202. *col.*1. *Ubald. de duob. fratrib. p.*6. *n.*24. *vers. contrarium, Menoc. de arbitrar. cas.*127. *n.*7. *Felic. de societat. cap.* 27. *n.* 60. *&* 61. *Rot. decis.* 169. *n.* 3. *p.* 2.

31 *divers.* cùm communio possit esse sine societate; quamvis è contra societas esse non possit sine communione, *l. ut sit ff. pro socio, l. ut in conductionibus ff. eod. tit. §. item quæritur instit. de oblig. quæ ex quasi contract. nascunt. Gratian. discept. forens. cap.* 547. *n.*28. *&* 29. *tom.*3.

32 Imò nec ex ipsa cohabitatione, & communicatione redditum præsumitur contracta societas etiam inter fratres, sed tantum videtur facta communio fructuum, *Dec. consf.*21. *n.*2. *consf.*421. *n.*1. *&* 2. *Natta consf.* 164. *n.* 1. *vol.*1. *Menoc. consf.* 12. *n.*19. *lib.*1. *Petrus de Ubald. de duobus fratribus p.*6. *n.*24. *vers.*2. *vero casu* cum aliis allegatis per *Mascard. de probat. vol.* 3. *conclu.*

33 1309. *n.*24. *&* 25. ubi etiam si fratres describi fecissent in æstimo bona per eos acquisita, nisi ulteriùs probetur, communionem bonorum, & cohabitationem factam fuisse animo rem communem habendi, & societatem contrahendi, ut tradunt Doctores relati per *Mascard. dicta conclu.* 1309. *n.*26. *vol.*3.

34 Societas enim non præsumitur, & tamquam quid facti ab allegante probari debet, *Natta consf.*358. *n.*4. *vol.*2. *Tiber. Decian. respons.*97. *n.*2. *vol.*2. præcipuè nisi expressè contrahatur, *l.* 3. *vers. cum specialiter ff. pro socio, Mascard. de probat. lib.* 3. *conclus.* 139. *n.*1. *&* 2. *Capyc. Latro decis.* 169. *n.* 26. *&* 48. *tom.*2. *Gratian. discept. forens. cap.*336. *n.* 24. *tom.* 2. *Burat. decis.* 397. *n.* 1. *& decis.*467. *n.*6. *Eminentiss. Cardinal. Otthobon. decis.*40. *n.* 6. *Rot. decis.* 126. *n.* 1. *&* 2. *p.*8. & rursus *decis.* 214. *n.* 15. *p.*6. *in recen. Surd. decis.* 267. *n.*6.

35 Et tacita non inducitur, nisi doceatur, prout in præsenti doctum non fuit, de vulgaribus tribus illis requisitis copulativè necessariis, nempe de communi habitatione, de communione omnium bonorum, eorumque promiscua possessione, & lucrorum omnium quomodocumque quæsitorum, & damnorum, & onerum communicatione, & quod nunquam inter eos fuerit reddita ratio, cùm isti actus fieri nequeant citra jus & nomen societatis; adeout non sufficiat unum sine altero, *Bart. in l. Titium & Mevium §. altero n.*5. *ff. de administ. tutor. & in l. si patruus n.*9. *&* 10. *C. commun. utriusque Jud. Dec. consf.* 21. *n.*1. *in fin. Cephal. consf.* 340. *n.* 2. *Crav. consf.* 26. *n.*5. *& consf.* 159. *n.* 1. *& consf.*204. *n.*14. *& consf.* 605. *n.* 4. *Anton. de Butr. consf.*81. *Ancharan. consf.* 148. aliàs 149. *incip. plura dubia & consf.* 302. aliàs 303. *Roman. consf.* 291. *Rolan. consf.*91. *n.*29. *&* 30. *lib.*1. *Dec. consf.* 36. *n.* 4. *&* 35. *lib.*1. *& consf.*85. *n.*5. *lib.*2. *Gabr. consf.*51. *n.* 1. *lib.*2. *Menoch. consf.* 37. *n.* 6. *Ruin. jun. consf.* 280. *n.* 18. *& seq. & consf.* 466. *n.*36. *&* 37. *Angel. consf.* 112. *Petrus de Ubald. de duob. fratrib. p.*2. *n.*1. *vers. unde dicebat, Mascard. de probat. lib.* 3. *conclu.* 1309. *n.* 8. 20. 21. 22. *&* 23. *Gratian. discept. forens. cap.*547. *n.* 1. *tom.* 3. *& cap.* 993. *n.*1. *tom.*5. *Mantica de tacit. & ambig. conventsion. lib.*6. *tit.* 10. *n.*2. *Rot. decis.*169. *n.*10. *p.*2. *divers. decis.*397. *n.*1. *& decis.*908. *n.*6. *coram Burat.*

36 Quo verò ad uxorem Isidori, visum fuit non esse admittendam ad aliquid participandum in hac societate operum; nam licèt mulieres unà cum viris in operibus rusticalibus concurrere soleant; attamen de lucro nihil participare debent, cùm earum operæ compensentur cum alimentis; ac proinde cedunt lucro virorum, à quibus percipiunt alimenta, per *gloss. in l. servis ff. de oper. lib. Bart. in l. Cajo Sejo in fin. ff. de aliment. & cibar. legat. Angel. in l.*1. *C. de leg. & in l. assiduis C. qui potior.* & ita de consuetudine tradit *Petr. de Ubald. de duob. fratrib. p.*4. *n.*17. *Michalor. de fratrib. part.*2. *cap.*35. *à n.*57. *usque ad* 60. *Borgniu. decis.*11. *à n.*8. *usque ad n.*14.

37 Veritas tamen est, ut prædicta indubitanter procedant in obsequialibus, & operibus domesticis, & rusticalibus, quibus rustici pauperes sibi quærunt victum; secùs tamen

si mulier esset Chirurga, Obstitrix, vel
aliquam aliam artem exerceret, cùm tunc ex
sua arte, & industria superlucrata effician-
38 tur suum proprium peculium, & ad ipsam
solùm spectarent; nisi tamen per illam ar-
tem non potuerit operare, & præstare viro
solitas, & debitas operas, & obsequia; nam
tunc arbitrio boni viri lucrorum communi-
catio fieri deberet, *Angel. in l. si uxorem,
C. de cond. infert.* ita *Michalor. de fratrib.
p.2. cap.35. n.60. Borgnin. decis.11. n.11.*
39 *part.2.* Prout etiamsi inter virum, & uxo-
rem esset contracta societas omnium bono-
rum, quæ inter eos contrahi potest, per *tex-
tum* expressum in *l. alimenta* 16. §. *qui so-
cietatem ff. de aliment. & cibar. legat. Pe-
trus Gerard. sing.99. Molin de ritu nuptiar.
lib.3. quæst.61.num.6. Tondut. quæst. Civil.
cap.109. n.1.*
40 Quinimo si duo fratres vel habeant, vel
conducant prædium ad laborerium, & inter
eos non sit contracta societas vitæ, vel seor-
sum habitent, & in communi non vivant,
& unus eorum fœminas habeat operas rusti-
cas conferentes, in prædii cultura aliquam
lucri partem arbitrio boni viri consequi de-
bent, cùm operarius dignus sit mercede suâ,
nec hoc casu dici potest, quòd compensatio
facta sit cum alimentis, sed potiùs censetur
ad hanc particularem societatem accessisse,
ex tacita acceptatione alterius fratris; dum
non contradixit, & passus fuit fœminas ope-
rari, quæ operari non solent absque merce-
de, vel lucro, *Jas. in l.1. n. 20. C. qui te-
stament. facere poss. Michalor. de fratrib.
p.2. cap.35. n.61.*
41 Sed si socii, aut unus eorum habeat pue-
ros, qui etiam aliquid operentur, in socie-
tate omnium bonorum, vel operum nihil
consequi debent, & eorum operas cum ali-
mentis compensari omnes affirmant *Petrus
de Ubald. de duobus fratribus p.4.n.14. Bor-
42 gnin. decis.11. n.11. p.2.* verùm quia etiam
impuberes aliquas operas præstare, & con-
ferre possunt, ad *Textum in l. ceterum ff. de
reb. vend. & in l. fin. ff. de lib. caus.* si aga-
43 tur de societate operum, cùm in jure sanci-
tum non sit à quo tempore veniant admitten-
di ad participationem fructuum, *Borgnius*
existimat quod post decimum quartum an-
num partem lucrorum consequi debeant uti
majores, ut in citata *decis.11. n.11. part. 2.*
44 in aliis enim secundùm diversas artes diver-
simodè circa ætatem judicandum esse subdit
Michalor. de fratribus p.2. cap.35. num.62.
45 *& 63.* & hujusmodi controversiæ secun-
dùm locorum consuetudines, quæ attendi
debent, vel arbitrio boni viri inspectâ qua-
litate operum, & industriâ puerorum termi-
46 nari debent: ubi enim lex non decidit ali-
quem casum, intrat arbitrium Judicis, *Paul.
de Rub. in addition. ad decis.417.n.101.p.4.*
47 *tom.3. in recent.* & in divisione partium
societatis standum est arbitrio boni viri, *Me-
noch. de arbitrar. Judic. lib.2. cent.1. cas.73.
num.4.*

Societas ex quibus inducatur, & probetur, & quæ lucra veniant inter socios communicanda.

SUMMARIUM.

1 Societas quid sit.
2 Quæ requirantur, ut inita censeatur.
3 Est plenè probanda per actus certos, & concludentes, n.4.
5 Conjectura ad inducendam societatem deducitur ex mandato dato ad emendum, & vendendum communi nomine, ex destinatione personæ ad aliquam negotiationem, & ex bonorum confusione.
6 Ita etiam ex confessione extrajudiciali sociorum, etiam emanata parte absente, saltem ad faciendam semiplenam probationem, si per duos testes contestes probetur, n. 7. præcipuè si sit geminata, n.32.
8 Confessio emanata parte absente de æquitate canonica probat. Limit. inter Romanos, inter quos servatur jus civile, n.9.
10 Jus civile servari debet, si à jure canonico non reperiatur specialiter correctum, & n.11.
12 Confessio extrajudicialis non probatur per testes singulares, sed per duos contestes de loco, tempore, & verbis
13 Probationes imperfectæ quando conjungantur ad plenè probandum.
14 Libri rationum sociorum faciunt præsumptionem ad deferendum juramentum in modicis summis.
15 Et ex dictis libris desumitur an sit contracta societas, si de communi consensu scripti fuerint, n.16 & aliis non concurrentibus conjecturis non probant contractam fuisse societatem inter simul habitantes, n.17.
18 Ex communione, & habitatione longi temporis an, & quando censeatur contracta societas, & n.19.
19 Longum tempus quando censeatur, & n.20. ubi de decennio.
21 Societas arguitur ex catastu communi, si de communi etiam collectæ solutæ fuerint.
22 Prout etiam ex expensis alicujus momenti sine aliquo computo, secùs ex modicis, & lucro modico.
23 Probatur etiam ex scriptura, & literis familiaribus.
24 Scriptura privata probat contra scribentem, & ejus hæredes, si sit recognita, n.25
26 Et habet vim publici instrumenti, si sit adminiculis fulcitâ
27 Apocæ privatæ ex statuto Urbis executioni demandantur.
28 Societas arguitur ex emptione communi nomine facta, dummodo re emptâ in communi usi fuerint.
29 Probatur quoque ex confessione judiciali.
30 Confessio à parte acceptata est irrevocabilis, & plene probat etiam contra hæredes acceptantis.
31 Et prævalet instrumentis, & aliis probationibus.
33 Ad probandam societatem confert publica vox, & fama, & n.34.
35 Societas probatur etiam per testes singulares.
36 Fama probatur per testes singulares.
37 Societas magis inducitur inter consanguineos, quàm inter extraneos.
38 Habitatio, & communis vita fratrum per se sola non est sufficiens conjectura ad inducendam societatem.
39 Ex quibus inter fratres censeatur inducta societas, & n.40. & 41.
42 Sed si plures fratres simul habitent, & eorum aliqui pupilli, vel minores sint, inter eos non censetur inducta societas: secùs si auctoritate tutoris bona, & negotiationes communicatæ fuerint, n.43.

44 So-

44 Societas omnium bonorum contrahi potest inter virum, & uxorem.
45 In societate omnium bonorum datur actio ad communicandum, & n.46. secùs in societate particulari, n.47.
48 Socius emens nomine proprio de pecunia communi acquirit sibi, non socio; tenetur tamen suam partem consocio restituere, n.49.
50 Societatis lucrum est inter socios æqualiter dividendum, si operæ unius socii respondeant pecuniæ per alterum collatæ, & n.51. In dubio industria pecuniæ censetur respondere, & Judicis arbitrio relinquitur, n.52.
53 Quando industria pecuniis respondeat finitâ societate, si nihil superlucratum sit, quomodo sit facienda divisio.
54 Societas sub certa forma contracta, eâ non servatâ, ut si non fuerit collata promissa pecunia, quomodo divisio facienda sit, & quid si plus collatum fuerit, n.55.
56 Inter socios si fuit expressa certa pars in solo lucro, vel damno, eadem quoque pars censetur expressa in eo, quod fuit omissum.
57 Socius tenetur pro rata, quam habet in societate, & n.70.
58 Limit. procedere inter ipsosmet socios, non autem respectu contrahentium, erga quos tenentur in solidum pro debito sociali. Declara hanc limitationem, ut in n.59. & in n.71.
60 Socius quamlibet portionem habeat sufficit, ut in solidum pro toto debito sociali obligetur, & n.61. Et quomodo hoc procedat, n.62. usque ad 66.
63 Obligatio in solidum habet locum inter socios, si appareat unum ab altero esse præpositum.
64 Socius etiam singularis tenetur de pecuniis versis in causam societatis.
65 Socii, si in diversis locis negotiantur, quilibet ex contractu alterius obligatur in solidum.
66 Socii, si promiscuè negotiantur, dicuntur habere tacitum mandatum à consociis de obligando omnes, & n.67.
68 Socius potest obligare personam, & bona consocii, etiam in forma Cameræ n.69.
70 Socius non obligatur nisi pro bonis positis in societate. Limit. procedere si bona posita fuerunt; secùs si tantum industria posita fuerit, n.71.
a Socii omnium bonorum in solidum obligantur.

ADNOTATIO I.

1 Quoniam societas non est aliud, quàm duorum, vel plurium in idem consensus lucri causâ, *Bald. conf.120. n.1. lib.1. Castr. conf.415. n.2. in fin. Rot. Januen. decis.14. n.48. Amat. Dunozet. decis.402. n.1. tom.1.* & ita etiam sentit *Azor. in summ. C. pro socio in princ. gloss. instit. de societ. in rub. speculat. in tit. de judic. §. generaliter verf. & nota, Petr. de Ubald. in tract. de duob. fratr. p.6. q.23. n.14. verf. contrariam partem puto veriorem,* ibi -- *quoniam societas* -- *Card. Mantica de tacit. & ambig. convention. lib.6. tit.2. n.18.*

2 Non censetur inita, nisi concurrant omnia requisita substantialia, nempe sociorum consensus, negotium particulare, & lucrum commune, *Amat. Dunozet. dicta decis.402. ante n.2.*

3 Plenè igitur, & concludenter est probanda, & per tales actus, qui citra jus, & nomen societatis fieri non possint; secùs è contra, *Corn. conf.251. post n.1. volum.4. Ceph. conf.247. n.20. Decian. respons.97. num.34. vol.2. Alciat. præsum.25. reg.1.* & esse de omnium mente testatur *Mascard. de probat. lib.3. concl.1316. n.48. Butr. conf.71. Anchar. conf.302. col.2. Alex. conf.37. col.2. in fin. vol.4. Ruin. conf.91. n.9. & 10. volum.1. Gratian. discept. forens. cap.336. n.2. & 3. tom.2. Surd. dec.267. n.6. Capyc. Latro dec.189. n.26. Cardin. Otthobon. dec.40. n.7. Rot. dec.214. n.15. p.6. decis.126. n.2. p.8. in recent.* cum aliis adductis per *Felic. de societ. cap.11. n.12.*

4 Actus verò debent esse omnino certi, & concludentes, & tales, qui de necessitate inferant societatem esse contractam; præcipuè si agatur ad inducendam societatem tacitam, & multò magis omnium bonorum, eùm tunc conjecturæ debeant esse plures, & graves, *Gratian. discept. forens. cap.336. n.1.2. & 21. tom.2.* ex *Dec. in conf.21. col.2. ad med. verf. talis enim societas n.1. & Cephal. in conf.247. n.20. lib.2. Menoch. lib.3. præsumpt.56. n.4.*

5 Conjecturæ autem inducentes societatem desumuntur, quando fuerit datum mandatum ad emendum, vel vendendum frumentum, merces, vel alias res communi nomine, prout etiamsi plures præposuerunt aliquem ad exercendam aliquam negotiationem, ita etiam ex bonorum confusione, ut ex *Decian. conf.97. num.40. lib.2. Gabr. in conf.157. n.5. lib.2. Mastril. dec.75. n.6. p.1. & decis.135. n. 20. & 21.* tradit *Gratian. discept. forens. cap.336. à n.14. usque ad 20. tom.2.*

6 Colligitur etiam ex confessione extrajudiciali; ut si confessi fuerint, se esse socios; vel si dixerint inter se iniisse societatem, vel omnium, vel aliquorum particularium bonorum, vel lucrorum; præcipuè si confessio facta fuerit præsente parte, *Soccin. conf.160. col.4. ante fin. n.8. verf. sed quid plura lib.2.*
7 & si confessio emanaverit absente parte, confert ad desumendam præsumptionem adversus confitentem; & saltem ad faciendam semiplenam probationem; dummodo per duos testes de eadem confessione doceatur: si tamen agatur de his, quæ dependent e voluntate duorum, secùs autem si in voluntate unius, in quibus non requiritur præsentia partis; nam tunc eidem hujusmodi confessio noceret, *Roman. conf.191. colum.4. post med. verf. tertio nec earum n.8.* & ibi *Mandos. in verbo præsumptionem, idem Mandos. ad eundem Roman. in conf.373. ad fin. in verbo determinat, & in verbo facere, Alex. conf.13. n.8. in fin. lib.1. Afflict. decis.375. n.3. & 4. Gratian. dicta discept.336. à n.5. usque ad 9. tom.2. Michalor. de fratrib. p.2. cap.14. n.17.*

8 Præcipuè de æquitate canonica, ex cujus dispositione confessio emanata parte absente probat, & præjudicat, *Bald. in Authent. simi-*

similiter sub n.1. vers. responde C. ad l. Falcid. Felin. in cap. si cautio sub num.27. vers. fallit 2. de instrumen. Ruin. conf.118. n.14. lib.1. Gabr. conf.40. n.57. vers. verum in terris Ecclesiæ lib.2. Corn. conf.215. sub n.5. vers. quinimo lib. 2. Marsil. singul. 202. sub n.2. post med. vers. & alius casus, Gabr. in tit. de confession. concl.1. n.46. & 68. Mascard. de probat. lib.1. concl.347. n.57. Afflict. decis.164. sub n.5. vers. inter specialitates, Caroc. decis.90. n.4. vers. contrarium videtur verius, Viv. decis.436. n.1. & seq. Put. decis.12. sub num.2. ubi quod à Rota semper secuta fuerit hæc opinio, *& dec.53. n.1. vers. quia confessio lib.2.* in *correct. Gregor. XV. decis.* 408. *n. 2. Rot. in Pampilonen. pensionis coram Sacrato* inter impressas *penes Marchesan. de commission. to.1. fol.545. decis.124. n.1. post Cenc. de censib. decis.158. sub n.11. vers. quod saltem p.1. decis. 404. n.2. p.2. decis.113. n.9. decis.136. n. 4. decis.256. n.2. part.5. decis.87. n.2. dec. 214. n.10. decis.218. n.5. p.6. in recent.* cum aliis allegatis per *Monet. de commutat. ult. volunt. cap.20. sub n.150. vers. in quibus,* & per *Tiraqnell. de privil. piæ causæ privil.*163.

9 Sed hæc conclusio, & æquitas canonica non habet locum inter Romanos, inter quos servatur jus civile ex statutaria dispositione *Beltram. in addition. ad Greg. XV. dec.408. num.5. in fin. Cardin. Seraphin. decis.* 487. *n.13. Rot. decis.*214. *num.11. & decis.256. n.1.2. & 3. p. 6. in recent.* num. 4. subdit statutum Urbis in *cap.42. lib.1. de servando*
10 *jure civili*, non fuisse à jure canonico correctum, adeout jus civile venit omnino servandum, nisi specialiter reperiatur à jure canonico correctum, *Rot. decis.37. n.4. post Picum ad Statutum Urbis decis.65. n.2. post lib.2. consil. Farinac. Fenson. ad Statut. Urbis lib.1. in cap.42. n. 4.* & in *cap.140. n.13.*
11 *Capr. cons.70. n.12.* & ratio est, quia tunc non dicitur amplius jus civile.
12 Confessio tamen extrajudicialis non probatur per unicum testem, nec per testes singulares; sed saltem per duos contestes de loco, tempore, & verbis, *Castr. consf.296. sub n.3. vol.1. Paris. cons.60. n.45. volum.4. Ancbar. conf.227. sub n.5. Cephal. conf.325. n.19. Gabr. conf.40. à num.13. usque ad 41. lib.2. Gratian. discept. forens. cap.144. n.51. & plurib. seq. tom.1. Fenson. ad Statut. Urbis in cap.179. sub num.12. Amat. Dunozet. decis.254. n.5. decis.323. n.15. & decis.704. n.2. Burat. decis.113. n.35. decis.117. n.5. & decis.458. n.5. & 8. Afflict. decis.* 364. *n.4. vers. tamen ista confessio*, ibique *Ursil. in annot. n.2. in fin. Rot. decis.170. num.2. post 2. vol. conf. Farinac. decis.* 406. *n.3. decis.700. n.33. decis.711. n.3. p. 2. decis.113. n.9. & 10. decis.187. n.15. decis.192. n.22. p.5. decis.214. n.10. & decis.244. n.15. p.6. in recent.*

13 Adeout, si unus testis deponat de veritate, & substantia contractus, & societatis, ut quia illi contractui interfuit; alter testis deponat de fama, alius de aliquo alio adminiculo seu indicio; Isti tres testes non conjunguntur ad plenam probationem; sed tantum junguntur indicia plura ad plenè probandum, quando unumquodque indicium est sufficienter probatum per duos testes: ita notabiliter tradit *Bald. in l. si quis ex argentariis §.1. ff. de edend. Alex. in cons.13. n.19. tom.1. Gratian. discept. forens. cap.336. n.10. & 11. p.2.*

14 Ulterius pro habenda quadam præsumptione non tamen pro plena probatione, recurrendum est ad libros rationum utriusque partis sociorum, quæ præsumptio saltem suffragari, & deservire potest pro deferendo juramento in modicis summis, ut ex *Bald. in conf.204. n.2. ante fin. lib.1.* tradit *Gratian. dicta discept.535. n.14. tom.2.* & quòd
15 ex libro rationum de facili demonstrari possit, an sit contracta societas vel omnium bonorum, vel particularis, vel lucri, & quæstus, tradit *Bart. in l. Titium, & Mejum §. ultro n.6. ff. de admin. tut. Strac. de mercat. p.2. n.53. & seq. Mascard. de probat. lib.3. concl.1316. n.16. Soc. conf.83. col. fin. lib.1. & conf.164. sub n.4. lib.2.* ubi quòd ex inspectione librorum societatem, ejusque speciem probari, *Menoch. conf.12. num.16. lib.1. Ruin. sen. conf.* 349. *lib. 2. Bertaz. conf. civil.19. n.30. lib.1. Michalor. de fra-*
16 *trib. p.2. cap.14. n.36.* ubi *in fin.* declarat procedere, si liber de consensu confocii vel fratris fuerit scriptus, *Alex. conf.186. n.1. & 2. lib.2. Hect. Felic. de societat. cap.11. num.44.*

17 Regulariter verò ex codice rationum, facto inter simul habitantes, etiamsi in eo præscribantur data, & accepta, non tamen inter istos præsumitur contracta societas, nisi aliæ concurrant conjecturæ, ex quibus inferatur, societatis contractum initum fuisse, *Jas. conf.2. col.4. vers. decimo facit volum.3. Decian. conf.21. n.6. vers. ultra prædicta, Menoch. conf.12. n.17. Alciat. de præsumpt. regul.1. præsumpt.2. num.1. Joseph Ludovic. concl.53. vers. quintadecima conjectura*, quos refert *Mascard. de probat. lib.3. concl.1316. n.33.*

18 Insuper desumitur conjectura ex habitatione, & communione secuta per cursum longi temporis inter fratres, vel alios; nam tunc de facili præsumitur inter ipsos contractam fuisse societatem omnium bonorum, dummodo communio facta fuerit tamquam de bo-

de bonis communibus, & non de solis fructibus; & ulteriùs quòd omnia alia undecunque provenientia communicata fuerint; cùm sola communicatio fructuum etiam longa ad hunc effectum non sufficiat, ad *Textum in l. Procula ff. de probat. Bart. in l. Titium, & Mevium §. altero n.5. & 6. ff. de admin.tutel. & in l. si patruus num.*10. *C. com. utr. jud. Rub. Alex. conf.* 87. *n.*1. *& conf.*91. *in princ. & n.*1. *Crav.conf.*159. *n.*1. *& conf.*131. *n.*12. *Jas. conf.*2. *num.*10. *&* 18. *vol.*3. *Soc. conf.*160. *sub n.*6. *& consil.*192. *vol.*2. *Dec. conf.*66. *conf.*68. *& consil.*303. *Barbat. conf.*34. *vers. item in casu nostro, Menoch. de præsumpt. lib.*3. *præsumpt.*56. *n.*34. *Mantica de tacit. & ambig. convent. lib.*6. *tit.*10. *num.*21. *Michalor. de fratrib. p.*2. *cap.*14. *n.*1.

19 Et longum tempus ad hunc effectum esse spatium 30. vel 40. annorum tradit *Mantica de tacit. & ambig. conven. lib.*6. *tit.* 10. *n.*21. sufficere tamen decennium dicunt *Salicet. in l. si patruus C.com. utr. Jud. Alex. consil.*25. *in fi. lib.*1. *Bald. in conf.* 481. *vol.*

20 5. *Ceph. conf.* 483. *n* 3. Etenim decennium pro longo tempore reputatur, ut ex *rubr. C. de præscript.* 10. *vel* 20. *annor.* & ita tenet *Bart. in l.* 1. §. *quod autem n.*3. *ff. de superfic. Quaranta in summ. Bullar. in verb. alienat. rer. Ecclesiæ n.* 17. *Bertaz. clauf.* 15. *glo.*2. *n.*9. *insi. Antonel. de tempore legal. lib.*1. *cap.*10 *n.*1. Contrarium verò quòd decennium dicatur modicum tempus, docet *Surd. decis.* 15. *n.* 10. *circa med. ex Marzar. Petra, & Alciat.* quos allegat.

21 Resultat quoque conjectura, si omnia in communi catastro de communi consensu fuerint descripta, dummodo etiam de communi fuerit collectarum facta solutio, ad *textum in l. jura C. de om.ag. desf. lib.* 10. *Hect. Fel. de societ. cap.*11. *n.*15. *Rom. conf.* 291. *n.*6. *Menoch. conf.* 122. *n.*29. *lib.* 2 *& de præsumpt. lib.*3. *præsumpt.* 6 *n.*22. *Mantica de tacit. & ambig. conventione. lib.*6. *tit.* 10. *n.* 19. *Bart. conf.* 22. *lib.* 2. *Soc. sen. conf.* 18. *lib.*1. *conf.*46. *in fi. lib.*3 *& conf.* 129. *n.* 14. *lib.*4. *Roman. conf.*291. *n.*7. *vers.*2. *istud & n.*8. *v. tertiò nec eam, Jas. in conf.*2. *col.*7. *vers.*7. *ultra lib.* 3. *Soc. sen. in conf.*160. *col.* 5. *in fi. lib.*2. *Michalor. de fratrib. p.*2. *cap.* 15. *à n.*24. *usque ad* 27.

22 Ex expensis etiam alicujus momenti sine aliquo computo factis, arguitur societatem omnium bonorum initam fuisse: secùs autem ex modicis expensis, & sumptibus, & modicis lucris in commune collatis; quia in his facilè donatio præsumi posset, argumento *l.* 1. *cum. l seq. ff. de his, qui de vel. uff. Bart. in l. Titium & Mevium §. altero n.*6. *ff. de adm. tut. Bald. in l.* 1. *C. qui testam. facere poss. Jas. conf.* 2. *n.* 17. *&* 18. *vol.*3. *Ruin. conf.*92. *n.* 10. *lib.*1. *Cardinal. Mantica de tacit. & ambig. convent. lib.* 6. *tit.*10. *n.*17. *Michalor. de fratrib. p.* 2. *cap.* 14. *n.*14. *&* 15.

23 Ex privata quoque scriptura probatur societas, & præcipuè ex familiaribus litteris socii, alteri socio propriâ manu scriptis, in quibus eum socium nominet, vel aliter de societate mentionem faciat; cùm litteræ, præsertim sigillatæ, contra scribentem probationem faciant, *Tiber. Decian. conf.* 97. *n.*28. *&* 30. *Hect. Felic. de societ. cap.* 11. *n.*11. *Mascard. de probat. lib.*3. *conclu.* 1316. *n.*6. *Michalor. de fratrib. p.*2. *cap.*14. *n.*21.

24 *&* 22. Scriptura enim privata, si sit recognita, non solùm probat contra scribentem, *l. publica* §. *fi. ff. depositi, Cravet. in tract. de antiq. tempor. p.*1. *n.*3. *Rot. Gennen. decis.* 77. *n.* 13. *&* 16. *Cardinal. Seraphin. decis.* 1039. *n.*8. *Amat. Dunozet. decis.* 542. *n.*2. *Rot. post Zacchiam de oblig. cameral. decis.*34. *n.*1. ad notata per *Bart.* & alios scribentes *in l. scripturas C. qui potior. in pign. habeant. Tiber. Decian. conf* 15. *n.* 25. *lib.* 1. *Curt. jun. in l. admonendi n.* 41. *ff. de jurejur. idem Bart. in l. nuda ratio C. de donat. Bald. in l. ultima C. si. cert. petat. & in l. admonendi ff. de jurejuran. Abb. in cap.* 2. *de jure instrument. Jas. conf.*9. *n.*16. *lib.*2. & in puncto societatis *Paris. conf.*83. *lib.* 1.

25 Verùm etiam contra ejusdem scribentis hæredes, & singulares successores, dummodo pariter recognita fit, aut aliter justificata, etiam si non essemus in antiquis, & ipsa scriptura non haberet subscriptionem testium, *Speculat. in tit. de instrum. edit.* §. *nunc dicendum col. fi. Bart. in auth. si contractui C. de fid. instrument. Bald. conf.*175. *col.*2. *lib.*3. *& conf.* 466. *in prin. lib.* 1. cum aliis relatis per *Mascard. de probat. lib.* 1. *conclu.* 109. *n.*2. *& lib* 3. *conclu.* 1301. *n.* 2.

26 imo, si de ejus veritate appareat, habet vim publici instrumenti, præcipuè si adminiculis fulcita fit, *Bald. conf.* 198. *n.*5 *lib.*1. *& conf.*279. *sub n.*1. *lib.* 4. *Cyriac. controvers.*252. *n.*13. *Rot. Bononien. decis.* 15. *n.* 8. *Rot. in Romana, seu Januen. cambii* 27. *Novemb.*1651. §. *quoad primum, coram Bi-*

27 *chio.* Et ex *statuto urbis lib.*1. *cap.*83. Apocæ privatæ scriptæ, seu subscriptæ manu cujuscumque personæ, contra ipsum scribentem executioni demandantur, sicut publica instrumenta, non obstante quòd in ea non sit appositus locus, tempus, causa, & partis præsentia, secùs de jure communi ad *textum in l. cum de indebito* §. *fi. ff. de probat. cap. si cautio de fide instrument. Fenson. ad dictum statut. Urbis cap.*83. *n.*20. *& seq.*

L 2 28 Emptio

28 Emptio pariter communi nomine facta
arguit societatem ; prout etiam si quis com-
muni nomine faciat conscribere instrumen-
ra acquisitionum ; dummodo tamen hujus-
modi emptio, vel instrumentorum conscrip-
tio facta fuerit , aliis scientibus , & patien-
tibus ; omnesque postea re empta, uti com-
muni,usi fuerint animo contrahendi societa-
tem, vel contractam continuandi : secùs au-
tem si ad alium finem , vel distrahendi , vel
inter se dividendi , Bald. in l.cum duobus §.
si fratres vers. adverte ff. pro socio , Alex.
cons.38.n.1. lib.5. Menoch. cons.46. n.5. lib.
1. Mantica de tacit. & ambig. convent. lib.
6.tit.10.n.18. Michalor. de fratrib. p.2.cap.
14.n.6. cum tribus sequen. Mascard.de pro-
bat.lib.3.conclu.1316.n.29.
29 Probatur quoque ex confessione judicia-
li , ut si quis vel respondendo positionibus ,
vel aliter dixerit , se esse socium omnium
bonorum , Decian. cons. 160. vol. 2. Hector
Felic. de societat. cap.11.n.41. Michalor. de
30 fratribus p.2.cap.14.n.19. Quæ confessio ,
postquam à parte acceptata fuerit , redditur
irrevocabilis ; & contra ipsum confitentem,
ejusque hæredes plenè probat ; etiam si fue-
rit inter alios emissa , Purpur. in l.2. n.10.
ubi Dec.n.62. & Vicomercat. n. 54. C. de
eden. & sancitum est in l. 1. C. de confess. l.
2.C. de custo. & exhib. reor. l.1. §. divus ff.
de quæst.cap.fi. & cap. vestra , ibique glos.
de cohabit. cleric. & mulier. cap. cum olim
in fi. de verbor. significat.cap. fi. de restit.
spoliat. Corn.cons.224.vol.4. Rom. cons.290.
in fi. cum aliis plenè relatis per Mascard. de
probat.lib. 1. conclu. 348. n. 1. Surd. decis.
325.n.12.Rot. in Bononien. pensionit coram
Penia apud Marchesan. in tract. de commis-
sion p.1.fo.617.sub n.2. & decis.790.n.2.co-
31 ram Amat. Dunozet. tom.2. ubi n.16.sub-
dit quod hujusmodi confessio sit fortior in-
strumento, & quacumque alia probatione ,
ex Bald. in cons.192.n.8 lib.2. Surd. in cons.
60.n.1.Cardinal. Mantica decis.57.n.9.
32 Quinimo probatur etiam societas ex con-
fessione extrajudiciali , ut supra diximus
n.6. præcipuè si sit geminata , Gabr. in tit.
de confes. conclu.1. n. 60. Brunor. à sole in
suis proposit. jur. in verbo confessio gemina-
ta extrajudicialis,Gras. de exception. succes.
except.14.n.82. Decian. in cons.6. n. 55. lib.
3. Mancin. in tract. de confes. cap.2. art.14.
Fens. n.ad statut. Urbis in cap.479.n.9.& 10.
& 12. Afflict. decis.337.n.5. Magon. decis.
Lucen.46. n.9. Gregor. XV. decis. 408. n 3.
& in puncto societatis consuluit Jas. in
cons.2. n.25. lib.3. Michalor. de fratrib.p.2.
cap.14. n.18.
33 Confert etiam publica vox , & fama ad
dijudicandum , societatem contractam fuis-
se , & saltem ad semiplenam probationem
desumendam , l. in bonæ fidei ff. de jur. ju-
rand. Bald. cons.482.sub n.1.3. & 4. vol. 5.
Ruin. cons.102. n.10. vers. & quia constat
de veritate , & n.11. lib.1. Mantica de ta-
cit. & ambig. convention. tit. 6. cap. 10. n.
23. Michalor. de fratrib. p. 2. cap. 14. n.10.
34 cum sequen. dummodo testes de societate
contracta deponentes , concludentem red-
dant rationem , nempe de actibus sociali-
bus , ex quibus fama suborta fuerit , ac as-
serant , quòd pro sociis communiter ab om-
nibus cognoscentibus eos habiti fuerunt; ut
ultra suprà citatos Doctores , optimè com-
probant Mantica dicto lib. 6. tit. 10. sub n.
23. & Michalor. dicto cap.14. n.11. & 12.
35 Sufficerent tamen ad hunc effectum etiam
testes singulares deponentes de pluribus, &
diversis actibus societatem respicientibus ,
ut ex Ruin. cons. 92. lib. 1. Bald. cons. 125.
lib. 5. Corn. cons. 134. lib. 1. Alex. cons.
134 lib.5. Michalor. de fratrib. p.2. cap. 14.
n. 12. Et quòd fama probetur per testes
singulares, sive singularitas sit respectu per-
sonarum , puta si unus testis nominet ali-
quos in auctores , alter verò nominet alios ,
sive singularitas sit respectu loci , ut si unus
dicat , se audivisse in platea ; alter verò in
burgo , sive singularitas sit respectu tempo-
ris , ut si unus dicat , se audivisse tali die ,
36 alter verò alio die , quia hujusmodi singula-
ritates non vitiant probationem famæ , ut
egregiè tradit Bart. in l. de minore §. pluri-
mum n.4. ff. de quæst. Alex. cons. 51. n. 5.
vol.1. Ruin. cons. 128. n. 11. vol. 4. Abb.
cons.25. n. 6 Curt.jun. cons.64. col.5. in fi.
Bald. cons. 401. n.2. vol.3. Anser. ad Capel.
Tolos. decis. 379. vers. quid si testis , Pur-
purat. in l.1.n.107. ff. si cert. petat. Mascard.
de probat. lib. 2. conclu.749. n. 23. Gabr. in
tit. de testib. conclu. 2. n. 36. Petra de fidei-
commis. q. 1. n.277. Farinac. qui alios alle-
gat, in tit. de indic.& tortur. q.47. n.265. &
seq.
37 Inter consanguineos verò , & sanguine
conjunctos , veluti inter fratres , inter pa-
truum , & patruelem, & hujusmodi , multò
magis inducitur societas quàm in extraneis,
ratione affectionis , amoris , & bonæ corre-
spondentiæ , quæ vicissim inter eos interce-
dere solet , Anchar. in cons.149. n.3. Bero.
in cons.190. Alciat. præsumpt.23.n.3. vers.
sed tamen considera reg.1. Mascard. de pro-
bat. lib.3. concl.1316. n.45. & 46. ubi quod
ita sit intelligendus Bart. in l. Titium , &
Mevium §. altero in fin. ff. de administ. tut.
Gratian. discept. forens. cap.547. n.2. to.3.
38 Communis tamen habitatio, vita , ac lu-
crorum communicatio hinc inde acquisito-
rum , & retentio computorum dati , & re-

cepti

cepti inter fratres non præbent sufficientem conjecturam ad inducendam societatem omnium bonorum, casus est in *l. ex Patre §. filius ff. famil. ercifcund.* & in *l. cum duobus §. si fratres* aliàs incipit *l. si fratres*, & ibi notat *Bald. ff. pro socio, Bart. in l. Titium, & Mevium §. altero n. 5. vers. primo casu ff. de admin. tutor.* & in *l. si Patruus n. 9. vers. ego verò clarius dico C. commun. utrius. Jud. Mantica de tacit. & ambig. convent. lib. 6. tit. 10. n. 9.* juncto *n. 11. Gratian. discept. forens. cap. 993. n. 2. 4. 6. & 9. cum seq. tom. 5.* & comprobat *Rot. decis. 169. per tot. p. 2. diversor.*

39 Quod si fratres post mortem patris per longi temporis cursum, scilicet viginti annorum, & ampliùs, tamquam socii omnium bonorum in communione permanserint, omnia promiscuè agendo, & sine calculo rationum possidendo, omniaque lucra undecumque quæsita communicando, & se invicem, sicut faciunt veri socii omnium bonorum, tractando, communique utendo gazophilacio, seu arcâ, in qua reposita sint lucra hinc inde communicata, tacitè inter eosdem societas contracta intelligitur, *Bald. in l. si Patruus n. 14. C. com. utr. Jud. Jas. in l. 1. num. 7. vers. tu ergo ex prædictis ff. qui testam. facere poss. Soc. sen. cons. 291. in princ. lib. 2. Anchar. cons. 302. dub. 1. Angel. cons. 83. dub. 3. circa fin. Natta cons. 91. circa fin. Cardin. Mantica de tacit. & ambig. convention. lib. 6. tit. 10. n. 5. cum*

40 *duob. seq.* Ubi quod hoc procedat, etiamsi unus tantùm negotietur, & etiamsi non simul cohabitent: facit *Rot. decis. 1*[illegible]*9. nu. 7. part. 2. diversor.* cum aliis congestis per *Menoch. lib. 2. præsumpt. 56. à n. 25.*

41 Regulariter tamen non censetur contracta societas inter fratres, & sanguine conjunctos simul habitantes, si unus tantùm negotietur, nisi alii fratres, vel affines communicarent ea, quæ sibi aliunde obveniant, vel ex causa donationis, vel ex perceptione fructuum beneficiorum, & similium; nam tunc præsumitur contracta societas cum fratre negotiante, ut lucra efficiantur communia: ita *Bald. in l. si patruus n. 15. C. communia utriusque Jud. Jas. in cons. 2. col. 6. vers. tertiò facit lib. 3. Cepol. cons. 40. num. 3. in civilibus, Anchar. cons. 302. n. 7. Alex. cons. 49. num. 3. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 56. n. 22. & 23.*

42 Sed si plures fratres vel affines unà simul habitent; sed eorum aliqui, vel pupilli, vel minores sint, inter eosdem non præsumitur contracta societas, propter præfatorum minorum inhabilitatem ad contrahendum: undè Patruus gubernans personam, & rem nepotis non dicitur contraxisse societatem, quamvis bona simul in communi retinuerit, cùm censeatur motum fuisse intuitu pietatis, adeout non debeat tamquam socius communicare, sed rationem reddere, *Soccin. jun. cons. 24. n. 5. vol. 2. Paris. cons. 76. n. 2. vol. 1. Menoch. cons. 12. n. 11. vol. 1. Alciat. præsumpt. 25. n. 1. & 2. reg. 3. Joseph. Ludovic. concl. 53. vers. debent etiam, Mascard. de probation. lib. 1. concl. 31. num. 16. & lib. 3. concl. 1316. num. 40. Gratian. discept. forens. cap. 336. n. 3. & 4. & cap. 993. n. 6.* cum aliis copiosè congestis per citatum *Menoch. lib. 3.*

43 *præsumpt. 56. n. 6.* & *n. 12.* declarat, hoc non procedere, quando Pupillus habeat tutorem, qui communicet bona, & negotiationes aliis fratribus, & illi vicissim tutori nomine pupilli, vel minoris; cùm hoc casu præsumatur contracta societas nomine pupilli, vel minoris, vel respectu negotiationis, vel etiam omnium bonorum, aliis necessariis, & habilibus concurrentibus: ita *Bald. in l. si Patruus num. 15. vers. item dico C. commun. utrusque Judic.* & in *l. mandatum in 2. oppos. C. mandat. Jas. in l. 1. n. 6. vers. primo limita C. qui testam. facere poss. Alex. cons. 49. num. 2. in fin. lib. 1. Abb. in cons. 87. lib. 2. Martin. Lauden. in cons. 34. n. 2. Corn. in cons. 1. n. 8. lib. 1. Tiraquell. in tract. de legib. connub. in gloss. 5. n. 20. Decian. cons. 36. n. 16. lib. 1. Mascard. de probat. lib. 1. concl. 31. n. 16.*

44 Societas omnium bonorum contrahi potest etiam inter virum, & uxorem; & contracta censetur, si omnia eorum bona confusa uti communia semper habuerint, est *Textus* expressus in *l. alimenta 16. §. qui societatem ff. de aliment. & cibar. legat. Petrus Gerard. sing. 99. Felic. de societat. cap. 3. n. 3. 4. & 5. Molin. de rit. nuptiar. lib. 3. qu. 71. n. 6. Tondut. quæst. civil. cap. 109. n. 1. & seq.* qui loquitur in casu, quo concurrebat ipsorum conjugum declaratio quòd erant socii.

45 Quando enim est contracta societas omnium bonorum, datur actio ad communicandum, *Bald. in l. fin. in fin. C. si quis alter. vel sibi, Bart. in l. si patruus n. 8. C. commun. utriusque Jud. Cardinal. Seraphin.*

46 *dec. 540 n. 2.* cùm socius hoc casu teneatur communicare cum socio quidquid acquirit etiam nomine proprio, ejusque industriâ labore, & operâ, *l. si quis societatem contraxerit ff. pro socio, gloss. in l. si Patruus C. commun. utriusque Jud. Bart. in l. Titium, & Mevium §. altero n. 3. in fin. ff. de administ. tutor. Bald. in l. si ut proponis n. 6. vers. ista vera sunt, C. de rei vendic.* & in *l. 1. n. 2. vers. idem non esset C. si quis alteri, vel sibi, Roman. in cons. 291. n. 10. Petrus de Ubald. de duob. fratrib. p. 5. n. 3. vers. primo quæro*, qui de communi, *Alex. cons. 49. n. 12.*

n.12. & seq. & præcipuè *num.15. lib.1. & cons.37. n.7. lib.4. & cons.137. num.2. lib.5. Alciat. cons.49.n.16. lib.9. Mantica de tacit. & ambig. convent. lib.6. tit.16. n.21. & 22. Rot. decis.247. n.3. & 4.* & rursus *dec.227. n.7. p.9. in recen.*

47 Secùs autem, si societas sit partis, & non omnium bonorum, quo casu si socius aliquid acquirat proprio nomine etiam ex communi pecunia, non tenetur communicare, sed efficitur acquirentis, *l. si quis societatis ff. pro socio, l. si patruus Cod. Commun. utriusq. Iud. l. si ea pecunia C. de rei vend l. ad probationem C. de probat. §. igitur liberi instit. per quas personas nobis acquirat. Roman. cons.13. in prin. Angel. cons.85. in prin. Alex. cons.37. n.6. & 7. lib.4. Ancbar. cons.31. n.2. vers. quinimo & si de pecunia communi, Cardin. Mantica de tacit. & ambig. convention. lib.6. tit.16. n.19. Surd. decis.304. n.3. Rot. decis.227. n.8. & decis.297. n.5. p.9. in re-*

48 *cent.* ubi *n.13.* quòd præcipuè procedat si emptio, vel contractus initus à socio extra naturam, & causam societatis obveniat, quo casu non tenetur communicare; sed si em-

49 ptio fuit facta de pecunia communi, socius tenetur consocio ejus partem restituere, ut tradunt Doctores suprà citati, & præcipuè *Mantica d. n.19. in fin. Surd. d. dec.304. n.3.*

50 Sed si inter socios actum non fuerit de modo dividendi lucrum maximè in casu quòd unus posuit capitale, & alter operam. tunc si pecuniæ per alterum collatæ correspondeant industriæ, & operibus alterius, lucrum inter eos erit æqualiter dividendum, cùm plerumque pauperior ex opere suppleat quantum ei per comparationem patrimonii deest, ut inquit *Iurisconsult. in l. societas*

51 *ff. pro soci.*, & quandoque tanta est industria socii, ut plus societati conferat, quàm pecunia, *d. l. si non fuerint §. ita coiri ff. pro socio, Purpurat. in l si pascenda n.15. & seq. C. de pact. Socc. sen. cons.265. per tot lib.2.* cum aliis allegatis per *Rot. dec.402. num.3. & 4. coram Amat. Dunozet.*

52 Et in dubio industria pecuniæ censetur correspondere, *l. cum duobus §. si in coeunda ff. pro socio*; & in omnem casum relinquitur judicis arbitrio, ut tradit *Menoch. de arbitrar. Iudic. lib.2. cent. 2. cas.125. n.3.*

53 ubi subdit, quòd quando industria pecuniis correspondeat, si finitâ societate nihil superlucratum sit, pecunia pro capitale ab alio posita dividi debeat; non autem è contrà si industria non correspondeat, cùm tunc divisio arbitrio Judicis facienda est, habitâ ratione pecuniæ, & industriæ, per *Textum in l. si societatem mecum ff. pro socio*, pulchrè *Soccin. jun. in cons.74. n.12. lib.2. Didacus lib.3. var. resol. cap.2. n.2.*

54 Sed quando societas sub certa, & determinata forma contracta sit, sed forma illa servata non fuerit, nempe si socius promiserit contribuere operas, & alter scuta 200. cum pacto quòd æqualis sit lucri divisio, & socius non contulerit nisi centum, lucri divisio hoc casu facienda est arbitrio boni viri, habitâ ratione lucri cessantis ad favorem socii, qui paratus erat conferre operas pro summa promissa ob non collatam integram summam a consocio non adimplente ex par-

55 te sua: prout è converso, quando quis promisit conferre centum, & contulit ducenta, adhuc ratione illorum centum divisio lucri arbitrio Judicis facienda venit, habitâ pariter ratione, ut qui plus contulit, plus accipiat, *l. si non fuerint ff. pro socio, Bald. in l.1. q.4. C. pro socio*, ibique *Salic. q.7.* latè *Soccin. jun. cons.74. n.8. lib.2. Alba cons.53. n.1. Paris. cons.85. num.12. & 13. lib. 1.* ita ex *Petro Ubald. in tract. de societat. in 5. part. princ. q.19.* tradit *Menoch. de arbitrar. Iud. lib.2. cent.2. cas.125. n.4. & 5.*

56 Quòd si fortè inter socios expressæ fuerint partes in solo lucro, vel in solo damno, eadem quoque pars censetur expressa in eo, quod fuit omissum, ne dicatur societas Leonina, cùm inter socios, sicut lucrum, ita damnum commune esse debet; propterea participans de lucro pro rata participationis lucri proportionabiliter tenetur ad damnum & ad solutionem æris alieni, ut probat *Textus in §. illud expeditum instit. de societ. l. utrum §. fin. ff. de reb. dub. l.1. C. de impub. & aliis substit. Jas. cons.27. n.11. lib.2. Harthman. Pistor. q.1. lib.3. n.30. Mornacch. de di. is. b. n. lib.2. cap. 5. in princ. Amat. Dunozet. decis.402. n.8. tom.1.*

57 Et licèt socius teneatur pro illa rata, & portione, quam habet in societate, & non ultra, *Dec. in l. si socius n.4. ff. si cert. petat. Ancbar. cons.332. col.2. n.4. & 6. vers. postremo. Paris. cons.93. n.31. & cons.94. n.28. lib.1. Bald. cons.125. n.2. vers. sed si fuisset probatum lib.5. Strac. de mercat. in tit. de contract. mercator. n.15. Osasch. decis.150. n.8.* qui de communi testatur, *Rota Jannen. decis.14. num.11.* ubi pariter de communi, *Rot. Romana decis.402. n.9. coram Amat. Dunozet. tom.1.*

58 Hoc tamen limitatur, ut procedat inter ipsosmet socios, quorum unus erga alium tenetur solùm pro sua rata, & portione, non autem respectu contrahentium, erga quos quilibet ex sociis tenetur in solidum pro debito sociali, *Castr. in cons.205. n.3. lib. 2. Menoch. cons.410. n.12. Rot. Jannen. dec.97. n.7. & 8.* cum aliis per *Osasch. dec.150. n.6. Cardin. Mantica de tacit. & ambig. convention. lib.6. tit.22. n.7. vers. & quamvis*, ubi ita

ita dixisse *Rot. coram Robust. Gratian. discept. forens. cap.967. num.35. tom.5. Amat. Dunozet. decis.402. n.10.*

59 Sublimitatur, & declaratur supradicta limitatio, ut socius teneatur quidem in solidum erga contrahentes, & respectu tertii; non tamen pro toto debito, sed pro ea dumtaxat quantitate, quam ipse habet in societate; quia obligatio repræsentatur in corpore societatis; & ideo contrahentes sibi imputare debent, si investigare neglexerint qualitatem, formam, & quantitatem societatis eorum, cum quibus contrahunt, ut inquit *Ancbar. in cons.332. col.2.n.4. vers. non obstat, Dec. in l. si socius n. 4. vers. & notandum est ff. si cert. petat. Castr. in l. 1. §. non autem n.4. ff. de exerc. act. & in l. sed etiam pupillus §. conditio n. 2. ff. de instit. act. Paris. cons.93. n. 53. & cons. 94. n. 28. lib.1. Cardinal. Mantica de tacit. & ambig. conven. lib.6. tit. 22. n. 8.* & firmavit *Rot. decis.402.n.11.12. & 13. tom.1. coram Dunozet. junior.*

60 Et quamvis non videatur referre quòd socius habeat portionem in societate, ad hoc ut in solidum pro toto debito obligetur; nam quemadmodum obligatio in solidum habet locum inter socios, quando ipsi gerunt actus sociales per institores, *l. si tamen plures ff.*

61 *de exercitor. action.* ita pariter quando per se ipsos, cùm tunc socii respectu contrahentium videantur in solidum se obligari, & non tantùm pro rata, cùm in utroque casu militet eadem ratio ad similitudinem institoris, & sic unus socius obligat alium in solidum, cum censeatur præpositus invicem societati totius, & unus censetur institor alterius, & tamquam fidejussor obligatur in solidum, *ad textum in l. ne quidquam ff. de exerc. action. & in l. habeant ff. de instit. action. Rot. Jannen. decis. 14. n. 20. vers. decimo insurgebat, Gratian. discept. forens. cap.279. n. 44. & 45. tom. 2. & cap. 967. n. 36. & 37. tom. 5.* ubi allegat *Menoc. in cons.410. à n.45. usque ad 9. lib.5. & Felic. de societat. cap.30. n.31.*

62 Tamen dicta jura procedunt, vel quoties plures socii unam mercaturam, seu rationem ministerio unius socii exercent, in qua omnes socii obligantur ex consensu, & in solidum teneri volunt pro toto debito sociali, etiam si portionem tantùm in societate haberent, cùm tunc consensus obligat quemlibet ex sociis in solidum pro toto debito, non autem portio, quæ utique non posset efficere, ut socius in totum teneretur, nisi ex proprio consensu manifestè etiam pro aliorum sociorum portionibus teneri vellet, & sic distinguendo, & Doctores allegando docet *Marqu. de divis. bonor. lib.2. cap.4. n. 19. & seq.* quem sequitur *Rot. decis. 402. n.16. & 17. coram Amat. Dunozet. tom.1.*

63 Vel quoties tacitè appareat unum ab altero propositum, cùm tunc semper procedat obligatio in solidum, *Petrus de Ubald. de duob. fratrib. p.9. in prin. adden. ad Alex. in cons. 148. in verbo rata lib. 2. Gratian. discept. forens. cap.967. n.38. & 39.* præci-

64 puè hoc procedit si æs alienum sit contractum ob causam societatis, & in communem utilitatem sint versæ pecuniæ, cùm tunc etiam in societate singulari, & simpliciter contracta socius teneatur, *l. jure societatis ff. pro socio, Paris. cons. 94. n. 22. lib. 1. Alex. cons.139. n.5. lib. 5. & cons. ultim. n. 10. vers. ad istud posset multipliciter respondere lib. 7. Ancbar. cons. 332. n. 29. Dec. cons.98. n.2. Paul. Castren. cons.358. n.3. & cons.366. lib.2. Paris. cons.94. n. 22. lib. 1. Cardinal. Mantica de tacit. & ambig. convention. lib.6. tit.22. n. 4. Gratian. discept. foren. cap.967. n.39. tom.5.*

65 Vel quoties plures sint socii unius negotiationis, qui in diversis locis negotiantur, cum tunc invicem intelligantur esse præpositi, adeout quilibet ex contractu alterius obligetur, ut subdit idem *Cardinal. Mantica de tacit. & ambig. convention. lib.6. tit. 22. n.8. in fi. vers. sed si plures ex Bart. in l. 1. §. ultim. & in l. si tamen ff. de exercit. action. & in l. ejus qui n.31. ff. si cert. petat. & Paul. de Castr in l. 1. §. ultim. n. 1. & 2. ff. de exercit. action.* & ex *Alex. in dicta l. ejus qui n. 9. ff. si cert. petat. Paris. cons.93. n.3. & 4. lib.1.*

66 Vel quoties socii promiscuè negotiantur, modò unus, modò alter, ne in plures distringatur is, qui cum uno contraxit; tum quia omnes videntur invicem præpositi societati totius, ac proinde si ambo socii eamdem stationem tenent, & modò unus, modò alter contrahit, ex contractu

67 unius alter obligatur in solidum, cùm unus censeatur habere ab altero tacitum consensum, & mandatum ad contrahendum, & obligandum per *textum in l. Titianus ff. quod cum eo, l. ne in plures*, ubi *glo. ff. de exercitor. action. Rot. decis.302. n. 1. coram Gregor. XV.* ibique *Adden n.1. & decis.61. n. 5. post Pic. ad statut. Urbis, & decis. 193. n.1.2. & 3. post Zacch. de oblig. cameral. & decis.246. n.8. & 9. p. 6. in recent.* & hanc opinionem tenet *Rain. de For.* quem citat & sequitur *Bald. in l. cum te in Gallia in fi. C. si cert. petat. vers. cave tamen, Bald. in cons. 263. n.3. vol.5. Angel. in cons. 286. col. 2. Capra in cons.52. n.7.* ubi allegat *Castrens. Fulg. Cuman. Abb. Card. & Alex.* & rursus facit *Bart. in l. nemo ex sociis ff. pro socio & Bald. in rub. C. pro socio n.7. Dec. in l. socius*

socius n.3.ff.si cert. petat. cum aliis allegatis
per *Surd.decis.*213. *n.*1. *&* 2. *Gratian. dis-
cept. forens. cap.* 191. *n.* 39. *& cap.* 967. *n.*
40.*tom.*5.
68 Adeout socius contrahens potest obliga-
re non solùm personam socii, verùm etiam
ejus bona, ad effectum pariter ut detur rea-
lis actio contra possessores bonorum socii,
cùm mandatum censeatur datum cum om-
nibus facultatibus apponendi omnia, quæ
de stylo, & consuetudine in obligationibus
apponi solent; ac proinde si potest obligare
personam, quæ est dignior, multò magis po-
terit obligare bona: ita pro absoluto suppo-
69 nit *Bald in cons.*263.*in fi.vol* 5.& latè com-
probat *Surd. decis.*213.*n.*3. *vers. conclusum
tamen fuit usque ad n.*8. *&* 69. etiam cum
obligatione camerali, *Gratian. discept.* 391.
*n.*39. *Rot. decis.*193.*n.*3.*post Zacch.de oblig.
cameral.* Contrarium tamen tenet *Alex. in
cons. ult.col.fi. vers. rursus posito vol.* 7.
70 Et licèt alii dicant quòd socius non obli-
getur, nisi pro bonis, positis in societate,
ut voluit *Anchar cons.*332. *col.*2. *n.*4.*Dec.
in l.si socius n.*4. *ff. si cert. petat. Paris. cons.*
93. *n.*31. *vol* 1. *Strac. in tract. de contract.*
71 *societat. n.*15.*fol.*82. Hoc tamen sibi locum
vindicare potest, si in societate bona, res,
& merces positæ fuerint; secùs quando nihil
ponitur in societate præter industriam, ut
si plures sint unius vectigalis, vel aliorum
bonorum conductorum socii, cùm hoc casu
fraudarentur creditores: ita *Surd. decis.*
213.*n.*8. *vers. & quamvis*; & hoc *Surdi* di-
ctum esse probabile dixit *Rot. decis.* 402,
*n.*18.*&* 19. *coram Amat.Dunozet.*
72 In societate verò omnium bonorum qui-
libet in solidum obligatur, & omne æs alie-
num permanente societate ab uno ex sociis
contractum, de communi solvendum est,
etiam si in communem arcam pecuniæ ver-
sæ non fuerint, *Mantica de tacit. & ambig.
convention.lib.*6.*tit.*22. *n.*2.*&* 3. per *textum
in l. omne æs alienum, & in l. si socii simus
in prin.ff. pro socio, Petrus de Ubald. de duo-
bus fratribus p.*6.*n.*10. *vers. septimo, Decia.
cons.*84.*n.*6.*&* 7.*lib.*2.

Societas ad caput salvum, & animalium, an, & quando sustineatur.

SUMMARIUM.

1 Societas ad caput salvum omni jure damnatur.
2 Bulla Sixti V. super societate ad caput salvum procedit tam si capitale salvum remanere debeat, quàm si lucrum ad certam quantitatem fuerit expressum, præcipuè salvâ sorte, n.3.
4 Negotiatoribus pecuniam dantes, & eâ salvâ aliquid sperant, usuram committunt.
5 Bulla Sixti V. de societ. ad caput salvum, ut habeat locum tria copulativè requiruntur, primò quod capitale sit salvum, 2. ut sit semper salvum 3. ut sit salvum damno, & periculo socii minoris.
5 Constitutio non habet locum, ubi ejus verba non verificantur.
7 Societate finitâ, si capitale extet, ei, qui contulit, restituendum est, nisi fuerit communicatum, vel aliter conventum, & n. 8. Et si non extet ex quibus detrahendum sit, n.19.
Fructus verò expensæ, & damna inter socios in communi conferre, & dividi debent, ibidem, n.7.
8 In societate, in qua unus ponit operam, alter verò capitale nisi aliter conventum sit, non fit communicatio capitalis.
9 Opera in societate censetur apposita loco interusurii pecuniarii capitalis.
10 Ponens pecuniam in societate potest sibi reservare illarum dominium.
11 Contrahens societatem rei suæ non desinit esse dominus.
12 Conventio quòd capitale in fine restituatur simpliciter concepta, cum intelligatur quatenus extet, non est usuraria.
13 Societas salvo capitali licitè fieri potest adiecto alio contractu assecurationis sortis, & certi lucri, soluto tamen socio suscipienti in se periculum justo pretio, vel ejus loco de minori lucri participatione.
14 Societatis contractus tamquam de jure gentium est licitus
Contractus assecurationis non improbatur, ibidem. Declara, ut in n.15.
16 Reducitur ad contractum emptionis venditionis.
17 Periculum capitalis pertinet ad conferentem non ad operam ponentem.
20 Pactum in animalium societate appositum, quod pecora prædii mortua de ipsius prædii fœtibus resarciantur, non est usurarium, & valet. Declara, ut in n.21. Ampl. præcipuè si prædium quis ponit communiter æstimatum, n.23.24. & 25.
22 Contractus societatis pecudum cum pacto quòd fœtus ipsorum ad me spectent usquequo sim de meo capitali redintegratus, & pecora postea sint communia, non est usurarius.
26 Dispositio, quæ de grossis animalibus statuit, ex identitate rationis de minutis etiam intelligi debet.
27 Grex, & armentum æstimatum in societate positum, si casu fortuito pereat, socius ponens dimidiam dictæ æstimationis à socio minori repetere potest. Ampl. ut in n.28.
29 Oves, in societatem datæ regulariter non efficiuntur communes, sed solùm fœtus, lac, lana, & hujusmodi: undè in divisione capitale est restituendum, Et quid quando agni sunt facti castrones, porcelli porci.
30 Inter socios lucra, & damna debent esse communia etiam post eorum mortem, n.31.
32 Aes alienum à socio omnium bonorum contractum de communi solvendum est, nisi ejus culpâ, vel maleficio debeatur, & n.31.
33 Socii omnium bonorum singuli in solidum obligantur.
34 Socius tenetur socio pro sua tantùm portione, aliis tamen in solidum obligantur.
35 Socius singularis, & non omnium bonorum non obligatur à socio, nisi aes alienum ex causa societatis contractum sit, & in communem utilitatem pecunia sit conversa, vel casu fortuito perierit.
36 Ampl. ut ita restringatur Textus in l. jure societatis ff. pro socio.
37 In societate particulari, ut socius teneatur ad aes alienum solvendum, est probanda versio.
38 Versio probatur præsumptionibus, & conjecturis.

ADNOTATIO II.

1 Societas ad caput salvum, & integrum omni jure improbatur, & tamquam illicita, & usuraria damnatur; adeout admitti non debeat societas animalium, vel quarum-

cumcunque aliarum rerum, in qua socius ea lege pecuniam, animalia, vel alias res confert, ut nullum earum subeat periculum, sed capitale salvum maneat, & lucrum certum percipiat, *l. si non fuerint*, cum ibi notatis *ff. pro socio, l.1.* & ibi *Bald. q.9. n.11.C.eod. tit. gloss. in cap. plerique vers. negotiationibus* 14. *q.*13. *Abb. in cap. naviganti n.*1 t. *de usur. Dec. in l. si pascenda n.*8. *C. de pact. & in cons.*116. *n.*5. *Castren. cons.*55. *n.*1. *& per tot. lib.*2. *Roman. cons.*288. *num.*7. *&* 8. *Socc. cons.*265. *n.*7. *lib.*2. *Cravet. in cons.*145. *n.*18. *Ruin. cons.*463. *n.*7. *&* 8. *Natta consil.* 403. *n.*1. *Gomez var. resol. lib.*2. *cap.*5. *n.*5. *Felician. de censib. lib.*1. *cap.*5. *num.*15. *Felic. de societat. cap.*18. *Sotus de justit. & jur. lib.*6. *q.*6. *art.*2. *vers. quaestio*, *Lopez de contract. & negotiat. lib.*1. *cap.* 65. *vers. quaestio haec*, *Rebell. de oblig. just. lib.*15. *q.*2. *n.*1. *Ferret in notis ad Guid. Pap. q.*186. *Franc. Marc. decis.*889. *n.*12. *Cardin. Mantica de tacit. & ambig. convention. lib.* 6. *tit.*6. *n.*t. 2. *&* 18. *Leotard. de usur. q.*36. *n.*2. *&* 16. *Borgnin. Cavalcan. decis.*13. *in ordine* 59. *n.*5. *p.*2. *Vermigliol. cons.*413. *n.*1. *Rot. decis.*552. *n.*11. *p.*2. *in recent.* cum aliis per *Scac. de commerc. & camb. §.*3. *gloss.* 3. *n.*35. & expressè cavetur *in Bulla Sixti V. incip. detestabilis avaritiae sub datum Kalendis Nov.*1586. ex ordine in *Bullar. inter suas Constit.* 46. *super societat.* ad *caput salvum*.

2 Propterea Bulla Sixti V. sibi locum vindicat, non solùm quando capitale remanet salvum damno, & periculo alterius socii, non obstante quocunque fortuito casu; verùm etiam quando lucrum ad certam quantitatem fuit expressum, ut ex ipsius constitutionis contextu colligitur, & tradit *Farinac. in cons. crim.*54. *in prin. tom.* 1. praecipuè si

3 de certa lucri quantitate conventum fit, salvà sorte, nempe si recipiens suo periculo pecuniam, annuam praestationem promittat ad rationem scutorum octo, vel decem; nam hujusmodi contractus non est societatis, sed potiùs mutui, & foenoris; undè similis redditur societati Leoninae, dum qui pecuniam recipit, & operam confert, duplex damnum recipere, & sentire potest, scilicet pecuniae, & operarum, est *gloss.* notabilis, *in l. cum duobus §. item ex facto*, conjuncto *Textu ff. pro socio*, *Ruin. in cons.*102. *n.*1. *&* 2. *lib.*1. *Rim. jun. in cons.*463. *num.*12. *&* 30. *cum seq. Jo. de Anna in cons.*92. ibique *Lud. Bolog. in addition. Abb. in cons.*114. *num.*1. *&* 2. *lib.*2. *Navarr. in cap.*17. *n.*258. *Ugolin. in lib. de usur. cap.*55. *in fin. Cancer. var. resol. lib.*3. *cap.*7. *n.* 50. *Hartman. Pistor. lib.*3. *cap.*2. *n.*30. *Cardin. Mantica de tacit. & ambig. convention. lib.* 6. *tit.* 7. *num.*3. *Leotard. de usur. quaest.* 31. *num.*3. *&* 4.

4 ubi quòd hoc extendatur etiam ad eos, qui dant pecunias negotiatoribus, & artificibus, ut ex eis negotientur, vel artem exerceant, adiecto pacto, ut capitale sit salvum, & restituendum creditorum arbitrio; si captant, & lucrum sperant, licèt de eodem nullum pactum, seu conventio inita fuerit, sed simpliciter remissum discretioni Mercatoris, & artificis; tamen hoc casu etiam committitur usura, à qua relevari, & excusari non possunt eo quòd se exponant periculo amittendae sortis ob decoctionem, & inopiam mercatorum, & artificum, qui quandoque foro cedunt, & efficiuntur non solvendo, ut inquit *Peguer. decis.*32. *n.*18. per *Textum in cap. usura*, & in *cap. plerique* 14. *q.*3. & in *cap. consuluit de usur. Dec. in cons.*116. *n.*7. *Anton. Gomez var. resol. cap.*5. *n* 5. *vers. quartò infero*.

5 Bulla autem *Sixti V.* improbans societatem ad caput salvum, ut habeat locum, tria copulativè videntur requiri, primò quòd capitale sit salvum, secundò ut sit semper salvum, tertiò ut sit salvum damno, & periculo socii minoris; ut expressè ex verbis constitutionis colligitur, & animadvertit *Farin.*

6 *in cons. crim.*54. *n.*4. *t.*1. adeout ubi verba constitutionis non verificantur, ibi nec ipsa constitutio locum habere potest, *l.*4. *§. ait Praetor*, & ibi *Alex. n.*25. *ff. de damn. infect. Felin. in cap. nonnulli sub n.*34. *vers. ubi verba de rescript.*

7 Hinc deducitur, quòd, societate finità, si capitale extet, ei, qui illud in societate contulit, restituendum est; nisi socio requirenti fuerit communicatum, fructus verò expensas, & damna in commune conferre, & pro ut aequum, & justum fuerit, inter se communicare, & dividere debent, juxta dispositionem *Sixti V. constitutionis in §. si verò.* Etenim in societate, in qua unus ponit operam, alter verò capitale, nisi aliter fuerit conventum, non fit communicatio capitalis, neque dominium transfertur; adeout in societate in dubio potiùs intelligatur positus

8 usus rei; quàm ipsa res: ita ex *Bald. in l.*1. *q.*2. *ad med. vers. sed respondetur quod non est verum n.*4. *C. pro socio*, ibique *Salic. n.*2. & ex *Dec. in l. si paciscenda* 8. *n.*1. *C. de pact.* ibique *Socciu. in princ.* tradit *Gratian. discept. forens. cap.*360. *n.*8. *tom.*2. *Leotard. de usur. q.*31. *num.*29. *vers. contrarium*, *Gail. pract. observat.*24. *n.*6. *lib.*2. *Felic. de societ. cap.*39. *n.*3. *Costa de ration. rat qu.*41. *n.*4. *Scortia ad citatam Constit. Sixti V. Theor.* 366. & expressè cavetur *in eadem Sixtina Constitutione*, ibi — *si verò finità societate ipsum capitale extat, ei, qui in societatem contulit, illud restituatur, nisi socio recipienti fuerit communicatum*.

9 Opera enim ponitur loco interusurii pecuniarii capitalis, & sic pretium operæ est loco commodi interusurii medii temporis ipsius pecuniæ, non autem loco sortis, & sufficit quod propter capitale, & illo mediante possit sperari lucrum, absque eo quod operam præstans ullam partem lucretur de capitali, ut ex Alex. in cons.131.n.3.post med. vers. nec obstat secundum lib.5. subdit Gratian. dicta discept.360.n.10. vers.opera enim & num.11.

10 Quinimo socius, qui posuit pecunias, illarum dominium sibi reservare potest, si lucrum, & damnum sit commune, ut in terminis societatis, in qua unus posuit pecuniam, alter industriam,& operam, dixerunt
11 Natta in cons.406.n.1. in fin. Rimin. jun. in cons. 399. n. 63.in fin. lib. 4. quia nemo contrahendo societatem, rei suæ definit esse dominus l.si tibi areæ §.Julianus ff.de præscript. verb. & dixit Rot. decis.402. num.5. coram Amat. Dunozet.

12 Ulteriùs deducitur quòd promissio, seu conventio quòd suum capitale in fine restituatur, si non sit concepta expressis verbis, quibus voluerit suum capitale salvum fore, non sapit usurariam pravitatem,utpote quia venit in obligatione secundum naturam contractus, quando scilicet capitale in negotiatione nullum damnum, aut incommodum fuisset passum, ad Textum in §.illud expeditum instit. de societat. Calder. in cap. naviganti q.7. de usur. quos refert,& sequitur Rot. in Cremonen prætensarum usurarum ultima Aprilis 1592. coram Orano impress. post cons 52. Farinac. n.24. circa med. vers. nec etiam contrarium tom.1.

13 Potest tamen ponens capitale, vel pecuniam in societate, ejusdem capitalis, seu pecuniæ periculum evitare, & se tutum reddere,de certa lucri quantitate paciscendo salvà forte, duobus contractibus initis, scilicet assecurationis sortis, & assecurationis certi lucri, seu venditionis incerti lucri justo pretio; & sic faciendo quòd socius suscipiat in se periculum pecuniæ in societatem collatæ,soluto tamen eidem suscepti periculi pretio, vel loco pretii inito pacto de tanta minori participatione lucri, qui assecurationis contractus sicuti fieri potest cum tertio, ita etiam cum socio absque labe usurariæ pravitatis. Siquidem Sixti V. constitutio non solùm nominatim non prohibet, nec damnat hos duos contractus societati admisceri,cùm ex natura rei liciti sint, dummodo justo, & æquali pretio commutentur, adeout eadem constitutio recipiat interpretationem à jure communi, ut hujusmodi commercii genus minimè comprehendat; verùm etiam eundem Sixtum V. de hac re consultum vivæ vocis oraculo respondisse, se non damnasse societates iis pactis initas,quas auctores classici comprobarunt, sed eas dumtaxat, quas iidem auctores communi calculo condemnarunt, ut ex Scortia Theorem. 367. in fin. & Bernard.Justin.lib. de contract. cambior. q.10. n.9. refert Leotard. de usur.q.31.n.13. Scaccia de commerc. & cambiis §.3. gloss.3. n.35.36.& 37.cum seq. Navarr.in manual. confess. cap.17. n. 254. vers. notandum, & sub n.257. vers. ad quæsita, Covarr. var.resol. lib.3. cap.2. n.4. Leonard. Less. de just. & jur. lib.2. cap.25. n. 23. Petrus Perusin. in tract. de duob. fratrib. 4.p.q.1. Gennen. in negotiat. pecuniæ super camb. in formula singraphæ q.5. n.15. Natta in cons.403.n.5. vers. nihil autem, & in cons.404. sub num.4. vers. prima interpretatio, lib 2. Ugolin. de usur. cap.55. §.1. n.1. Marescott. var. resol. lib.2. cap.133. n. 21. Bellon. de potest. ear. quæ incontinen.lib.1.c.31. n.5. & 6. Molfes. ad consuetud. Neap.q.18.& de contract. c. 11.n.41.Strac.in tract. de assecurat. in præf. num.44.Corrad. de contract. licit. & illicit. tit.6. q.96. in 1. & 2. q. Borgnin. decis.13. in ordine 59. n.57. p. 2. Bonacin. in tit. de contract. dis.3. q.6. punct.3 n.8. Azor. lib.9. cap.3. q.7. Duard. in tract. de societ. lib.2. cap.4. q.7. n.9. & 21. Card. de Lugo dis 30. sect.4. n.40. Vermigliol. cons.crim.413. n.2. Coccin. decis.70. in fin.

14 Et ratio est quia contractus societatis tamquam juris gentium licitus est, l.5.de just.& jure,& contractus assecurationis, seu conventio suscipiendi periculum tam sortis, quam lucri pro certo pretio nec improbatur l. in nave ff. locat. l.1. §.sæpe ff.deposit. dum-
15 modo hæc omnia justo, & æquali pretio commutentur, Marescott. var. resol. lib.2. cap.133. n.21. Dec. in cons.111. n.10. Scaccia de commerc. & camb. §.2. gloss.3. n. 37.
16 Leotard. de usur. quæst. 31. num.14. Assecuratio enim reducitur ad contractum emptionis, & venditionis, ex quo oritur actio tam de jure civili,quàm canonico, Gratian. discept. forens. cap 589. n.1. & 2. tom.3. & fuit dictum in voto RR. PP. Pænitentiariorum Basilicæ Sancti Petri impresso post decis.160. p.4. tom.2. in recent. n.15. ex Less. lib.2. de just. cap.28. dub.4. Strac. de sponsion. §.item quærit n.1. fol.115. Petrus Santern. de assecuration. num.5.& 6. Rot. Januen. decis.25.n.1. Rot. Romana decis.229. n.8. p.6. in recent.

17 Cessante igitur hujusmodi assecuratione si capitale, vel pecunia casu aliquo amissa sit, ejus periculum ad eum dumtaxat pertinet, qui eam contulit, juxta vulgatam juris regulam, quòd res pereat periculo domini, l. pignus Cod. de pignor. act. l. certi in fin. ff. de

ff. de reb.cred. ita docent Bald. & Castrens.
in l.1. Cod.pro soc. Oinot. in §. de illa n.6.
instit. de societat. Scort.Theorem.364. Cost.
& ration. rat. quæst.118. num.8. Felic. de
societ. cap.16. num. 5. Navarr. cap. 17.
n.252. Facbin controverf. jur. lib.2. cap.95.
siquidem socius, qui operam præstat in societatis
dissolutione, si capitale reperiatur
salvum, vel pecunia collata salva existat, sicuti
nullam partem capit, ita nec aliquod
damnum ex ejus amissione sentire debet,
18 Leotard. de usur. q.31. n.30. & 31. ubi subdit
quòd pecuniæ à socio collatæ, si res societatis
salvæ manent, eâ finitâ primo loco
extrahi debeant ex ipso corpore societatis,
eique, qui eas contulit, restituendæ sunt, ut
19 disponitur in eadem Sixtina constitutione,
ex Bart. in l. 1. C. pro socio, Corn. cons. 54.
n.7. lib.1. Cravet. cons. 433. n. 34. Felic. de
societ. cap.39. n.3. quòd si non extet pecunia,
debet is, qui pecuniam contulit ex superexistentibus
mercibus, instrumentis societatis,
& nominibus debitorum, aliisque rebus communibus
collatam sortem percipere, nisi
aliud conventum fuerit; sed si nihil omnino
superesset, illius damno cedere debet, ut suprà
deduximus, & comprobat Leotard. de
usur. q.30. à n.32. usq. ad 35. qui alios allegat
20 In societate animalium, puta si pecudes
fuerint datæ æstimatæ, non tamen fuerit conventum,
ut tempore divisionis, & earum restitutionis,
si numerus non erit completus,
teneatur socius minor de suo illum complere
in pecunia, sed tantùm adiectum pactum
ut, durante societate, fætus subrogentur in
locum demortuarum: quod quidem pactum
non solùm non est contra æquitatem, & justitiam,
sed omnino æquissimum, & justum
reputari debet, cùm unusquisque bonus vir
sive proprietarius, sive usufructuarius ita
facere debuisset, ut de eadem grege fiat hujusmodi
subrogatio; tum quia ex hoc pacto
non resultat, ut capitale sit semper salvum:
etenim si tempore divisionis non adessent tot
fætus, qui sufficerent ad complendum numerum
pecudum demortuarum, tunc utique
socius minor non tenetur alios fætus, seu pecudes
subrogare ex alio grege; & consequenter
cùm capitale salvum dici nequeat,
tale pactum tamquam conforme juri communi,
& ejusdem æquitati non censetur
improbatum à Bulla Sixti V. dum expressè
admittit pactiones secundùm justitiam, &
æquitatem juris communis: ita Farinacc.
cons. crim. 52. n.5. & 7. juncto n.8. t.1. ubi,
ad comprobandum, tale pactum esse conforme
juri communi, allegat Textum in l.
vetus in fin. in l. vel inutilium, & in l. quid
ergo ff. de usufruct. §. in pecudum, & §.seq.
instit. de rer. divis. & ibidem Aret. num.1.
in fin. & dixit Rot. in Anagnina usurarum
4. Martii 1607. coram Manzanedo impressa
post Michalor. de fratribus decis. 1.
num. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. repetita post
2. vol. cons. Farinac. decis. 235. per doctrinam
Corrad. de contract. q. 97. in 4. casu,
21 ubi distinguit quòd aut socius minor, qui
ponit operam tenetur ex pacto oves perituras
ex fætibus tantùm pro ejus parte tangentibus
resarcire, & capitale positum per
socium majorem reintegrare; & hoc casu
pactum redditur illicitum: sed si de communibus
fætibus, & pactum erit licitum; quia
in hoc neuter gravat alium plus justo, dum
uterque ad hanc reintegrationem contribuat.
22 Quinimo quòd non sit usurarius contractus
societatis, in quo quis dat alicui pecora
cum pacto quòd fætus omnes ipsorum
integrè ad ipsum spectent, usque quo sit reintegratus
de toto suo capitali, & postea pecora
sint communia; quia ex isto pacto licèt
capitale reintegretur de fætibus gregis non
tamen de spectantibus ad pastorem conferentem
in societate solam industriam, sed
omnino de spectantibus ex conventione ad
illum, qui contulit gregem in societate; adeout
si grex pereat, antequam de fætibus sit satisfactus,
nihil dominus gregis consequi debet
à socio minori; & consequenter cùm non
dicatur tradidisse gregem immortalem, neque
per modum mutui cum usura, hujus
societatis genus reputatur licitè contrahi
posse, ut tradit Lau. de Rodul. in tract.
de usur. cap.2. q.22. Anton. eod. tract. §.39.
n.61. secut. per Lup. eod. tract. comment.3.
§.1. n.14. Corrad. de contract. qu. 97. cas.4.
Rot. dicta decis.1. num.8. post Michalor. d.
fratrib. & post 2. volum. cons. crim. Farinac.
decis. 235.
23 Ac proinde quòd non sit usurarius, sed licitus
societatis contractus, in quo quis ponit
præcodium ovium communiter æstimatum,
adjecto pacto quòd quolibet anno pecora
præcodii mortua debeant de fætibus illius
anni resarciri, ut capitale integrum remaneat,
ultra superiùs tradita n.20. deducitur
ulteriùs, quia præcodium traditur æstimatum,
quo casu censetur emptio venditio,
argumento l. æstimatæ ff. solut. matrimon. l.
plerumque §. si ante matrimonium ff. de jur.
dot. & in nostris terminis tradit Angel. de
Perigl. in tract. de societ. p.2. n.19. vers. quinto
casu, Bald. in l. pascenda C. de pact. ubi
Cornel. & Paul. de Castr. Dec. n.16. & Alex.
in fi. Ambrosius de Vignate in tract. de usur.
in cap. salubriter ante n. 189. quibus addo
24 Leotard. de usur. q.31. n.8. Et sic qui tradit
pecora æstimata censetur medietatem animalium
pastori, seu socio minori vendere,

& de pretio illius medietatis illi fidem facere; unde dominium pro medietate vendita cùm in pastorem transferatur, periculum quoque pro medietate uterque subire debet, per regulam *textus in l. pignus C. de pignor.* Et in puncto est *textus in l. cum duobus §. damna ff. pro socio*, ubi communiter scribentes, tradunt etiam *Bald. & Paul. de Castr. in l. si pascenda C. de pact.* ibique *Jas. n. 2. Dec. n. 16. Ambrosius de Vignate in tract. de*
25 *usur. in cap. salubriter ante n. 189.* ac proinde licitum redditur pactum, quod pecora mortua resarciantur de fœtibus communibus: etenim dum damnum est commune, de re communi pariter resarciri debet, ex quo excluditur quòd capitale salvum conservetur; adeout pactum reduci nequeat ad mutuum, sine quo non datur usura *ex textu in cap. consuluit de usur.* ita firmavit *Rot. decis. 1. per totam post Michalor. de fratribus & post 2. vol. cons. crim. Farinac. decis. 235.*

26 Quod procedit sive agatur de animalibus grossis datis æstimatis, ut sunt boves, sive de minutis ex identitate rationis, ut bene notat *Angel. de Perigl. in tract. de societate p. 2. n. 14. in fi.* & dixit *Rot. dicta decis. 1. n. 5. post Michalor. de fratrib.*

27 Ex quibus infertur quòd grex, vel armentum æstimatum in societate positum, si casu fortuito pereat, socius non potest repetere totam æstimationem, cùm sit contra naturam societatis, sed bene potest repetere dimidiam dictæ æstimationis; quia habetur perinde ac si dimidiam alteri socio mutuasset: undè ad effectum eam exigendi non excluditur, licèt quoad terum excludatur. *Rot. Genuen. decis. 27. n. 7.* ubi quod hæc doctrina à nemine reprobetur, *Petrus de Ubald. de duobus fratribus circa 8. p. prin.*
28 *sub n. 11. circa med. fol. mihi* 124. ubi quòd equâ datâ in soccitam, si tractu temporis deteriorata sit æstimatio facta inter, eos pro medietate periculum deteriorationis pertinet ad socium majorem, pro alia medietate ad socium minorem.

29 Oves autem in societatem datæ regulariter, si aliter conventum non fuerit, non efficiuntur communes; fœtus verò, lac, lana, & hujusmodi sunt communia inter socios, undè capitale non est commune, sed melioramentum; & deterioramentum, ut si dedissem agnos in socciram, in actu divisionis quantum tempore, quo in soccitam dati fuerunt, valebant, tamquam capitale, ante omnia detrahendum est, illud autem, quod crescit, ut quia agni sunt facti castrones, porcelli porci, ex temporis decursu dividendum est tamquam inter socios: ita *Petr. de Ubald. de duobus fratribus circa 8. p. princ. n. 11. fol. mihi* 124.

30 Sed sicut lucra inter socios debent esse communia, ita etiam damna, *l. si id quod 59. §. 1.* ubi *gloss. & Bart. ff. pro socio, l. si merces 78. §. vis major in fin. ff. locat. Cardin. Alban. in l. socium qui §. socius vers. ex iis ff. pro socio, Hostien. in cap. sicut n. 12. de jur. jurand. Petrus de Ubald. de duobus fratrib. p. 8. n. 1. Raph. Cuman. in cons. 9. in fin. Cardin. Mantica de tacit. & ambig. convent. lib. 6. tit. 21. n. 23. in fin Rot. dec. 493. n. 7. & dec. 556. n. 1. p. 1. in recent.* ubi allegat *Text. in l. actione in 1. vers. si in rem certam, l. verum §. in hæredem, & l. cum*
31 *duobus in princ. ff. pro socio*, ubi quòd damnum, & consequenter etiam lucrum post alterius socii mortem transit ad ejus hæredes, prout transit ipsum jus conductionis, ex *Ruin. in cons. 52. n. 114. lib. 1.* & aliis decisionibus allegatis in *dicta decis. 556. sub n. 1. p. 1. in recent.*

32 In societate omnium bonorum, sicut damnum contingens uni ex sociis sine ejus culpa cum aliis commune est, ita etiam æs alienum à socio omnium bonorum contractum de communi solvendum est, nisi ejus culpâ, vel ex maleficio debeatur; quia tunc ejus portioni imputari debet, *l. cum duobus §. quidam sagariam ff. pro socio l. si fratres §. ult. v. per contrarium, l. omne æs alienum ff. eod. tit.* argument. *l. coiri cum gloss. ff. eod. tit. Bald. in l. 1. n. 7. C. pro soc. Ruin. in cons. 104. n. 2. vers. sextò, & ultimo lib. 1. Paul. de Castr. in cons. 358. n. 1. vers. nam video lib. 2. Card. Mantica de tacit. & ambig. convent. lib. 6. tit. 22. n. 1.*

33 Hinc est quòd socii omnium bonorum singuli in solidum obligantur; adeout ex contractu celebrato cum uno ex sociis oriatur quoad omnes in solidum obligatio, & omne æs alienum durante societate ab uno ex sociis contractum in societatis distractione de communi solvendum est, etiamsi in communem arcam pecuniæ versæ non fuerint, sive sint socii omnium bonorum, vel contemplatione societatis æs alienum contractum sit, & versum in communem utilitatem, vel casu fortuito pecunia perierit, *l. omne æs alienum, l. si socii sumus in princ. ff. pro socio, Alex. in cons. 110. n. 19. lib. 3. Soccin. cons. 192. n. 3. lib. 2. Decian. cons. 85. n. 7. lib. 2. Menoch. de recuperan. possess. remed. 4. n. 1. & 2. Card. Mantica de tacit. & ambig. convention. lib. 6. tit. 22. n. 2. 3. & 7. Gratian. discept. 904. n. 14. & 15. tom. 5.*

34 Et quamvis socius teneatur socio pro sua tantùm portione, aliis tamen in solidum obligatur; utpote quia invicem intelligantur esse præpositi, ut quilibet ex contractu alterius in solidum obligetur, *Bart. in l. 1. §. ult. & in l. si tamen ff. de exercit. action.*

& in

& in l. ejus qui n.31. ff. si cert. petat. Paul.
de Castr. dicta l.1. § ult. n.1. & 2. ff. de exer-
cit. action. Paris. cons.93. n.3. & 4. lib.1.
Rot. Jannen. decis.176. alias 8. *n.7. Card.*
Manticu de tacit. & ambig. convention. lib.6.
tit.22. n.7. vers. & quamvis, ubi ita dixisse
Rot. coram Robusterio & n.10. vers. sed si
plures.
35 Sed si societas sit singularis, aut simplici-
ter contracta, & non omnium bonorum, so-
cius non obligatur à consocio, nisi æs alienum
ex causa societatis contractum sit, & in com-
munem utilitatem pecuniæ fuerint conver-
sæ, vel casu fortuito perierint, juxta *Text.*
in l. jure societatis ff. pro socio, Alex. con-
sil.139. n.2. lib.5. & cons. ult. n.10. vers. ad
illud posset multipliciter lib.7. Paris. cons.94.
n.22. lib.1. Ancbar. cons.332. n.29. Decian.
cons.9?. n.2. Paul. Castr. cons. 538. n.?. &
36 *cons.366. lib.2.* & quòd ita debeat restrin-
gi *Textus in dicta l. jure societatis ff. pro so-*
cio, ut intelligatur de societate singulari,
non autem de societate omnium bonorum,
tradit *Decian. in cons.66. col. pen. vers. non*
obstant jura, Rol. in cons.91. n.49. lib.1. Me-
noch. in cons.375. n.4. 5. & præcipuè *n.31.*
Cardin. Mantica de tacit. & ambig. convent.
lib.6. tit.22. n.3. vers. ita debet restringi,
& n.4. & 7. ubi Rotæ decis. allegat, *Gra-*
tian. discept. forens. cap.904. n.12. & 13.
37 *tom.5.* Ac proinde in societate singulari,
vel particulari requiritur probatio versio-
nis; secùs autem in societate omnium bo-
norum, in qua sive expressè, sive tacitè con-
tracta sit, cuncta undecunque quæsita com-
municantur, & veniunt omnia prospera,
& adversa, ut subdit idem *Gratian. dicta*
discept.904. n.4. juncto *n.10. & seq.*
38 Ad probandam tamen versionem præci-
puè in materia societatis, sufficiunt præsum-
ptiones, & conjecturæ, ex quibus appareat
aliquid fuisse versum in utilitatem societatis
ut tradunt *communiter scribentes* in *l. Civi-*
tas ff. si cert. petat. & precipuè *Dec. n.10.*
Alciat. n.6. Rimin. sen. col. ult. Bart. in
Auth. hac jus porrectum n.17. C. de sacro-
sanct. Eccles. Bald. in l. unica in fin. C. si ad-
vers. creditor. Marsil. sing.9. Roman. cons.
106. *n.3.* ibique *Mandos. in verbo æternum,*
Roland. cons.84. n.1. & 2. lib.1. Alex. cons.13
col.1. lib.2. Dec. in cons.264. col.1. vers. sed
venio ad secundum, & in cons. 281. num.1.
in fin. cum aliis allegatis per *Gratian. discept.*
forens. cap.904. n.7. tom.5.

Prænestina Dotis.

ARGUMENTUM.

Papa solus potest commutare pias defunctorum voluntates, & alterare usum rerum, quæ à fidelibus relicta, disposita, & donata fuerunt: Episcopus vero ex quibus causis possit ad hujusmodi commutationem devenire, hic refertur.

SUMMARIUM.

1 Papa solus potest alterare usum rerum, quæ per fideles relicta, vel donata fuerunt.
2 Testatoris voluntas juxta modum per eum ordinatum servanda est.
3 Legatum præcisè præstandum ex certis, & determinatis fructibus, ipsis deficientibus, vel diminutis, cessat, vel diminuitur ipsa præstatio.
4 Fructus, vel alimenta præstanda ex loco taxativè posito, non debentur si ex eodem non percipiuntur.
5 Ampl. ut nec suppleri debeat ex fructibus sequentium annorum, & declaratur.
6 Verba concepta super aliqua re cum aliqua dictione restrictiva, important limitationem, & taxationem, & non demonstrationem.
7 Episcopus non habet facultatem commutandi defunctorum voluntates, & relictum ad pium usum.
8 Ampl. etiam si commutatio fieret in melius.
9 Limit. ut episcopus ex justa causa possit commutare ultimas defunctorum voluntates.
10 Et etiam declarare, & interpretari commutationem esse secundùm verisimilem mentem defuncti.
11 Episcopus potest commutare testatoris dispositionem, si adimpleri non possit, nec de facto, nec de jure.
12 Solus Romanus Pontifex commutare potest pias defunctorum voluntates, & n.16.
13 Commutatio defunctorum voluntatum supremo Principi reservatur.
14 Papa est gubernator in solidum universalis Ecclesiæ, & tamquam caput debet ad singula membra alimenta transfundere.
15 Potest rem uni Ecclesiæ auferre, & dare alteri.
17 Dubitare de Pontificis auctoritate quoad commutationem ultimarum voluntatum sacrilegium est, & repugnat juri canonico, & Divino, n.18.
19 Conditio adjecta in fundatione beneficii, quòd non subsit potestati Papæ, tamquam turpis, & contra jus, rejicitur.
20 Episcopus unà cum hæredibus, vel executoribus potest commutare legata, quæ, ut fuit dispositum, adimpleri non possunt.
21 Et hæredes, & executores tenentur consentire, & si dissentiant, sufficit consensus Episcopi.
22 Eo ipso quod legatum juxta modum præscriptum adimpleri non potest, non remanet caducum, sed in alium usum est convertendum, & n.23.
24 Arbitrium convertendi in alium usum remissum est conscientiæ Episcopi.
25 Episcopo sunt notæ Diœcesis indigentiæ.
26 Legatum si ad præscriptum testatoris adimpleri nequeat, non convertitur in utilitatem hæredum, sed in alium pium usum.
27 Amplia in pecunia legata in aliquem usum, si non sufficiat, per Episcopum in alium usum converti potest.
28 Ampl. quando usus legati non possit adimpleri, ut si missa, vel anniversaria celebrari nequeant horâ, vel die destinato, tunc potest Episcopus commutare.
29 Ampl. si monasterium in loco destinato construi nequeat, potest Episcopus demandare, ut alibi construatur, se-

cus

cùs tamen si impleti possit, n.30.

31 Missa ad formam legati celebranda in una Ecclesia, non potest in alia celebrari.

32 Limit. si locus fuerit principaliter consideratus, & taxativè adiectus.

33 Episcopus potest commutare legatum factum ad usum non ita Ecclesiæ necessarium in alium magis necessarium.

34 Potest etiam annuum redditum relictum pro anniversario celebrando ad aliquod tempus erogare in reparanda Ecclesia, si aliter reparari nequeat.

35 Potest etiam pecuniam relictam pro construenda Capella in Ecclesia indigente reparatione, & plores alias Capellas habente, convertere in reparationem.

36 Prout etiam potest pecuniam relictam pro ædificanda Ecclesia in Civitate convertere in reparationem antiquarum egentium.

37 Prout etiam legatum relictum pro pingenda Ecclesia, sive pro ornamentis, quibus non indiget, potest Episcopus commutare in alium usum Ecclesiæ necessarium.

38 Episcopus in commutandis defunctorum voluntatibus procedere debet prævia causæ cognitione, sed in Papa sufficit sola voluntas.

39 Papa habet plenitudinem potestatis in beneficialibus, & etiam in iis, quæ inducuntur de jure positivo.

40 Papa auferens jus privati oportet quod ponat Clausulam non obstante, secùs in beneficialibus.

DECISIO CLIII.

TEstamento, quo decessit Antonius Scrutellus post legatorum præstationem mandavit residuum bonorum ejus hæreditatis per executores testamentarios vendi, & retractum reinvestiri in tot censibus, ad effectum quolibet anno ex eorum fructibus dotandi pauperem puellam bonæ conditionis, & famæ, à præfatis executoribus nominandam; adjectâ tamen conditione, quòd concurrentibus consanguineis præferri debeant.

Reinvestimentum ab executoribus factum fuisse reperitur in uno tantùm censu scutorum centum in sorte principali, annui verò redditus scutorum sex; defunctis executoribus fuit à nonnullis sub pretextu consanguinitatis sibi arrogatum jus constituendi dictum dotale subsidium ad favorem earum filiarum in majori quantitate dicti annui redditus per plures annos consequendum, quod licet prohibitum fuerit in Diœcesana visitatione, nihilominus Antonius de Blanchis sub eodem consanguinitatis prætextu in matrimonium collocavit unam ejus filiam, & ad computum dotis promisit scuta triginta consequenda ex fructibus præfati census per 5. annos, qui propterea cum institerit coram Ordinario pro exactione hujus summæ, & denegata fuerit, habuit recursum ad Sanctissimum Dominum nostrum, & remisso supplici libello ad Sacr. Congregationem Episcoporum, & Regularium, fuit ab eadem mihi tunc Vicar. Gener. Prænestino demandatum, ut de expositis plenè ipsam instructam redderem; hinc comperto narrata in facto subsistere, disceptari curavi dubium, an Oratoris precibus sit annuendum, & absque Summi Pontificis auctoritate negativè respondendum duxi.

1 Quoniam solus Papa alterare potest usum rerum, quæ per fideles relicta, disposita, vel donata fuerunt, ut notat *gloss. in Clement. quia contingit de relig. dom. in ver. Sedis Apostolicæ, Faguan in 1. part. 1. Decretal. in cap. ex parte de constit. n. 21. tom. 1.* & absque ejusdem auctoritate in præstatione hujus subsidii dotalis servanda est dispositio testatoris, scilicet ut quotannis dotetur puella pauper, quæ propterea debet esse contenta, & recipere fructus bonorum relictorum, prout annuatim retrahuntur, & dos à testatore taxata fuit, nullà constitutà differentià inter extraneas, & consanguineas, præterquam quoad prælationem, adeout puella consanguinea non potest consequi fructus plurimorum annorum, ut pinguiorem dotem sibi constituat; vulgaris
2 enim sed certa est juris regula, quòd voluntas testatoris juxta modum ab eo ordinatum, & prout scripta est, observari debeat, *§. disponat Auth. de nupt. l. in conditionibus ff. de condit.* ac deducitur ex *l. 1. Cod. commun. de legat. l. cum quæstio in fin. C. de legat. Gabr. cons. 116. n. 26. & 27. lib. 2. Peregrin. de fideicommiss. artic. 26. n. 18. Rot. decis. 17. n. 6. p. 7. decis. 422. sub n. 1. vers. non obstare visum fuit p. 13. decis. 164. n. 8. decis. 276. n. 20. p. 18. tom. 1. decis. 414. n. 12. & decis. 422. sub n. 1. eadem p. 18. tom. 2. in recent.* ego ipse *decis. 57. Annot. 1. n. 3. & decis. 110. n. 2. tom. 2.*

3 Testator autem, quando reliquit legatum præcisè præstandum ex certis, & determinatis fructibus ad eorum mensuram, & quantitatem præstari debet; adeout ipsis deficientibus, vel diminutis, ipsa quoque præstatio cessat, vel diminuitur, nec aliunde aliquid supplendum venit, ut in puncto dotis egenæ puellæ tradendæ firmavit *Rot. decis. 55.* ferè *per totam coram Merlino per Textum in l. nomen debitoris 33. §. uni ex hæredibus, vers. item rogo de legat. 3. Bart. in l. Lucius Titius 12. n. 17. ff. de aliment. & cibar. legat. Castren. cons. 338. n. 3. vers. interdum p. 1. Jo: de Amicis cons. 46. num. 3. Menoch. cons. 1162. n. 17. vol. 12.* ad tradita per *Surd. de aliment. tit. 4. q. 26.*

4 Et ratio est quia tunc redditus, ex quibus dos deducenda venit, censentur adiecti taxativè, & non demonstrativè; ac proinde quando adiicitur locus, seu res gratià taxationis, & fructus fundi non sufficiunt; nihil omnino suppletur, *l. Firmio in princ. ff. quand. dies legat. ced. l. inter stipulantem §. sacram ff. de verbor. stipulat. Cyn. in l. si quis argen-*

genum C. de donat. ibique *Jo: Faber n. 14. Cabren. conſ.* 137. *n.* 3. ſequitur *Rot. Bononien. deciſ.* 64. *Gigas in tract. de penſion. q.* 62. *n.* 1. & 2. cum aliis allegatis per *Surd. de aliment. tit.* 4. *q.* 26. *n.* 2.

5 Nullumque propterea ſupplementum fieri debet ex fructibus ſequentium annorum, quando fundus fuit ſub conditione poſitus, ut ſi dictum ſit de frumento, vel fructibus, qui naſcuntur, vel recolliguntur ex tali fundo, ut in præſenti; licèt ſecùs ſit, quando promiſſio eſt unica, & ſimpliciter fundus fuit adiectus; cùm tunc debitor ſupplere debeat ex fructibus ſequentium annorum, juxta diſtinctionem, quam tradit *Surd. de aliment. tit.* 4. *q.* 26. *n.* 11. & 12. per *Textum in l. cum certus ff. de vino, tritic. & oleo, legat. l. debitor §. veriſimile ff. de contrahen. empt. Cyn. in l. ſi quis argentum in fin. C. de donat.* ibique *Jo: Fab. n.* 15. *Bart. in l. inter ſtipulantem §. ſacram n.* 6. *ff. de verbor. obligat. Jo: de Amic. in conſ.* 46. *n.* 12. quæ fortiùs procedunt in noſtris terminis, dum à teſtatore non ſolùm fuit adjectus fundus, ſeu ejus fructus, ex quibus dos conſtituenda ſit, ſed etiam taxatum, & limitatum tempus,
6 ſcilicet fructus unius anni, quæ verba non demonſtrationem, ſed reſtrictionem, & limitationem denotant, juxta theoricam traditam per *Felin. in cap. ſuper literis ſub n.* 4. *verſ. ſed ſi ſub una de reſcript.* per *Textum in l. ſi ſic §.* 1. *ff. de legat.* 1. & dixit *Rot. in Camerinen. dotis Eccleſiæ §. nullius relevantiæ circa med. uſque ad fin. coram Meltio.*

7 Neque Ordinarius ob parvam fructuum quantitatem ad conſtituendam pinguiorem dotem concedere poteſt perceptionem fructuum plurimorum annorum. Quoniam Epiſcopus non habet poteſtatem commutandi defunctorum voluntatem, vel relictum ad pium uſum. ad *Textum in l. ſi quis ad declarandum §. ſin autem Cod. de Epiſcop. & Cleric. cap. à nobis*, & ibi *Abb. n.* 4. *Covar. n.* 7. *de teſtam. Clement. quia contingit de religioſ. dom.* ibi – *cum ea, quæ ad certum uſum* – *Pinel. p.* 1. *rub. de reſcind. vendit. cap.* 2. *n.* 19. *Gam. deciſ. Luſitaniæ* 288. *n.* 4. *in princ. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap.* 8. *dub.* 21. *ſect.* 17. *n.* 1. *tom.* 1. *Fagnan. in* 1. *part.* 1. *Decretal. in cap. ex parte n.* 22. *de conſtit. tom.* 1. *fol. mihi* 170. *Barboſ. de offic. & poteſtat. Epiſcop. allegat.* 83. *n.* 3.
8 ubi ampliat, quamvis commutatio fieret in melius, & etiam de conſenſu hæredum, ex *Lap. Imol. Bonif.* & aliis *in dicta Clement. quia contingit de religioſ. dom.*

9 Et quamvis Epiſcopus concurrente juſtâ, & rationabili causâ, tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, ultimas defunctorum voluntates commutare poſſit, ut diſponit *Concil. Trident. ſeſſ.* 22. *de reformat. cap.* 22. & *ſeſſ.* 25. *cap.* 4. *Mandoſ. de Signatur. Gratiæ rub. commutatio ultimæ voluntatis, Mar. Antonin. var. reſol. lib.* 1. *reſol. fin. coſ* 40. *in fin. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat.* 83. *n.* 5. *Rot. deciſ.* 1122. *p.* 3. *lib.* 3. *diverſ.* ubi extendit etiam ad Vicarium Epiſcopi, & *deciſ.* 182. *n.* 3. *p.* 18. *tom.* 1. *recent. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap.* 8. *dub.* 21. *ſeſſ.* 16. *per tot. & ſeſſ.* 17. *n.* 9. & 10.
10 ubi quòd poſſit Epiſcopus per viam commutationis, ſeu interpretationis ſecundum Epychejam declarare, quòd ſcilicet in tali caſu commutatio non ſit contra voluntatem defuncti, ſed potiùs juxta ejuſdem voluntatem, ſi non explicitam, & formalem, ſaltem virtualem, & interpretativam, ac veriſimilem, & alios allegat.

11 Hoc tamen procedit, quando voluntas teſtatoris adimpleri non poſſit vel de facto, vel de jure, ad tradita per *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 83. *n.* 2. *circa med. verſ. quia reſpondetur.* Undè concluſio non videtur applicabilis in præſenti caſu, in quo diſpoſitio teſtatoris utique impleri poteſt, ſi dos conſtituatur in fructibus cenſus annuis ut ipſe diſpoſuit, licèt non ſint redundantes ex ſuprà deductis, & in ſimilibus terminis dixit *Rot. deciſ* 1149. *n.* 2. & 3. *coram Cardinal. Seraphin.*

12 Solus enim Romanus Pontifex commutare poteſt pias defunctorum voluntates, *Clementin. quia contingit de relig. domib.* ibi– *ſalvâ quidem Sedis Apoſtolicæ auctoritate*– *Navar. conſ.* 2. *n.* 6. *in antiq. & conſ.* 15. *in noviſ. in tit. de reb. Eccleſ. non alienan. Tiraquel. de privileg. piæ cauſ. privileg.* 135. *Sayr. in floribus deciſ. tit. de reb. Eccleſ. non alienan. deciſ.* 2. *prope fin. Marc. Anton. Genuen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap.* 19. *n.* 1. *Cened. practic. quæſt. lib.* 1. *q.* 35 *n.* 12. *Jacob. de Graſſ. de arbitrar. Confeſſor. lib.* 2. *cap.* 69. *n.* 1. *Henriq. in ſumm. lib.* 7. *cap.* 37. *§.* 2. *lit. F. & lib.* 9. *cap.* 22. *§.* 6. *lit. M. Fr. Emma. quæſt. Regular. tom.* 2. *q.* 125. *art.* 9. *Melch. Phœbuſ. deciſ. Luſitan.* 47. *n.* 2. & 3. *tom.* 1. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 83. *n.* 1. *Fagnan. in* 2. *partem primi Decretal. in cap. pernicioſum de offic. ordinar. n.* 67. *tom.* 1. *fo. mihi* 433. & *in primam partem tertii Decretal. in cap. ſignificatum de præben. n.* 22. *tom.* 3. *fo.* 110. & *in cap. nos quidem de teſtament. n.* 35. & *ſeq. eod. tom.* 3. *fo.* 324. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 458. *n.* 29. *Rot. deciſ.* 182. *n.* 3. & 4. *p.* 18. *tom.* 1. *in recen.* & *deciſ.* 560. *n.* 2. ibique *Adden. n.* 12. *deciſ.* 885. *n.* 1. *coram Burat.*

13 Etenim commutatio defunctorum voluntatum ſupremo Principi reſervatur; adeout nul-

nullusinferior poteſt ſibi hoc jus vindicare, *cap. quod translationem* 4. ubi *glo.* communiter recepta *de offic. delegat. cap. majores* 3. *in prin. de Baptiſmo*, *Barba. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 83. *n.* 2.

14 Papa enim eſt gubernator in ſolidum univerſalis Eccleſiæ, cujus caput eſt Eccleſia Romana, & ideo ejus eſt tamquam capitis ad membra ſingula alimenta transfundere, *Cardinal. in dicta Clement. quia contingit n.* 4. *de religioſ. domib. cap. cuncta per mundum*, *cap. per principalem* 9. *q.* 3. & propterea non ſolum poteſt commutare pias defunctorum voluntates; verùm etiam rem
15 uni Eccleſiæ auferre, & dare alteri, *cap. conqueſtus*, *cap. nec vero*, *cap. per principalem* 9. *q.* 3. *Paul. de Caſtr. in conſ.* 288. *col.* 2. *in prin. verſ. nam aut quæritur lib.* 1. & comprobat *Fagnan. in primam partem tertii Decretal. in cap. nos quidem de teſtamentis tom.* 3. *fo. mihi* 324.

16 Propoſito dubio in Sacra Congregatione emanavit infraſcripta reſolutio.

Sacra Congregatio Eminentiſſimor. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negociis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, attentâ remiſſione libelli per Sanctiſſimum Dominum Noſtrum factâ, & auditâ relatione Vicarii Generalis Prænestini, cenſuit (ſi Sanctitati ſuæ placuerit) poſſe Oratoris precibus indulgeri, Romæ 20. *Julii* 1685.

Et die 26. *Octobris ejuſdem anni, factâ de precibus relatione eidem Sanctiſſimo Domino Noſtro, Sanctitas ſua prædictæ Sacræ Congregationis ſententiam benignè approbavit. Romæ &c.*

✝ *Loco Sigilli.*

G. Cardinal. Carpineus
B. Panciaticus Secretarius.

17 Dubitare autem de Summi Pontificis poteſtate quoad commutationem ultimarum voluntatum, ſacrilegium eſſe inquit *Gemin.*
18 *conſ.* 63. *dubia ſupraſcripta in prin.* & quod pia diſpoſitio non ſubſit Papæ Eccleſiæ capiti repugnat juri nedum canonico, ſed etiam divino, *cap. cuncta per mundum*, *cap. per principalem* 9. *q.* 3. *cap. bene quidem* 96. *diſt. Innoc. in cap.* 1. *in prin. de conſtit. Fagnan. in p. partem tertii Decretal. in cap. nos quidem de teſtament. n.* 44. *tom.* 4. *fo.* 325.

19 Et in beneficiorum fundatione, ſi adjecta fuerit conditio, quòd beneficium non ſubſit poteſtati Papæ, tamquam impoſſibilis, turpis, & contra jus rejicienda eſt, *Rot. decis.* 157. *n.* 9. *p.* 7. quod tamen in eadem declaratur, ut in *n.* 10. & 11. & in hac materia videndæ ſunt Rotæ deciſiones in *Romana juriſpatronatus coram Sacrato* impreſſa penes *Vivian. de jure patronat. lib.* 4. *cap.* 9. *ſub n.* 56. & *in Regien. Beneficii* 27. *Junii* 1653. *in §. quod autem, coram Bevilaqua.*

20 Legatorum verò commutationes, quando juxta teſtatorum voluntates impleri non poſſunt, expediuntur per Epiſcopum unà cum hæredibus, ſeu executoribus teſtamentariis, *Silva de benef. p.* 1. *q.* 6. *verſ. quinto facit*, *Marta de juriſdict. p.* 4. *centur.* 1. *caſ.* 74. *n.* 11. *Graſſus deciſ. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 53. *n.* 11. *Carpinus de execut. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 22. 23. & 25. & *n.* 30. *uſque ad* 33. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat.* 83. *n.* 6, *p.* 3. *Rot. deciſ.* 744. *n.* 6. *p.* 18. *tom.* 2. adeout
21 hæredes, ſeu executores tenentur conſentire, & irrationabiliter diſſentientes habentur pro conſentientibus, & ſufficit hoc caſu Epiſcopi conſenſus, *Felin. in cap. cum acceſſiſſent de conſtitut.* & *in cap. cum venerabilis n.* 33. *verſ.* & *ſi Epiſcopus de except.* latè *Lambertin. de jure patronat. lib.* 1. *p.* 2. *q.* 1. *art.* 20. *per totum*, *Abb. conſ.* 65. *in* 5. *dubio lib.* 2. *Rol. à Valle conſ.* 50. *n.* 17. *lib.* 4. *Menoch. de arbitrar. caſ.* 182. *n.* 12. *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *q.* 28. *n.* 10. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 83. *n.* 6. *Gonzal. ad Reg.* 8. *Cancellar. glo.* 47. *n.* 37. & 38 ubi allegat *textum in l. cum non ſolùm §. neceſſitatem C. de bon. quæ liberis*, & *in cap nullus* 17. *in fi. de jure patronat.* ibique *glo. finalis*, & alii ſcribentes, *Rot. deciſ.* 744. *n.* 7. & 8. *p.* 18. *tom.* 2.

22 Siquidem eo ipſo quod legatum juxta modum à teſtatore præſcriptum adimpleri non poteſt, de neceſſitate in alium uſum eſt convertendum, ne legatum maneat caducum, ad *l. legatum*, ubi *Bart. ff. de uſufruct. legat. Gambar. de offic. Legat. lib.* 9. *à n.* 222. *uſque ad fi. Genuen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap.* 24. *à n.* 2. *Garz. de benefic. lib.* 7. *cap.* 1. *n.* 108. *Perez Lara de anniverſ. lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 9. *Rot. deciſ.* 744. *n.* 1. *p.* 18. *tom.*
23 2. ubi in *n.* 2. reddit rationem, quia ceſſante peculiari teſtatoris diſpoſitione, eligendus eſt uſus magis expediens, & rationabilis, *Marta de juriſdictione p.* 4. *centur.* 1. *caſ.* 74. *n.* 11. *Riccius collect. deciſ. p.* 4. *deciſ.* 1270. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 458. *n.* 30. *tom.* 3.

24 Et hujuſmodi arbitrium eligendi meliorem uſum de jure remiſſum eſt conſcientiæ
25 Epiſcopi, cui notæ ſunt Diæceſis indigentiæ, *Ugolin. de offic & poteſt. Epiſcop. cap.* 61. *ſub n.* 2. *§. quare Rot. deciſ.* 744. *n.* 3. & 4. *p.*
26 18. *tom.* 2. *in recen.* Nam quando voluntas teſtatoris adimpleri non poſſit vel de facto, vel de jure, non propterea legatum fit caducum, vel habetur pro non ſcripto, ut con-

convertatur in utilitatem hæredum, juxta
textum in l. unica §. in primo C. de caducis
tollend. sed favore piæ causæ in alium pium
usum converti debet, glo. in cap. nos qui-
dem de testam. in verbo in loco, Tiraq. de
privileg. piæ causæ privileg. 38. Barbos. de
offic. & potest. Episcop. alleg. 83. sub n. 3. vers.
si verò alterius urgeas p. 3.
27 Hinc est, quod si pecunia legata ad ali-
quem usum non sufficeret, tunc in alium
usum per Episcopum converti potest, Roc.
de Curt. de jurepatronat. verbo construxe-
rit q. 11. Lambertin. eod. tract. lib. 1. p. 1. q. 4.
art. 12. Aloys. Ric. in collect. decis. p. 3. col-
lect. 558. vers. tertia causa, Monet. in tract.
de commut. ultim. volunt. cap. 5. n. 330. Ber-
tac. in tract. de Episcop. lib. 4. p. 4. n 71. Pe-
rez. de Lara de anniverf. & Capel. lib. 1.
cap. 14. n. 9. Kopin. decis. 91. Barbos. de offic.
& potest. Episcop. alleg. 83. n. 7. p. 3. & in
Concil. Trident. sess. 22. cap. 6. de reform. n.
3. Rot. decis. 744. per tot. p. 18. tom. 2.
28 Prout etiam quando usus legati non po-
test adimpleri, tunc potest Episcopus in
alium usum convertere, ut si missa, vel an-
niversaria decantari, & celebrari nequeant
horâ, vel die demandatâ, & præscriptâ à
testatore, Perez de Lara de anniversar. &
Capell. lib. 1. cap. 14. n. 27 & 28. Aloys. Ric.
in collect. decis. 558. vers. prima, Monet. in
tract. de commut. ultim. volunt. cap. 5. n 322.
Franc. Carp. de execut. testam. lib. 3. cap.
4. n. 31. Guid. Pap. decis. 556 Barbos. de
offic. & potest. Episcop. alleg. 83. n. 8. & in
Concil. Trident. sess. 22. cap. 10. de reform.
29 n. 4. & n. 5. ubi ampliat, si monasterium in
certo loco testatoris jussu construi non pos-
sit, quod tunc Episcopus, ut alibi construa-
tur, demandare potest, idem Barbos. de offic.
& potest. Episcop. alleg. 83. n. 10. Alex. cons.
73. col. 1. vol. 7. Ric. collect. decis. p. 3. col-
lect. 558. in fi. Gambar. de offic. & potest. le-
gat. à latere lib. 6. à n. 223. Franc. Carp. de
execut. testam. lib. 1. cap. 22 n. 11.
30 Sed si dispositio testatoris sit certa respe-
ctu loci, & impleri possit, sicut ipse dispo-
suit; tunc non est alteranda, etiam anctori-
tate Episcopi, ut in alio loco transferatur,
Seraphin. decis. 1149. n. 2. & 3. cum pluri-
31 bus sequen. ubi exemplificat in legato à te-
statore relicto pro celebrandis missis in tali
Ecclesia, quæ tempore conditi testamenti
eidem nota erat, nam tunc in alia Ecclesia
celebrari nequeunt; multò magis si locus
celebrationis sit positus in eadem oratione,
cum tunc intelligatur taxativè, & non de-
monstrativè positus, Bald. in l. si quis n. 9.
vers. juxta hoc C. de Episcop. & Cleric. Imol.
in cap. nos quidem n. 23. vers. si verò de testa-
ment.

32 Secùs autem si locus non fuerit principa-
liter contemplatus, nec appositus gratiâ
taxationis, sed gratiâ facilioris executionis;
nam quando locus non exprimitur cum
mysterio, etiam si ponatur in eadem oratio-
ne, non restringit dispositionem, Auth. cassa
cum glo. C. de Sacrosanct. Eccles. Cardinal.
Seraphin. decis. 1140. n. 17. juncto n. 19.
33 Quod si legatum esset factum ad unum
usum non ita necessarium, potest tunc Epi-
scopus in alium usum pium eidem Ecclesiæ
magis necessarium commutare; quia justa
concurrit causa deveniendi ad hujusmodi
commutationem, Gulielm. de Benedict. in
cap. Raynutius verb reliquit n. 17. de testa-
ment. Monet. in tract. de commut. ultim. vo-
lunt. cap. 5. n. 354. Aloys. Ric. collect. decis.
p. 3 collect. 558. vers. limit. 6. Marta de ju-
risdictione p. 4. cas. 74. n. 10. & 11. Vgolin. de
offic. Episcop. cap. 61. n. 5. Genuen in prax.
Archiepiscopal. Neapol. Cap. 19. secundum
ultimam impressionem, Barbos. de offic. & po-
test. Episcop alleg. 83. n. 12. & in Concil. Tri-
dent. sess. 22. cap. 6. de reform. n. 6. Perez. de
Lara de anniverf. & Capell lib. 10. n. 29. ubi
34 si testator reliquit annuum redditum scu-
torum viginti pro anniversario celebrando
in Ecclesia indigente reparatione, nec aliun-
de habeat, quo reparari possit; tunc Episco-
pi auctoritate dictum redditum per aliquod
tempus erogari poterit in dictam repara-
35 tionem: & in n 30. subdit quòd si relinqua-
tur pecunia pro construenda Capella in Ec-
clesia, in qua existent aliæ plures ad suffi-
cientiam, & ipsa Ecclesia indigeat repara-
tione, tunc potest consumi pecunia in re-
36 paratione; & idem dicit si relinquatur pe-
cunia pro ædificanda Ecclesia in Civitate,
ubi sunt plures Ecclesiæ ruinosæ egentes
reparatione, nec sit undè subveniri & pro-
videri possit; cum tunc ex hac justa causa
Episcopi auctoritate poterit illa pecunia
converti in reparationem antiquarum Eccle-
siarum.
37 Ita etiam si legatum esset factum vel ad
pingendam Ecclesiam, quæ minatur rui-
nam, vel pro ornamentis, quibus non indi-
get; nam tunc potest Episcopus in usum
magis eidem Ecclesiæ necessarium, & fru-
ctuosum commutare, ex gravissima causa,
& præsumpta mente testatoris verisimiliter
inclusa Aloys. Ric. collect. decis. lib. 3. col-
lect. 558. vers. limit. sexto, Marc. Anton.
Genuens. in prax. Archiepiscop. Neapol. cap.
19. n. 6 & in practicabil. Eccles. q. 213. per to-
tam, Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg.
83. n. 12. & 13.
38 Episcopus tamen in commutandis defun-
ctorum voluntatibus procedere debet præ-
viâ causæ cognitione, judicialiter constito

de utilitate, ad differentiam Summi Pontificis, in quo sufficit sola voluntas, *Perez de Lara de anniverf. et Capellit lib.10.cap.10.n.37.Barbos. in Concil. Trident.sess.22.cap.6.de reform.n.6.prope fin.*

39 Papa enim habet plenitudinem potestatis non solùm in beneficialibus, *Clement. t. ad fin. ut lit.penden.* verùm etiam in his, quæ

40 inducuntur de jure positivo, cum hac tamen differentia, quod Papa auferens jus privati, oportet quòd apponat clausulam *non obstante*, secùs in beneficialibus, in quibus valet rescriptum fine dicta Clausula. *Gration. discept. forens. cap.458.num.31. et 32. tom. 3.*

Sutrina Venditionis.

ARGUMENTUM.

Contractus emptionis & venditionis est voluntatis, postea fit necessitatis, ita quod post perfectam, non licet alteri partium à contractu discedere alterâ invitâ.

Patrimonium, ad cujus titulum Clericus ordinatus fuit, an alienari possit absque licentia Episcopi; & an, & quando fit immunis ab oneribus Cameralibus uberrimè explanatur.

SUMMARIUM.

1 Contractus emptionis venditionis à principio est voluntatis, postea fit necessitatis.

2 Post perfectam emptionem non licet alteri partium à contractu recedere alterâ invitâ.

3 Ampl. etiam aa rescripto Principis.
Ampl. etiam si venditor vellet duplicatum reddere pretium.

4 Venditio consensu, re, & pretio perficitur.

5 Instrumentum publicum facit probationem probatam.

6 Pretium inter partes conventum præsumitur justum.
Peritorum æstimationi est standum, non docto de errore ibidem.

7 Periti de eorum judicio deponentes super iis, spectantibus ad artem, est credendum, etiam si non reddant rationem.

8 Patrimonium Clerici, ad cujus titulum promotus fuit, alienari non potest sine licentia Episcopi.

9 Et aliter facta est invalida. Ampl. procedere etiam si ordinatus beneficium Ecclesiasticum adeptus sit, vel aliud patrimonium, n.12. Contrarium, n.15. Et prima sententia procedit in dubio an adeptum beneficium sit sufficiens, n.17. Et ad sustinendam alienationem, etiam postea declarari potest, n.18.

10 Dictio--Nullatenus-- importat nullitatem actus ipso jure.

11 Verbum-possum-negativè prolatum importat necessitatem, & actum contra gestum reddit nullum.

13 Beneficium, ad cujus titulum quis promotus fuit, non factâ de hoc mentione, resignari non potest sive in curia, sive coram Ordinario. Ampl & lim. ut in n.14. ubi resignanti hoc casu competere actionem spolii.

16 Dictio-Donec--restringit omnia antedicta, & est temporis limitativa.

17 Patrimonium sacrum axtinguitur per consecutionem beneficii.

19 Nemo potest venire contra factum proprium, secùs si factum proprium sit nullum.

20 Clerici ad titulum patrimonii ordinari non possunt, nisi pro necessitate, vel utilitate Ecclesiæ.

21 Ecclesiæ necessitas, vel utilitas ad hunc effectum, quæ dicatur. Sufficit verò vel una, vel alia, n.22.

33 Ad titulum beneficii insufficientis addito patrimonio quis ad sacros ordines ordinari potest.

24 Secùs si cum beneficio, vel patrimonio junguntur pietantiæ, anniversaria, & similia emolumenta.

25 Patrimonium constitui debet in re certa, immobili, & fructifera.

26 Clericus promoveri non potest ad titulum obligationis Episcopi de subministrando alimenta.

27 Promoveri potest ad titulum patrimonii cum certa spe obtinendi beneficium.

28 Dimissoriæ pro ordinandis in sex vicinis Episcopatibus, ubi non sunt suffraganei, sunt dirigendæ ad Vicarium Urbis.

29 Constitutio Alexandri VII. de promovendis ad ordines in sex vicinis Episcopatibus.

30 Ad sacros ordines nemo ordinari potest ad titulum propriæ industriæ, nec ad titulum literaturæ, n.31. Contrarium, n.32.

33 Ad titulum patrimonii, vel pensionis arbitrio Episcopi quis ordinari potest.

34 Et ab ejus judicio non datur appellatio.

35 Bona patrimonialia Clericorum non gaudent privilegio bonorum Ecclesiæ, nisi in casibus in jure expressis. Et qui sint hujusmodi casus, n.36.

37 Non gaudent in statu Ecclesiastico immunitate quoad solutionem onerum Cameralium.

38 Patrimonium sacrum, & bona primæ erectionis gaudent immunitate quoad solutionem onerum Cameralium, & n.40. Limit. ut in n.42. & n.42.

39 Patrimonium sacrum indistinctè gaudet privilegio bonorum Ecclesiæ etiam in casibus in jure non expressis.

43 Bona patrimonialia Clericorum sint immunes ab omnibus oneribus impositis, & imponendis. Limit. si onera sint certa, realia, perpetua, infixa bonis propter bona, & non propter personas.

44 Amp. ut patrimonium sacrum, ad cujus titulum Clericus promotus fuit, tenetur solvere onera certa, perpetua, & invariabilia.

45 Patrimonium sacrum Clerici post consecutum beneficium amittit exemptionem à solutione onerum Cameralium, nec reviviscit per beneficii dimissionem. Contrarium, n.50.

46 Dictio--donec--cum sit collata in certum eventum facit conditionem.

47 Conditio exuberat si semel, aut aliquo temporis momento implera fuerit, licèt implementum non duret, præcipuâ culpâ illius, qui implevit, n.49

48 Jus semel extinctum reviviscere non potest.

51 Conditio non dicitur impleta, si factum non durat, vel effectum juris non sequatur.

52 Patrimonium constituendum post beneficii dimissionem non debet esse excessivum, ad effectum gaudendi beneficio immunitatis ab oneribus.

53 Quæ dicatur congrua sustentatio.

54 Bona patrimonialia Clericorum etiam in statu Ecclesiastico gaudent immunitate ab oneribus laicalibus.

55 Sunt exempta à collectis, & impositionibus de jure Divino, Civili, & Canonico.

56 Exigens pedagia ab Ecclesiis, & à Clericis incidit in excommunicationem latæ sententiæ.

57 Bona Ecclesiarum sunt deputata usui spirituali, & Clericorum pro eorum sustentatione, & Bona Laicorum debent subire onera mundana Reipublicæ.

58 Bona Ecclesiarum, & Clericorum conveniunt quoad immunitatem, & fori privilegium.

59 Sed bona Clericorum præscribuntur sicut bona Laicorum.

60 Clerico in bonis patrimonialibus non competit restitutio in integrum, sicut competit Ecclesiæ.

61 Clericus de bonis propriis potest in laicum compromittere secùs de bonis Ecclesiæ.

DECI-

DECISIO CLIV.

HOrtentius Blandanus post adeptum Canonicatum sufficientis redditus ad commodam sustentationem, vendidit Petro Perusino unam vineam, quæ inter alia bona aliàs sibi assignata fuit in patrimonium, ad cujus titulum promotus fuit ad sacros ordines; verùm sub prætextu quod non potuerit alienare dictam vineam absque Ordinarii licentia, eamque ex capite nullitatis impugnando, egit pro ejusdem vineæ recuperatione; sed quia allegatus fuit suspectus D. Vicarius Generalis, fuit mihi ab Illustriss. & Reverendiss. D. Episcopo Sutrino commissa hujus controversiæ cognitio; hinc discusso articulo, pro validitate venditionis, & Petrum ab impetitis absolvendum esse censui.

1 Siquidem contractus emptionis, & venditionis, licèt à principio sit voluntaris, postea verò fit necessitatis, *l. sicut ff. de act.*
2 *& oblig.* & post perfectam emptionem non licet alteri partium à contractu discedere altera invità, nec est locus pœnitentiæ, ejusque resolutio non pendet à voluntate unius ex contrahentibus, sed utriusque requiritur,
3 *l. ea conditione C. de rescind. vendit.* etiam ex rescripto Principis, *l. de contractu Cod. eod. tit.* imò etiamsi venditor vellet duplicatum reddere pretium *l. non est C. de rescind. vend. Dec. cons. 592. circa fin. Cephal. in cons. 392. n. 36. & 37. Surd. decis. 263. n. 1. Rot. decis. 336. n. 23. p. 4. tom. 2. in recent. & decis. 271. n. 1. p. 2. divers.*

4 Præcipuè quando venditio non deficit in substantialibus, & consensu, re, & pretio perficiatur, *l. consensu ff. de action. & obligat. §. item pretium, instit. de emption. & vendit. Roman. in l. Titia n. 16. vers. tu adverte ff. solut. matrim. Caldas de emption. & vendit. cap. 34. n. 29. vers. nam emptionis venditionis, Gomez var. resol tom. 2. cap. 2. n. 1. Vermigliol. cons. 280. n. 1. Afflict. decis. 280. n. 40. Puteus decis. 43. lib. 1. Rot. decis. 271. n. 1. p. 2. divers. decis. 37. num. 1. & 2. p. 4. tom. 2. & decis. 172. n. 33. part. 6. in recent.*

Constat enim in præsenti de consensu emptoris, & venditoris, de traditione rei venditæ effectualiter subsequutæ, & pretii so-
5 lutione per publicum instrumentum, quod facit probationem probatam, manifestam, & rem indubitatam, *l. cum precibus 18. C. de probat. l. emancipatione 11. C. de fide instrument. cap. cum dilecti de donat.* ibi - *cum ex tenore* - *Bart. in l. interest n. 2. C. de solut. & in l. 1. n. 8. ad fin.* & ibi *Jas. n. 8. ff. de oper. nov. nunciat. Bald. in l. interest 12. n. 2. C. de solut. Alex. cons. 62. num. 6. lib. 7. Dec. cons. 682. n. 2. & 3. Surd. decis. 177. n. 4. Seraphin. dec. 736. n. 1. Burat. dec. 540. n. 4. Gregor. XV. decis. 157. n. 13. decis. 180. n. 1. decis. 196. n. 1. & decis. 459. n. 2. & 3. Cardin. Mantica decis. 302. sub n. 1. vers. nam quod scriptum est, Amat. Dunozet. decis. 37. n. 6. decis. 101. n. 9. decis. 122. num. 1. & 8. decis. 146. n. 2. decis. 987. n. 3. dec. 221. n. 30. & decis. 734. n. 1. Rot. decis. 344. n. 1. vers. ut patet ex instrumento part. 4. decis. 122. n. 3. decis. 124. n. 7. decis. 401. num. 1. p. 18. tom. 1. & decis. 763. n. 7. eadem p. 18. tom. 2. in recent.*

6 De justitia pretii, & vineæ valoris non videbatur dubitandum; quia præter quod pretium inter partes conventum præsumitur justum, *Rot. decis. 656. n. 4. p. 18. tom. 2. in recent.* talis conventio inita fuit adhibitis peritis communiter electis ad æstimandam vineam, & per partes deinde æstimatio acceptata, stipulata, & soluta; & cum de errore, vel de contrario nihil doctum fuerit, peritorum æstimationi omnino est standum, & adhærendum, *gloss. in l. item si unus §. principaliter in verbo auctoritati ff. de recept. arbit. Castren. in l. si cui libertas n. 7. ff. de condit. & demonstrat. Bart. in l. instar n. 6. C. de jure fisci, Angel. in l. adversus C. de usur. & fruct. leg. Neviz. cons. 94. n. 18. Paris. cons. 96. n. 3 lib. 1. Natta consil. 489. n. 3. lib. 3. Scaccia de appellat. lib. 3. cap. 2. q. 17. limit. 35. sub n. 1. Gregor. XV. decis. 220 n. 4 decis. 161. n. 7. & decis. 536. n. 1. Burat. decis. 790. n. 4. Bichi. decis. 286. Rot. decis. 32. n. 15. post Labyrint. creditor. Salgad. decis. 291. n. 2. decis. 619. n. 3. post tract. Postii de manutent. decis. 354. n. 1. p. 1. decis. 533. n. 1. vers. & propterea p. 3. dec. 23. n. 5. p. 4. tom. 2. decis. 129. n. 6. p. 5. dec. 342. n. 1. p. 6. decis. 17. n. 7. p. 7. decis. 594. num. 2. part. 18. tom. 2. in recent.*

7 Præcipuè quando periti de eorum judicio deponunt super iis, quæ ad artis peritiam spectant; nam tunc eis credendum est, etiam si non redderent rationem, & causam scientiæ, cùm habeant præsumptionem pro se, *Bart. in l. ætate n. 9. ff. de minor.* & ibi *Sebast. Lap. n. 24. Aret. in l. 1. n. 15. ff. si certum petat. & in cap. cum causam n. 21. vers. subdistingue, & n. 24.* ibique *Felin. vers. tertio tempera, & col. 6. in princ. vers. sed contra ista,* juncto *vers. sed potest concludi* ubi contrariis respondet *de testibus, Menoch. de adipiscen. possess. remed. 5. n. 166. Mascard. de probat. lib. 2. concl. 1037. n. 15. & lib. 3. concl. 1376. n. 39. & 40.* & de communi testatur *Farinac. de testib. q. 70. n. 102. & seq.* ubi dissentientes refert.

8 His conclusionibus firmatis, non obstat

quòd bona, ad quorum titulum quis fuit ad sacros ordines promotus, inconsulto, & absque Episcopi licentia, alienari nequeant, *Navarr. cons.16. in antiq.* alias *cons.21. in novis de tempore ordinat. Campan. in Diversor. jur. canon. rub.8. cap.8. Ugolin. de offic. Episcop. cap.26. §.13. Sayr. in floribus decis.18. & 60. de tempor. ordinat. Ceval. commun. contra commun. q.527. Boet. Epo tom.1. de jurisdict. Eccles. temporal. q.1. n.5. Guttier. lib.2. practic. q.65. à num.10. Cened. ad Decretal. collect.83. n.2. Spin. in specul testament. gloss.18. princ. à n.72. Henriqu. in summ. lib.13. cap.37. §.2. Valenz. cons.32. à n.1. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. gloss.5. §.10. n.13. Stephan. Gratian. discept. forens. cap.159. n.2. Garc. de benefic. part.2. cap.5. num.175. & 181. Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg.19. à n.75. & in Concil. Trid. sess.21. de reform. cap.2. n.59. Paris. de resignat. benefic. lib.2. q.6. à n.8. usque ad 17.*

9 Undè alienationem patrimonii, aut extinctionem pensionis subsequentem promotionem esse invalidam ipso jure, docent *Navarr. cons.17. n 2. & 4. & cons.21. n. 2. de tempor. ordin. in novis, Campan. in divers. jur. canon. rub.8. cap.6. n. 8. Flamin. Paris. de resignat. beneficior. lib.2. q.6. n.1. & 35.*

10 quod arguitur tum ex dictione *nullatenus* adiecta in decreto *Sacri Concilii Tridentini sess.21. de reform. cap.2.* quæ importat nullitatem actus ipso jure, ex copiosè relatis per *Barbos. in tract. de diction usu frequent. dict.226. n.4. secundùm Lugdunen. impress.*

11 Tum etiam quia verbum *possum* in eodem decreto appositum, negativè prolatum necessitatem importat & actum contra gestum omnino reddit nullum, privatque omni potentiâ, juxta *gloss. in cap. non potest de regul. jur. in 6. in verbo non potest*, cum aliis plenè adductis per *Barbos. loc. cit. dict 268.* & ita in puncto idem tradit in *tract. de offic. & potest. Episcop. alleg.19. n.77. & in Concil. Trident. sess.21. de reform. cap.2. n.61. & 62.*

12 Et quod hoc procedat, quamvis ordinatus beneficium Ecclesiasticum, aut aliud patrimonium ad commodam substentationem adeptus fuerit; quia Episcopus cognoscere debet an adeptum beneficium, vel alia bona subroganda loco patrimonii sint sufficientia ad ejusdem victum, & hoc arbitrari solum ad Episcopum spectat, ita tenet *Cened. pract. & canon. quæst. lib.1. q.11. n.9. Ugolin. de offic. Episcop. cap.26. §.13. n.4. Campan. in divers. jur. canon. rub. 8. cap.6. n.9. vers. & obviam.*

13 Quinimo nec beneficium, ad cujus titulum quis promotus fuit, resignari potest, nisi factâ mentione, se ad illius titulum promotum fuisse, & nisi aliundè habeat, undè se commodè sustentare valeat: & si aliter fiat, resignatio nulla, & invalida remanet, juxta decretum *Sacri Concilii Tridentini sess. 21. de reform. c.2.* prout etiam sancivit *Pius V.* ut in *sua Constitut.58. incip. Quanta, Kalend. April.* 1568. quæ licet loquatur de resignationibus factis coram Ordinario; nihilominùs habere locum etiam in Curia, tradunt *Flamin. Paris. de resignat. lib.3. qu.14. n.3. & lib.5. q. ult. n.176. Nicol. Garc. de benefic. p.2. cap.5. n.117. & 198. idem Paris. de resignat. beneficior. lib.2. q.6. num.1. & 39. Navarr. in manual. cap.22. n.18. Sebast. Med. in l. ult. gloss.3. num.312. C. de legib. Navarr. cons.14. n.2. de tempor. ordin. Ugolin. de offic. Episcop. cap.14. §.3. & cap. 26. §.8. n.4. Aloys. Ricc. in prax. rerum fori Eccles. decis.314. in 1. edit.* aliàs *resol.272. n.1. in fin. in 2. edit. Petrus de Ledesma in summa p.1. de sacrament. cap.7. conclus.10. Campan. in divers. jur. canon. rub. 8. cap.6. n.3. Armendar. in addition. ad recompilat. legum Navarræ lib 2. tit.8. l.1. de patrim. Cleric. Sanch in Opuscul. moral. lib.7. cap.1. dub.38. n.1. Marchin. de Sacrament. Ordinis tract 2. p.6. cap.5. diffic.7.* latè *Valenzuel. cons.32. n.1. cum seq. tom.1. Piasec. in prax. Episcop. p.1. cap.1. n.44. vers. ampliari posset, Gratian. discept. forens. cap.991. à n.1. tom.5. Gonzal. ad reg.8. Cancellar. gloss. 5. § 10. n.35. Cardin. Mantica de tacit. & ambig. convention. lib.25. tit.7. n.44. Corrad. in prax. dispensation. Apostolicar. lib.4. c.7. n.30 fol. mihi 108. Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg 19. n. 32. & in Concil. Trid. sess.21. de reform. cap.2. n.22. & 23.* & sæpè ita firmavit *Rot.* ut patet ex decisionibus relatis per *Gratian. & Barbos. locis citatis, Gregor. XV. decis.441. n.1.* ibique *Adden. n.9. Rot. decis.614. in princ. part.4.*
14 *divers.* qui tenent, quod nec per æquipollens adimpleri possit. Et ipsi resignanti propterea competere actionem spolii.

15 Quæ licèt valde urgeant, attamen in præsenti non sunt tuta, sed rectiùs inhærendum visum fuit contrariæ sententiæ, qua firmatur, quod alienatio, seu renunciatio patrimonii, ad cujus titulum quis fuit in sacris ordinatus, facta sine licentia Episcopi, valida sit post consecutum beneficium, seu aliud unde vivere possit; utpote quia prohibitio alienandi in decreto Sacri Concilii Tridentini non fuit simpliciter apposita, sed limitatè ad certum tempus, scilicet donec beneficium
16 Ecclesiasticum sufficiens sit adeptus, quod adverbium *donec* restringit omnia antedicta, & est temporis limitativum, ex deductis per *Barbos. in tract. de diction. usu frequent. diction.93. n.3.* & propterea fieri debet sensus affir-

affirmativè, nempe quod Ordinatus ad titulum patrimonii, vel beneficii possit sine licentia Episcopi vendere patrimonium, beneficiumque resignare, si habeat undè vivat; cum hoc casu cesset ratio Concilii, ita de veriori tenet *Garc. de benefic. part. 2. cap. 5. n. 186.* & latè declarat *Ceval. commun. contra commun. quæst. 527. n. 8. vers. quæ tamen opinio, & quæst. 561. à num. 22. Roderic. à Cunha in comment. ad cap. 1. n. 26. dist. 70. Costa de judic. cap. 1. num. 48. Narbona l. 36. gloss. 1. n. 89. Paris. de resignat. beneficior. lib. 1. q. 6. n. 31. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 4. q. 3.* & expressè tenet *Zavallos q. 527. n. 8. & q. 563. n. 22.* & maximè *n. 30. & seq. Barbos. in Concil. Trident. sess. 21. de reform. cap. 2. n. 63.*

17 Contraria enim sententia procedere potest, ubi versamur in dubio an beneficium adeptum, vel alia bona acquisita sint sufficientia ad Ordinati sustentationem; secùs autem quando hoc notorium sit; & præcipuè si conferatur beneficium sufficiens ab eodem Episcopo, à quo quis ordinatus fuit ad titulum patrimonii, ut in præsenti; nam tunc per beneficii sufficientis collationem, tacitè censetur concessisse licentiam, & facultatem dedisse alienandi patrimonium, & ratio est quia per assecutionem beneficii sufficientis extinguitur patrimonium, juxta deducta per *me ipsum in fori Ecclesiastici decis. 6. Annot. 3. n. 5. tom. 1.*

18 Ulteriùs animadvertebam, ad tollendam omnem dubietatem, quòd possit Ordinarius etiam post alienationem, pro ea non invalidanda, declarare an adeptum beneficium, vel alia bona sint sufficientia, cùm ejus arbitrio remittatur, quæ sit congrua substentatio, ita *Gratian. discept. forens. cap. 159. num. 15. tom. 1.* ad tradita per *Menoch. de arbitrar. cas. 216. n. 12. & 13.*

19 Undè comperto, redditus Canonicatus ascendere ad summam scutorum octoginta ad commodam sustentationem sufficientem, validè potuit Blandanus vendere vineam, ad formam dispositionis Sacri Concilii, ita

19 quod modò ab eodem impugnare, & contra factum proprium venire nequeat, dum nullitatis vitio non inficiatur, ad *Textum in l. post mortem ff. de adoption. Alex. consil. 103. n. 14. lib. 2. Card. Seraphin. dec. 334. n. 1. & 6.*

Quia verò hæc materia frequens est, nonnulla alia, quæ quotidie in praxi contingere possunt, hic ultra casum adnotare operæ pretium duxi, ampliando aliàs *per me* tradita in *decis. 6. Annot. 3. to. 1. & in dec. 139. à n. 7. tom. 2.*

20 Clerici igitur ad titulum patrimonii ordinari non possunt, nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate, vel commoditate, seu utilitate Ecclesiarum suarum, ut per hæc verba disponit *Sac. Concil. Trident. sess. 21. de reform. cap. 2.* Dicitur

21 autem necessitas, si Ecclesia indigeat Ministris illorum ordinum, nec reperiantur alii, qui possint ordinari. Utilitas verò, quando Ecclesia indigeat, sed non desunt alii, qui ordinari, seu promoveri possunt, *Jo: Andreas in cap. quæris de ætat. & qualitat.* ibique *Henrich. Boich. col. 2. ad fin. vers. dicitur autem exigere, Bellam. ante num. 1. in verbo utilitas, Cardinal. in 3. notab.* quos refert *Fagnan. in 2. part. primi Decretal. in eodem cap. quæris n. 3. tom. 1. fol. mihi 248. secundùm Coloniæ impress.*

22 Episcopus verò, ut possit admittere ordinandum ad titulum patrimonii ejus arbitrio juxta decretum Concilii Tridentini, sufficit vel necessitas, vel utilitas Ecclesiæ, & ita decisum fuisse à *Sacr. Congregat.* refert *Aldan. in compend. canon. resol. lib. 1. tit. 30. n. 6.* quem allegat *Barbos. in Concil. Trid. sess. 21. de reform. cap. 2. n. 56.*

23 Sufficienti tamen titulo beneficii si quis careat, habeat verò tantumdem patrimonii, cujus redditus unà cum beneficii fructibus simul collatis sufficientem constituant titulum, utique promoveri potest ad sacros ordines; quia actus promotionis est favorabilis concernens ministerium divini cultus, & Sacramentorum administrationem; ac proinde decretum Sacri Concilii est favorabiliter intelligendum, & ita *censuisse Sac. Congregat.* non obstante *Bulla Sixti V.* refert *Garz. de benefic. part. 2. cap. 5. num. 126.* & tradunt Doctores relati per *Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg. 19. num. 14.* & in *Concil. Trident. sess. 21. de reformat. cap. 2.*

24 *n. 47.* Secùs autem si cum beneficio, aut patrimonio insufficienti jungantur pietantiæ, eleemosynæ, anniversaria, & alia emolumenta, quæ ex celebratione missarum, & exercitio sacrorum Ordinum ordinari percipere, & lucrari possunt, etiamsi

25 ad victum sufficerent; cùm patrimonium constitui debeat in re certa, immobili, & fructifera, de qua ordinatus disponere valeat, *Barbos. in citato cap. 2. n. 48.* junctis antecedentibus *n. 36. & 37. Nicol. Garc. de benefic. p. 2. cap. 5. n. 125. & 126.* ubi refert resolutionem *Sacræ Congregationis*,

26 Prout nec etiam potest promoveri, si nihil prædictorum, vel minus sufficienter haberet, etiamsi Episcopus obliget se suppleturum alimenta ad commodam sustentationem, & ita *à Sac. Congregat.* decisum refert *Garc. de benefic. p. 2. cap. 5. sub n. 126. Armendar. in addition. ad recompilat. legum Navarr. lib. 2. tit. 8. de patrimon. Clericor. n. 16.*

n.16. & 17. Narbona l.35. gloss. 1.num. 72. tit.3.lib.1. Barbos. in Concil. Trid. sess. 21. de reformat. cap.2. num.48. vers. prout nec etiam.

27 Potest etiam quis ordinari ad titulum beneficii cum proxima, & certa spe obtinendi beneficium, prout ordinatus fuit unus Clericus Terræ Olibani, qui certam spem habebat obtinendi beneficium de jure patronatus ejus familiæ vigore fundationis post obitum sui patrui beneficii possessoris senio confecti, & eidem constituto patrimonio; & dum Prænestini Vicarii Generalis munus gerebam expedire feci litteras dimissoriales cum Clausula ad titulum Patrimonii cum proxima, & certa spe obtinendi beneficium directas Eminentissimo, & Reverendissimo Domino Vicario Urbis, prout dirigi debent ad formam Brevis Alexandri VII. quarum vigore admissus, & promotus fuit ad Ordines sacros.

28 Antiquiores enim Cardinales, qui optare solent sex Episcopatus absque onere residentiæ, ubi non sunt suffraganei, dimissorias dirigere tenentur ad Vicarium Urbis exceptâ primâ tonsurâ, juxta Constitutio-
29 nem Alexandri VII. cujus tenor habetur in fine hujus tertiæ Partis.

30 Ad sacros etiam ordines nemo ordinari potest ad titulum propriæ industriæ, ejusq; laboris, ut si sit Musicus, Pictor, Magister grammaticæ, aut alterius licitæ professionis, ex qua quærat necessaria ad sui sustentationem, ut decisum refert Nicol. Garc. de benefic. p.2. cap.5. n.126. Roderic. à Cunha in comment. ad cap.1. n.13. dist.70. Barbos. de offic. & potestat. Episcop. alleg.19. n.71. & in Concil. Trident. sess.21. de reformat.
31 cap.2. n.49. & 50. ubi quòd nec ad titulum litteraturæ, etiamsi in litteris, & gradu quis sit insignis, ut subdit etiam Garc. de benefic. p.2. cap.5. n.128. Marc. Anton. Genuen. in prax. Archiepiscopal. Neapol. c.81. n.2. Campan. in diversor. jur. canon. rub.8. cap.4. n.36. Narbona l.35. gloss.1. num.73. tit.3. lib.1. Fr. Emman. in summ. tom.2. c.15. n.16. Ledesma in summa p.1. de Sacrament. cap.7. ante ult. conclus. & rursus Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg.19. n.72.

32 Contrarium quòd Doctor insignis non obstante Concilio Tridentino dicta sess. 21. de reform. promoveri possit ad sacros ordines, etiamsi non habeat beneficium, vel patrimonium, suadetur quia hujusmodi titulus exigitur à Sacro Concilio, ne Clericus in dedecus ordinis mendicare cogatur, quæ ratio cessat in insigni Doctore; quia verisimile est, illum posse commodè sustentari ob doctrinam, quæ spem præmiorum pollicetur, ut animadvertit Gratian. discept. forens. cap.57. num.30. tom.1. ex Rodrig. in summ. p.2. cap.16. de ordin. n.15. Gonzal. ad reg.8. Cancel. gloss.4. num 36. ubi ita consuluisse, Henriq. in summ. lib.10. cap.17. §.4. in comment. lit. G. Avila de censur. p.3. disp.5. dub.6. ad fin. Cordub. cas.36. & ita doctos Theologos, & jurisperitos consultos respondisse, citati Doctores testantur.

33 Ad titulum propterea patrimonii, vel pensionis ordinari non possunt, nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos, juxta decretum Concilii Tridentini, quæ verba denotant boni viri arbitrium, rationi regulatum, ne Deum solummodo judicem ha-
34 beat, quia aliter ab ejus judicio non datur appellatio; etenim superior non potest animam, & conscientiam inferioris immutare, & nullus contra prohibitionem sui Prælati ordinari potest, nec de illo conqueri, nec ab eo appellari, Aloys. Ric. in prax. rerum fori Eccles. resol.567. in 2. edit. cum aliis adductis per Barbos. in Concil. Trid. sess.21. de reform. cap.2. n.54. & 55. ubi ita dixisse Rot. in Elbor. Ordinum coram Remboldo, & Coccino.

35 Bona patrimonialia Clericorum, differunt à bonis, ad quorum titulum Clerici ordinantur, quia illa non gaudent privilegio bonorum Ecclesiæ, nisi in casibus in jure expressis, Anton. de Butr. Imol & Abb. in cap. si diligenti de præscript. Rom. in l. usucapionem ff. de usucap. Felin. post alios in cap. Ecclesia sanct. Mariæ sub n. 8 vers. sed nihilominus de constit. ibique Andr. Barbat. n.50. & Dec. n.18. Fagnan. in 1. part. 3. Decretal. in cap. Episcopus de præbend. & dignit. n.35. tom.3. fol. mihi 88. secundùm Colonien. impress.

36 Casus autem in jure expressi, in quibus bona patrimonialia Clericorum bonis Ecclesiasticis æquiparantur, sunt immunitas à collectis, & a jurisdictione seculari, privilegio fori, & alii plures, quos cumulat Felinus in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ à n. 7. & seq. de constitut. Fagnan. in 1. part. 3. Decretal. in cap. Episcopus de præben. & dignitat. n.41. tom.3. fol. mihi 88.

37 Sed in statu Ecclesiastico bona patrimonialia Clericorum non gaudent immunitate quoad solutionem onerum Cameralium, stantibus Bullis Pauli III. Pauli IV. Clementis VIII. Pauli V. & aliorum Summorum Pontificum revocatoriis quarumcumque exemptionum, & immunitatum à solutione onerum Cameralium, & Sacra Congregatio boni regiminis sæpius mandavit, & mandat adstringi Ecclesiasticos, & alios privilegiatos ad solutionem hujusmodi onerum, nisi libertatem præscripserint, præ-
38 terquam ex bonis primæ erectionis, & bonis

nis patrimonialibus, ad quorum titulum Clerici ad sacros Ordines sunt promoti, ut subdit idem *Fagnan. in 1. part. 3. Decretal. in cap. Episcopus de praeben. & dignitat. n. 42.*

39 Bona verò, ad quorum titulum Clerici ordinantur, indistinctè gaudent exemptionibus, & privilegiis bonorum Ecclesiae, etiam in casibus à jure non expressis; quia cùm subrogentur loco beneficii, non censetur deinceps esse simplex patrimonium temporale, & profanum, sed quaedam quasi spiritualis merces, & praemium pro servitiis altari exhibendis, *Felin. in cap. Ecclesia sanctae Mariae n. 10. de constitut.* & latiùs *ibidem Anton. Burgos. in repetition. ejusdem cap. n. 130. & seq. vers. limitant Moderni*;

40 ac proinde eximuntur ab obligatione solvendi onera cameralia: & ita saepe declarasse Sacram Congregationem boni regiminis subdit *Fagn. in 1. part. 3. Decretal. in cap. Episcopus de praebend. & dignitat. n. 31. & 38. vers. at verò bona* juncto *n. 42.* praecipuè *in fi. tom. 3. fol. 87. & 88. secundùm impressionem Coloniae*, cum aliis per *me ipsum* latè adductis *in decis. 6. Annot. 3.*

41 Temporum verò mutatione urgentibus Camerae indigentiis, & ad sublevandas Universitates à Sacra Congregatione boni regiminis fuit restricta exemptio à solutione onerum cameralium concessa bonis patrimonialibus, ad quorum titulum Clericus promotus fuit ad sacros Ordines, & etiam bonis primae erectionis, ut non obstante hujusmodi exemptione sint affecta, & pro illis Clerici solvere teneantur duo onera privilegiata, scilicet defectionem vectigalis carnis, & macinae; in caeteris verò firma remanente exemptione: & ita dum Praenestini Vicarii Generalis munus gerebam mihi demandatum fuit, ut patet ex infrascriptis litteris.

Molto Reverendo Signore. Essendo tenuto Paolo Piselli Sacerdote della Terra d'Olevano di contribuire per li beni di prima erettione, e suo patrimonio sagro al pagamento delli doi pesi privilegiati solamente, cioè alla mancanza della gabella della carne, e della macina, così ella potrà ordinare, che siegua, non permettendo, che per altre collette riceva molestia alcuna per detti beni, e Dio lo conservi. Roma 5. Febraro 1685.

Al piacere di V. S.
A. Cardinal Cibo.
Ant. Lor. Ratta Segretario.

Molto Reverendo Signore. Essendo tenuto l'Arciprete Simione da Cave di contribuire per li beni di prima erettione, e suo patrimonio sagro al pagamento solamente, cioè agl' Utensilii della soldatesca di leva fin al tempo della suppressione, mancanza della gabella della carne, e della macina, così ella ordinerà, che siegua, non permettendo che per l'altre collette riceva molestia alcuna, per detti beni, e Dio la conservi. Roma 19. *Febraro* 1685.

Al piacere di V. S.
A. Cardinal Cibo.
Ant. Lor. Ratta Segretario.

Molto Reverendo Signore. Li beni assignati al Sacerdote Sisto Giusti da Olevano in patrimonio sagro, devono contribuire solamente alle collette, che si pagano da quella Communità per la mancanza delle gabelle di carne, e macinato, & anche l'utensilii della soldatesca di Leva per il decorso; onde ella così farà seguire, e Dio la conservi. Roma 18. *Giugno* 1685.

Al piacer di V. S.
A. Cardinal Cibo.
Ant. Lor. Rotta Segretorio.

42 Licèt Clerici, & Ecclesiastici teneantur in Statu Ecclesiastico solvere onera cameralia pro eorum bonis patrimonialibus vigore supradictarum Bullarum Summorum Pontificum exemptionum revocatoriarum; tamen hujusmodi revocationes non afficiunt alias exemptiones, quae de jure competunt Ecclesiasticis, ut expressè declaravit *Paulus V.* in sua Constitutione *incip. in maximis in Bullar. nov. tom. 3 p. 188. ibi — Volumus autem, ac declaramus nostrae intentionis non esse revocare exemptiones, & immunitates quibuscumque personis Ecclesiasticis, tam secularibus, quàm regularibus de jure competentes.*

43 Hinc est, quòd alia onera solvere non tenentur pro bonis per ipsos possessis, & pro aliis, si ad eorum manus deveniant; nisi copularivè sint certa, realia, invariabilia, & infixa bonis propter bona, & non bonis propter personas; nam tunc hujusmodi onera sequuntur rem, etiamsi transeant ad personas privilegiatas, & exemptas, ut sunt Ecclesiae, & Ecclesiastici, juxta celebrem decisionem in *causa Brundusina gabellae coram Penia* approbatam, & secutam *à Sacra Congregatione, & in olia Albanen. gabellae* magistrali decisione *coram Merlino*, de quibus, & de materia latissimè tradidi *in decis. 6. cumsequentibus annotati. nibus tom.*

44 1. Quibus oneribus etiam bona, ad quorum titulum Clerici sunt ordinati, remanent affecta, & illorum solutioni sunt obnoxia, ut subdit *Fagnan. in 1. part. 3. Decretal. in cap. Episco-*

Episcopus de præben. & dignitat. sub n. 42.
verf. nec tolli obicem. Ac proinde in ejus
conftitutione habenda eft ratio de his one-
ribus.

45 Speciale verò privilegium exemptionis
ab oneribus cameralibus facro patrimonio
conceffum, donec Clericus affequatur be-
neficium, extinguitur adepto beneficio,
nec revivifcit per beneficii dimiffionem;
quoniam præfatum privilegium non eft per-
petuum, fed temporale, & limitatum ufque
ad actum confecutionis beneficii, ut dedu-
citur ex verbis Decreti Sac. Concil. ibi *do-*
46 *nec confequatur beneficium*, quæ cum fint
collata in certum eventum faciunt condi-
tionem, *Bart. in l.1. in prin. in 6. col. ff. de con-*
dit. & demonftrat. Jaf. in l.1. fufficit n.5. ff.
47 *de condict. indebit.* & conditio exuberat fi
femel, & aliquo momento temporis imple-
ta fuerit, licèt implementum non duret, *l.*
fi quis hæredem C. de inftit. & fubftit. ubi
fcribentes, *l. in fubftitutione ff. de vulgar &*
pupillar. Anton. Gabriel lib. commun. con-
cluf. tit. de fideicommif. conclu. 7. & 8. Ac
propterea cùm privilegium fuerit fublatum
per beneficii affecutionem, redire non po-
teft ad primævam ejus naturam, per ejuf-
48 dem beneficii dimiffionem, cùm jus femel
extinctum revivifcere nequeat, *l. qui res §.*
aream ff de folut. cap. quæri de confecrat.
diftinct. 4. Petrus de Anchar. conf. 38. n. 3. &
ita ex his, & aliis rationibus comprobat *Fa-*
gnan. in 1. part. 3. Decretal. in cap. Epifcopus
de præbend. & dignitat. à n. 52. ufque ad 62.
tom. 3. fol. 90. fecundùm Coloniæ impref. ex
Archidiac. in cap. non poteft de præben. in 6.
conferunt tradita per *Bald. in l. fi quis hære-*
dem §. item facit ad quæftionem C. de inftit.
49 *& fubftit.* ubi tradit non fufficere, condi-
tionem femel extitiffe, quando implemen-
tum non durat culpà illius, qui implevit,
& ibidem *Salycet. circa fin.*

50 Contrarium, & veriùs quòd non extin-
guatur privilegium exemptionis ab oneribus
cameralibus conceffum patrimonio poft
adeptum beneficium, etiam fi deinde dimit-
tatur, quia cùm hujufmodi dimiffio, & re-
fignatio à Sacro Concilio non improbetur.
fed permittatur, fi dimittens habeat aliun-
de vivere, & fic ipfum patrimonium, quod
iterum fubrogatur loco beneficii, gaudere
debet eàdem exemptione, ficut antea gau-
debat, cùm militet eadem ratio, ne Cleri-
cus cogatur cum ordinis dedecore mendica-
re; ac proinde patrimonium reaffumere
debet primævam ejus naturam, & reinte-
grari ad exemptionem, quæ per beneficii
acquifitionem non cenfetur extincta, fed in
fufpenfo remanfiffe, donec in beneficii pof-
feffione extiterit. & non refignaverit; pro-
ut fub hac tacita conditione, ftante facul-
tate dimittendi, beneficium acquifitum
fuit: conditio enim non dicitur impleta, nec
51 fufficit, ut femel extiterit, nifi perfeveret;
propterea fi factum non duret, vel effectum
juris non fequatur, conditio non eft imple-
ta, ut tradit *Angel. conf. 159. n. 3. verf.*
quandoque in conditione. & n. feq. Ita etiam
fupradictis, & aliis rationibus ponderavit
Fagnan. in 1. part. 3. Decretal. in cap. Epifco-
pus de præbend. & dignitat. n. 63. ufque ad
fin. tom. 3. fol. 90. fecundùm Coloniæ impref.

52 Patrimonium verò etiam conftituendum
poft beneficii refignationem non debet effe
exceffivum, & immunitates tantùm confe-
quitur pro ea parte, quæ ad commodam
Clerici fuftentationem fufficiat, prout Or-
dinarii attentâ qualitate fuæ Diœcefis con-
ftituere debent, nec deinde alienari poteft,
nifi aliud beneficium confequatur; utpote
quia beneficiatus fine titulo beneficii, aut
patrimonii remanere, nec in fufpenfo ftare
debeat, ad tradita per *me in decif. 6. annot. 3.*
quibus addo *Fagnan. in 1. part. 3. Decretal.*
in cap. Epifcopus de præben. & dignitat. n. 43.
44. & 45. juncto antecedenti *n. 6.* ubi decla-
53 rat, quæ dicatur congrua fuftentatio *tom. 3.*
fol. 89.

54 Ceterùm, exceptis oneribus Cameralibus
etiam in Statu Ecclefiaftico, bona patrimo-
nialia, quæ forte temporali poffidentur à Cle-
ricis, & bona Ecclefiarum gaudent immuni-
tate à collectis, & oneribus laicalibus ob di-
gnitatem perfonarum, quæ perfonæ digni-
tas influit immunitatem in ipfa bona tan-
quam adhærentia perfonæ Clerici, & perfo-
na dici non poteft plenè, & perfectè exem-
pta, nifi etiam illius bona exempta fint: ita
Abb. Dec. Felin. & communiter *alii Cano-*
niftæ in cap. Ecclefia Sanctæ Mariæ, & in
cap. quæ in Ecclefiarum de conftit. Hoftien.
in cap. non minus de immunit. Ecclef. num. 8.
Butr. n. 3. Cardin. n. 4. Anchar. in 2. notab.
iterum Abb. in cap. 1. n. 3. verf. fateor ta-
men, ibique *Butr. n. 5. Imol. n. 1 de confue-*
tud. Fagnan. in 2. part. 3. Decretal. in cap.
non minus de immunit. Ecclef. n. 16. tom. 3.
fol. 370. fecundùm impreff. Coloniæ, Rot. de-
cif. 339. n. 23. part. 6. in recent.

55 Siquidem bona Clericorum immunia funt
à collectis, & impofitionibus laicorum tam
de jure divino, quàm civili, & canonico, ut
ex *Genef. 47. ex 1. Efdr. cap. 7 n. 3.* & *Mat-*
th. 17. & latiffimè, ac doctiffimè comproba-
vit *Merlinus in Albanen. Gabellæ in recent.*
decif. 339. à n. 8. & pluribus feq. canonizata
à Sac. Congregat. & pluries *à Rota* fecuta
fignanter *in Barchinon. exemptionis 20. Ju-*
nii 1636. coram Coccino, Fagnan. in 2. part.
3. Decretal. in cap. non minus de immunit.

56 *Ecclef.*

56 *Eccles. n.4. tom.3. fol.*368. ubi *n.*36. subdit quòd exigens pedagia ab Ecclesiis, & a Clericis incidit in excommunicationem latę sententiæ, etiamsi Imperiali, & Regali dignitate præfulgeat, ut statuitur in *Bulla Cœnæ Domini* §.18. *exigentes*.

57 Et ratio est, quia bona Ecclesiarum sunt deputata publico usui spirituali, *l. placet C. de sacrosanct. Eccles.* & bona Clericorum pro eorum sustentatione, ut laborantes in spiritualibus subleventur; laici verò, & eorum bona debent subire onera mundana Reipublicæ, in qua eorum utilitas principaliter consistit, *Prosper Fagnan. in* 2.*part.* 3.*Decretal.in cap. non minus de immunitat. Eccles.n.*47.*tom.*3.*fol.mibi* 372.

58 Bona Ecclesiarum, & Clericorum licèt conveniant quoad immunitatem, & fori privilegium, differunt tamen, quia bona

59 patrimonialia Clericorum præscribuntur, sicut bona laicorum; secùs autem bona Ecclesiarum, ut notat *glos.*1.*in cap. possessiones* 16. *q.*4. *Roman. singul.* 463. *Butr. & Abb.in cap.si diligenti de pr.script.* Rursus

60 Clerico in patrimonialibus bonis non competit restitutio in integrum, sicut competit in bonis Ecclesiæ, ut notat *Speculat. in tit. de restitut. in integr.* . *qualiter vers. sed numquid*, *& glo.*2.*in Clement.*1.*tit. eodem*,

61 Ulteriùs potest Clericus de suis bonis propria auctoritate compromittere, etiam in laicum, quod non potest de bonis Ecclesiasticis, *glos.*2.*in cap. si diligenti de præscription.* ita *Fagnan. in pri. part.*3. *Decretal.in cap.Episcopus de præben.& dignitat.* à *n.*35.*usque ad* 38.*tom.*3.*fol.*88. & plura alia exempla congerunt *Abb. & Felin.in cap.si diligenti de præscript.*

Nepesina Census.

ARGUMENTUM.

Donatio causâ mortis, sicut testamentum, facta coram Parocho, & duobus testibus, valet de jure canonico, etiam in Urbe, & inter districtuales, non obstante statuto jubente servari jus civile, materia *cap. cum esses*, *& cap. relatum il primo de testam.* hìc largè pertractatur.

SUMMARIUM.

1 Donatio causâ mortis facta coram Parocho, & duobus testibus, valet.

2 Legatum factum consanguineo pauperi, ad piam causam censetur.

3 Relicta ad pias causas de jure civili non valent, nisi adhibitis septem testibus.

4 Sed de jure canonico valent sine solemnitatibus, adhibitis duobus testibus.

5 Dispositio ad pias causas regitur ex jure naturali, & divino.

6 Et in ea cessat suspicio fraudis.

7 Et tam in Terris Ecclesiæ quàm Imperii, & in utroque foro servari debet.

8 Jus civile servari debet in Urbe, & inter districtuales vigore statuti.

Testamentum conditum in Urbe coram Parocho, & duobus testibus non sustinetur, ibidem. Contrarium à n.10 usque ad n.36. & n.28. contrariis respondetur.

9 Populi, & Universitates etiam subiectæ Romanæ Ecclesiæ possunt statuta condere contra jus canonicum.

11 De statuti Urbis validitate dubitari non potest, cum auctoritate Pontificis conditum fuerit, & ab eo in forma specifica confirmatum.

12 Non habet tamen locum in legibus civilibus, quæ sunt contra jus Divinum, & n.14.19.20. usque ad n.26.

13 De jure divino in ore duorum, vel trium testium stat omne verbum.

15 Jus civile correctum à jure canonico non dicitur ampliùs jus civile.

16 Jus civile quoad numerum septem Testium adhiben. in testamentis fuit correctum per jus canonicum, & sub n.21. & 22.

17 Testamentum factum coram Parocho, & duobus Testibus valet, etiam si non sit ad pias causas.

18 Et ad removendas fraudes adhibetur Parochus à jure canonico loco septem testium.

19 Confirmatio statuti Urbis à Pontifice obtenta non dedit robur ad observandas leges civiles per jus canonicum correctas, & n.21.

20 Natura confirmationis est non alterare statum rei confirmatæ, sed tantùm convalidare.

22 Statuta, & consuetudines locales requirentes in testamentis septem testes fuerunt sublatæ per cap. cum esses de testam. quasi inducant peccatum, & rebellent à lege Divina.

23 Impugnantes testamenta facta ad præscriptum cap. cum esses de testam, peccant mortaliter cum transgrediantur legem divinam, & naturalem, & sit contra instituta Patrum, n.24. & generalem Ecclesiæ consuetudinem, n.25. & incidunt in excommunicationem, n.26.

27 Excommunicatio non imponitur nisi pro culpa mortali.

29 Judices seculares compelli possunt ad observantiam Decretalis in cap. cum esses de testam.

30 Lex civilis potest declarare, & distinguere jus Divinum, & naturale.

31 Regula quod in ore duorum vel trium stat omne verbum, non procedit in casibus requirentes plores testes.

Ut requiruntur in puniendis Cardinalibus, & Episcopis ibidem. Declara, ut in n.36.

32 Præcipuè à Principe in rebus profanis, in quibus habet jurisdictionem.

33 Regula supradicta videtur non esse referendam ad majorem, sed ad minorem numerum testium.

34 Et ad hibere plures testes non est contra, sed præter divinam legem. Contrarium, n.35.

37 Testamentum ad pias causas valet etiam sine hæredis institutione.

38 Paupertas uti qualitas naturalis in dubio præsumitur.

39 Testes deponentes super alicujus paupertate debent coarctare negativam, aliàs non probant.

40 Pauper dicitur qui de proprio labore, & artificio vivit, & qui parum habet; & inops, qui nihil habet.

41 Etiam si haberet in bonis mille.

42 Testamento ad pias causas magis favetur, quàm testamento inter liberos, secùs quoad legitimam.

43 In quibus differant cap. cum esses, & cap. relatum il primo de testament. & n. seq. usque ad finem.

44 Textus in cap. relatum il primo procedit in ultimis voluntatibus ad pias causas, & duos testes exigit ad illius probationem, non quoad substantiam.

45 Textus in cap. cum esses loquitur etiam in profanis.

46 In testamento ad formam cap. cum esses ultra duos testes requiritur præsentia Parochi, secùs ad formam cap. relatum.

47 Testamentum ad pias causas valet sine testibus, si manu testatoris sit scriptum.

48 Testamentum inter liberos manu testatoris scriptum, vel subscriptum valet, secùs quoad extraneos, nisi duo testes interveniant.
49 Et valet quibuscunque verbis factum fuerit.
50 Amplia procedere etiam in testamento Matris, & inter filium, & nepotem ex alio filio, n.51.
52 Dispositio cap. relatum est servanda etiam in terris Imperii, & in utroque foro; sed dispositio cap. cum esses an ita etiam sit servanda, controvertitur inter Doctores, n.53.
52 Judex Laicus in piis dispositionibus judicare debet juxta sacros canones.
54 Testes in testamentis ad formam cap. cum esses, & cap. relatum an debeant esse rogati.
55 Testamenta ad pias causas non tractantur secundùm leges civiles.
56 Femina in testamento ad pias causas potest esse testis, secùs ad non pias causas, n.57.
58 Ampl. procedere tam de jure civili, quàm de jure canonico, n.59.

DECISIO CLV.

Fabritius Apollonius adversâ valetudine laborans non curavit de suis bonis solemne condere testamentum, sed tantùm coram Parocho, & tribus testibus censum scutorum centum aliis ad sui favorem impositum reliquit Francisco, & Desiderio ejus ex fratre nepotibus: secuto Fabritii obitu repugnantibus ejus hæredibus censum tradere ex capite invalidæ dispositionis, introduxerunt judicium coram me tunc Provicario Generali Nepesino. Hinc assumptâ disputatione an prædicta dispositio sustineatur. & Census debeatur, & discusso articulo, affirmativè respondendum duxi.

1 Quoniam census relictus fuit ex mera liberalitate defuncti, undè sustinetur in vim donationis causâ mortis, quæ facta coram Parocho, & duobus testibus de jure canonico valet, præcipuè in terris Ecclesiæ, exemplo testamenti ad formam *cap. cum esses de testam*, ut eleganter, & in specie tradit *Soccin.sen. in cons.*130 *n.*5. *n.*t. quem refert, *Cardinal Mantica de conjectur ultim. volunt. lib.*1. *tit.*13. *n.*16. *vers. simili quoque modo*.

2 Cui conclusioni adstipulatur, quòd præfata dispositio censeatur ad pias causas, tamquam facta ad sublevandum nepotes, etiam si nulla alia causa piâ expressa fuerit: etenim, dum defunctus non curavit de aliis suis bonis disponere, deducitur censum reliquisse nepotibus magis propter misericordiam, quàm propter affectionem, & consequenter ad piam causam; ita de veriori tradit *Marta de succes. legal.p.*4.*q.*18. *art.*4. *n.*14.*vers. contrariam opinionem tom.* 2. *ex glo.* quam allegat, *in cap.*2. *de sepult. & Bald. & Paul. de Castr. in l.*1. *C. de sacrosanct. Eccles.* & latè comprobat *Jas. in cons.*88. *vol.*2. cum aliis per *me ipsum* allegatis *in fori Ecclesiast. decis.*12.*Annot.*7.*n.*11.*tom.*1.& in hac sententia maximè in dubio residet *Mantica de conjectur ultim. volunt. lib.*6. *tit.*3. *num.*25. *vers. sed in dubio*, ubi quia hoc tendit in suffragium animæ testatoris, *& n.*26.

3 Et quamvis jure civili relicta etiam ad pias causas non valeant, nisi adhibitis septem testibus, & servatâ omni solemnitate *l. generali C. de sacrosanct. Eccles.*, & de communi Doctorum sententia comprobat *Aret. in l.*1. *n.*2.*ad fin.C.de sacrosanct.Eccles.* Alciat. *cons.*79. *n.*13. *l.*9. Tamen de jure Pontificio
4 relicta, sicut testamentum, ad pias causas valent absque solemnitatibus; adeout duo testes sufficiant, *c.relatum il.*1. *de testam*; ibique *Host. Jo.* Andreas *Clar. in §. testamentum q.*6. *n.*t. *Cardinal. Tusch. conclu.*116. *n.*78. *tom.* 8. *Tannerus in defens. Ecclesiast. libert. lib.* 2. *cap.*'8. cum aliis congestis per *Dian. resol.*2. *per totam*, *Boer. dec.*93. *n.*3. *Cardinal.*Mantica *de conjectur.ultim.volunt. lib.*6. *tit.*3.*sub. n.*4. *Rot.dec.*734. *n.*6. *&* 4. *p.*t. *divers.*

5 Et ratio est, quia dispositio ad pias causas regitur ex jure naturali, & Divino, cujus vigore duo testes sufficiunt, cùm in hujusmodi dispositionibus, & testamentis cessare videatur suspicio fraudis, seu falsitatis, propter quam lex civilis septem testium solemnitatem introduxit, *l. ultim. ff. de fideicom. l.hac consultissima §. ult. C. qui testam. facere possunt*, & hanc esse communem sententiam affirmat *Alex.in cons.*4.*n* 6.*v.*6.*& in cons.*131 *n.*2. *vol.*7. Corn. *cons.*261.*n.*2.*vol.*1.*Calder. sub rub. de testam. in cons.*6. *Anchar. in cons.*337. *n.*3. *circa med.* & quod in hoc Doctores communiter conveniant asserit Boer. *decis.* 93. *n.*5. *Alciat. in l. generali n.*3. *de sacrosanctis Eccles.& in l* 1 *num.*16. *tit. eod. Cardinal.* Mantica *de conject. ultim. volunt. lib.*6. *tit.*3. *n.*4. ubi *in fin ex* citatis Doctoribus subdit, quòd hujusmodi juris canonici dispositio quoad relicta, & testamenta ad pias causas ubique servari debeat, non tam in foro, & à Judice Ecclesiastico, quàm etiam in foro laicali, & Judice seculari, etiam si quoad temporalia Romanæ Ecclesiæ non sit subiectus, ut tradunt omnes in dicta *l.*t. C. *de sacrosanct. Eccles.* & præcipuè *Didac. n.*1. *vers. hæc verò Decretalis*, ubi nominatim Doctores refert, & sequitur.

8 Hinc obesse non videbatur, quòd in Urbe, & inter districtuales servari debeat jus civile, & in subsidium jus canonicum, vigore Statuti Urbis *lib.*1. *cap.* 42. ac proinde, quòd ultimæ voluntates, & testamenta condita in Urbe, ejusque districtu, juxta dispositionem *cap. cum esses de testam.* non sustineantur, sed septem testes adhiberi debeant, ut in terminis dicti statuti declaravit *Rot. in Romana de Stocchis* 27. *Maji* 1588. quam refert

refert *Fagnan. in primam part.* 3. *Decretal. in cap. cum esses de testam. num.* 158. *tom.* 3. *fol. mihi* 344. *Gratian. discept. forens. c.* 233. *num.* 52. *tom.* 2. *Antonell. de tempore legal. lib.* 2. *cap.* 32. *n.* 4. Ego ipse *in fori Ecclesiast. decis.* 90. *Annot.* 1. *num.* 12. *tom.* 2. *Alex. in consil.* 177. *n.* 2. *vers. quia responsio lib.* 2. ubi
9 etiam exemplificando docet, quòd non solùm non subditi, sed etiam Universitates, & Populi subiecti Ecclesiæ Romanæ, quoad temporalem jurisdictionem possunt Statuta condere contra jus canonicum, servanda quoad ipsos laicos, ut etiam probat *Abb. in cap. quod Clericus n.* 45. *de foro competen.*
10 Quoniam hanc opinionem non esse veram intrepidè existimat *Fagnan. in* 1. *part.* 3. *Decretal. in cap. cum esses de testam. à n.* 163. *usque ad fin. tom.* 3. *fol. mihi* 344. *secundùm*
11 *Colonien. impress.* nam licèt de validitate Statuti Urbis dubitari non possit; utpote quia conditum fuit auctoritate Pontificis, & à *Gregorio XIII.* ex certa scientia, & causæ cognitione in forma specifica confirmatum, ut in *Bulla confirmationis incip. Urbem Romam edita* 8. *Kalendis Julii* 1580. de qua latè *Fenzon. ad idem Statut. in annotat. à n.* 43. *cum pluribus sequent.* tamen
12 cum specificè in *dicto cap.* 42. *lib.* 1. nulla mentio fiat de testamentis, sed generaliter de observantia juris civilis, passivam debet recipere limitationem, & declarationem, ut locum non habeat in illis legibus, quæ sunt contra jus Divinum, & fovent peccatum,
13 prout redderetur hujusmodi Statutum, cùm leges civiles requirentes numerum septem testium in testamentis sunt contra jus Divinum; etenim regula juris Divini attentâ lege Moysis, seu Testamento veteri, & novo, est, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum, ut in specie habetur in *Deuteron.* 17. & 19. *Matth.* 18. ubi *adhibe tecum unum, vel duos, ut in ore duorum, vel trium stet omne verbum, Jo:* 8. *item Christus exhortabatur Judæos, ut deberent in eum credere, quia de hoc constabat per duos testes, & duorum hominum testimonium verum est*, idem dicitur *in cap. in omni de te-*
14 *stibus, & attestation.* propterea Statutum Urbis jubens servari jus civile non extenditur ad illas leges, quæ reperiuntur expressè correctæ, & abrogatæ per jus canonicum;
15 cùm jus civile correctum non ampliùs dicatur jus civile, ut in terminis Statuti Urbis dixit *Rot. in Perusina bonorum* 20. *Aprilis* 1592. *coram Penia decis.* 65. *n.* 2. *post* 2. *vol. cons. Farinac. & post Capram cons.* 7. *n.* 12. *Fagnan. in dicto cap. cum esses de testament. à n.* 113. *& plurib. seq.* & in puncto *Statuti Urbis à n.* 163. *usque ad num.* 167. *tom.* 3. *fol. mihi* 343.

16 Quod autem jus civile quoad numerum septem testium fuerit correctum per jus canonicum inhærendo juri Divino ultra suprà deducta expressè disponitur in *citato cap.*
17 *cum esses de testam.* adeout de jure canonico valeat testamentum coram Parocho, & duobus testibus, etiamsi non fit ad pias causas, tam in terris subjectis jurisdictioni temporali Romani Pontificis, quàm in terris Imperii; & tam in foro Ecclesiæ, quàm in foro civili laicali; & hoc esse verissimum, cùm pro hac opinione militet Lex Divina, Lex Canonica, & generalis Ecclesiæ consuetudo, *Hostien. in cap. cum esses de testament. n.* 4. *verb. improbamus vers. vel si dicas, ibique Guilel. Naso, Ægid. & Petrus de Sanson.* relat. *à Joan. Andr. n.* 2. *Alan. & Laurent.* ab eodem relat. *n.* 6. *in glos.* 3.
18 Præcipuè quia ad removendum timorem falsitatis, cujus respectu emanavit juris civilis solemnitas adhibendi in testamentis numerum septenarium, datur à jure canonico remedium, eò quòd testes sint idonei, & adhibeatur etiam Presbyter Parochialis, qui est Judex animarum, de quo jus canonicum plurimum confidit; adeout dici nequeat, quòd falsitati consentiret, vel quòd fraudis, & falsitatis dolosum authorem se faciat: ita *Hostien.* loco citato, & *in summ. de testament.* §. *qualiter conficiatur Joan. Andr. in cap. cùm esses de testam. n.* 6. ibique *collect. n.* 1. & 2. *in fi. & Butr. n.* 3. *vers. ego credo, Corn. cons.* 137. *n.* 1. *vers. totus enim iste articulus vol.* 2. latè *Fagnan. in primam partem* 3. *Decretal. in eodem cap. cum esses de testament. à n.* 24. *usque ad* 31. *& n.* 44. *to.* 3. *fol.* 333. & 334.
19 Quâ ratione ulteriùs parum afficit confirmatio statuti Urbis à Sede Apostolica obtenta in forma speciali; quia hujusmodi confirmatio non dedit robur statutis loquentibus de jure civili aliàs per jus cano-
20 nicum correcto; nam natura confirmationis est non alterare statum rei confirmatæ, sed illam convalidare, & robur adjicere, remanentibus tamen omnibus in eodem statu, & terminis, *l. Aurelius* §. *testamenta ff. de liber. legat. cap.* 1. & 2. *de confirm. util. vel inutil.* & passim, & ita in puncto respondet *Rot. decis.* 65. *n.* 2. *vers. ex iis quoque post* 2. *vol. cons. Farinac. Fagnan. in* 1. *partem tertii Decretal. in cap. cum esses de testament. n.* 178. *tom.* 3. *p. mihi* 345.
21 Neque enim redditur verisimile, Summum Pontificem statuti authorem, qui jus divinum usque ad animam, & sanguinem servare debet, *cap. sunt quidam* 25. *q.* 1. *glos. in cap. à nobis de decimis, Abb. in dicto cap. cum esses de testament. n.* 8. *post med. vers. item Principes*, per generalia verba ejus-

O 2 dem

pem statuti Urbis voluisse legum civilium observantiam præcipere; dum à jure canonico correctæ fuerunt, prout sunt leges civiles requirentes numerum septem testium in testamentis; cùm sint contra jus divinum, in quo scriptum est: in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum, quod est servandum non solùm à Summo Pontifice, sed etiam ab Imperatoribus, ut latissimè comprobat *Fagnan. in 1. part. 3. Decretal. in cap. cum esses de testament. à n. 113. usque ad 128. & ad n. 165. usque ad* 168. ac proinde Summi Pontificis confirmatio statuti omnino excludere debet civiles leges, quæ sunt contra jus divinum; & ita hujusmodi statuta non valere eleganter docuit *Bald. cons. 285. si quis juris col. 2. in fi. vers.*

22 *sed contra lib. 3.* dicens statuta, & consuetudines locales requirentes in testamento numerum septem testium esse sublatas per *cap cum esses de testam.* quasi inducant peccatum, & rebellent juri divino, quia infringunt veritatem; undè statuti verba ad prædictas leges abrogatas non extenduntur ex defectu intentionis Papæ.

23 Impugnans propterea testamentum ob defectum solemnitatis omissæ in numero septem testium peccat mortaliter, tum quia hujusmodi impugnatio est contra præceptum divinæ legis, in qua scriptum est, quod in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum, & ejus transgressio semper est mortalis, ut definit *Augustinus lib. 22. contra Faustinum c. 24. in prin. & S. Thom. in 1. 2. q. 71. art. 6. & in 2. sentent. dist. 22 art. 2. &* in nostris terminis tradit *Abb. in cap. cum esses de testament. n. 7.* Tum quia talis impugnatio est contra jus naturale, cùm lex in ore duorum &c. est præceptum morale, & omnia præcepta moralia sint de lege naturali, *Divus Thom. in 1 2. q. 87. art. 5. in corpore, & in 4. sentent. dist. 2. q. 1. art. 4. q. 1. ad 2 & in 2. 2. q. 133. art. 1. in corpore, & q. 142. art. 1.* & in puncto tradit *Fagnan. in 1. part. 3. Decretal. in cap. cum esses de testament. n. 127. tom. 3. fol. mihi* 341. Tum quia

24 est contra instituta Patrum, & prohibitionem Ecclesiæ, ut expressè legitur in *cap. cum esses de testament.* quæ pariter obligant sub mortali, *cap. qui omnipotentem 11. q. 3. cap. quis quis præceptis 14. q. 1.* & in puncto *Fagnan. loco citato n. 129.* & ad tradita per *eundem in cap. si quis n. 38. & 39. de Regular.*

25 Tum quia talis impugnatio in dicto *cap. cum esses* dicitur esse contra generalem Ecclesiæ consuetudinem, cujus transgressio pariter inducit culpam lethalem, *Fagnan. loco citato n. 130.*

26 Tum demum quia contra impugnantes testamenta facta coram Parocho, & duobus testibus imponitur pœna excommunicationis ab *Alexandro III.* ut in ejus constitutione relat. in *dicto cap. cum esses de testa-*

27 *ment.* & excommunicatio imponi non potest nisi pro culpa mortali, *cap. nemo, cap. nullus 11. q. 3.* & animadvertit *Fagnan. in primam part. 3. Decretal. in dicto cap. cum esses de testam. n. 124. tom. 3. fol. mihi.* 341.

28 Ex quibus ita dispositis remanet penitus sublatum fundamentum decisionis in causa *Romana bonorum de Stocchis coram Hieronymo Pamphilio*; adeout non obstante Statuto Urbis jubente servari jus civile, ubi Statutum non disponit, testamentum conditum ad formam *cap. cum esses* sustineatur, & rescindi nequeat sine incursu excommunicationis in eadem Constitutione comminatæ, ex quo concludit *Abb. in eod. cap. cum*

29 *esses de testament. sub n. 10.* quòd Judices seculares compelli possunt ad observantiam hujus Decretalis, quem sequitur *Fagnan. in 1. part. 3. Decretal. in dicto cap. cum esses n. 139. in fin. tom. 3. fol. mihi* 342.

30 Nec valet obesse allegare, legem civilem posse jus Divinum, & naturale distinguere, & adjuvare, illique addere, vel detrahere, ut est expressum in *l. jus civile*, juncta *gloss.*

31 *prima ff. de just. & jur.* & propterea lex civilis, quemadmodum & canonica declarare possunt dictum Evangelii *in ore duorum, vel trium stat omne verbum*, ut non procedat in multis casibus, in quibus plures requiruntur, & major numerus testium exigitur, ut præscribitur in condemnandis Episcopis, Cardinalibus, Presbyteris, & aliis Clericis Romanæ Ecclesiæ *in cap. 1. & 2. 2. q. 4.* & in testamentis condendis est *Text. in l. hac consultissima C. qui testamentum facere possunt*, & in *l. fin. C. de testam.* ita docet *Innoc. in cap. quæ in Ecclesiarum n. 4. de Constitution. gloss. fin. in l. 1. ff. de Const. Principum, Bald. in Authent. ad hac n 6. C. de usur.* & in *l. 2. ad fin. vers. sed quæris C. de precib. Imperat. offerend. Clar. in §. testamentum, q. 56. in princ. Anchar. in cap. cum esses de testam. in 3. notab. vers. potest tamen jus civile, Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum n. 2. de Constitution.* ubi in *2. limit.*

32 *n. 17.* subdit quòd hoc præcipuè locum habeat, quando lex Principis, interpretando jus Divinum, statuit in iis, in quibus habet jurisdictionem, scilicet in rebus profanis, ut est testamentum ad non pias causas; alioquin obstante lege Divinâ neque lex canonica potuisset præscribere majorem numerum testium, prout fecit in citatis juribus, recedendo à dispositione *cap. in omni de testibus, & aliis*; adeout regula *in ore duorum vel trium stat omne verbum*, non videatur referendam esse ad majorem numerum, sed ad mino-

minorem, & consequenter quòd non sit liminativa, & exclusiva majoris numeri; dum ex urgentibus causis plures quàm duo exiguntur testes, ut expressum est in cap. licèt universis de testibus, ubi glo. in verbo duorum exponit non pauciorum glo. fin. in sum. 2. q. 4. ubi ait ideo dicit trium, quia quandoque secundum canones plures quàm duo requiruntur, sed nunquam pauciores, & animadvertit Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 80. n. 23. vers. quod verò ait, & n. 24. ubi quòd licèt in cap. cum esses de testam. dicatur esse alienum à lege divina, ut non valeat testamentum conditum sine numero quinque testium; tamen subdit quòd intelligi debeat esse alienum non quod ei omnino adversetur, sed esse remotum, scilicet ultra jus Divinum, seu præter divinam legem, & latè tradit Fagnan. in primam part. 1. Decretal. in cap. quæ in Ecclesiarum de constit. num. 141. tom. 1. fol. mihi 143. & rursus in cap. cum esses de testam. in 1. part. 3. Decretal. n. 106. usque ad n. 109. tom. 3. fol. mihi 340.

35. Non enim obstat obiectum, quia hoc non esset distinguere, sed corrigere, & destruere jus divinum, & naturale; dum lex divina præcipit, ut stetur duobus, aut tribus testibus in quacunque materia; & lex civilis, mandat, ut non stetur nisi adhibeantur septem testes, quæ cùm sint opposita, & non simul compatiantur necessariò sequitur quòd non sit declarare, sed contradicere, & impugnare dispositionem juris divini, præcipuè quia in cap. cum esses de testamentis expressè dicitur, esse contra legem divinam, ut septem, vel quinque testes adhibeantur ad testamenti validitatem; ac proinde cessare
36 debet juris civilis declaratio: nec relevat quòd lex canonica quandoque requirat majorem numerum testium vel 44. vel 27. ad damnandum Cardinalem, vel Episcopum, ut in c. Præsul 2. q. 4. nam dispositio hujus textus procedit quando testes non sint omni exceptione majores; nam tunc lex canonica requirit majorem numerum, ut numerus suppleat defectum in re gravissimi momenti, ut latè comprobat Fagnan. in 1. partem primi Decretal. in cap. quæ in Ecclesiarum de constit. n. 141. vers. ego vero existimo tom. 1. fol. mihi 143. & rursus in 1. part. 3. Decretal. in cap. cum esses de testament. à n. 143. usque ad n. 151. tom. 3. fol. mihi 343. & fusiùs in cap. cum pridem à n. 76. & seq. de pactis, ex Abb. in cap. cum esses de testament. n. 16. vers. non obstat, Host. in cap. licet universis n. 3. de testib. ibique Jo: Andr. n. 4. vers. in gloss. 3.

Ex quibus deducitur, præfatam dispositionem census relicti sustineri non tam ex titulo donationis causâ mortis, sed etiam vigore testamenti celebrati ad formam cap.
37 cum esses de testam. quod cum sit ad piam causam valet, etiamsi non contineat hæredis institutionem, & etiamsi census non fuerit relictus titulo institutionis, quæ, tamquam solemnitas à jure civili introducta, in testamentis ad pias causas non attenditur, Bart. in l. 1. n. 62. Cod. de sacrosanct. Eccles. Alex. in l. inter cætera in princ. n. 4. ff. de liber. & posthum. Abb. in cap. judicante de testam. Bald. in l. eam, quam q. 7. in lectura antiq. C. de fideicomm. Castr. cons. 97. lib. 1. Barbat. cons. 8. vers. veni ad aliam dubitationem lib. 1. Soccin. cons. 116. nu. 25. lib. 1. Clar. in §. testamentum q. 6. n. 8. ubi quòd hęc opinio à Doctoribus est communiter approbata, Tiraq. de privileg. piæ caus. privileg. 15. Fusar. de substit. q. 556. n. 23. Peregrin. de fideicommiss. art. 2. n. 33. Merlin. de legit. lib. 5. tit. 2. q. 8. n. 3. Card. de Lugo, de just. tom. 2. dist. 22. sect. 9. n. 271. ad tradita per Crass. de success. in §. legitima q. 68. n. 4. vers. contrariam sententiam, & hanc veriorem in puncto juris, & receptiorem asserit Fernand. Vasqu. de success. progress. §. 27. n. 24. Fagnan. in 2. p. 5. lib. Decretal. in cap. nimis prava n. 29. tom. 5. fol. mihi 21.

De Francisci, & Desiderii paupertate, ut census in piam causam relictus dicatur,
38 ultra quòd paupertas uti qualitas naturalis in dubio præsumitur, cùm quilibet nascatur nudus, cap. sicut 47. dist. Bart. in l. si vero, §. qui pro rei qualitate ff. qui satisdare cogant. Covar. var. resol. lib. 2. cap. 6. sub n. 3. Cardinal. Cavaler decis. 233. num. 1. Rot. decis. 307. n. 7. & decis. 402. n. 4. p. 18. tom. 1.
39 recent. plenè constare videbatur ex attestationibus fide dignorum testium, deponentium præfatos adeo pauperes, & miserabiles existere, quòd ex labore, & propria industria tantùm vivant, & aliud non possidere nisi parvam domumculam, & unam vineolam exiguorum redditwum; & cum coarctent negativam, concludendo, quòd non possunt habere alia bona, quæ ipsi nesciant optimè probant, juxta Textum in §. hic nobis col. 4. vers. & vidisse Authent. de hæred. & Falcid. ubi gloss. & Doctor & docet Bart. in l. 1. §. hoc autem interdictum num. 8. ff. de itin. actuque privat. Natta cons. 648. n. 1. & per tot. Covar. var. resol. lib. 2. cap. 6. n. 8. vers. cæterum paupertas, latè Gabr. in tit. de testib. concl. 4. n. 8. Farinac. eod. tract. de testib. q. 65. n. 228. Gregor. XV. decis. 42. & decis. 325. utrobique n. 5. Burat. decis. 41. n. 6. ibique Ferentill. in annot. n. 9. Rot. in Romana alimentorum 2. Maji 1650. coram Cardinal. Otthobono, & in Romana quartæ 24. Aprilis 1651. §. talis autem, coram Eminentiss. Celso.

40 Pau-

40 Pauperes enim dicuntur non folùm qui laboribus impliciti funt, ut tota die in agro effe oportet; itaut de proprio labore, & artificio vivant, Abb. in cap. fuper his in 3. notab. de voto, Natta conf.666.n.3.lib.4. Benincaf. in tract. de paupertat.q.6.n.8. ad fin. verf. item dicitur, & n.31. in fin. Farinac. in tract. de teftib. q.57. n.47. & 48. Verùm etiam qui parum habet; & inops, qui nihil habet, Archidiac. in cap. quæ jura 8. dift. Caftr. in l. id, quod pauperibus C. de Epifcop. & Cleric. Soccin. conf.30. n.6. vol.4. & conf.121. n.45. eod. vol. Benincaf. in tract. de paupertat. q. 1. n.39. Surd. decif.61. n. 10.
41 & 11. ubi n.5. fubdit, quòd pauper dicatur, qui in bonis habet folùm mille, & concordantes allegat.

42 Favendum propterea videbatur præfatæ difpofitioni, ficuti teftamento ad pias caufas magis favetur, quàm teftamento inter liberos, cùm in primo tractatur de favore animæ, & Religione Divina, quæ charior eft filiis; adeout favor animæ præponendus fit favori liberorum, l. fancimus C. de facrofanct. Ecclef. & dicit Bart. in l. 1. num. 74. C. tit. eod. Profper. Fagnan. in primam part. 3. Decretal. in c. cum effes de teftam. n.155. tom.3. fol. mihi 344. & n.156. declarat non procedere quoad legitimam filiis debitam.

43 Verùm quia quotidie in praxi pertinentia ad hanc materiam contingere poffunt, operæ pretium duxi hic ultra cafum referre differentiam inter cap. cum effes, & cap. relatum de teftament. il primo.

44 Differunt enim primo, quia cap. relatum procedit in ultimis voluntatibus ad pias caufas, ut valeat ultima voluntas ad pias caufas coram duobus teftibus, ut ibidem tenent Jo: Andr. Butr. Card. Anch. Imol. Jo: de Anan. & Abb. qui cafum fingularem exiftimat, Federic. de Sen. in conf. 217. n.2. verf. cum ergo, Gemin. in conf.49. n.5. Parif. conf.51. n.1. lib.3. Clar. in §. teftamentum q.6. n.2. verf. hinc infertur, Rot. decif.724. n.5. p.1. diverfor. ubi n.7. fubdit, quòd dicti duo teftes non requirantur pro fubftantia teftamenti, fed ad illius probationem, ex Corn. in conf.215. n.4. lib 2. & in conf. 307. n.6. lib.3. Tiraquel. de privileg. piæ cauf. privileg.2. verf. hoc autem intellige, Bellet. difquifit. Clerical. tit. de Clerico tefte p.1. §.3. n.6. Azor. p.2. inftit. moral. lib.9. cap.10. q. 1.

45 Textus verò in cap. cum effes loquitur de ultimis voluntatibus in profanis, & etiam ad non pias caufas, ita Fagnan. in 1. partem 3. Decretal. in cap. relatum il primo de teftam. n.4. tom.3. fol. mihi 346.

46 Secundò differunt, quia cap. cum effes in teftamento ad non pias caufas ultra duos teftes neceffariò requiritur præfentia Parochi, feu Presbyteri Parochialis; per capitulum verò relatum in teftamento ad pias caufas fufficiunt duo teftes, & eft communis opinio, ut poft Alex. in l. fi certis annis fub n.5. verf. & tale relictum C. de pact. & in conf.131. n.2. lib.7. teftatur Clar. in §. teftamentum q.6. verf. hinc infertur, Fagnan. in citato cap. relatum il primo de teftam. n.6. verf. tertiò differunt, Rot. decif.734. n 6. p.1. diverfor.

47 Quinimo cùm dicti duo teftes non requirantur pro fubftantia teftamenti, fed ad illius probationem, ut fupra diximus, valet teftamentum ad pias caufas manu teftatoris fcriptum etiam fine ullo tefte, quorum loco exuberat fubfcriptio teftatoris; & confequenter hæc folemnitas per æquipollens adimpleatur, ad notata in cap. tuæ de Sponfal. & fignanter docet Imol. in l. fi is qui ff. de teftam. Corn. in conf.307. n.6. & per tot. Tiraquel. in tract. de privileg. piæ caufæ privileg.4. Fagnan. in primam partem 3. Decretal. in cap. relatum il primo n.9. tom.3. fo. mihi 346. ubi in fi. n.10. fubdit, quod hæc fit notabilis limitatio ad præfatam decretalem requirentem numerum duorum teftium in teftamento ad pias caufas.

48 Quod favore piæ caufæ multò magis procedere debet; dum etiam valet teftamentum inter liberos fcriptum manu teftatoris, vel alienâ, fed ipfius teftatoris manu fubfcriptum fine aliquo tefte; licèt fecùs fit quoad extraneos, nifi faltem duo teftes intervenerint, ut eft textus in §. nos igitur Auth. de teftam. imperfect. & in Auth. quod fine C. de teftam. & in l. ultim. C. famil. Ercifcund. & ex Imol. Corn. & Tiraquel. tradit Fagnan. in 1. part. 3. Decretal. in cap. relatum il primo de teftam. n.10. fo. mihi 347. cum aliis relatis per Gratian. difcept. forenf. cap. 235. n. 1. & 2. tom. 2. ubi de materia Rot. decif.734. n. 1. 2. & 19. & decif.751. n. 1. & per tot. p.1. diverf.

49 Teftamentum enim inter liberos valet quibufcumque verbis, aut indiciis fuerit factum. l. fi. C. famil. Ercifcund. & ponderat Fachin. controverf. jur. lib.4. cap.4. verf. cæterum contrariam fententiam tom. 2. Rot. decif.401. n.17. tom.1. coram Amat. Dunozet. Cardinal. Mantica de conject. ultim. volunt lib.6. tit.2. n.2.

50 Immo non folùm fcriptura matris imperfecta valet etiam inter liberos, ficut fcriptura patris, cum utrique parentes quoàd teftandum inter liberos æquiparentur, Menoch. in conf.367. n.3. lib.3. Gratian. difcept. forenf. cap.235 n.15. & 17. & difcept.219. n.
51 23. tom.2. Verùm etiam valet inter filium, & nepotes ex alio filio; quia difpofitio legis, quæ eft inducta favore liberorum, habet

habet

bet ulterius locum in nepotibus, *Alex. in conf.* 114. *col.* 3. *in fi. vers. nec prædictis obstat n.* 9. *lib.* 7. cum aliis relatis per *Gratian. dicta discept.* 235. *n.* 16.

52 Tertiò differunt quia *textus in cap. relatum* disponit quoad pias causas, & de rebus Ecclesiæ, in quibus cum potestas Papæ non restringatur ad limites alicujus territorii *cap. cuncta per mundum* 9. *q.* 3. ejusdem dispositio servari debet tam in terris Ecclesiæ jurisdictioni subjectis etiam in temporalibus, quàm etiam in terris Imperii, & tam in foro Ecclesiastico, quàm in foro civili; adeout Judex laicus, ubi agitur de piis dispositionibus, sequi, & judicare debet juxta sacros canones, ut tradunt omnes in *l.* 1. *C. de sacrosanct. Eccles.* & *in eodem cap. relatum il primo* & egregiè probat *Bart. in l. habeat à n.* 70. *usque ad fin. C. de sacrosanct. Eccles.* ibique *Alciat. n.* 15. *Imol. in specie in hoc cap relatum in* 2. *notab. Abb. n.* 2. *&* 3. *Cardinal. Mantica de conject. ultim. volunt. l.* 6. *tit.* 3. *n.* 4. *& præcipuè in fi.* An ve-
53 rò testamentum ad non pias causas conditum coram Parocho, & duobus testibus ad formam *cap. cum esset de testam.* valeat in terris imperii, & in foro civili, valde controvertitur inter Legistas, & Canonistas; licèt ex superiùs deductis, & latiùs per *Faguan. in* 1. *part.* 3. *Decretal. in eodem cap. cum esses in prin. & à n.* 113. *usque ad* 157. *tom.* 3. videatur prævalere opinio affirmativa.
54 Quartò differunt quia ad præscriptum *c. cum esset* testes adhibendi debent esse rogati, secundùm veriorem opinionem, de qua *Fagnan in eodem cap. cum esset n.* 17. *& seq.* at in testamento ad pias causas ad formam *cap. relatum il primo* talis solemnitas non requiritur, ex generali doctrina à jure canonico
55 tradita, ut testamenta ad pias causas non tractentur secundùm leges civiles, sed secundùm jus divinum, & decretorum statuta, ut comprobat idem *Fagnan. in dicto cap. relatum il primo de testibus n.* 12. *tom.* 3. *fol. mibi* 347.
56 Quintò differunt quòd in testamento ad pias causas ad præscriptum *cap. relatum il primo* mulier potest esse testis *Bald. in l.* 1. *n.* 9. *C. de sacrosanct. Eccles. Dec. in l. fæminæ n.* 27. *de regul. jur. Felin. in cap. quoniam n.* 3. *vers. quod autem de testib. Abb. in cap. fi. n.* 4. *lit. D. vers. & adde quod de verbor. significat. Alex. cons.* 102. *n.* 6. *lib.* 7. *Tiraquel. de privileg. piæ caus. privileg.* 5. *& de legibus connub. l.* 9. *n.* 58. *Soccin. reg.* 419. *in* 2. *fallen. Campeg. de testib. regul.* 124. *in* 4. *fallen. Crot. eod. tract. p.* 1. *n.* 8. *Clar. in §. testament. q.* 6. *vers. tertio infertur, & q.* 55. *vers. quid de jure canonico, Cras. de success. in §. testamentum q.* 18. *n.* 4. *Mascard. de probat. lib.* 2. *conclu.* 763. *n.* 10. *&* 11. *Cardinal. Mantica de conjectur. ultim. volunt. lib.* 6. *tit.* 3. *n.* 5. *vers. & quidem suspicio, Farinac.* qui alios allegat *in tit. de testibus q.* 59. *n.* 70.
57 In testamento verò ad non pias causas ad formam *cap. cum esses* fæminæ non admittuntur, *Fagnan. in* 1. *part.* 3. *Decretal. in cap. relatum il primo n.* 14. *de testib. tom.* 3. *fo.*
58 *mibi* 307. Etenim tam de jure civili mulier in testamentis in testem adhiberi non potest, ad *textum in l. qui testamentum §. mulier ff. de testament.* & comprobant *Doctores* relati per *Farinac. in tract. de testibus q.* 59. *cas.* 3.
59 *n.* 1. quàm etiam de jure canonico, ut de communi testatur *Clar. in §. testamentum q.* 55. *vers. sed quid de jure canonico, Michael Cras. de success. §. testamentum q.* 57. *n.* 3. *Mascard. de probat. lib.* 2. *conclu.* 763. *n.* 4. *l.* 2. *Dilect. de arte testan. tit.* 2. *caut.* 2. *n.* 107. & quod ab hac opinione non sit recedendum subdit *Farinac. de testibus q.* 59. *n.* 61. & concordantes, & in *n.* 60. contrarium tenentes allegat.

Amerinen. Extractionis.

ARGUMENTUM.

Captus in Ecclesia, & per vim extractus in delicto non excepto in *Constitutione Gregorii XIV.* restitui debet, etiamsi extractus esset excommunicatus: quæ regula procedit tam quoad Judices laicos, quàm quoad Judices Ecclesiasticos; itaut Episcopus neque Clericos delinquentes, reprobatis contrarium tenentibus, extrahere potest. Milites ordinis Christi, Sancti Joannis, Sancti Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, Sancti Lazari, & Sancti Stephani gaudent privilegio canonis, & fori.

SUMMARIUM.

1 Extractus ab Ecclesia, vel alio loco immuni in delicto non excepto in constitutione Gregorii XIV. restitui debet.
2 Confugiens ad Ecclesiam inde invitus extrahi non potest.
3 Equites, & milites Christi ordinis, si professionem emiserint, gaudent privilegio Canonis, & fori, prout etiam equites Sancti Joannis.
4 Ita etiam Equites Sancti Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ Ordinis Christi in Lusitania Sancti Lazari in Sabaudia, & Sancti Stephani Florentiæ.
5 Referuntur resolutiones Sacræ Congregationis quoad supradictum privilegium.
6 Excommunicatus est exclusus ab Ecclesia, & à fidelium, & Sacramentorum participatione. Declar. ut in n. 11.
7 Est etiam Ecclesiæ rebellis.
6 Non gaudet immunitate Ecclesiæ. Contrarium, n. 9. & 10. sed limit. ut in n. 13. & 14.
12 In confugiente ad Ecclesiam, ut ejus immunitate fruatur, non attenditur qualitas personæ, & delicti, sed ipsius Ecclesiæ pietas, & loci sanctitas.

13 Ex-

33 Excommunicatus pro delicto excepto in Bulla Gregoriana non gaudet immunitate Eccleſiæ.

14 Nec etiam gaudet, ſi per annum in excommunicatione inſordeſcat.

15 Suſpenſus, & interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ gaudet ejus immunitate, ſi ad eam confugiat, Ampl. Quamvis denunciatus fuerit, n.16.

17 Apoſtata Religionis gaudet immunitate Eccleſiæ, ſecùs in Monaſterio, à quo apoſtatavit, & ſi ſit Apoſtata fidei, n.18.

19 Judęus, & Gentilis gaudet immunitate Eccleſiæ, & o.21. Contrar. n.22. Declar. ut in n.25.

29 Judæi ligantur, & judicantur ſecundùm jura Civilia, & ſtatuta municipalia.

24 Confugiens ad Eccleſiam pro quocunque crimine quantocunque enormi gaudet ejus immunitate. Etiam de jure civili, n.25.

26 Conſtitutio Gregoriana ſuper immunitate Eccleſiæ emanavit ad tollendum varios intellectus, & extenſiones.

27 Qui non gaudent immunitate, ſeu caſus excepti in Conſtitutione Gregoriana referuntur.

28 Dictio tantum-impedit extenſionem ad non expreſſa.

29 Ædes Canonicales exiſtentes intra 40. paſſus Cathedralis gaudent immunitate Eccleſiæ.

30 Ædes Canonicales laicis locari noo debent.

31 Clerici ad Eccleſiam confugientes inviti extrahi poſſunt à Judicibus Eccleſiaſticis, & n.33. & 34. Contrarium, n.35. & 36. Declara, ut in n.39. & 40.

32 Immunitas Eccleſiæ non derogat poteſtati Eccleſiaſticæ, ſed ſolùm poteſtati laicali.

33 Conſtitutio Gregoriana ſuper immunitate Eccleſiæ expreſſè loquitur de Judicibus laicis extrahentibus conſug e tes.

34 Conſtitutio declaratur ex verbis Proœmii.

36 Clerici, & Eccleſiaſtici oon debent eſſe inferioris conditionis, quàm laici.

37 Judex Eccleſiaſticus extrahens Clericum ab Eccleſia in caſibus non exceptis incurrit excommunicationem.

38 Clericus renunciare non poteſt immunitati Eccleſiæ.

39 Clericus, ſeu Canonicus in Domicilio canonicali in flagranti cum amaſia repertus, ab ordinario carcerari poteſt ad correctionem.

41 Confugere ad Eccleſiam dicuntur, qui extra habitantes ad eam ſe conferunt, ut in tuto ſint.

42 Inhabitantes in ædibus, ſeu domo Canonicali contigua Eccleſiæ, ſi delinquant, non dicuntur propriè confugere ad Eccleſiam.

43 Religioſi delinquentes poſſunt à ſuperioribus carcerari in proprio Monaſterio.

DECISIO CLVI.

SUborta rixa inter Fabritium Clericum in minoribus ordinibus conſtitutum, & Sebaſtianum militem ordinis Chriſti, ſtrictis gladiis, manus inter ſe conferentes, Sebaſtianus lethaliter vulneratus remanſit; undè Fabritius arreptâ fugâ in ædes canonicales unius particularis Canonici Eccleſiæ Cathedralis ſe recepit, ibique cùm diu permanſerit contra aliorum Canonicorum voluntatem, tam ob conſanguineorum partis offenſæ conqueſtiones, quàm ob contractam & declaratam excommunicationem, juxta diſpoſitionem *canonis ſi quis ſuadente diabolo 17.q.4.* fuit ab Ordinario eidem injunctum præceptum de diſcedendo à dicto loco immuni, ipſo tamen inſordeſcente, & parere omnino recuſante, fuit de mandato ejuſdem Ordinarii extractus, & carceribus Epiſcopalibus mancipatus; verò cùm valde dubitatum fuerit de hujuſmodi extractione, re ad me delatâ, pro extractionis invaliditate, & reſtitutione extracti præfato loco immuni reſpondendum eſſe credidi.

1 Quoniam captus in Eccleſia, vel in alio loco immuni, & per vim extractus in delicto non exceptuato in conſtitutione *Gregorii XIV. ex ordine Bullar. nov. 7. tom. 2.*
2 *fol.694.* reſtitui debet, juxta generalem, & certam regulam quòd confugiens ad Eccleſias inde invitus extrahi non poſſit, non ſolùm de jure civili, juxta *Textum in l.2. C. de his, qui ad Eccleſiam confug.* ibi -- *Sancimus nemini licere ad ſacroſanctas Eccleſias confugientes abducere*; verùm etiam de jure canonico, ut eſt *Textus in cap. inter alia de Immunit. Eccleſ.* ubi dicitur -- *ſi liber quantumcunque gravia maleficia perpetraverit non eſt violenter ab Eccleſia extrahendus*, ibique *communiter Canoniſtæ, & in cap. frater 17. qu. 4. & in cap. minor ead. cauſ & quæſt. & in cap. reum ead. cauſ. & q.* ubi apertè dicitur *Reum ad Eccleſiam confugientem nemo abſtrahere audeat*, & ibi *Turrecremat. in ſumm. & in cap. diffinivit 17. q.4.* ubi *Sacrum Concilium Toletanum* diffinivit, ut *nullus audeat confugientes ad Eccleſias, vel reſidentes inde abſtrahere*, & in *cap. id conſtituimus ead. cauſ. & q.* ibi -- *ab Eccleſiæ atriis*, ibique *gloſſ. & communiter Canoniſtæ, Odofred. in l. 2. n.1. verſ. hæc eſt regula C. de his, qui ad Eccleſiam confug. & Salyc. in ſumm. Paul. de Caſtr. n 1. Azo in ſumm. eod. tit. num.1. Mantua conſ.64.n.4. Alex. conſ.145. n.3. in princ. & in verſ ſecundo probatur lib.7. Bellamer. conſ.13. n.1. verſ. & eſt ratio hujus, & n.2. verſ. primo enim, Decian. conſ.80. n.5. & ſeq. & n.16. & 17. lib.3. & in tract. crim. lib.6. cap. 25. n.1. verſ. & eſt regula certa, Petrus Gregor. Syntagm. jur. lib.33. cap.21. n.3. & 4. Roman. conſ.227. n.1.* & ibi *Mandoſ. in addition. lit. A. Azeved. in Conſtit. Hiſpan. lib.1. tit.2. lib.3. tit.16. verſ. ex quibus omnibus, Villagut. de extenſione legum cap. fin. n.4. & 5. Franc. Suarez de ſtatu Religionis lib.3. cap.8. n.9. & cap.11. tit.4. Ambroſin. in tract. de immunit. Eccleſ. cap.1. n.2. Farinac. in tit. de carcer. & carcerat. q.28. n.1. & in Append. de immunitat. Eccleſ. cap.2. num.6. Angel. in ſumma in verbo immunitas n.16. verſ. utrum committentes homicidium, Armilla eodem verbo n.12. Silveſtrin. eod. verb. Immunitas il 3. n.1. Thabien. eod. verbo n.9. Divus Antonin. in ſumm. p.3. tit.12. cap.3. §. 1. in prin. Cardinal. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Eccleſia concluſ.10. n.1. Remig. de immunit. Eccleſ. q.17. ante fin. Genuen. in prax. Curiæ Archiepiſcopal. Neapol. cap.17. de immunit. Eccleſ. num.6. Bobadilla in ſua politica lib 2. cap.24. n.94. Boer. deciſ. 109. n.3.* & ex Modernioribus *Thom.*

del

del Bene de immunit. Eccles. cap. 16. *dubit.* 1. *& dubit.* 2. *per tot.* ubi copiosè alios allegat, *Vermigliol. cons. crim.* 104. *n.* 1. & statuit *Sac. Concil. Trident. sess.* 25. *de reform. cap.* 20. & apertiùs *Gregor. XIV. in supracitata Constitutione.*

3 Nec obstat, Fabritium incurrisse excommunicationem ob violentam manuum injectionem, & vulnera illata in personam Sebastiani, qui, tamquam miles ordinis Christi gaudet privilegio canonis, & fori, ob professionem emissam in hac Religione, prout etiam gaudent Equites S. Joannis, qui in communi vivunt, & votum solemne castitatis, paupertatis, & obedientiæ emittunt, cùm re vera sint Religiosi, & consequenter gaudent privilegiis Religiosorum, *Bonacin. de censur. in particular. in tit. de excomm. in partic. extra Bullam Cœnæ disp.* 2. *q.* 2. *punct.* 6. *sect.* 3. *n.* 8. *vers. eod. privilegio tom.* 3. *fol. mihi* 225. & rursus *in tit. de censuris in Bulla Cœnæ content. disp.* 1. *quæst.* 16. *sect.* 1. *punct.* 3. *n.* 16. *eod. tom.* 3. *fol.* 103. ex *Navar. lib.* 3. *consilior. de Regularib. cons.* 13. *Molina tom.* 4. *tract.* 3. *disp.* 50. *num.* 5. *Azor. institut. moral. part.* 1. *lib.* 13. *cap.* 4. *qu.* 4. *Carol. de Graff. de effect. Cleric. effect.* 1. *n.* 109. *Sanch. in summ. lib.* 4. *cap.* 16. *n.* 11.

4 prout etiam gaudent Equites Sancti Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, Ordinis Christi in Lusitania, sancti Lazari in Sabaudia, & Sancti Stephani Florentiæ, qui licèt non sint verè, & strictè Religiosi: sunt tamen personæ Ecclesiasticæ, qui ex Pontificis privilegio, & quia tria vota secundùm eorum constitutiones emittunt, sunt exempti, & privilegio canonis, & fori decorantur, ut subdit *Bonacin. de censur. in particular. disp.* 2. *q.* 2. *punct.* 6. *sect.* 3. *n.* 9. *fol. mihi* 225. *tom.* 3. latè *Garz. de benefic. p.* 1. *cap.* 4. *per tot.* ubi ita in *n.* 21. concludit, *Marta de jurisdict. p.* 2. *c.* 32. *Duard. in Bulla Cœnæ can.* 15. *q.* 5. *Navar.*

4 *cons.* 10. *de Regular. Sanch. in summ. lib.* 4. *cap.* 16. *n.* 11. *cum seq. Squillant. de privil. Clericor. cap.* 6. 1. *dubit. n.* 37. 38. 39. *&* 40. & ita sæpe censuit *Sac. Congreg. Immunit.* præcipuè *in una Romana* instante Michaele Vicentino equite S. Jacobi 5. Martii 1652. *Sacra Congregatio censuit Oratorem connumerandum esse inter personas Ecclesiasticas si, & quatenus professionem expressam emi-*

5 *serit.* Et in puncto equitis Christi *in Assisien.* 28. Februarii 1640. *Sacra Congregatio Immunitatis, inhærendo declarationibus aliàs factis, censuit equites Religionis Christi emissâ per eos professione expressâ, gaudere privilegio fori.*

6 Ac proinde cum excommunicatus sit exclusus ab Ecclesia, à fidelium, & Sacramentorum participatione, ut latè comprobat *Bonacin. in tit. de excommunicat. disp.* 1. *qu.* 2. *cum plurib. sequen. tom.* 1. *fol. mihi* 436. &

7 sit Ecclesiæ rebellis, non debet ab eadem de-

8 fendi, & ejus immunitate gaudere, *Felin. in cap.* 2. *num.* 6. *de exemption. Apostilla ad Azonem in summ. C. de his, qui ad Eccles. confug. lit. B. in fin. Petr. Gregor. Syntagm. jur. lib.* 33. *cap.* 22. *sub n.* 1. qui tamen cogitandum relinquit, *Summ. Confessor. tit. de Immunit. Eccles. q.* 5.

9 Quia contraria sententia, tamquam verior, quòd etiam excommunicatus gaudeat Ecclesiæ immunitate tenenda est; tum quia non

10 est casus exceptus in Bulla Gregoriana; tum quia hoc privilegium non est datum favore personarum, & confugientium, sed propter

11 reverentiam loci sacri; tum etiam quia Excommunicatus non est exclusus ab Ecclesia materialiter sumpta, sed solùm de formali; tum demum quia versamur in favorabilibus ut est immunitas, cujus beneficio ut confugiens fruatur, non attenditur qualitas per-

12 sonæ, & delictum perpetratum, sed loci sanctitas, & Ecclesiæ pietas, quæ in hoc magis coruscat, dum reum recipiendo compatitur humanam fragilitatem, & hanc sententiam docent *Turrecrem. in c. definivit n.* 17. *q.* 4. *Anchar. in Clem.* 1. *n.* 5. *vers. & etiam excommunicatus de pænitent, & remission.* ibique *Jo: de Imol. num.* 11. *vers. quinimmo etiam excommunicatus, & Bonifac. de Vitalin. n.* 79. *Covar. var. resol. cap.* 20. *num.* 11. *lib.* 2. *Peregrin. de Immunit. cap.* 12. *num.* 2. *Decian. tract. crim. lib.* 6. *cap.* 26. *n.* 3. ubi de communi, & contrariis respondet, *Card. Tusch. practicar. conclus. in verbo Ecclesia, concl.* 10. *n.* 26. *Ambrosin. de Immunit. Eccles. cap.* 8. *n.* 12. *vers. & propterea usque ad fin.* ubi reprobat *Felin.* contrarium tenentem, *Alter. de censur. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 6. *col.* 3. *Francisc. Leon. in Thesaur. for. Ecclesiast. cap.* 13. *n.* 29. *Villagut. in tract. de extensione legum cap. fin. n.* 44. *Navar. in manual. Confessor. cap.* 25. *num.* 19. *vers. tertio quod ex hoc infertur, Fagundez de præcept. Eccles. præcept.* 2. *lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 50. *Jo: de la Crux p.* 1. *præcept.* 8. *quæst.* 3. *art.* 1. *dub.* 1. *concl.* 2. *Azor. institut. moral. part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 9 *post vers. quid de pagano, Francisc. Suar. de stat. Religionis lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 3. *&* 4. *Lezana in verbo Immunitas n.* 5. *Mantua cons.* 60. *n.* 6. *Sanct. Antonin. in summa p.* 3. *tit.* 12. *cap.* 3. §. 1. *vers. de excommunicato, Angel. in summ. in verbo Immunitas n.* 11. *vers. utrum excommunicatus, Sylvestrin. in summ. in verbo Immunitas* il 3. *n.* 2. *vers. de excommunicat. vero, Armilla in verbo Immunitas n.* 7. *Tabien. eod. verbo n.* 7. *vers. utrum excommunicatus, Farinac. in tit. de carcer. & carcerat. q.* 28. *num.* 39. *&* 40.

& 40. ubi allegat alios concordantes, & *in Append. de Immunit. cap.2. num.44. Boer. decis.110.n.5.& n.7.* ubi de communi, *Chartar. decis. crim.95. n.3. & 17. Diana resol. moral. part.1. tract.1. de Immunit. resol.34. §. ex quibus patet, vers. tertio excommunicatus, & part. 6. tract.1. eod. tit. resol.26. vers. quæro tertio, Thom. del Bene de Immunit. Eccles. cap.16. dub. 10. sect. 3. per totam*, latè *Mar. Ital. de Immunit. Eccles. lib. 1. cap. 2. §. unico num. 1. & seq.* ubi

13 reprobat contrarium tenentes, & pluribus comprobat, & declarat hoc non procedere, quando crimen, pro quo quis excommunicatus fuit, esset de exceptis, quia tunc non gaudet, *Anastas. Germon. de sacrorum immunitate lib.3. cap. 16. n. 82. &*

14 *seq.* ubi declarat etiam non procedere, si excommunicatus per annum in excommunicatione insorduerit, quo casu cùm de ejus fide dubitari contingat, tanquam suspectus de hæresi non gauderet immunitate Ecclesiæ.

15 Ita etiam suspensus, & interdictus ab ingressu Ecclesiæ, si ad ipsam confugiat, nihilominus gaudet Ecclesiasticâ immunitate,

16 quamvis denunciatus; nam licèt privetur ab ingressu Ecclesiæ formali, nempe ab ingressu Ecclesiæ in ordine ad audienda divina officia: non tamen privatur ab ingressu Ecclesiæ materiali quoad privilegium gaudendi Ecclesiasticâ immunitate; cùm interdicti censura, tanquam odiosa, ad effectus tantùm in jure expressos restringatur, & sic non potest privare interdictum confugientem, quia hoc in jure non reperitur expressum, *Covar. lib.2. var. resol. cap.20. n.11. Decian. tract. crim. lib.6. cap.26. n.3. Suarez tom.1. de Relig. lib.3. cap.10. n. 4. Cardin. Tuschus in verbo Ecclesia concl.10. n.2. Mar. Ital. de Immunit. Eccles. lib.1. cap.2. §. unico, Ambrosin. eod.tract. cap.8.num.12. Peregrin. eod. tract. cap. 12.num.2. Navar. cap.25. n.19. Azor. instit.moral. p.6 tract.1. de Immunit. Eccles. resol.26. sub §. quæro 2.* cum aliis allegatis per *Thom. del Bene de Immun.Eccl.cap.16.dub.10. sect.2. per tot. Jul. Clar. in §. fin. q.30. n.18. vers. quæro etiam,* ubi *in fin.* subdit, quod hæc conclusio, licèt in puncto juris non transeat sine difficultate, tamen, propter honorem Dei, non sit ab eo in practica recedendum.

17 Prout etiam Apostata Religionis tutus est, si ad Ecclesiam confugiat, præter quam in eo Monasterio, seu Religione, à qua apostatavit, *Mar. Ital. de immunit. Eccles. lib.1. cap.3. §.1. n.17. vers. ex his ergo apparet*, ex *Rebuff.* quem allegat, ubi testatur, quendam Apostatam à Religione fuisse restitutum Ecclesiæ, ex qua fuerat extractus, *Decian. tract. crim. lib.6. cap.26. n.13. Farinac. in tit. de carcer. & carcerat. q.28. n.68. in fin. & in Appen. de immunit. Eccles. cap. 13. n.169.* ubi quòd secùs sit, si quis sit Apostata fidei; qui propterea, si ad Ecclesiam confugiat, invitus inde extrahi potest; quia pro hæretico habetur; undè de eo, sicut de cæte-

18 ris hæreticis agendum est; & ita distinguendo inter Apostatas fidei, & Religionis tradit *Pater Diana resol. moral. p.1. tract.1. eod. tit. resol.26. vers. quæro decimo, Duard. in Bulla Cœnæ lib.2. cap. 15. q.16. num. 15. Barbos. de jure Eccles. lib. 2. cap.3. n.45.* & de hæreticis fidei ultra allegatos tradunt *Gundisalv. in tract. de hæreticis q. 20. n.2. Simanca cathol. institut.7. n.4. & 5. Pegnia Eymeric. in director. p.2. q.49. commentar.74. lib.6.* & faciunt alii Doctores copiosè relati per *Farinac. in tract. de hæresi q.183. §.2. num.15.*

19 Insuper etiam Iudæus, & quicunque alius gentilis, si confugiat ad Ecclesiam pro delicto non excepto, vel pro debito civili, gaudere debet ejusdem Ecclesiæ Immunitate, cùm hoc privilegium concedatur personis ratione loci, qui sacer, & sanctus est, & tamquam locale, efficitur personale; utpote quia privilegium loco concessum extenditur ad omnes ibi existentes, & tamquam favorabile, latè est interpretandum, ad notata per *Bart. in l. cunctos populos C. de summa Trinitate, & fide Cathol. & in l. fin. C. de testament, Bald. in l. 1. §. fin. Cod. eod.* & in hac sententia resident *Hostien. Innocent. Joan. Andr. & Cardinalis in cap. inter alia de immunit. Eccles. Felin. in cap. Judæi n.2. de Judæis, Hippolytus in l. unica n.114. C. de raptu virginum, Faber in l. 2. C. de his qui ad Eccles. confug. & in §. sed, & hoc sufficit. de his, qui sunt sui, vel alieni juris, Turrecremat. in cap. definivit n. 11. 17. q. 4. Cardinal. Tusch. pract. conclus. in verbo Ecclesia concl. 9. in fin. num.18. Carolus Maranta in controvers. jur. p.2. respon. 51. n.3. Azor. instit. moral. p.2. lib.9. cap.9. q.9. vers. quid de pagano, Francis. Suarez de statu Religionis lib.3. cap.10. n.9. & seq.* ubi contrarium tenentes allegat, *Fagundez de præcept. Eccles. lib. 4. cap. 4. n.49. Ludov. Correa relect. de immunit. Eccles. p.3. cap.3. Portel. in verbo Ecclesiastica immunitas n. 10. Ricciullus de jur. patr. lib. 2. cap. 12. per tot. Gavant. in Enchir. seu manual. Episcop. in verb. immunitas Ecclesiastica n.9. Tiraq. de jure primogenituræ q.66. n. 9. Diana resol. moral. p.1. tract.1. de immunit. Eccles. resol.22. Sylvestrin. in summa in verb. Immunitas il terzo n.2. vers. secundum de pagano Sanct. Antonin. in summa p.3. tit.12. cap.3. §.1. vers. his autem exceptis, Thom. del Bene de immunit. Eccles. cap.16. dub.10. sect.4. n.7.*

n.7.tom.2. *Hippolit. de immunit Eccles. lib.* 1. *capite* 3. *per tot.* ubi pluribus comprobat, contrariis respondet, & veriorem, & magis piam dicit, & ita declarasse *Sacr. Congregat. Immunit.* de mense Februar. 1631. refert *Barbos. de jure Eccles. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 44. *& in collect. tom.* 1. *lib.* 5. *tit.* 49. *cap.* 6. *n.* 50. & supradictorum opinionem probabilissimam esse dicit *Bonacin. circa primum Decalogi præceptum disp.* 4. *q.* 7. *punct.* 5. *n.* 3. *tom.* 2. *fol. mihi* 243. quæ sententia videtur recipienda, & practicanda, præcipuè in Civitatibus,
20 & locis ubi Judæi recipiuntur, & tolerantur, in quibus sicut ligantur, & judicantur secundùm jura Imperialia, & civilia, & statuta municipalia ut tradit *Farinac. fragmentor. crim. p.* 2. *in verbo Judæi n.* 62. *&*
21 *per totam*, ita etiam gaudere debent immunitate Christianis concessa, ut subdit idem *Farinac. loco citato n.* 606.

22 Contrarium verò quòd Judæi confugientes ad Ecclesiam pro causa criminali, vel civili non gaudeant ejus immunitate, cùm non debeamus erga Judæos perfidissimos Christiani nominis hostes uti aliquâ humanitate; nec juri consonum videatur, ut ab Ecclesia defendantur, dum ejus gremio, tutelæ, & fidei seipsos committere recusant; tum quia canones statuentes immunitatem reis, videntur loqui de personis sub jurisdictione Ecclesiæ constitutis, cùm de aliis, qui foris sunt, curare non debeat, *textus* est ferè ad litteram in *l.* 1. *C. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt*, ubi notat *gloss in verbo arceantur*, *Bart. in vers. nota quod Judæi*, *Salyc. in summ. & in vers. nota quod Ecclesia*, *Fulgos. pariter in summ. Anchar. in cap. inter alia post n.* 8. *de immunit. Eccles. Archidiac. in cap. diffinivit* 17. *q.* 4. *n.* 1. *Azo in summa C. de his, qui ad Eccles. confugiunt n.* 2. *vers. si hæretici, vel Judæi*, *Hostien. in summa de immunit. Eccles. n.* 8. *vers. aut Judæus*, *Angel. in summa in verbo immunitas n.* 13. *vers. utrum Judæus*, *Armilla eod. verbo n.* 9. ubi de communi, *Oldrad. consil.* 54. *n.* 3. *vers. quid de Judæo*, *Villagut. de extensione legum cap. fi. n.* 65. *Remigius de immunit. fallen.* 18. *n.* 3. *Pereyra de manu Regia part.* 2. *cap.* 51. *n.* 2. *Suar. de Paz in prax. tom.* 1. *p.* 5. *cap.* 3. *§.* 3. *n.* 106. *Marquard. in tract. de Judæis p.* 1. *cap.* 8. *Guttierez pract. quæst. civil. lib.* 3. *q.* 7. *n.* 51. *Cardinal. Tusc. pract. conclu.* 10. *n.* 27. *Megal. in* 3. *par. lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 3. *&* 16. *Decian. tract. crim. lib.* 6. *cap.* 26. *n.* 2. ubi de veriori & communiori, & contrariis respondet, *& lib.* 5. *cap.* 13. *n.* 3. ubi pariter de magis communi, *Ambrosin. de immunit. & libertat. Eccles. cap.* 8. ubi de magis communi, *Covar. var. resol. cap.* 20. *n.* 11. *Peregrin. de immunit. cap* 12. *n.* 1. *Franciscus Leo in Thesaur. fori Ecclesiast. p.* 1. *c.* 13. *n.* 30. *Mantua cons.* 211. *n.* 17. *vers. non Judæus Navar. in manual. confessar. cap.* 25. *n.* 20. *Boer. decis.* 110 *n.* 6. *Farinac. in tit de carcer. & carcerat. q.* 28. *n.* 68. *& in append. de immunit. Eccles. cap.* 5. *n.* 77. & probabilem dicit *Thom. del Bene de immunit. Eccles. cap.* 16. *dub.* 10. *sect.* 4. *n.* 11. ubi *sequen. n.* pluribus comprobat *tom.* 2.

23 In qua contrarietate alii distinguendo docent, quòd si Judæi, vel Infideles dicerent, se velle fieri Christianos verè, & non simulatè, gaudere debeant immunitate Ecclesiæ; secùs autem, si simulatè Baptismum petant, cùm tunc excludendi sint ab Ecclesiæ protectione, ejusque immunitate, ad *textum in l.* 1. *C. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt*, ita *Baiard. in addition. ad Jul. Clar. q.* 30. *n.* 23. *Hostien. in cap. inter alia n.* 1. *in fi. vers. & hoc verum de immunit. Eccles.* ibique *Joan. Andr. n.* 8. *Abb. n.* 3. ubi fatetur Doctores communiter transire cum hac distinctione, licèt ipse contrarium sentiat, *Joan. de Anan. n.* 7. *vers. sed si sine simulatione*, *Jo. de Imol. in Clement.* 1. *n.* 11. *vers. quinimo & Judæus*, *Azo in summa C. de his, qui ad Ecclesiam confug. n.* 2. *vers. si Hæretici, vel Judæi*, *Jo. Guttier. pract. conclus. civil. lib.* 3. *q.* 7. *n.* 51. *Cardinal. Tusch. practic. conclus. in verbo Ecclesia conclu.* 10. *n.* 28. *Franciscus Suarez de stat. Relig. p.* 2. *cap.* 10. *n.* 10. *ante fin. & n.* 11. *Marius Italia lib.* 1. *de immunit. cap.* 3. *§.* 3. *Bonacin. in primum Decalog. præcept. disp.* 3. *q.* 7. *punct.* 6. *§.* 5. *n.* 3. *vers. alii verò tom.* 2. *fo. mihi* 243. *Thom. del Bene de immunitat. Eccles. cap.* 16. *dub.* 10. *sect.* 4. *n.* 25. *tom.* 2. *Farinac. in Appen. de immunit. cap.* 5. *n.* 82. *&* 84. ubi ex quibus præsumatur Judæum, vel Infidelem simulatè, vel verè baptismum petere.

24 Et generalis regula est quòd confugiens ad Ecclesiam, illius immunitate gaudeat; nec inde confugientes extrahi possunt Inviti pro quocumque crimine quantumcumque magno, & enormi, per *textum* apertum in *cap. inter alia de immunit. Eccles.* ibique *Hostien. n.* 1. *in verb. quantumcunque gravia*, *Anchar. n.* 2. *in* 2. *&* 3. *notab. & n.* 6. *in fine vers. aut fugit propter delictum*, *Roman. cons.* 227. *n* 3. *Alex. cons.* 145. *n.* 1. *vers. pro hoc facit*, *& n.* 3. *in prin. & vers. quintò*
25 *probatur lib.* 7. ubi ampliat hoc procedere etiam de jure civili, *& n.* 9. *vers. circa quartum*, & n. 10. ubi reprobat contrarium tenentes, *Joan Guttier. pract. quæst. lib.* 3. *q.* 1. *n.* 3. *& q.* 2. *n.* 12. *Anastas. Germon. de sacror. immunitat. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 54. *in fi. vers. si liber*, *addentes ad Angel. de malefic. in verbo quòd fama publica n.* 59. *lit. B. Decian. in tract. crim. lib.* 6. *cap.* 28. *n.* 1. *& in*

P 2 *consf.* 80.

conf. 80. *n.* 23. *in fi.* & *n.* 24. *lib.* 3. *sanct. Antonin. in summ. p.* 3. *tit.* 12. *cap.* 3. §. 1. *vers. qualiter autem debeat defendi*, *Farinac. in tit. de carcer. & carcerat. q.* 28. *n.* 15. ubi quod ab hac sententia non sit recedendum tamquam communi, & servata; & *in append. de immunit. Eccles. cap.* 6. *n.* 85. *Thom. del Bene de immunit. Eccles. cap.* 16. *dub.* 1. *per tot. tom.* 2. ex Concilio *Aurelianen.* relat. *in cap. id constituimus* 17. *q.* 4. & ex Concilio *Arausicano* relat. *in cap. eos, qui dist.* 87. & ex *Concilio Trident. sess.* 25. *cap.* 20. *de reform.* & demum ex *citata constitutione Gregorii XIV. ex ordine in Bullar. novo Cherubin.* 7. *tom.* 2. *fo.* 531. *in* §. *ut laicis.*

26 Quæ constitutio emanavit, & successit ad tollendum varios intellectus, extensiones, interpretationes per Doctores factas, omnesque alios abusus, ac etiam alia quævis privilegia, & indulta in præjudicium

27 immunitatis Ecclesiasticæ concessa, & specificat casus, in quibus delinquentes possunt ab Ecclesia extrahi, scilicet 1. *Publici Latrones.* 2. *Viarum Grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas vias obsident, ac viatores ex insidiis aggrediuntur.* 3. *Depopulatores agrorum.* 4. *Qui homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis, earumque cœmeteriis committere non verentur.* 5. *Qui proditorie proximum suum occiderint.* 6. *Rei Assassinii* 7. *Hæresis* 8. & *læsæ majestatis in personam ipsiusmet Principis.* Ultra quos ad alios non est extendenda; dum post exceptionem supradictorum casuum, ponitur dictio taxativa *tantum*,

28 quæ de sui natura impedit extensionem ad non expressa, *l. proprerandum* § 1. *C. de jud. l. si cum exceptio* §. *quod si homo ff. quod met. caus.* §. 1. *in fi. instit. de stipulat. fer. or.* & ita in nostris terminis animadvertit *Farinac. cons. crim.* 76. *n.* 13. *tom.* 1. latè *Diana resol. moral. p.* 6. *tract.* 1. *de immunit. resol.* 25. *vers. sed contrariam*, & *per tot.*

Nec quidquam facit, Fabritium non fuisse extractum ab Ecclesia, sed ex ædibus cano-

29 nicalibus; quia ædes canonicales adhærentes, vel existentes intra quadraginta passus Cathedralis Ecclesiæ, gaudent Ecclesiastica immunitate, ut sæpe censuit *Sac Congregat. Immunitatis*, & in specie *in Lauretana* 16. *Aprilis* 1652. in qua extractum de ordine Gubernatoris Civitatis Lauretanæ ab ædibus canonicalibus existentibus intra 40. passus Ecclesiæ sanctæ Domus, censuit esse restituendum, per hæc verba -- *Sacra Congregatio censuit, Vitalianum Bellucium gaudere debere immunitate Ecclesiastica; ideo restituendum loco immuni, à quo fuit extractus; monendum tamen esse Episcopum,*

30 *ut permittat Canonicos locare laicis ædes canonicales, Gubernatori verò concedendam facultatem, ut à suo Confessario absolvere se faciat.*

Et in una *Perusina* 14. *Maii* 1652. *Sacr. Congregatio immunitatis censuit, injungendum Episcopo, ut prohibeat ædes canonicales in canonia existentes locari, seu concedi laicis ad habitandum, sub pœnis sibi bene visis*, de qua *Pignatel. consult. canon.* 474. *n.* 1.

31 Minusque refragatur, quòd Clerici ad Ecclesiam confugientes à Judicibus Ecclesiasticis inviti extrahi possint, & ita de consuetudine servari, & servatum fuisse in Curia Episcopali Mediolani testatur *Chartar. decis. crim.* 82. *in prin.* & *n.* 3. juxta opinionem *Abbat. in cap. inter alia n.* 13. *de immunit. Ecclesiar. Diaz in pract. crim. canon. cap.* 124. *circa fin.* ibique *Ignatius Lopez in addition.* qui pariter de consuetudine testatur *Suarez de statu Religionis lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 5. & 6. ubi relatis, & reprobatis contrarium tenentibus hanc veriorem, & servatam testatur sententiam, *Remig. de immunit. Eccles. fallen.* 21. *in fi.* ubi quod ita hodie indistinctè servetur, & ita vidisse practicari; & ita etiam testatur *Clar. in* §. *fi. q.* 30. *vers. ulteriùs quæro.* Ita etiam *Bonacos. in commun. opin. crim. lit. f. in verbo fugientes rei ad Ecclesiam*, *Martin. Navar. in manual. Confessor. cap.* 25. *n.* 22. *Villagut. de extensione legum cap. fi. n.* 64. ubi hanc sententiam dicit communem, & usu receptam: ita etiam *Hieronym. de Ceval. pract. quæst. commun. contra commun. q.* 689. *Guttier. pract. quæst. p.* 2. *lib.* 3. *q.* 3. *n.* 3. ubi quòd hæc sit communis praxis, & consuetudo, & quod nunquam vidit contrarium observari, *Gennen. in praxi Curiæ Archiepiscopal. Neapol. cap.* 17. *post n.* 11. ubi quòd hæc opinio in ea Curia sit usu recepta, *Guazzin. ad defens. lib.* 1. *tom.* 1. *defens.* 1. *cap.* 38. *n.* 49. & latissimè hanc opinionem defendit *Thom. del Bene de immunit. Eccles. cap.* 16. *dub.* 10. *sect.* 12. *per totam*, & *post eamdem* difficultates proponit, & contrariis respondet, & *n.* 24. alios concordantes copiosè allegat *tom.* 2. *fol. mihi* 284

32 Siquidem immunitas Ecclesiæ non derogat potestati Ecclesiasticæ, sed solùm potestati laicali; & sacri Canones concedentes immunitatem, licèt loquantur generaliter, & sine limitatione; tamen diriguntur, & procedunt adversus jurisdictionem secularem, seu comparativè ad judices seculares tantùm, ut latè comprobat *Thom. del Bene de immunit. Eccles. in loco citato.*

33 Immo præfata constitutio Gregorii XIV. super immunitate Ecclesiarum expressè loquitur de judicibus laicis extrahentibus laicos ad Ecclesiam confugientes, ut con-

34 stat

34 Stat ex verbis proœmii, quod constitutionem declarat; atque ideo ad Judices Ecclesiasticos non extendenda; cum huiusmodi constitutiones sint strictè intelligendæ, nec ampliandæ, ut animadvertit *Cbartar. decis. crim.* 82. *n.* 4. *vers. neque huic consuetudini*, ubi subdit quòd propterea huic sententiæ, & consuetudini non repugnet dicta Gregoriana Constitutio, quà licèt sublata fuerit omnis consuetudo contraria immunitati Ecclesiasticæ; tamen ejus verba tamquam directa ad Judices seculares non restringunt jurisdictionem, quam habent Prælati Ecclesiastici exercendam in suis Ecclesiis, *Antonin. var. resol. lib.* 3. *resol.* 15. *n.* 8. *Thom. del Bene de immunit. Eccles. cap.* 16. *dub.* 10. *sect.* 12. *n.* 16.

35 Attamen, his non obstantibus, contraria sententia prævalere visum fuit, scilicet quòd Clerici, & aliæ personæ Ecclesiasticæ delictum committentes gaudeant immunitate Ecclesiæ in casibus, in quibus cuilibet laicus gauderet, & ita sæpè declarasse *Sacram Congregationem Concilii*, & *Immunitatis* referunt *Sperell. decis.* 59. *n.* 35. *vers. contrarium tamen*, *Vermigliol. cons. crim.* 103. *n.* 14. *Farinac. in Append. de immunit. Eccles. cap.* 3. *n.* 34. & præcipuè *in fin. num.* 36. *Jacob. Pignatel. consult. canon.* 176. *num.* 5. ubi *in fin.* subdit quòd hæc sententia certa fit in Sacra Congregatione Immunitatis, quę sæpè ita censuit, & præsertim in *una Maceraten. Immunitatis* 25. *Maji* 1655. & patet ex aliis resolutionibus adductis per *Barbos. in summ. Apostolic. decis. in verbo Immunitas*, & in *collect. in cap. inter alia* 6. *n.* 14. & *de univers. jur. Eccles. tom.* 2. *cap.* 3. *num.* 137. & 138. & ita etiam censuisse *Sac. Congregat. Episcopor. in Tropien.* 24. *Januarii* 1617. refert *Aldan. in compend. canon. resol. lib.* 3. *tit.* 8. *n.* 15. & hanc sententiam tuentur *Card. in cap. inter alia n.* 6. *de immunit. Eccles.* & in *Clement.* 1. *q.* 7. *n.* 9. *de pœnit. & remiss. Rom. cons.* 227. & *cons.* 234. *per tot. Covar. var. resol. lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 16. *Ginrba cons.* 40. *num.* 1. *Clar. in prax. crim.* §. *fin. q.* 30. *vers. ulterius quæro*, *Anastas. Germon. de sacror. immunit. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 92. *Decian. tract. crim. lib.* 6. *cap.* 26. *n.* 1. ubi de veriori. *Molin. de sacror. immunit. in tit. Immunitas Eccles. n.* 129. *Ambrosin. de immunit. & libert. Eccles. cap.* 12. *Lotter. de re beneficiar. lib.* 1. *q* 13. *n.* 113. *Cened. in canon. q.* 42. *n.* 11. ubi argumenta *Fagnan.* diluit, rursus *Barbos. in Concil. Tridentin. sess.* 25. *de reformat. cap.* 20. *n.* 5. *Lezana in summ. in verbo immunitas n.* 6. *Diana resol. moral. p.* 1. *tract.* 1. *de immunit. Eccl. resol.* 24. & *p.* 3. *tract.* 1. *eod. tit. resol.* 35. *Duard. in commentar. ad Bullam Cœnæ Domini lib.* 2. *cap.* 15. *q.* 16. *n.* 13. *Card. Tusch. pract. concl. in verbo Ecclesia concl.* 9. *n.* 17. & *concl.* 11. *n.* 27. ubi de communi, & *concl.* 10. *num.* 25. *Mar. Ital. in tract. de immunit. Eccles. lib.* 1. *cap.* 3. §. 1. subdens hanc sententiam omnino servandam, non obstante quacumque contraria consuetudine; & bene probat ex Constitutione *Gregorii XIV.* sic etiam statutum fuisse, reprobato *Genuense* contrarium tenente, & sententiam *Thom. del Bene* non esse sequendam subdit *Pignatell. loc. cit.*

36 Clerici enim, & aliæ personæ Ecclesiasticæ non debent esse inferioris conditionis, quàm laici, immo majoribus privilegiis, beneficiis, & favoribus prosequi debent; & cum expressè tam ex dispositione sacrorum canonum, quàm ex tenore Gregorianæ Constitutionis non excludantur ab hac immunitate, neque nos excludere debemus; & quamvis dicta Constitutio Gregoriana loquatur de Judicibus laicis, non tamen per hoc sequitur, quòd permittatur Judicibus Ecclesiasticis Clericorum extractio è loco immuni; dum Ordinarii, & Episcopi tamquam defensores, & propagatores ejusdem immunitatis multò magis eam observare debeant ad aliorum exemplum, & eorum subditos non privare beneficio ejusdem immunitatis; & propterea de eis opus non erat specificè loquendi in dicta Constitutione;

37 & consequenter quòd Judex Ecclesiasticus extrahens Clericum ab Ecclesia in casibus non exceptis incurrat pœnas, & censuras latas contra violantes immunitatem Ecclesiasticam tradit *Cened. in canon. quæst.* 42. *sub n.* 11.

38 Quinimmo nec ipsemet Clericus renunciare potest privilegio Immunitatis, ut censuit *Sacra Congregatio Immunitatis* nempe *scribendum Vicario ut faciat restituere dictum Clericum eidem Ecclesiæ, à qua fuit extractus, cùm non potuerit per renunciationem ipsius præjudicare Ecclesiæ, secutâ tamen restitutione, erit in arbitrium se constituere in carceribus Curiæ Ecclesiasticæ*, 20. *Novembris* 1640. *Cajazzo*.

39 Et quamvis Sacra Congregatio Immunitatis Episcopo Aretino petenti. *Si Canonicum in suo domicilio Canonicali contigno Ecclesiæ in fragranti repertum cum muliere conjugata carcerare, & in carceribus Episcopalibus retinere potuerit, sine præjudicio Immunitatis Ecclesiæ, die* 31. *Augusti* responderit, *posse ad correctionem*: non tamen ex hoc sequitur quòd permittatur extractio, quando agitur ad pœnam, & de mulctando perpetrato delicto; gesta enim ad correctionem non inducunt formalem extractionem prohibitam per sacros canones,

40 & Gregorianam Constitutionem; & in his terminis

terminis forsan procedere potest, & tolerabilis esset prima sententia.

41 Degentes enim extra Ecclesiam ad eam confugere dicuntur; si ob perpetratum crimen ad eandem se conferunt, ut in tuto sint;
42 qui verò continenter inhabitat in ædibus canonicalibus, & in domo Ecclesiæ contigua pro ejus servitio, non propriè habetur pro confugiente, ad effectum ne ad correctionem extrahi possit; aliàs, cùm semper sit in tuto, daretur ansa, & plena libertas ad delinquendum, ad quod absurdum evitandum ad correctionem carceribus mancipare per-
43 mittitur, prout etiam practicatur quoad Religiosos delinquentes à Superioribus Regularibus, non obstante quòd permaneant in loco immuni, *Thom. del Bene de Immun. Eccles. cap.16. dub.10. sect.15. n.8. & per totam*, cum aliis per *me ipsum* pleniùs allegatis, & traditis *in decis.84. à n.36. usque ad fin. tom.2.*

De pœna frangentis, & violantis pacem.

ARGUMENTUM.

AD faciendam pacem licèt nemo cogi possit, secùs tamen est de jure canonico, & saltem per supremos Principes possunt cogi subditi: præcipuè si debitâ pœnâ mulctatus fuerit, qui injuriam intulit. Frangens verò treguam, seu pacem quomodo puniatur tam de jure communi, quàm ex Constitutione Marchiæ, & bandimentorum generalium Status Ecclesiastici, & Statuti Urbis, & quomodo fractio pacis probanda sit prolixè explanatur.

SUMMARIUM.

1 AD pacem faciendam nemo cogi potest. Contrarium de jure canonico, n.2.
3 Limit. primam opinionem, ut ad conservandam quietem Civitatis, & justâ concurrente causâ, per Supremos Principes cogi possunt subditi ad faciendam pacem. Declara, ut in n.4. & 5.
6 Limit. 2. ut non procedat, post quam, qui injuriam intulit, debitâ pœnâ mulctatus fuit.
7 Frangens pacem, seu treguam, occidendo hominem, capite punitur, secùs si ad defensionem, si fuerit captus, & si aufugerit confiscantur bona, & quomodo si tantùm vulneraverit, vel absque percussione invaserit, & n.8.
9 Quæ pœnæ procedunt tam adversus violantes pacem publicam, quàm privatam, & n.10.
11 Frangens pacem vigore Constitutionis Ægidianæ, seu Marchiæ quomodo puniatur: quæ tamen procedit in pacibus factis inter Civitates, & Castra, & per Carpensem extenditur etiam ad violantes paces privatas sed hæc tantùm est servanda in Provincia Marchiæ, n.12. & procedit in pacibus factis per Prætorem, n.13. & in casu vulneris, aut homicidii, n.16.
14 In constitutione extensiva censentur repetita contenta in constitutione extensa.
15 Constitutio Ægidiana non habet locum, ubi adsunt statuta particularia, præcipuè in ordine ad pœnas.
17 Constitutio pœnalis requirit delicti consummationem.
18 Miles turbans pacem publicam punitur pœnâ mortis; personæ verò privatæ puniuntur secundùm leges Federici.
19 Clericus pacis violator excommunicatur, & etiam beneficiis privatur, n.20. Et quomodo ex constitutione Federici, n.22. quæ reprobatur, ut in n.23.
21 Turbantes pacem Ecclesiæ quomodo puniantur.
23 Constitutio Principis secularis disponens de personis Ecclesiasticis, est nulla. Limit. si sit approbata à jure canonico, n.24.
25 Leges civiles lædentes Ecclesiasticam libertatem, & quoad Ecclesiasticos disponentes, non valent, nec Clericos ligare possunt, n.26. & 27.
28 Frangentes pacem vigore bandimentorum status Ecclesiastici quomodo puniantur. Et quomodo ex statuto Urbis, n.29.
30 Pœnæ statutariæ, & bandimentales tollunt pœnas juris communis, etiam si essent minus rigorosæ, n.31.
32 Frangens verbum datum alicui Superiori de non offendendo, quam pœnam incurrat, & n.33 & 34.
35 Pœna pacis ruptæ, ad hoc ut intret, de eadem constare debet.
36 Pax probari potest de jure communi vel per instrumentum, vel per testes.
37 De sui natura non requirit scripturam.
38 Limit. quod si agatur ad pœnam fractæ pacis vigore constitutionis Ægidianæ, vel statuti, vel bannimentorum; non per testes, sed per instrumentum est probanda.
39 Testes deponentes de pace inita, debent concludere per actus, ex quibus pax vera inducatur, & non simplex reconciliatio.
40 Frangens remissionem, seu concordiam, non dicitur frangere pacem.
41 Statuta punientia violatores pacis non procedunt in violatoribus concordiæ, & remissioni injuriarum.
42 Pœnæ conventionales impositæ pro observanda pace, non faciunt cessare pœnas bannimentales, vel statutarias.
43 Fidejussor datus pro observantia pacis, pro ejus fractione non tenetur ad pœnam corporalem, & seq.
44 Obligatio fidejussoris, qui se obligavit ad pœnam corporalem, non tenet.
Neque tenetur ad pœnam confiscationis bonorum, ibidem.
45 Pax, seu remissio injuriæ præstita per vulneratum in articulo mortis Confessario, suffragatur offendenti in foro judiciali, & n.47.
46 Per personam publicam actio alteri acquiri potest.
47 Pax facta absenti, nullo pro eo recipiente, non prodest in Judicio.
48 Pax relicta in testamento, si interveniat Notarius, valet.
49 Confessarius an possit absolvere pœnitentem renuentem devenire ad actum exteriorem pacis, referuntur opiniones, & n.50.

DECISIO CLVII.

QUoniam cùm pax, ut inquit *Cicero 2. Philipp.* sit tranquilla libertas, valde propterea referre Reipublicæ pacem cum civibus curare; & li-
1 cèt ad pacem faciendam videatur neminem cogi posse, argumento *Text. in l. furti §. qui jussu ff. de his qui notantur infamia*, & in *cap. fin. de rescript.* & docet *Bart. in dicto l. furti §. qui jussu n. 2. Bald. in l. 1. §. quiet de offic. Præfect. urb.* & in *l. ex stipulatione C. de sentent. Felin. in rub. de treg. & pace n. 1. & 2. Vulpel. in tractat. de pace q. 103.* ubi

ubi contrariis respondet, *Novel. in pract. crim. cap. fin. n.* 19. *& 57. Diaz reg.* 101. *in princ. Petrus à Placb. in Epit. delict. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 3. *vers. sicut itaque fol. mihi* 112. *Clar. in pract. crim.* §. *fin. q.* 58. *in fin. n.* 40. *vers. pro complemento*.

2 Contrarium tamen sancitum fuit in *Concilio Agathensi cap.* 31. relat. *in cap. placuit dist.* 90. ibi -- *quicunque odio, aut longinquâ inter se lite dissenserint, & ad pacem revocari diuturnâ obstinatione nequiverint, à Sacerdotibus civitatum primitùs arguantur, qui si inimicitias deponere perniciosâ intentione noluerint, de Ecclesiæ cœtu iustissimâ excommunicatione pellantur*, & comprobat *Bart. in l. congruit n.* 4. *ff. de Offic. Præsid.* ubi recedit à contraria opinione, quam docuit in *dicta l. furti* §. *qui iussu n.* 2. *ff. de iis, qui notant. infam. Abb. in rub. de treg. & pace n.* 1. *Petrin. Bel. de re militari p.* 10. *tit.* 2. *n.* 71. *&* 72. *Farinac.* qui alios allegat *in tit. de var. & divers. crim. q.* 107. *n.* 4.

3 Hinc est quòd quando, nisi inimici ad pacem cogantur, Civitatis, & Reipublicæ quies maximè turbaretur, & in ea maximum scandalum oriretur; tunc iidem inimici ad pacem faciendam cogi possunt, si regulatiter non per Judices ordinarios, saltem per Papam, Imperatorem, & alios magnos Principes, *Novel. in pract. crimin. cap. fin. n.* 4. *vers. necnon Judex, & n.* 59. quem sequitur *Bajard. in addit. ad Jul. Clar. qu.* 58. *n.* 75. *Petrus à Placb. in epit. delict. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 3. *post med. vers. nihilominus Rex, Petrin. Bel. de re militar. p.* 10. *tit.* 2. *n.* 73. *Castaldin. in tractat. de Imperatore qu.* 100. *colum.* 7. *vers.* 41. *Vivian. opin.* 424. *n.* 4. *vers. necnon Judex*.

4 Justâ igitur concurrente causâ, & quando ordinario remedio de præstanda cautione de non offendendo tutè provideri non possit, ut salvus remaneat utriusque partis honor, Principes compellere posse partes ad faciendam pacem non quidem præcisè, & per carcerationem, sed ejiciendo, & bandiendo à Civitate magis suspectos, & principaliores, donec tædio affecti pacem exhibeant, tradit *Vulpell. in tract. de pace quæst.* 3. *num.* 4. *& seq.* Sed

5 quia hoc remedium *Vulpell.* quandoque potest esse eidem Reipublicæ damnosum; idcirco illud remittendum esse prudentis Principis arbitrio, subdit *Farinac. in tit. de var. & divers. crim. q.* 107. *n.* 8. *in fin.*

6 Et licèt qui injuriam, & offensionem recepit, non videatur cogi posse ad faciendam pacem, antequam qui injuriam intulit, debitâ pœnâ mulctatus fuerit; secutâ tamen condemnatione, bene ad remittendam injuriam videtur cogi posse, cùm implacabilis dignoscatur animus illius, qui post receptæ injuriæ punitionem odium deponere, & reconciliationem præstare recuset, *Jacobin. de Sanct. Georg. in l. transigere in fin. C. de transaction. Hieron. Giaccar. in addit. ad Clar. in* §. *fin. quæst.* 58. *in fin. lit. L. in verbo nunquid Judex*, cum aliis relatis per *Farinacc. in tit. de var. ac divers. crim. q.* 107. *num.* 9.

7 Pax verò postquam confecta fuerit, stabilis esse debet, & inviolabiliter servanda; ac proinde contra frangentes, & violantes pacem omnia jura clamant; & per *textum*, qui communiter ad id allegari solet, in *cap.* 1. *de pace tenenda in usibus feud.* pacem, seu treguam frangens, occidendo hominem, capite punitur, nisi ad sui defensionem fecisse probaverit, si fuerit captus; si verò aufugerit, confiscantur bona; quòd si non occiderit, sed vulneraverit, manus amputatur; si verò absque sanguinis effusione percusserit, vel absque percussione invaserit, pœnâ pecuniariâ puniendus est, prout summat *Bald. in prin. & Vulpel. in tract. de pace quæst.* 51. *n.* 1. *Bero. in cons.* 114. *n.* 38. *lib* 1.

8 per *textum* verò *in cap.* 1. §. *si quis verò de pace juramento firman.* Civitates, Duces, Marchiones, Comites, & alii inferiores pacem violantes puniuntur pœnâ pecuniariâ, ut summat idem *Vulpell. dicta q.* 51. *n.* 1. juncto *n.* 9.

9 Qui *textus* licèt loqui videantur de violatoribus pacis publicæ, scilicet inter duas Civitates, aut inter duo Castra; tamen procedunt etiam in violatoribus pacis initæ inter singulares personas, ut expressè tenet *Bald. in dicto cap.* 1. *n.* 1. *in fi. de pace tenenda, Vulpell. in tract. de pace q.* 51. *n.* 2. ubi subdit quòd ad hunc effectum requiratur, quòd pax sit juramento firmata; aliàs secùs, *Alberic. in tract. de statut. p.* 1. *q.* 51. *Marsil. in rub. ff. de fidejussor. sub q.* 29. *n.* 243. *Farinac. in tit. de var. & divers. crim. q.* 107. *n.* 62. *&* 63. *Guazzin. de confiscat. conclu.* 13. *Ampliat.* 93. *n.* 2.

10 Et quòd violator pacis privatæ, & securitatis extra casum homicidii non sit puniendus pœnâ mortis; sed arbitrariâ, & pecuniariâ, docet *Alberic. in l. illicitas* §. *ne potentiores n.* 9. *ff. de offic. præsid.* ex argumento *legum Federici*, de quibus *in* §. *si quis hominem*, & §§. *sequen. de pace tenen. & in* §. *si quis verò ausu temerario*, & §§. *sequen. de pace jurament. firman. Afflict. in* §. *injuria n.* 1. *& seq. eod. tit. de pace jurament. firman. Gigas de crimine læsæ majestat. lib.* 1. *tit. qualiter, & à quibus crim. læsæ majestat. committat. q.* 33. *n.* 2. *Pet. à Planc. in Epit. delict. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 10. *Jodoc. in pract. crim. cap.* 108. *rub. de pace, ac induciar. violat. n.* 1. *&* 2. *Farinac. in cons.* 28. *n.* 5. *tom.* 1.

11 Vi-

11 Vigore tamen *constitutionis Marchiæ lib. 4. cap.76. & 77.* violator, & turbator pacis factæ inter Civitates, & Castra, & Villas, ac Terras authoritate Prætoris, proditor, Rebellis, & S. R. E. hostis reputatur, ejus domus diruuntur, & alia bona Fisco applicantur; qui verò pacem privatam ex causa homicidii, vel vulneris pariter violaverit, ultra pænas prædictas, capite posteriori, & pedibus superioribus, si apprehendi non potuerint, dipingantur cum inscriptione eorum nominis, cognominis, & patriæ, tamquam pacis violatores, & sic constitutio, Ægidiana in dicto *cap. 76. lib. 4.* procedit in pacibus factis inter Civitates, & Castra, &
12 per *Carpensem in cap. 77.* extenditur etiam ad violantes paces privatas, quæ propterea non est servanda in toto statu Ecclesiastico, sed solùm in Provincia Marchiæ, in qua solùm, & generaliter omnes Carpenses constitutiones servandas esse statuit *Paulus Tertius*, ut ex ejus bulla Perusii emanata, de qua *Guazzin. de confiscat. conclu.* 13. *ampliat.* 93. *n.4. Farinac. in tit. de var. & divers. criminum. q.107. n.65. &* 66. ubi in facti contingentia in Civitate Urbis veteris causa proposita in sacra Consultà dictam Carpensem constitutionem in illa Civitate non habere locum se obtinuisse testatur, & *in cons. crim.* 81. *n.*17. *tom.*1.

13 Nec eadem Carpensis constitutio locum habet in omnibus pacibus privatis, sed tantùm in illis, quæ sunt factæ per Prætorem, vel cum ejusdem auctoritate, prout loquitur *Ægidiana* præcedens in *cap.* 76. ad quam cùm Carpensis veniat ampliativè, est intelligenda secundùm terminos, & qualitates expressas in eadem præcedenti Constitutione Ægidiana, juxta vulgarem regulam,
14 quòd in constitutione extensiva, & ampliativa omnia in ea repetita censentur, quæ in constitutione extensa, & ampliata apposita reperiuntur, *l. nihil interest C. de conjug. cum emancip. liber. Dec. in cons.* 19. *n.*3. *col.*3. *vers. nam quamvis statutum, Decian. cons.* 26. *n.*73. *lib.*2. *Hier. Gabriel in cons.* 178. *n.* 41. & 44. *lib.*2. ubi loquitur in terminis *constitutionis Pii IV. contra Duellantes* ampliativæ constitutionis *Leonis*, & comprobat *Farinac. in tit. de var. & divers. crimin. q.*107. *n.*67.

15 Prout etiam Bullæ Pontificum confirmantes constitutiones Ægidianas, & extendentes ad totum statum Ecclesiasticum præcipuè in materia fractionis pacis, intelliguntur respectu locorum, in quibus statuta particularia specialiter non provideant, statuendo pænas contra effractores pacis; cum tunc sit recurrendum ad statutum Civitatis dominantis, vel ad generales constitutiones, & ita fuisse per Sacram Consultam resolutum subdit *Farinac. in cons. crim.* 81. *n.*17. *in fin. tom.*1. *Vermigliol. cons. crim.* 227. *n.*3.

16 Declara, ut pacis fractor in vim *constitutionis Marchiæ in dicto lib.4. cap.77.* non punitur pœnâ mortis, nisi in casu vulneris, aut homicidii, secùs non secuto vulnere, aut homicidio; nam constitutio pœnalis semper
17 requirit delicti consummationem, *Marsil. in l. qui falsam n.*34. *& seq. ff. ad l. Cornel. de fals. Boss. in tit. de homicid. n.*10. *&* 12. *Matth. Gribal. in suis reg. crim. vers. licèt aliquando in maleficiis, Novel. reg.* 114. *in* 6. *fallen. Gram. dec.*2. *n.*11. *& seq & dec.*74 *n.*4. *& seq.*

18 De jure verò communi in milite turbante pacem publicam imponitur pœna mortis *l. si. ff. de re militar.* sed in aliis personis non militibus non reperitur in jure civili imposita certa pœna; ideo recurrendum est ad *leges Federici*, de quibus *in* §. *si quis hominem de pace tenen. & in* §. *si quis vero ausu temerario, &* §. *seq. de pace jurament. firman.* quarum dispositione extra casum homicidii non pœna mortis, sed pecuniaria imponitur violatoribus pacis publicæ; ita *Farinac. in cons. crim.*28. *n.*4. *&* 5. *tom.*1.

19 De jure verò canonico Clericus pacis violator excommunicatur, *Joan. Berber. in viatorio juris rub.*29. *n.*3. per *Textum in capilli qui* 24. *q.*3. & sancitum fuit per *Alexand. III. in Concilio Lateranen.* relat. *in cap.*1. *de tregu. & pace in* §. *si quis autem*, qui *Textus* licèt loquatur de frangentibus treguas, per quas tribuitur securitas personis, & rebus, discordiâ nondum finitâ; tamen multò magis procedere debet in frangente pacem, quæ est finis discordiæ, ut declarat *glos. in eodem cap.*1. *in verbo treguas, &*
20 *in verbo seq. pax vero*; Et etiam beneficiis privatur, ut probatur ex eodem *Text.* in dicto *cap.*1. *de tregu. & pace in fin.* ibi--*quod si quis in hoc opere trepidus inventus fuerit, damnum propriæ dignitatis incurrat.* Siquidem si isto casu Episcopus negligens in puniendo Clericum propriam dignitatem amittere debet; multò magis privari debet ipse Clericus delinquens, aliàs majori pœnâ mulctaretur Episcopus negligendo, quàm Clericus delinquendo, quod idem scriptum reliquit *Jodoc. in pract. crim. rub. de pacis, ac induciar. violat. n.*7. qui tamen loquitur in Clerico violante pacem, & inducias publicas tempore belli indictas, & *Fabius à Monte lon. in prax. n.*882. *fol. mihi* 282. docet per
21 *Textum in cap. qui contra* 24. *q.*1. quòd turbantes pacem Ecclesiæ si sint in dignitate constituti, illâ orbandi sunt; si verò sint nobiles, bonis privantur; si ignobiles fustibus cæsi perpetuò relegantur, & idem in perturbantibus pacem publicam, cùm universitas

&

& Ecclesia æquiparantur, quem refert *Fa-
rinac. in tit. de var. & diversf. crim. q.*107.
*num.*73.
22 Ex dispositione tamen *cap.*1. §. *Clericus
de pace tenen. in usibus feudor.* Clericus con-
victus de violatione pacis, seu de recepta-
tione violatoris pacis, si præsens fuerit, pæ-
nâ viginti librarum puniatur; si verò aufu-
gerit, & inobediens extiterit, beneficio eccle-
siastico privatur, & tamquam proscriptus
habetur, ibique *Cald. n.*1. adnotavit Cleri-
co prædicto non comparenti etiam bona pu-
blicari debere, quem refert *Farinac. dicta*
23 *q.*107. *n.*37. Verùm quia hujusmodi consti-
tutio lata fuit à Federico Imperatore spe-
ciatim disponente de personis Ecclesiasticis,
redditur nulla, & invalida, tamquam à non
habente jurisdictionem edita, prout de *le-
gibus Imperatoriis in C. de Sacrosanct. Ec-
clef., & Auth. eod. tit.* tradit *Thom. del
Bene de immunit. Eccles. cap.*9. *dub.*1. *n.*16.
*tom.*2. præcipuè quia dicta constitutio à ju-
24 re canonico recepta, & approbata non repe-
ritur, ut exigitur ad effectum ligandi Ec-
clesiasticos non vigore legis civilis, sed ju-
ris canonici approbantis, *Abb. in cap. Ec-
clesia n.*10. *de constit. & in cap. præsentia*,
25 *n.*28. *de probat.* Siquidem ferre leges est
actus jurisdictionis, quæ jurisdictionis usur-
patio cùm repugnet Ecclesiasticæ immuni-
26 tati; propterea potestas laica nihil quoad
eandem immunitatem per leges civiles con-
dere potest defectu jurisdictionis, ut com-
probat *Thom. del Bene de immunit. Eccles.
cap.*9. *dub.*1. *n.*1. *cum seq.* juncto *n.* 15. *&
per tot. tom.*2. per *textum in cap. quæ in Ec-
clesiarum de constit. in cap. noverit de sen-
ten. excommunic. cap. ultim. de immunit. Ec-
clef. in* 6. *in cap. diligenti, in cap. significasti
de foro competen. & in cap. quamquam de
censib. in* 6. & tradit *Tridentinum Conci-
lium sess.*25. *de reform. cap.* 20. ibique *Bar-*
27 *bos. n.*1. *& seq.* Nec Clerici ligari possunt
legibus civilibus; quia sunt extra jurisdi-
ctionem legislatoris civilis, ut docet *Divus
Thom.* 1.2. *q.*69. *art.* 4. communiter recep-
tus, & sequitur *Felin. in cap. Ecclesia S. Ma-
riæ n.* 39. *de constit.* & comprobat ulteriùs
Thom. del Bene de immunit. Eccles. cap. 8.
*dub.*2. *n.*1.
28 Vigore tandem Bannimentorum status
Ecclesiastici editorum de anno 1645. in §.
33. contra pacem frangentem magis gene-
raliter, quàm in Marchiæ constitutione dis-
ponitur. *Item ordina, e vuole sua Eminen-
za, che se alcuno maggiore di* 20. *anni di
qualsivoglia grado, romperà, ò farà rompe-
re pace, tregua, ò parola, ò reconciliatione,
cada in pena della morte naturale, ruina,
è demolitione della casa, è confiscatione de
tutti li suoi beni, e se non verrà in poter del-
la corte, che debia essere condennato in con-
tumacia nelle dette pene, e depinto in luogo
publico con l'habito suo ordinario appiccato
per un piede con la testa di sotto, col suo no-
me, e cognome, e patria, e con il titolo del
delitto, & in questo s'intenda incorso in qual-
sivoglia modo sia fatta, e provata la pace, ò
tregua, ò dato la parola, ancor chè fussa
senza scrittura, o intervento d'alcun Ma-
gistrato, ò di altra persona publica, non ob-
stante qualsivoglia statuto, constitutione, e
consuetudine in contrario.*
29 Et vigore statuti *Urbis in cap.* 25. *lib.* 2.
punitur etiam frangens pacem per se, vel
per alium mortis pænâ, si capi potest: & si
capi non potest, in contumaciam condem-
natur in pænam mortis, & confiscationis
bonorum, dummodo tamen pax facta fuerit
per publicum instrumentum; domus autem
demolitio prohibetur, ne civitas ruinis
deformetur: sed si pax non fuerit facta per
publicum instrumentum, sed per pacis os-
culum, vel per alium reconciliationis mo-
dum, frangens eamdem pacem, securita-
tem, vel treguam, punitur in quadruplum
ejus pænæ, quæ pro admisso delicto impo-
nenda veniret, si pax, & reconciliatio facta
non esset, ut statuit in alio *cap.* 28. *lib.* 2.
quæ quidem statuta confirmata in specie
fuerunt per *Innocentium VIII.* ut patet ex
ejus constitutione ex ordine 5. *p.*1. *Bullar.*
30 Quæ pænæ statutariæ, & bandimentales
impositæ contra pacem frangentem, & vio-
lantem tollunt pænas juris communis, qui-
bus per illas derogatum esse non est dubi-
tandum, ut de communi, & magis servata
opinione testatur *Vulpel. in tract. de pace q.*
31 52. & hoc procedit, etiam si pæna statuta-
ria esset minor, ut si statutum imponeret
pænam pecuniariam, & jus commune cor-
poralem, ut de communi testatur *Bursat. in
cons.*94. *n.*4. *lib.*1. *Bertaz. in cons.*237. *n.*1.
ibique *in addit. littera A. lib.*1. *Vulpel. de
pace dicta q.*52. *ad fin. Farinac. in tit. de var.
& diversf. crim. q.*107. *n.*76. *Guazzin. de pa-
ce q.* 35. *à n.*5. *usque ad* 9. *Vermigliol. in
cons. crim.*226. *n.*2. & 3. & rursus *Farinac.
in cons. crim.*81. *n.*17. *lib.*1. ubi *in fi.* refert ita
per *sacram Consultam* resolutum fuisse.
32 Frangens verbum datum alicui superiori
de non offendendo incurrit crimen læsæ ma-
jestatis, secundùm *Gerard. Mazzol. in cons.*
68. *n.* 11. relat. *per Guazzin. de confiscat.*
33 *conclu.*13. *ampliat.*93. *n.*7. Hoc tamen pro-
cedit si verbum datum fuerit superiori non
recognoscenti alium superiorem; secùs verò
recognoscenti, & sic quemdam per fractio-
nem verbi dati Cardinali Aldobrandino
tempore *Clementis VIII.* fuisse solùm con-
demna-

demnatum in pœnam pecuniariam, & exilii, refert idem *Guazzin. dicta ampliat.* 93. *n.*
34 10. prout nec procedit, si adesset nova causa, vel si verbum datum non pervenerit ad notitiam offendentis, *Gerald. Mozzol. in dicto cons.* 68. *n.* 27. ubi quod scientia sit articulanda, & probanda, *Guazzin. loco citato n.* 8. *& 9.*

35 Ad hoc igitur ut pœna pacis ruptæ intret, de inita pace constare debet, aliàs pacem non fuisse factam, & pro non incursu pœnæ fractæ pacis in dubio judicandum est, *Alex. cons.* 19. *n.* 2. *in fi. lib.* 1. *Corn. cons.* 167. *n.* 8. *lib.* 3. *Thob. Non. cons.* 111. *n.* 25. *Jaco. Port. Imol. cons.* 213. *n.* 6. relat. per *Farinac. in cons. crim.* 98. *n.* 16. *tom.* 1.

36 Pax de jure communi probari potest tam per instrumentum, quàm etiam per testes, ex quo utraque probatio parem vim habet, *cap. cum Joannes*, & ibi *gloss. in verbo quodlibet instrumentum de fide instrumentor.* Nec
37 pacis actus descriptus repetitur inter alios actus, qui ad sui probationem scripturam requirant, de quibus per *gloss. in cap.* 1. §. *post quam vers. quæ in scriptis de cens. in* 6. & per *Specul. in tit. de instrument. edit. §. restat vers. sed si unus*, & in specie supradictos referendo tradit *Farinac. in cons. crimin.* 81. *n.* 1 *tom.* 1. & novissimè *Vermigliol. cons. crimin.* 227. *n.* 4. cum aliis per *Cabal. resol. crimin. cas.* 141. *n.* 10.

38 Sed quando agitur ad pœnam fractæ pacis vigore Constitutionis Ægidianæ, vel bannimentorum exigitur probatio pacis per instrumentum, vel scripturam, & non per testes; imò de consuetudine quando agitur de pace à statuto requisita, ad effectum nedum augendi pœnam, sed, & quod plus est, ad affectum illam minuendi, nunquam pacis probatio dicitur concludens, nisi illa per publicum instrumentum deducatur, & ita servari Mediolani testatur *Jul. Clar. in* §. *fin. q.* 58. *n.* 39. *vers. scias etiam*, & idem etiam servari Romæ, in Curia Urbini, Perusiæ, & in provincia Marchiæ testatur *Vulpell. in tract. de pace quæst.* 66 *n.* 5. *Bajard. ad Clar. dicta quæst.* 58. *n.* 72. *Nicol. Moron. in tract. de fide, treg. & pace q.* 106. *n.* 15. *Guazzin. de pace p.* 1. *q.* 22. *n.* 10. *Farinac. in cons. crimin.* 81. *n.* 1. *& seq. lib.* 1. *& cons.* 150. *n.* 10. *in fin. lib.* 2. *Vermigliol. cons. crim.* 223. *n.* 8. ubi ex *Farinac. loco proximè citato* refert, quòd nec Sacra Consulta condemnari voluit uti fractorem pacis eum, quem per duos testes probatum fuerat habuisse notitiam pacis, & illam verbis prægnantibus approbasse, & in *cons.* 227. *n.* 4. *Cabal. resol. crimin. cas.* 141. *n.* 10.

39 Quando tamen in hac materia probatio per testes sufficeret, debent testes concludere pacis conclusionem per palmarum tactus, vel osculum, ita quod paciscentes intelligant pacem formalem inire, & non simplicem injuriarum remissionem; siquidem differt remissio injuriarum per modum reconciliationis à remissione per modum pacis, quæ ex sui natura exigit expressum pactum; utpote quia pax à paciscendo dicatur; ac proinde cum in remissione injuriarum, quæ fit per dissimulationem, non inest pactum, ergo nec pax, & consequenter nec pœna pacis ruptæ *Speculat. de tregua, & pace n.* 3. *Fulgos. in*
40 *l.* 1. *n.* 2. *& 4. ff. de pact.* ubi tradit, quòd frangens remissionem, seu concordiam non
41 dicatur frangere pacem; ac proinde statuta punientia violatores pacis non procedant in violatoribus concordiæ, & remissionis injuriarum; valde propterea interest ponderare dicta testium, an probent pacem, vel simplicem reconciliationem, vel injuriarum remissionem, ut latè tradit *Farinac. in cons. crimin.* 98. *per totum*, & præsertim *n.* 8. *usque ad* 13. *tom.* 1. *Guazzin. de pace p.* 1. *qu.* 80. *n.* 9. *in fin. Vermigliol. in cons. crim.* 223. *n.* 8. *vers. at si probatio, & seq.*

42 Pœnæ conventionales à paciscentibus impositæ pro observantia contractus pacis, per ejus violationem non faciunt cessare pœnas à jure, statuto, vel bandimentis impositas, aliàs esset in arbitrio paciscentium hujusmodi pœnas evitare, & elusorias reddere: etenim sicut ipsæ partes condendi legem potestatem non habent, ita nec etiam abrogandi, argumento *Textus in l. nemo potest ff. de legat.* 3. & in *cap. ejus est de reg. jur. in* 6. *Cyn. in l. qui sepulchra n.* 3. *C. de sepulchr. violat.* ubi de magis communi, *Bart. in l.* 1. *ff. de bonorum rapt. Vulpell. in tract. de pace q.* 52. *Farinac. in tit. de var. & divers. crim. q.* 107. *n.* 74. & cum hac opinione concordat *Statutum Urbis lib.* 4. *cap.* 25. *& Constitutio Innocentii VIII. ex ordine* 5. *Bullar. p.* 1. *circa fin. vers. ac districtius.*

43 Si forsan pro pacis contractus observatione dati fuerint fidejussores; qui promiserint, quod paciscentes pacem servabunt, vel unus ex paciscentibus promittat quod alii servabunt pacem; non tamen fidejussores, vel unus pro alio promittens tenetur pro pacis violatione ad pœnam corporalem, seu capitalem, si de jure esset imponenda, & ita communiter servari, reprobatis contrarium tenentibus, tradit *Alber. in tract. de statut. p.* 1. *q.* 51. *per tot. Marsil. in rub. de fide-*
44 *jussor. q.* 29. *n.* 240. *& seq.* ubi generaliter comprobat quod non valeat obligatio fidejussoris, qui se obligavit ad pœnam corporalem; ac proinde faciens pacem pro se, & aliis absentibus, cum promissione de non contraveniendo sub pœnis contentis in Constitu-

stitutione Marchiæ, vel bandimentis, si unus ex dictis absentibus pacem frangat, præfatus promissor mulctari non debet pœna capitali secundùm dictas Constitutiones, cum quoad hanc pœnam subeundam non sustineatur, ita etiam tradit *Honded. in conf.* 89. *n.*37. *& plurib. sequens. lib.*2. ad tradita per *Vulpell. in conf.*2. *n.*6. *vers. & eo magis, & n.*7. & in *n.*5. *& seq. & n.*34. *&* 35. subdit quod neque teneatur ad pęnam confiscationis bonorum, quos refert, & sequitur *Fariuac. in tit. de var. & diverf. crimin. q.*107. *num.*75.

45 Pax, seu remissio injuriæ præstita per lethaliter vulneratum in articulo mortis Sacerdoti, seu confessario, cui peccata sua confessus fuit recipienti nomine, & vice vulnerantis, & offendentis, valet, & tenet; ac proinde est admittenda in foro judiciali ad commodum, & beneficium offensoris; quia cum Sacerdos sit persona publica, *l.*1.*§.publicum*
46 *jus ff. de just. & jur.* certi juris est quòd per personam publicam alteri acquiratur jus, & actio, *l. non aliter ff. de adoption.* & ita, re discussâ, firmat *Guliel. de Cuneo inter conf.crim.diversor.conf.*8.*per tot.vol.*1. *in impressis in parva forma*, *Albert. de Gandino in tract. de malefic. in rub. de transact. & pact. in maleficiit sub n.*20. *vers. item pone*, *Bald. in l.*2. *sub n.*1. *ad fin. vers. quærit hic Cynus ff. ad Senatusconf. Syllanion.* & in *cap.*1. *§.injuria n.*7. *vers.quæro utrum injuria remissa in foro pœnitentiali de pace juramentt. firmand. in usib. feudor. Petrus Garsia à Toleto in suis decisionibus extravagantibus decis.* 24. *Boss. in pract. crimin. tit. de pace n.*20. *vers. pax non est*, latè *Cabal. resol. crim. cas.*141. *n.*1. *& per tot.* contrarium tamen videtur sentire *Rom. in l.*2. *num.* 6. *& seq. vers. ex hoc quæsivit ff.ad Senat.conf. Syllanian.*

47 Et quamvis pax facta absenti illi non possit prodesse in judicio, nisi legitima persona interveniat, qui pro ipso absente recipiat, *Clar. in pract. crim. q.*58. *sub n.*37. *vers.dictum est*, *Bald. in l.*2. *n.*7. *vers. sed dubitatur C. de liber. & eo liber. Alex. conf.*131. *n.*9. *lib.*4. tamen in pace facta in foro pœnitentiali satis est, ut interveniat Sacerdos, qui est publica persona, perinde ac si Notarius pro absente intervenisset; adeout in favorabilibus, & in actibus piis, prout est pax, bene Sacerdos fungi potest officio Notarii,
48 & ejus loco adhiberi; prout etiam pax facta in testamento sine præsentia partis, vel legitimæ personæ pro ea stipulantis licèt non valeat, secus autem si interveniat Notarius, ut comprobat *Cabal. resol. crimin. cas.*141. *n.*8. *&* 9.

49 Sacerdos verò tenetur absolvere pœnitentem, licèt non velit devenire ad actum exteriorem pacis, cum instrumentum, nec alius actus exterior sit necessarius ad hunc effectum pro salute animæ paciscentis ex quo sufficiat solum intrinseca dilectio, *Odd. de restit.in integr. q.*85.*art.*7.*n.*54. contrarium tenet *Ludov. de Bea. in responf.casuum con-*
50 *scient. cas.*10. sed quod utraque opinio servetur secundùm voluntatem Episcoporum, subdit se audivisse *Bajard. ad Jul. Clar. in pract. crimin. §. fin. quæst.*58. *n.* 73. *vers. item adde hic*.

De termino moto.

ARGUMENTUM.

GRavitas delicti amotionis terminorum efficit delictum publicum, ut à quocumque de populo accusari possit: ejus pœna est arbitraria, & extraordinaria. Quomodo verò arbitrium regulari, & condigna pęna imponi debeat, referuntur plures casus.

SUMMARIUM.

1 DElictum amotionis terminorum est publicum, & ab omnibus accusari potest, & n.2. & 3.
4 Delicta publica, & privata quæ sint remissivè.
5 In delictis privatis ad accusandum non admittitur nisi is, qui suam, aut suorum injuriam prosequitur.
6 In delictis ex generali consuetudine hodie per inquisitionem, & ex officio procedi potest.
7 Termini intelliguntur lapides, seu quævis alia signa agros ad invicem dividentia.
8 Pœna amotionis termini est arbitraria, & extraordinaria.
9 Ex statuto Urbis quomodo puniatur.
10 De jure canonico amoventes terminos, & consilium dantes quomodo puniantur.
11 Clericus amovens terminos quomodo puniatur.
12 Pro terminorum amotione competit actio criminalis ad pœnam, & civilis ad interesse.
13 Contra terminos amoventes datur juramentum in litem pro interesse, & ad probandum situm. Declara, ut n.14.
15 Terminos amovens causâ eos furandi sciens esse terminos, furti pœnâ tenetur.
16 Sed quod hoc casu pœnâ sit extraordinaria, & arbitrio Judicis secundùm alios, & n.17.
18 Aut quod sit pecuniaria secundùm alios.
19 Sed si persona sit vilis non valens solvere pęnam pecuniariam, luere debet in corpore.
20 Terminos verò amovens causâ furandi lapides nesciens esse terminos, quomodo puniatur.
21 Terminos amovens causâ occupandi vicini agrum, & se dilatandi, pœnâ corporali punitur, licèt alii teneant quod pœna sit pecuniaria, n.22.
23 Amovens terminos causâ seminandi inter vicinos discordias, extra ordinem punitur juxta facti qualitatem.
24 Terminos communes amovens cepto jam judicio finium regundorum, ad obscurandа jura adversarii, & litem intricandam, pœnâ arbitrariâ, juxta personæ conditionem, & facti qualitatem puniendus est.
25 Amovens terminos causâ nocendi vicino, licèt nullum commodum recipiat, tenetur pœnâ pecuniariâ, vel arbitrariâ secundùm alios.
26 Amovens terminos inter unam, & aliam ædem punitur pœnâ pecuniariâ, & secundùm alios corporali extra ordinem, n.27.
28 Terminum amovens coadunatis armatis pœnam mortis

Q 2 incur-

incurrit juxta bullam Sixti V. contra facientes cavalcatas.

29 Sed quod dicta bulla quoad pœnam mortis, ſi aliud delictum extrinſecum non intervenerit, non ſit uſu recepta.

30 Amovens terminos de mandato alterius eadem pœnâ ſicut principalis punitur.

31 Amovens terminos caſu ſine dolo, ut contingit in ruſticis arando, nullâ pœnâ punitur, ſecùs ſi doloſe.

33 Terminos corrumpens, & amovere tentans, & non perficiens, non videtur puniendus. Declara, ut n.36.

34 Affectus, ſeu conatus, non ſecuto delicto, regulariter non punitur.

35 Et conatus ſine effectu non nocet.

37 Arbores ferire incipiens causâ cędendi, licèt in totum non incidat, incurrit pœnam.

DECISIO CLVIII.

1 GRavitas criminis amotionis terminorum efficit ut delictum publicum dicatur; ac proinde unicuique de populo competit accuſatio ſecundùm *gloſſ. in l.3. per illum text. ei, qui volet ff. de termino moto, Jodoc. in pract. crim. cap.127. rub. de translation. limit. n.9. Bonſur. de furt. §. poſſeſſionis n.83. Farinac. eod. tit. q.168. n.113.*

2 Etenim univerſalis utilitas reputatur, ut termini, & confines prædiorum, aliorumque bonorum pro communi, & particulari, ac ſingulorum quiete, pace, & concordia conſerventur, & non amoveantur; & ſic omnium
3 intereſt, ut hujus criminis reus puniatur, quo caſu cùm delictum efficiatur publicum, quilibet ad accuſandum admittitur, ſi expreſsè prohibitus non reperitur, *l. qui accuſare §. fin. ff. ad l. Juliam de vi public. l. licitatio §. quod illicitè ff. de Public. & Vectigal. Speculat. in tit. de accuſat. in princ.* ibique *Bald. in addition. verſ.1. Hoſtien. in ſumm. de accuſat. §. quis poſſit in princip. Gloſſ. & Bald. in rub. C. qui accuſar. poſſunt, Clar. in pract. §. fin. quæſt.14. in princ. Anton. Gomez var. reſol. tom.3. cap.1. tit. de delict. n.4. & 31. Farinac. in tit. de accuſat. q.12. n.8. & n.11. & in tit. de delictis, & pœnis,*
4 *qu.18. n.8. & per tot.* ubi latè tradit, quæ ſint delicta publica, & quæ privata, prout etiam pluribus hanc concluſionem exornat *Decian. tract. crim. lib.1. cap.6. n.1. & ſeq. part.1.*

5 Ubi verò agitur de intereſſe privato, & ſic in privatis delictis, ad accuſandum non admittuntur niſi ii, qui ſuam, vel ſuorum injuriam proſequuntur, *l. fin.* ubi *gloſſ. ordin. & Bart. ff de privat. delict. l. manifeſtim,* ibique *communiter Doctor. C. de furt. Joan. Andr. in addit. ad Speculat. in tit. de accuſat. verſ. fin. Caſtr. in l.1. C. ubi de crim. agi oport. Faber in §.1. inſtit. de publ. Jud. Abb. in cap. cum P Mauconella num.12. de accuſat.* ibique *communiter Canoniſtæ, Conrad. in tit. de accuſat. n.9. verſ. at in privat. delict. pag.226. col.2. & n.13. verſ.82. at in privat. delict. pag.230.* pariter *in 2. col. Anton. Gomez var. reſol. tom.3. cap.1. tit. de delict. num.9. Clar. in pract. in §. fin. quæſt.14. verſ. volo etiam, Farinac. in tit. de accuſat. quæſt.12. num.7.*

6 Et licèt hæc quæſtio rarò in practica occurrat, cum ex generali conſuetudine in omnibus ferè caſibus hodie per inquiſitionem, ſeu ex officio procedatur, etiamſi nemo accuſet, & abſque partis querela, utilis tamen eſſe poteſt in locis, ubi ſervatur jus commune, vel ubi Judices ex officio procedere nequeunt, ſed ad querelam partis, ut animadvertit *Clar. in prax. in §. fin. qu.14. verſ. ſcias tamen.*

7 Termini, ſeu limites intelliguntur quævis ſigna agros ad invicem dividentia, aut lapides, aut pali, aut arbores, aut his ſimilia, ut unuſquiſque jus ſuum conſervare, & pacificè intra ſuos limites poſſidere poſſit, *Jodoc. in pract. crim. cap.127. rub. de tranſlatione limitum n.8. Plot. de in lit. jurand. n.7. & 726. in fin. ſecundum antiquam impreſſionem, Vivius commun. opin.570. n.5. Farinac. in tit. de furt. q.168. n.112.*

8 Pęna autem amotionis termini licèt diverſimodè imponatur in *l.1. & in l.2. ff. de termin. moto;* generalis tamen regula eſt quòd ſit arbitraria, & extraordinaria, ut diſponit *Textus in l.1. C. de accuſat.* ubi dicitur, *eos, qui terminos effoderunt extraordinariâ animadverſione coerceri debere, Præſes provinciæ non ignorabit.* ibique *gloſſ. in verbo extraordinaria, Bellaper. in princip. & in fin. verſic. aut amovit terminos, Bald. n.1. Cyn. num.1. Fulgoſ. in ſumm. Odofred. in ſumm. & n.2. verſ. & quod extraordinaria pœna imponatur, Petr. Gregor. Syntag. jur. lib.39. cap.13. rub. de termino moto n.9. Hieron. de Monte in tract. de finibus regen. cap.34. n.3. & 6. Jul. Clar. in princ. §. fin. qu.83. n.10. verſ. terminos movens in princ.*

9 Ex ſtatuto verò Urbis *lib. 2. cap. 61. de termino moto,* diſponitur, quòd qui terminos, ſeu fines alicujus poſſeſſionis amovere, avellere, aut quocunque modo corrumpere, vel mutare auſus fuerit, ſi Plebejus ſit pœnam ducatorum auri centum incurrat; & ſi ſolvere nequeat amputetur manus dextera, itaut à brachio ſeparetur: ſi verò Nobilis pœna duplicetur: ſi vero fuerit Communitas, aut Baro pęnam ducatorum mille incurrat, & in omnem eventum parti ad intereſſe teneatur.

10 De jure canonico conſilium dantes in hoc crimine duobus menſibus excommunicari jubentur, *cap. tanta 86. diſtinct.* Principales verò in carceribus detruduntur pro agenda pęnitentia, ultra pęnam infamiæ, Ita *Berber. in pract. part.1. rub.27. de termino*

moto

moto n.9. ita etiam *Hieron. de Monte de finibus regen. cap.34. n.7. in fin. Didac. Cantera in quæst. crim. cap.8. de furt. n.26. post vers. secundus casus, Farinac. in tit. de furt. q. 168. n.111.*

11 Clericus verò reus hujus criminis si amoveat terminos causâ eos furandi, puniri debet pœnâ furti, scilicet depositionis, si ex alia causa pœnâ arbitrariâ, *Didac. Cantera quæst. crim. cap.8. de furt. sub n.26. post vers. secundus casus* relat. per *Farinac. in tit. de furt. q.186. n.111. in fi.*

12 Et terminos amoventes non solùm puniuntur criminaliter, & extra ordinem arbitrio Judicis, sed etiam civiliter in pœnam pecuniariam parti applicandam, scilicet quinquaginta aureorum pro quolibet termino amoto, juxta legem Agrariam, de qua in *l. fi. ff. de termino moto*; ac proinde pro terminorum amotione non solùm competit actio criminalis ad pœnam, sed etiam actio civilis ad interesse secundùm *Jacob. Butrig. in l.1. in vers. conclude ergo C. de accusat.* ibique *etiam Bellap. in fi. vers. aut amovit terminos, Cyn. n.3. vers. tertio modo Odofred. n.2. in fi. vers. vel potest dici, & n. 3. ante fin. vers. sed & hoc casu, Bald. n.1. in fi. Alberic. n.1. in fine vers. alii dicunt, & n. 2. ante fin. vers. alii aut agitur civiliter, Hieron. de Monte de fin. regen. cap. 34. post n. 6. Farinac. de furt. q.168. n.108.*

13 Hinc est quod contra terminos amoventes datur juramentum in litem tam pro damnis, & interesse, quàm etiam ad probandum locum & situm, ubi ante amotionem permanebant, *Plot. de in lit. juran. n. 726. ad fin. secundùm antiquam impression.* ex *Jas.* & *Dec. quos* allegat, *glo. in l. sed & loci §. sed, & si quis in verbo condemnabitur ff. fi. regund.* ibique *Fulgos.* dicit hanc legem esse communiter receptam, *Hieronym. de Monte in tract. de fin. regen. cap.69. n.1. &* 2. ubi latè de materia, *Farinac. de furt. q.168. n. 14. Seraphin. de privileg. juramenti privi-*
14 *leg.31. n.106.* ubi declarat, hoc procedere, quando terminorum amotio facta fuerit dolo ad damnum, & præjudicium vicino, seu domino, & possessori fundi inferendum.

Ut autem in mulctando hujusmodi delicto judicis arbitrium à jure regulari debeat,
15 plures casus distinguendi sunt. Primus casus est in eo, qui terminos amoverit, causâ eos furandi, sciens lapides, quos furatur, esse terminum, & hoc casu quòd pœnâ furti mulctari debeat, voluerunt *glos. in l. 3. in ultim. glos. in prin. ff. de termino moto glos. in l.1. C. de accusat. in verbo terminos, Bonifac. de furt. §. possessionis n.81. Jodoch. in pract. criminal. cap.107. rub. de translation. limit. n.1. vers. quisquis igitur, Bonifac. de Vital. in tit. de termin. moto n.1. Hieronym. de Monte de finibus regen. cap. 34. n. 3. vers. si enim fraudandi animo, Menoc. de arbitrar. quæst. lib.2. cas. 393. n. 11. Petrus Gregor. Syntag. jur. lib. 39. cap. 13. rub. de termino moto n.10. vers. possunt & evelli furti causâ Berber. in pract. p.1. rub.27. de termino moto n.2.*

16 Sed quòd isto casu habeat locum pœna extraordinaria Judicis arbitrio, videtur de mente *glos. in l.1. in verbo terminos in prin. C. de accusat.* cui concordare videtur *Belvis. in pract. lib.1. rub. de furibus, & latron. n.43. versic.* aut scienter, ubi distinguit inter vilem, & nobilem juvenem, & senem, juxta dispositionem *l.2. ff. de termino moto,* quam distinctionem reprobat *Farinac. in tit.*
17 *de furt. q. 168. n. 101.* quia *dictus textus* procedit quoad amoventes confines, & terminos causâ eos occupandi, & non furandi.

18 Secundùm verò alios, quòd isto casu habeat locum pœna pecuniaria, de qua in *l. Agraria, Cyn. n.3. post vers. quarto modo C. de accusat.* ibique *Alberic. post n.2. vers. lex autem contraria, Abb. in cap. ex litteris n. 13. vers. si verò amovit, & vers. tertio casu de prob.* ibique *Dec. n.77.* ubi quòd ita communiter intelligatur *textus in l.3. ff. de termino moto, Plot. de in lit. juran. n.726. vers. ubi verò quis movit illos dolo malo,* ubi de communi *secundùm antiquam impres. Vivius opin.870. n.3. Clar. in pract. §. fi. q.83. n.10. ad fin. Farinac. in tit. de furt. q.168. n.*
19 *102.* Declara, quòd si is, qui amovit terminos, sit persona vilis, non valens solvere pœnam pecuniariam, luere debeat in corpore, ut tradit *Salyc. in l. 3. ff. de termino moto, col.2. vers. aut terminos esse sci. it.*

20 Quòd si amovens terminos causâ furandi lapides, nesciat, & ignoret esse terminos, fustibus cædi debet, si sit persona vilis, si non vilis furti pœnâ tenetur, *textus* est in *l.2. in fin. ff. de termino moto, glos. in l. 1. in verbo terminorum vers. aut quis amovit fines per ignorantiam, & in l. 2. in verbo aut fortuito ff. eod.* ibique *Bart. in prin. Abb. in cap. ex litteris n.13. vers. aut quis amovit terminos ignoranter de probat. & in vers. aut per ignorantiam,* ubi quod vilis verberibus cæditur, non vilis pœnâ arbitrariâ puniatur, *Petrus Gregor. in Syntagm. jur. lib.34. cap.13. rub. de termino moto n.9. vers. quod si per ignorantiam, Cyril. in summ. criminal. p.2. in tit. de extraordinar. crim. §. 11. rub. de pœna termini moti vers. quod si per ignorantiam, Plot. de in lit. juran. n.726. vers. & ita restringitur, secundùm antiquam impres. Vivi. opin. 874. Hieronym. de Monte de fin. regen. cap.34. n.4. vers. & si per ignorantiam*

rantiam, *Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. cas. 493. n. 12. & seq.* cum aliis relatis per *Farinac. in tit. de furt. q. 168. n. 103.*

21 Secundus casus est in eo, qui amovet terminos causâ occupandi vicini agrum, & suum ampliandi, ac dilatandi, & hoc casu, non pœna pecuniaria, sed corporalis imponi debet, attentâ conditione personæ, & mente delinquentis; adeout si hujus criminis reus sit persona splendidior, & nobilis, relegatur ad tempus longum, aut breve, juxta illius ætatem; persona verò ordinaria, & non splendidior, ad opus publicum per biennium damnatur, *textus* est *in l. 1. & 2. ff. de termin. mot. Butrigar. in l. 1. in prin. vers. aliquando ut ultra fines*, *& vers. amovens terminum*, *& vers. aliquando ut zizaniam* C. *de accusat.* ubi communiter scribentes, *Hostien. in cap. ex litteris n. 2. de probat.* ibique etiam *Joan. Andreas n. 4. Butr. n. 13. Abb. n. 13. Cyril. in summ. criminal. p. 2. tit. de extraordinar. crimin. §. 11. rub. de pœna term. moti n. 1. vers. sed divus Hadrianus*, *Bonifac. de Vital. in tit. de termino moto n. 2. Berber. in pract. p. 1. rub. 27. de termino moto n. 3. Clar. in pract. § . fi. q. 83. n. 10. Jodoc. in pract. crim. cap. 127. rub. de translat. limit. n. 2. vers. quisquis verò*, *Petrus Gregor. Syntagma jur. lib. 39. cap. 13. rub. de termino moto n. 9. vers. Calistratus autem*, *Plot de in lit. juran. n 726. in prin. secundùm antiquam impres. Vivi. opin. 870. Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. cas. 393. n. 15. & seq.* cum aliis per *Farinac. in tit. de furt. q. 168. n. 94.*

22 Immo quod isto casu imponenda sit pœna pecuniaria quinquaginta aureorum, juxta *text.* in *l. final. ff. de termin. mot.* tenet *Belais. in pract. lib. 1. rub. de furib. & latron. n. 43. in fi. vers. si causa occupandi fundum.* Et quòd etiam persona nobilissima mulctari possit ultra relegationem ad tempus, habito respectu ad ætatem, pœnâ pecuniariâ, dicit *Didac. Cantera in quæst. crim. cap. 8. rub. de furt. n. 27. vers. primus casus est.*

23 Tertius casus est in amovente terminos extraneorum causâ seminandi inter eos discordias, & lites, qui extra ordinem puniri debet, attentâ facti qualitate, secundum *glos. in l. 3. in ultima glos. vers. aut causa seminandarum litium ff. de termino moto glos. in l. 1. in verbo terminos vers. aut causâ seminand. litium C. de accusat.* ibique *Jacob. Butrig. vers. aliquando, & ultra fines & v. amovens terminum, & vers. ut zizaniam seminet, Alberic n. 2. in fi. vers. si ut discordiam poneret cum aliis allegat. per Farinac. in tit. de furt. q. 168. n. 98.*

24 Quartus casus est in eo, qui post incohatum judicium finium regundorum amoveat terminos communes causâ obscurandi jura adversarii vicini collitigantis, & ad intricandam litem; is enim pœnâ arbitrariâ, juxta personæ conditionem, & facti qualitatem mulctari debet, juxta *textum in l. 3. in fi. ff. de termino moto*, ibique *glos. in verbo agraria vers. ultimo, glos. in l. 1. in glos. 1. in verbo eos C. de accusat.* ibique *Cyn. n. 3. in fi. vers. aut fecit gratia obscurandarum*, *Alberic. n. 2. vers. Jacobus de Arena*, *Abb. in cap. ex litteris n. 13. vers. aut amovit non gratiâ occupandi, & vers. secundo casu de probat. Cyril. in summa crim. p. 2. rub. 2. de extraordinar. crimin. §. 11. in fi. vers. hic quoque Didac. Cantera in quæst. crimin. cap. 8. rub. de furt. n. 27. vers. secundus casus*, *Plot. de in lit. juran. n. 726. vers. ubi autem illos amoverit, secundùm antiquam impressionem*, *Petrus Gregor. Syntagm. jur. lib. 39. cap. 13. n. 9. vers. puniuntur quoque Jodoch. in pract. cap. 127. rub. de translatione limitum n. 4. vers. si cui contigerit*, *Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. cas. 393. n. 18. & 19. Vivi. opin. 870. n. 2. Farinac. in tit. de furt. q. 168. n. 96.*

25 Quintus casus est in amovente terminos non animo obscurandi jura vicini, vel prædium ejusdem vicini occupandi, vel ipsos terminos furandi, sed solùm causâ, & intentione nocendi vicino, etiamsi nullum commodum, & utile ex hac amotione recipiat; qui propterea mulctari debet pœnâ pecuniariâ *l. agrariæ*, de qua *in l. 3. ff. de termino moto* secundùm *Berber. in pract. p. 1. rub. 27. de termino moto n. 5. Hieronym. de Monte de fin. regen. cap. 34. n. 7. vers. aut animo nocendi vicino*, *Vivi. opin. 870. n. 3. qui de communi*, *Jodoch. in pract. crim. cap. 127. rub. de translation. limit. n. 5. vers. qui propterea*, *Clar. in pract. § . fi. q. 83. n. 10. vers. terminos movens ad fin.* ubi de communi, & ab hac opinione communi in judicando non esse discedendum, dicit *Farinac. in tit. de furt. q. 168. n. 104.* contra *Menoch. de arbitrar. q. lib. 2. cas. 393. n. 22.* tenentem hujus criminis reum pœnâ arbitrariâ, & non pecuniariâ mulctandum esse.

26 Sextus casus est in amovente terminos inter unam, & aliam ædem, qui si non pęnâ corporali, pecuniariâ saltem pęnâ puniri debet, juxta disposita in *l. 3. ff. de termino moto*, secundùm *Bart. in dicta l. 3. n. 1.* sed

27 quod eodem modo puniatur, qui amovet confines inter unam, & alteram domum, sicut qui amovet confines agrorum, & sic non pęna pecuniariâ, sed corporali extra ordinem, cùm nulla diversitatis ratio assignari possit, voluit *gloss. in l. 1. in verbo extraordinaria in fin. C. de accusat.* ibique *Cyn. n. 3. vers. uno modo solvitur*, & alii scribentes, *Farinac. in tit. de furt. q. 168. n. 106.*

28 Septi-

28 Septimus casus est in eo, qui, coadunatis armatis, terminum amovisset, quo casu pęna mortis imponi potest apud nos vigore *Bullæ Sixti V. contra facientes cavalcatas, Farinac. in tit. de furt. quæst.168. num. 93.*

29 sed prædictam Bullam quoad pęnam mortis non vidisse usu receptam, si aliud extrinsecum delictum non intervenerit, testatur *ibid.* idem *Farinac. in fin. loci citati*, & dicta pęna mortis possit etiam habere locum in alio casu relato per *Bos. in tit. de termino moto n.1.* relat. per *Vivi. opin.870.n.2.verf. & arbitrium.*

30 Octavus casus est in amovente terminos de mandato alterius, qui cùm exequatur mandatum concernens in se delictum, utique incurrit pęnam, sicut incurrit principalis amovens terminum, *Jacob. de Arena in l.2. ff. de termino moto, Berber. in pract. p.1. rub.27. de termino moto num.8.* ubi subdit, hunc mandatarium aut relegandum, seu bandiendum, aut etiam ad opus publicum per biennium condemnandum, prout etiam dicit *Cyrill. in summ. crimin. p.2. tit. de extraordinar. crimin. §.11. rub. de pęna termini moti, verf. si verò alii negativam, Jodoc. in pract. crim. cap.127. rub. de translatione limitum n.6. verf. aut avulsio terminorum, Bonifac. de Vitalin. in rub. de termino moto n.3. & 4.* ubi dicit, quòd talis mandatarius etiam pœnâ fustigationis, & relegationis mulctari possit; contrarium tamen tenet *Farinac. in tit. de furt. q.168.n.110. in fin.* ubi quòd hoc de fustigatione minimè verum credit sive dolosè, sive non dolosè mandatarius terminos amoverit, *Menoch. de arbitrar. quæst. lib.2. cas.393. n.23.*

31 Nonus casus est in eo, qui casu, & sine dolo, nec datâ operâ, sive pensatè terminos alieujus amoverit, ut sæpè contingit in rusticis, qui vel arando, & novalia conficiendo, vel prædia, & terras fodiendo, & agrum colendo, amovent confines; & tunc nullâ pęnâ puniuntur; secùs autem si arando dolosè terminos avulserint, *Salycet. in l.1. col.2. ante finem verf. sic ergo conclude C. de accusat. Petrus Gregor. Syntagma juris lib.39. cap.13. rub. de termino moto n.11. verf. in quibus, Belvis. in pract. lib.1. de fu-*

32 *ribus, & latronibus n.43.* Et ratio est, quia nulla incurritur pęna sine dolo, quo cessante, cessat etiam pęna, *l. qui incurrit ff. de furt. l. quod Respublicæ ff. de injur. l. cum autem §. excipiuntur ff. de ædilit. edict. Decian. tract. crim. p.1. lib.1. cap.4. n.9. verf. hoc argumentum, Vermigliol. cons. crimin. 136. num.2.*

33 Decimus casus est, in eo, qui terminos corrumpere, & amovere curavit, seu tentavit, sed non perfecit; qui propterea puniri non potest; quia ad hoc ut pęna hujus criminis locum habeat requiritur occupatio, ut delictum consummatum dicatur, *l. si confiterit C. fin. regundor.* ibique *Bald. & alii scribentes, Hieron. de Monte de fin. regen.*

34 *cap.34. n.11.* regulariter enim affectus, seu conatus non punitur, non secuto delicto, *gloss. in l. si quis non dicam in verbo sed attentare in fin. verf. regulariter contra C. de Episcop. & Cleric. Bald. in l. data opera n.15. C. de his, qui accusar. non possunt, Tiraqu. de pœnis temperand. cas.40. n.1. Boss. in tit. de extraordinar. crim. n.2. verf. & regula est, Andr. Gail. de pace lib.2. cap.14. n.3. in fin. verf. & licet regulariter, & num.19.* cum aliis congestis per *Farinac. in titul. de*

35 *homicid. q 124. n.6.* & conatus sine effectu non nocet, *cap. cognitio non meretur*, ubi *gloss. de pœnitent. dist.1. cap. fin.* ubi *gloss. in verb. conatus de sponsal. l. sicut re §. si voluntate ff. quib. mod. pign. vel hypothec. solvat. l.1. §. hæc autem verba ff. quod quisque jur. in alter. l. si se non obtulerit §. condemnatum, ff. re judic.*

36 Declara dictam conclusionem, quòd si quis pœnitentiâ ductus non consummavit delictum, & tunc non punitur; secùs verò si impeditus, cùm tunc aliquâ pęnâ mulctandus est: ita *Farinac. in tit. de furt. q.168.*

37 *n.116. in fin.* & de feriente arbores, licèt in totum non incidat, tradit *Bonifac. de Vital. in tit. de termino moto n.10.*

Civitatis Castellanæ Salviani.

ARGUMENTUM.

Salvianum fundatur in hypotheca, & credito, de quo in specie, & non in genere constare debet. Non datur contra tertium qui inter præsentes per decennium, & inter absentes per viginti annos rem pacificè possedit. Census illico extinguitur, si dominus census acquirat fundum, & fructus non ampliùs debentur: quando verò exigi possint loco damnorum, & interesse referuntur nonnulli casus.

SUMMARIUM.

1 Salvianum requirit creditum certum, & in specie ratione quantitatis, & non in genere.
2 Et sublato credito, & hypotheca tollitur Salvianum.
3 Et per indebitam detentionem committitur spolium, & competit reintegratio.
4 Salvianum non datur contra tertium, qui inter præsentes per decennium, & inter absentes per 20. annos rem pacificè possedit, uti præscriptum.
5 Præsens verò dicitur, qui inhabitat in eodem loco, vel vicino, vel in Provincia, & n.8.
6 Scientia arguitur ex vicinitate, & temporis possessionis diuturnitate.
7 Scientia non requiritur in præscriptione decennali.

9 Præ-

9 Præscriptio decennalis non habet locum in causam habente à debitore, sed 30. vel 40. annorum requiritur.
10 Limit. procedere in habente causam titulo universali, secùs si ex causa particulari.
11 Licitatio publicam venditionem facit.
12 Census extinguitur, si illius dominus emit, vel alio modo acquirit fundum censitum. Ampl. procedere sive fundus acquiratur ex eadem, sive ex diversa causa, cum hac tamen differentia, quod in primo casu extinguatur irrevocabiliter; in 2. casu reviviscit, si resolvatur dominium, n.16. & interim Dominus census potest citare debitorem ad restituendam sortem, vel supponendum alium fundum, n.22.
13 Servitus extinguitur si quis efficiatur dominus prædii dominantis, & servientis.
14 Ususfructus extinguitur, si proprietarius acquirat usumfructum, & è contra.
15 Jus exigendi decimam extinguitur, si quis, cui debetur, efficiatur Dominus prædii.
17 Quis repræsentare potest duas personas, ac si essent distinctæ, & quòd ex propria facere non potest, possit ex alia, quam repræsentat. Declara, ut in n.20.
21 Fructus census debentur loco damnorum, & interesse, si culpâ debitoris exigi nequeant.
23 Vel in casu evictionis fundi censiti.
24 Vel census fuit impositus super fundo fideicommisso subiecto.
25 Vel super fundo alieno ignorante domino, secùs ipso sciente, n.26.
27 Vel si debitor fuit morosus in constituendo novum censum
28 Fructus veniunt nomine interesse.
29 Damna, & interesse ob moram debitoris veniunt ex natura contractus, etiam sine interpellatione, n.30.

DECISIO CLIX.

FRanciscus de Federicis uti creditor Desiderii Palumbi in fructibus decursis, & non solutis unius census scentorum trecentorum monetæ in sorte principali intentavit coram Prætore Terræ Caprarolæ utile Salvianum interdictum super immissione in possessionem unius prædii aliàs ab Agabito Fusarello empto à præfato Desiderio, & non obstantibus deductis pro crediti insubsistentia ad subvertendam petitam immissionem, nihilominus favorabilem reportavit sententiam, à qua interposita appellatione, & causa coram me introducta uti tunc Judice Generali status Roncilionis, dubitatum fuit, an confirmanda, vel revocanda sit præfata sententia Domini Prætoris, & tamquam nullam, & injustam revocandam esse censui.

1 Nullitas videbatur clara; quia lata fuit non facta liquidatione certæ, & determinatæ summæ fructuum decursorum, & non solutorum asserti census, pro quibus consequendis motum fuit judicium. Etenim ad obtinendam immissionem in Salviano non sufficit, ut quis probet suum creditum in genere per exhibitionem instrumenti census, sed necesse est, quòd illud justificetur circa veram, & certam quantitatem, ut possit per oblationem evitari hoc judicium, vel ut habeatur notitia pro qua summa creditor immittendus sit in possessione, & pro quo tempore retineri possit, quæ notitia ex ipso instrumento census minimè haberi potest, juxta praxim, & formulas traditas per *Odofred. & Speculat. de pignor. n.5. & 8. Arct. in §. item Serviana instit. de action.* ibique *Joan. de Plateà. Rol. à Valle* cons. 14. *n.* 13. *lib.1. Rot. decis.* 328. *coram Merlino, decis.* 287. *n.*5.9. *&* 10. *coram Ubald. decis.* 183. *n.* 4. *dec.*497. *n.*14. *coram Bichio, dec.*40. *num.*1. *coram Cardinal. Celso, dec.*203. *n.*2. *post Pacif. de Salvian. interdict. dec.*191. *n.*7. *p.*18. *tom.*1. *in recen.* cum aliis per eundem *Pacif. de Salvian. inspect.*1. *cap.*5. *n.*2., & per *Gratian. discept. forens. cap.*22. *n.*1.

2 Injustitia pariter visa fuit inevitabilis; siquidem Salvianum fundatur in hypotheca, & credito, quo sublato ipsum quoque Salvianum tollitur per *Textum in l.*1. *ff. & C. de Salvian.* ubi *Bart. n* 2. & alii scribentes, *Arct. in §. item Serviana n.* 15. *instit. de action. Alex. cons.* 85. *num.*4. *lib.*6. *Natta cons.*130. *n.*11. *lib.*1. *Gratian. discept. forens. cap.*691. *num.*22. *Scapuc. de Salvian. lib.*2. *q.*4. *n.*1. *Pacif. de Salvian. inspect.*1. *cap.*5. *n.*1. *& plurib. seq. & inspection.*5. *cap. unico n.*34. *Rot. dec.*67. *n.*1. *coram Gregorio XV. dec.*44. *n.*5. *p.*1. *divers. decis.*69. *n.*2. *coram Cardin. Mantica decis.*4. *n.*1. *decis.*221. *n.*1. *decis.*230. *n.*1. *decis.*298. *n.*1. *& decis.*576. *n.*1. *coram Amato Dunozet. decis.*401. *n.*1. *coram Urgellen. decis.*201. *n.*1. *lib.*1. *in correct. coram Puteo decis.*456. *n.*1. *decis.* 324. *n.*3. *vers. justitia sententiæ p.* 2. *decis.* 609. *n.*1. *p.*4. *decis.*348. *n.*1. *decis.*407. *n.*1. *p.* 5. *tom.*1. *decis.*499. *num.*1. *p.*14. *& decis.*191. *n.*12. *p.*18. *tom.*1. *in recent. decis.*609. *n.*11. *post Postium de manutent.*

3 Adeout per indebitam detentionem committatur spolium, & competat reintegratio, quia cessante causà possessionis, cessat effectus, *Tiraquell. in tract. cessante causa n.*20. *&* 21. quem allegat *Tiber. Salust. in sua prax. lib.*2. *cap* 2. *n.*37. *Menoch. de recuperand. possess. remed.*1. *n.*148. *Postius resol.*5. *n.*1. *Gregor. XV. decis.*254. *n* 1. ibique *Ferentill. in addition. n.*6. repetita *post Pacif. de Salvian. decis.*4. *& decis.*101. *n.*9. *&* 13. *post eumdem Pacifi.num.*

4 Insubsistentia crediti Domini de Federicis deducebatur ex defectu hypothecæ tamquam extinctæ ex præscriptione; quia præfatum prædium in Fusarelli dominium pervenit ab anno 1643. & sic ante judicium motum per cursum annorum viginti unius, & Salvianum certi juris est quòd non datur contra tertium, qui inter præsentes per decennium, & per viginti annos inter absentes rem pacificè possedit; quia remanet præscriptum: sunt *Text. in l.*1. *&* 2. *C. si advers. credit.* & in *l. unica C. de action. & obligat. l. fin. C. de præscript. longi tempor.*

Angel.

Angel. & Aret. in §. item Serviana sub n.13. verf. in gloff. ibique Jaf. n.123. inftit. de action. & de communi teftatur Parif. conf.50. n.2. lib.1. Oldrad. conf.19. fub n.1. Alex. conf.83. fub n.11. & conf. 220. n.1. lib.6. latè Aym. conf.148. num.6. Rolan. conf.28. n.7. & 8. lib.1. Felician. de cenfib. lib.3. cap.4. n.12. Guttier. quæft. civil. c.99. n.5. lib.1. Pacif. de Salvian. interd. infpect. 2. cap.2. n.274. Tiraquell. de retract. lignag. §.1. gloff.10. n.11. Rot. dec.291. n.3. coram Cardin. Mantica, dec.401. n.12. cor. Durano decif.221. n.6. cor. Amat. Dun. dec.303. n.2. poft Cenc. de cenfib. dec.17. n.8. dec.19. n.11. dec.86. n.2. & 3. dec.87. n.12. poft Poft. de manut. dec.26. n.21. dec.33. per tot. dec.300. n.2. poft Pacif. de Salvian. interd. dec.532. n.10. pariter poft Cenc. de cenfib. dec.634. n.8. p.1. dec.191. n.10. p.18. tom.1. in rec.

5 Hanc autem qualitatem præfentiæ, & etiam fcientiæ adfuiffe in dicto de Federicis de tempore, quo Fufarellus prædium poffedit, ad præfcriptionis effectum, patet, dum ipfe domicilium habuit, & inhabitavit in eadem Terra, & Oppido, ubi prædium eft fitum, vicinum, & in confinio cum aliis ejufdem bonis, & nihilominus ad hunc effectum fatis eft, ut quis habitet in eadem provincia; quoniam eodem modo femper dici poteft præfens, perinde ac fi in eodem loco vitam duceret, ut in noftris terminis dixit Rot. decif.191. n.11. p.18. tom.1. in recent. per Textum in l. cum longi temporis Cod. de præfcript. ibique gloff. Bart. & Bald.

6 Scientia pariter, ultra quod non controvertebatur, arguebatur etiam ex utriufque bonorum vicinitate, & temporis poffeffionis diuturnitate, juxta notata per Aym. in conf.168. n.5. Rot. decif.306. n.5. & 7. coram Seraphin. decif.222. n. 6. & 7. coram Burat. decif.686. n. 4. p. 2. decif.93. n.100. p.5. tom.1. in recent.

7 Quæ fcientia nec requiritur in præfcriptione decennali, cum fufficiat præfentia in eadem provincia, per Textum apertum in l. fin. C. de longi tempor. præfcript. decem, vel viginti annor. in fin. ibi -- nulla, Balb. de præfcript. 2. p. prin. 4. part. q.2. num.2. & 3. fol. mihi 185. Vafquez controverf. illuft. lib.2. cap.15. n.55. poft med. Decian. conf.13. n.83. poft med. lib.2.

8 Præfentia verò præfumitur, quando partes funt ejufdem Civitatis, & habitant in ea ut in præfenti, per Textum in l. fin. C. de præfcript. longi tempor. & docet Bart. in l. is poteft n.17. de acquirend. hæreditat. ibique Ruin. n. 12. Bald. in l. emptor n. 2. verf. tu autem C. de præfcript. longi tempor. Soccin. fen. conf.121. n.1. lib.1. Alex. conf.220. n.4. & 5. lib.6. Corn. conf.46. num.16. verf.

idem lib.2. Balb. de præfcript. in 4. p. princip. q.4. n.4. & 5. Pacific. de Salvian. interdict. infpect.2. cap.2. n.278. & poft eundem Rot. decif.85. n.6.

9 Nec quidquam facit, quod hujufmodi præfcriptio non habeat locum in eo, qui caufam habeat à debitore, fed videatur indigere præfcriptione triginta, vel quadraginta annorum, Neguf. de pignor. & hypothec. p.6. memb.2. in prin. Ridolphin. in prax. p. 2. cap. 6. num. 110. Gratian. decif. Marchiæ 15. n.9.

10 Quia hoc procedit in habente caufam titulo univerfali, ut eft hæres, qui fuccedit defuncto titulo univerfali, ejufque perfonam repræfentat, fecùs autem in habente caufam titulo particulari, vel fingulari, ut eft emptor vel donatarius, & fimilis, qui propterea à præfcriptione decem, vel viginti annorum, fi poffideat titulo, & bona fide, non excluditur, & hoc ab omnibus paffim, & ubique receptum dixit Rot. dec. 291. coram Cardinal. Mantica repetita poft Pacif. de Salvian. decif.85. à n.10. ufque ad finem, & decif.86. n.2. & 3. poft eundem Pacificum, ubi quòd ita loquatur Textus in l. cum notiffimi §. 1. C. de præfcript. trigint. vel quadragint. annor. & de communi tradit Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloff.10. n.11. Specul. de præfcript. §.1. n.29. verf. fed quod de hypotheca, Ridolphin. in fua prax. p.2. cap 6. n. 111. & ulteriùs tenet gloff. in l.1. in verbo fuccefferunt C. fi adverf. creditor. ibique Bart. in fumm. Bald. n.1. verf. in textu ibi -- & juri eorum fuccefferunt, & Salicet. n.2. verf. oppono.

Fufiùs ulteriùs refultat infubfiftentia crediti, & tollere difficultatem hoc unum videbatur; quia præfatus Francifcus uti ceffionarius Bartholomei Cervini creditoris dicti Defiderii ufque de anno 1656. devenit præviâ executione ad fubhaftationem fundi controverfi cenfus, & ad ejufdem favorem tamquam plus, & ultimi offerentis fuit deliberatus,
11 undè emit fundum cenfitum per licitationem, quæ publicam venditionem facit, juxta tradita per Poft. de fubhaft. infpect. 1. n.20.21. & 36. & per totam.

12 Cenfus enim illico, & ipfo facto extinguitur, quando illius dominus emit, & quocunque alio modo acquirit fundum illi fuppofitum, & confequenter ceffat jus percipiendi fructus per jurium confufionem; & per incompatibilitatem quòd quis fit debitor & creditor fui ipfius, & ne res propria fibi ipfi inferviat; abfurdum propterea reputatur, ut quis fit dominus fundi, & cenfus, latè Cencius de cenfibus q.114. n.1. & 2. qui allegat Boer. decif.399. Bened. Bon. in fuo tract. de cenfibus art. 69. n.102. & hanc fententiam firmavit Rot. decif. 872. n.3. coram

Cardinali Seraphino decis. 869. n. 9. tom. 2. coram Amato Dunozet. decis. 182. num. 2. decis. 299. n. 1. decis. 306. num. 6. decis. 308. n. 4. post Cenc. de censibus, & in specie in puncto emptionis fundi censiti dec. 571. n. 3. p. 1. & decis. 243. n. 3. p. 2. in recent. & in puncto acquisitionis factæ titulo donationis Rot. decis. 511. n. 1. 2. & 10. vers. non obstat, post eundem Cenc. de cens. per Text. in l. 1. ff. quemadm. servit. amittat. & in l. si tibi fundus ff. quib. mod. ususfruct. amittat. l. neque pignus ff. de regul. jur.

13 Ita etiam servitus extinguitur statim atq; quis efficitur dominus utriusque prædii dominantis, & servientis, & confusione tollitur, l. quidquid in fin. ff. commun. prædior. l. 1. ff. quemadmod. servitus amittat. l. si commune ff. de servit. rustic. prædior. l. tertia §.

14 prædia C. eod. tit. prout pariter si proprietarius acquirat usumfructum, vel usufructuarius proprietatem; itaut ususfructus cum proprietate consolidetur, extinguitur servitus ususfructus, l. si tibi ff. quib. mod. ususfruct. amitt. l. si usufructuarius ff. de usufruct. quemadmod. cave. §. fin. instit. de usufruct.

15 Insuper jus consequendi decimam ex aliquo fundo extinguitur, si is, cui decima debetur, efficiatur dominus prædii, ex quo decima solvi debet; adeout si deinde velit illum revendere, si expressè non sibi reservet jus consequendi decimas, prout antea exigere solitus fuit, venditio censetur libera, & fundus transit liber in emptorem absque onere solvendi præfatam decimam, juxta notata per Jacob. Butrig. & postea per Bened. de Palumbino in l. si is, cui ff. de stat. liber. Veron. cautel. 92. incip. si aliquis emit Boer. consf. 47. n. 1. Bertazzol. de clausf. instrument. clausf. 23. glos. 31. n. 5. Cancer. var. resolut. vol. 4. cap. 4. n. 210. quæ jurium confusio considerata in supradictis casibus, cum militet etiam in contractu census, necessariò sequitur, quòd per acquisitionem fundi censiti, census extinguatur, ex suprà deductis.

16 Quod procedit sive fundus acquiratur ex eadem causa, sive ex diversa; cum hac tamen differentia quòd in primo casu census penitus extinguatur, & nunquam reviviscat; in secundo verò casu, si fundi dominium ex aliqua causa resolvi contigerit, vel per alienationem, vel si dominus patiatur evictionem, census reviviscit, & ita distinguendo tradit Cenc. de censibus q. 114. à n. 18. cum seq. & dixit Rot. decis. 173. n. 8. coram Gulielmo Dunozet. repetita post eundem Cenc. de censib. decis. 308. n. 7. & decis. 872. sub n. 3. coram Cardinali Seraphino decis. 300. n. 3. post eundem Cenc. de censibus.

17 Nec alicujus momenti est, quòd quis repræsentare possit plures personas, & haberi debeat perinde ac si essent duæ personæ distinctæ, ut unumquodque jus consideretur de per se, & uti distinctum, & separatum, Menoch. consf. 506. n. 1. & 3. Scaccer. de feud. part. 10. sect. 19. num. 55. & 88. Gratian. discept. forens. cap. 948. num. 39.

18 ac proinde quod jura non confundantur, utpote quia quod quis ex persona propria facere non potest, eidem permittatur ex alia persona diversa, quam repræsentat, Rot.

19 decis. 78. n. 4. p. 1. decis. 29. n. 23. & 24. p. 9. in recen. & in Romana fideicommissi de Agazzariis 12. Decembris 1644. coram Peutingerio §. immo quamvis.

20 Quia objectum procedit ad effectum acquirendi, & experiendi jura, prout penes auctorem residebant, & quatenus sint compatibilia, nec inferant absurdum: secùs autem in incompatibilibus, & absurdum inferentibus, ut in præsenti, ut patet in decisionibus, & auctoritatibus supra allegatis, & limitat Rot. dicta decis. 78. n. 4. & 5. p. 1. recen.

21 Perperam propterea prætendebatur, hujusmodi fructus deberi loco damnorum, & interesse, quia hoc damnum non consideratur, ubi concurrit factum, & culpa creditoris, sed solùm quando dominus census culpâ debitoris fructus percipere non potuerit, cùm tunc damnificatus dicatur, Rot. decis. 935. n. 1. & 2. coram Cardinal. Seraphino decis. 461. n. 1. coram Amat. Dunozet. & decis. 119. n. 6. vers. tollitur pariter post Cenc. de censibus.

22 Sibi igitur imputari debet creditor, si post acquisitionem fundi censiti non pulsaverit suum debitorem ad restituendam sortem, vel ad supponendum alium fundum, & alium censum ejusdem quantitatis, juxta cautelam traditam per Cenc. de censibus q. 114. n. 9. & 10.

23 Fructus enim census debentur loco damnorum, & interesse vel in casu evictionis fundi, super quo census fuit impositus bonâ fide, ut liber reputabatur, & evictio secuta fuerit ignorante creditore, ut tradunt Doctores & decisiones allegatæ per Paul. de Rubeis in annot. ad decis. 454. n. 52. & 53. p.

24 4. tom. 2. in recen. vel si census esset impositus super fundo subjecto fideicommisso, Rot. decis. 59. n. 12. & 13. post Cenc. de censibus.

25 Vel si census impositus fuit super fundo alieno, & de tempore impositionis emptor census ignorabat, fundum subrogatum non spectare jure dominii ad venditorem census; nam tunc ratione doli, & fraudis potest fructus percipere saltem ratione interesse

resse, per *textum* in *l. Julianus ff. de actione empti:* ita *Navarr. in commentar. de usuris n.118.q.26. Boccac. in tractat. de censibus p. 2.n.44. Less. in tract. de justitia, & jure lib. 2.cap.22. dub.2. n.79.* cum aliis relatis per *Cenc. de censib. q.13. n.14.* & *post eum* Rot.
26 *decis.309.n.7.* ubi quòd non intrat obligatio ad damna, & interesse, si emptor census sciebat fundum suppositum esse alienum, per *textum in l. fundum C. de evictio.* ubi *glo. & scribentes, Aym. cons.64.n.4. Puteus decis.257.n.2.lib.2.*
27 Vel si debitor fuit morosus in constituendo novum censum, & creditor fructus percipere non potuit ob hanc moram, cum no-
28 mine interesse veniant fructus, *Rot. decis. 156.n.8.& 9.* ubi *Adden.n.33.* ex *Bald. in l. si quid pars n.3.C. de servit. & aqu. Natta cons. 536. n.7. Surd. cons.298.n.28. & 29. Gabr. cons.57.n.3. lib.1. Menoc. cons.110.n.*
29 *55.lib.2.* & hoc interesse venit ex natura contractus, *Ancbar. cons.150.n.3. Rot. decis. 140.n. 2. post Zaccbiam de oblig. cameral.*
30 *& n.3.* ubi subdit quod hoc procedat etiam sine interpellatione.

Præscriptionis juris communis singularia.

SUMMARIUM.

1 PRæscriptio tollit omnem actionem civilem, & naturalem præcipuè quadragenaria.
2 Et parit omnem securitatem.
3 Habet vim satisfactionis, & pacti.
4 Tollit litis ingressum.
5 Et tanquam inducta legis auctoritate, dicitur justa.
6 Acquisita titulo præscriptionis justè in foro animæ retinentur.
7 Præscriptio est secundùm legem naturalem, & secundùm æquitatem.
8 Exceptio præscriptionis reiici non potest à Judice.
9 Præscriptio completa habet juris assistentiam ad validandum actum.
10 Est inducta in gratiam publicæ utilitatis.
11 Est patrona generis humani.
12 Æquiparatur veritati.
13 Præscriptio ut suffragetur, ultra cursum temporis, est probanda cum suis requisitis.
14 Quæ sunt titulus habilis ad translationem dominii, continuata possessio, & bona fides.
15 Præscriptio 30. vel 40. annorum, ut habeat locum, debet esse completus ultimus dies, qui currit de momento ad momentum.
16 Ampliа procedere etiam in præscriptione statutaria.
17 Limit. in centenaria, in qua modicus defectus remittitur.
18 Bona fides requiritur ad præscriptionem inchoandam, & perficiendam.
19 Ampl. etiam in præscriptione centenaria.
20 Mala fides præsumpta non sufficit ad tollendam præscriptionem 30. annorum.
21 Defuncti mala fides operatur, ut hæredes, & successores non possint juvari præscriptione sui auctoris, licèt ipsi essent in bona fide, Contrar. n.24.
22 Ampl. ut successor ob malam fidem sui auctoris nec potest ex propria persona incipere præscriptionem.
23 Et hoc procedit tam in hærede immediato, quàm mediato, & in hærede hæredis.
24 Limit. si in præscriptione 30. vel 40. annorum hæres non utatur accessione temporis sui auctoris.
25 Sublim. quod secùs sit in præscriptione decem, vel viginti annorum.
26 Limit. 2. in hærede cum beneficio legis, & inventarii.
27 Limit. 3. quando hæres vellet præscribere ex titulo, quem non habet à testatore.
Vel si versamur in successore hæreditario, secùs in successore dignitatis.
28 Bona fides præsumitur, & allegauti malam fidem incumbit onus probandi.
29 Sciens, se esse debitorem est constitutus in mala fide.
30 Præscriptio ut suum sortiatur effectum, est probanda scientia, & patientia illius, contra quem præscribitur, Contrarium, n.23.
31 Contra ignorantem non currit præscriptio.
33 Limit. 1. primam opinionem, ut non sit necessaria scientia, & patientia illius, de cujus jure non constat.
34 Limit. 2. in præscriptione tanti temporis, cujus initii memoria non extat in contrarium.
35 Et quando sunt elapsi centum anni, omnia mutantur, & inducitur præscriptio cujusvis tituli, & contrarium tenentes referuntur.
36 Limit 3. in summariissimo possessorio, in quo non exigitur probatio scientiæ, & patientiæ partis.
37 Limit. 4. in habente titulo, cujus vigore fecit actus possessorios.
38 Limit. 5. ut procedat, quando ignorantia est culposa, secùs si sit justa.
39 Limit. 6. quòd in casibus, in quibus requiritur scientia, illa probatur ex multiplicitate actuum, & diuturnitate temporis, & ex vicinitate.
40 Adversus præscriptionem 30. vel 40. annorum datur restitutio in integrum ex capite ignorantiæ.
41 Ampl. procedere etiam in præscriptione statutaria statuti Urbis.
42 Et ratio est, quia præscriptio 30. vel 40. annorum est introducta à jure non favore possessoris, sed in odium petere negligentis.
43 Ignorantia tribuit justum impedimentum.
44 Ut tamen detur restitutio in integrum ex capite ignorantiæ adversus præscriptionem 30. vel 40. annorum, ignorantia debet esse verisimilis, citra omnem conjecturam scientiæ.
45 Et ad hunc effectum plenè est justificanda.
46 Ignorantia non probatur juramento.
47 Excluditur quando ex conjecturis etiam remotis probatur scientia.

ADNOTATIO I.

1 PRæscriptio talis valoris, & efficaciæ est, ut tollat omnem actionem, & obligationem civilem absolutè, & naturalem; sive actio sit realis, sive personalis, sive mixta, & etiam officium Judicis, tam de jure civili, quàm de jure canonico, præcipuè si sit quadragenaria; ut probatur in *l. sicut*, & in *l. omnes C. de præscript. trigint. vel quadragint. annor. in Authen. quas actiones, C. de sacrosanct. Eccles. cap. ad aures, cap. illud, cap. quia judicante, de præscript. cap. placuit il 1. & cap. post quingentos 16. q.3. Abb. in cap cæterum,* ubi *Din. n.37. de jud. Ruin. cons.103. n.7. lib.5.* facit *Jas. cons.115.n.27.lib.4. Aym. cons.294. Rol. cons.72. n.20. lib.2. Balb. in tract. de præscript. in 1. part. qu.6. Tiraquell. de retract. consanguinit. . 1. glos.9. n.250. in fi.*
2 *Sard. decis.4.n.4.* ubi quòd præscriptio qua-

 drage-

dragenaria parit omnem securitatem, & decis.24.n.8. Afflict. decis.13. n.3.4.5. & de-
3 cis.139. ante n.5.ubi quòd habeat vim satis-
4 factionis & pacti, immo tollit litis ingres-
sum, Paris.cons.121.vers.ex quo sequitur vol.
5 1.Hodiern.ad Surd. decis.1. n.7.& cùm in-
ducatur legis auctoritate, dicitur justa, l.
justè possidet ff. de acquirend. possess. Balb.
de præscript. in 2.par.3. part. prin. q.9. n.3.
Surd.decis.3.n.16.

6 Hinc est quòd acquisita titulo præscrip-
tionis justè etiam in foro animæ retinentur.
Innoc.in cap. cura de jure patronat. Bald.in
Auth. ad hæc col.2. vers.sed punamus C. de
7 usur. Natta cons.315.n.17. ubi subdit præ-
scriptionem esse secundùm legem naturalem
& secundùm æquitatem; adeout exceptio
8 præscriptionis rejici non possit à Judice, cùm
sit licita etiam in foro animæ, & Judex
eum, contra quem est præscriptum, ex offi-
cio repellere potest, Paris. cons.1. n.121.
Afflict.decis.13.n.3.Surd.decis.3.n.19.Ho-
9 diern. ad eundem decis.2. n. 8. & 9. Nam
præscriptio completa habet juris assisten-
tiam maximè ad effectum validitatis actus,
10 Cardinal. Seraphin. decis.1021. n. 8. cùm
inducta sit in gratiam publicæ utilitatis, ad
conservandam communem quietem, & tran-
quillitatem, & ne rerum dominia semper
sint incerta, l.1.ff.de usucap.§.1.instit. tit.eo-
dem, l.cum notissimi C. de præscript. 30. an-
11 nor. undè præscriptionem patronam gene-
ris humani appellavit eleganter Cassiod. lib.
4. variar.cap.37. Rot.decis.709. n.5.6.7.&
12 8.p.18. tom.2 .in recen. & veritati æquipa-
ratur, ut subdit Cardinal. Mantica de tacit.
& ambig. conven.lib.22.tit.6. n.16. circa fi-
nem vers.præscriptio æquiparatur.

13 Allegantì verò præscriptionem non suffi-
cit probare cursum temporis, sed probari
debent cætera requisita ad eam inducendam
Franc. in cap.1 .de præscript in 6. Cardinal.
14 Seraphin. decis.422.n.6. scilicet titulus ha-
bilis ad translationem dominii, continuata
possessio, & bona fides, ut tradunt Doctores
in cap.1. de præscript.in 6. latè Balb.eod.tit.
de præscript.3. part.1. part. prin. q.1. Pede-
mont.decis.179.n.15.

15 Ut tamen præscriptio 30. vel 40. anno-
rum habeat locum debet esse completus no-
vissimus dies, & currit de momento ad mo-
mentum, l.in omnibus 5.ff.de action. & obli-
gat. l.ubi lex 101. ff. de regul. jur. Galga-
net. ad statutum Urbis cap.158. de præscrip-
tionibus sub n.40.limit.12.fol.mihi 294. ubi
16 quòd hoc locum habeat etiam in præscrip-
tione statutaria; adeout in ultimo temporis
momento præscriptio compleatur, ut pro-
bat textus cum sua materia in cap. fin. de
consuet. Paul.in l.in omnibus 5. ff. de action.
& obligat. Jas.in l.5. Labeo n.15.ff.de ac-
quirend possess. Rebuf.in tract.de pacif. possess.
n.320. Phænut. de moment. tempor. cap.30.
sub n.10. Rot.decis.304. n.2. ubi de defectu
duorum mensium, p. 1. decis.226. n.48. &
49.p.7.decis.114.n.11.p.9. decis.17.n.14.&
25.decis.21.n.8.decis.109.n.11.p.18.tom.1.in
recen.

17 Limit. in centenaria, in qua ob tanti tem-
poris lapsum modicus defectus remittitur,
Lotter.de re beneficiaria lib.2.q.7.n.72.Bu-
rat.decis.142.n.6.& 7. & decis. 75.sub n.3.
Merlin.decis.60. n. 5. & 6. Amat. Duno-
zet. decis.809.n.6.& rursus Rot.decis.509.
n.5.p.5. decis.184. n.3.p.6. decis.17. n.16.p.
18.tom.1.in recen.decis.17 n.4.decis.18.n.6.
post Vivian. in tract.de jure patronat.

18 Bona verò fides de jure canonico in præ-
scriptione requiritur tam ad eam inchoan-
dam, quàm ad continuandam, & perficien-
dam, ut statutum fuit in Concilio Latera-
nensi sub Innocentio III. relat. in cap. final.
de præscript. & ex regula possessor. de regul.
jur.in 6.Franc.in dicto cap.final.de præscript.
in 6.Ruin.cons.150.n.13.lib.4. cum aliis per
Honded.in cons.82.à n.39.usque ad 44.Gra-
tian.discept. forens.cap.403.n.14. tom.3. ubi
ampliat etiamsi essemus in præscriptione
immemorabili centum annorum, Merlin.
decis. 702.n.33. repetita in recent. decis.94.
19 p.6. ubi n. 34. subdit, quòd ad subverten-
dam præscriptionem sufficiat cessare bonam
fidem per minimum temporis spatium, ex
Molin. de just & jur.disput.64.per tot.Rot.
decis.164.n.3.p.2. recen. & rursus decis. 61.
n.14 & decis. 281.n.15. p. 6. pariter in re-
cent.

20 Mala tamen fides præsumpta non sufficit
ad tollendam præscriptionem triginta anno-
rum, & in hoc nulla est differentia inter ca-
nones, & constitutiones juris civilis, ut in-
quit Abb.in cap. sollicitè n.14. de restit.spo-
liat. & in cap. si diligenti n.16. de foro com-
peten. & in cap.2. n.7. de præscript. & vo-
luit Bart. in l. ultima n.11. C. unde vi,& de
communi testatur Ripa in cap. cum Ecclesia
Sutrina n.99. de caus. possess. & proprietat.
Covar.in cap. possessor malæ fidei 2.part. re-
lect.§.8.n.3. Menoch. de recuperand. possess.
remed.13. q.10. n.70. & remed.15. qu.33.
n.424. quos sequitur Rot. decis. 270. n.9.
& 10. part.6. recent.

21 Defuncti verò mala fides operatur ut hæ-
res, & successores non possint juvari præ-
scriptione sui antecessoris, quamvis ipsi es-
sent in bona fide, l. Pomponius §. cum quis,
ubi gloss. & Doctores ff. de divers. & temp.
præscript. gloss. in l.an vitium in gloss.1.eod.
tit. Balb. de præscript. 2.part. 3.part. princ.
qu.12. n.6. in fin. Gratian. discept. forens.
cap.91.

*cap.*918. *n.*41. *tom.*5. *Rot. decis.*249. *n.*1. *coram Gregor. XV. decis.*26. *num.*19. *& seq. decis.*372. *n.*3. *part.*4. *tom.*2. *recent.*

22 Immo hæres, & successor non solùm non potest uti accessione temporis sui auctoris, qui erat in mala fide, verùm etiam nec potest à se ipso ex propria persona incipere præscriptionem propter malam fidem sui auctoris, *Balb. de præscript.* 2. *part.* 3. *part. princ. q.*12. *n.*12. latè etiam *Honded.* qui plura congessit *cons.*17. *num.*85. *& cons.*82. *n.*46. *& seq. lib.*1. *Gabr. in tit. de præscrip. cons.* 5. *n.*2. *&* 3. ubi de magis communi testatur *Cenc. de censib. q.*117. *n.*12. *Ferentil. in addition. ad Burat. decis.*105. *n.*14. *Gratian. discept. forens. cap.*203. *n.*15. *& c.*403. *n.*15. *&* 16. *Beltram. in addition. ad Gregor. XV. decis.*249. *n.*6. *Rot. decis.*217. *n.*21. *decis.*219. *n.*8. *post Zacchiam de obligat. cameral. decis.*308. *n.*5. *part.* 1. *decis.*164. *n.*4. *p.*2. *decis.*372. *n.*4. *&* 5. *p.*4. *tom.*2. *recent.*

23 ubi quòd hoc procedat tam in hærede immediato, quàm mediato, & in hærede hæredis, & tradunt etiam *Gabr. Honded. Gratian. & Adden. ad Gregor. XV. in locis suprà relatis.*

24 Contrarium quòd in possessione longi temporis triginta, vel quadraginta annorum hæres illius, qui habuit malam fidem possit præscriptionem inchoare à seipso, dummodo non utatur accessione temporis sui auctoris, tradunt alii Doctores pleno calamo relati à *Gabr. lib.*5. *in tit. de præscript. concl.*5. *n.*1. ut apud eundem videri possunt, & tradit etiam *Gratian. discept. forens. cap.* 52.

25 *n.*25. *tom.*1. ubi quòd secùs sit in præscriptione decem, vel viginti annorum, in qua possessor uti debet accessione prædecessoris, cùm ex persona propria non possit præscribere, & subdit *n.*26. quòd ita concordat has opiniones *Bald. in l. nihil C. de usucapion. pro hærede.*

26 Limit. primam opinionem magis communem in hærede cum beneficio legis, & Inventarii, secundùm *Felin. in cap. si diligenti col.*5. *vers. sed uno casu de præscript. Paris. in cons.*23. *n.*211. *vol.*1. *Balb. de præscript. in* 2. *p.* 3. *part. princ. q.*12. cum aliis allegatis à *Gabr. in tit. de præscript. concl.*5. *n.*9.

27 Limit. etiam vel quoties hæres vellet præscribere ex titulo, quem non habuit à testatore *Gabr. dicta conclus.*5. *n.* 5. vel quoties adest mala fides vera, secùs autem in præsumpta *ibid. n.*6. vel quoties versamur in successore hæreditario, secùs autem in successore dignitatis, juxta *Textum in cap. cum de jure patronat. Gabr. de præscript. concl.*5. *n.*7. *&* 8. ubi reddit rationem, quia successor in dignitate non habet causam à prædecessore, sed à superiore dignitatem conferente.

28 Bona tamen fides sufficit quòd allegetur, quia præsumitur, & alleganti malam fidem incumbit onus probandi, *Bart. in l. Celsus n.*17. *ff. de usucap. gloss. in cap. Sanctorum in verbo sincerè*, & ibi *Abb. n.*3. & in *cap. si diligenti, verb. bona fides in princip.* ibique etiam *Abb. n.*14. *& Felin. n.*4. aliique scribentes *de præscript. Ferentil. in addition. ad Burat. decis.*505. *n.*15. *Rot. decis.*295. *n.*3.

29 *coram Coccino.* Sed si quis sciat, se esse debitorem, non potest esse tutus aliquà præscriptione, cùm in mala fide constituatur, ad *Textum in cap. si virgo* 34. *q.*1. *cap. ultimo de præscript.* & notatur per *Doctores in cap. possessor de regul. jur. in* 6. *& in cap.*2. *de except. eod. lib.*6. ubi *Joan. Andr. n.*1. *Geminian. n.*8. *Franch. n* 5. *Rot. decis.*270. *n.*4. *part.*6. *in recent.* & rursus *decis.*573. *n.*2. *part.*3. *recent.*

30 Ulteriùs ut præscriptio suum sortiatur effectum, est probanda scientia, & patientia illius, contra quem præscribitur, cùm fundetur in negligentia Domini scientis rem ad se spectare, vel evenisse casum sui juris, & non curantis rem suam recuperare, argumento *Textus in cap. vigilanti de præscript.* & in *cap. quia diversitatem de concess. præbend. Felin. in dicto cap. vigilanti n.*5. *Petrus de Ubald. in tract. de Canon. & Episcop. cap.*2. *n.*25. *Borgnin. decis.*4. *n.*50. *&* 51. *Castil. controv. jur. cap.*28. *in fin. p.*4. *Rot. decis.*801. *n.*8. *coram Merlino decis.*51. *n.*3. *coram Cardinali Ottbobono decis.*407. *num.*18.

31 *p.*5. *in recent.* contra enim ignorantem non currit præscriptio; nam qui ignorat non consentit, *Grat. cons.*146. *n.*15. *volum.*1. *& cons.*125. *vol.*2. *Rolan. cons.*68. *vol.*3. *Bald. cons* 13. *in prin. lib.*1. *Ruin.* qui de communi *cons.*26. *n.*19. *&* 32. *lib.*3. *Surd. cons.* 276. *ad fin. Menoch. de recuperand. possess. remed.* 15. *q.*15. *n.*115. *Alex. cons.*116. *vol.*5. *Borgnin. Cavalcan. decis.*27. *n.*44. *p.*1. *Magon. dec. s. Rota Lucan.*77. *n.*23. *Rota Bononien. decis.*69. *& decis.*71. *Mohed. decis.* 1. *de restit. in integ. Rot. decis.* 538. *n.* 4. *& decis.* 573. *n.*1. *p.*3. *in recent.* cum quibus concordat etiam *Veronen. de servitut. rusticor. prædior. cap.*4. *n.*58. *Felin. in cap. vigilanti n.*5. *de præscript. Petrus de Ubald. in tract. de Canon. & Episcop. cap.*2. *n.*25. *Cardinal. Seraphin. decis.*1432. *n.* 5. *Gregor. XV. decis.* 249. *n.*3. *Rot. decis.*167. *n.*5. *decis.*184. *n.*1. *p.* 1. *divers. decis.* 717. *sub. n.*3. *p.*2. *decis.* 270. *n.*5. *p.*6. *recent.*

32 Sed quòd præscriptio longi temporis triginta annorum, per quam data censetur plena defensio possessori, currat etiam contra ignorantes, quidquid dici possit, si illa est solius longi temporis viginti annorum, aut etiam brevioris competentis ex dispositione

tione patticularis ſtatuti, notant Doctores in Anthen.malæ fidei C. de præſcript. longi tempor. & habetur in l.ſicut C. de præſcript. long.tempor. 30. vel.40. annor. & notat Felin.in capit. vigilanti n. 2. de præſcript. Speculat. eod.tit.§.1.n 14.Soccin. in collect. regular.regul.33.& in l.cum filius §. in hac n. 9. in fi.ff.de verbor.oblig. Peregrin.conſ.103. n.43.lib.3. Rot.deciſ.270. n.6. & 7. p.6.recen.Paul.de Rubeis, qui alios allegat, in addition. ad deciſ.3.n.1.p.3. in recent. Merlin. de legitima lib.5.tit.3.q.10.n.26.

33 Limita 1. ptimam concluſionem, ut non ſit neceſſatia ſcientia, & patientia illius, de cujus dominio, vel poſſeſſione non conſtat, quamvis aliàs bonum jus habete prætendat, Gonzal.ad regul.8. Cancellariæ gloſ.45.§.2. n.32. Poſtius de manutent.obſervat.40.n.21. Beltram. in addition. ad Gregor. XV. deciſ. 249.n.8. Rot.dec.533.n.5.p.1.deciſ.423.n.6. & deciſ.608.n 9.p.2.recent.& in Cracovien. juris reſpondendi 11. Decembr. 1651.ſub.. ſcientia verò, coram Bichio.

34 Limita 2. in præſcriptione tanti temporis, cujus initii memotia non extat in contratium, quæ procedere poteſt etiam cum ignorantia adverſatiorum, quia ſpatium tanti tempotis, cujus initii memotia non extat, habetut loco tituli legitimè conſtituti per id, quod habetur ex gloſ.in l. hoc jure §.ductus aquæ ubi Angel. ff. de aqua quotid.& æſti.& in cap.ſuper quibuſdam §.præterea de verbor. ſignif. ad notata per Butr. in cap.pervenit col.13.verſ. ſed ſi non conſtat de cenſib. Alex.conſ.6.n.4.vol.1. & de magis communi teſtatur in conſ 24.n.5.verſ.& ubi doceretur vol.5. Tiraquel.in tract.de nobilitate cap.14.n.4. verſ. verùm ſunt alii, Grat. conſ. 61. n.21. vol. 1. Balb. in tract. de præſcript.in 2.par.3 par. prin. q.6. n. 22. ubi de communi, & ita eſſe tenendum dicit in 2. part.4.part.prin. q. 1. n. 4. verſ.ſed quid, quid teneant præfati, Gabr.in ſuis communibus concluſ.lib.5.in tit de præſcript. conclu. 1.n.61.verſ.quartus effectus eſt, Pontan. in tractat. de ſpolio lib 2. cap. 16. n. 170. in fi. Maſcard.de probat. lib.3. conclu.1221. n.12. & ſeq. Borguin.Cavalcan.deciſ.2.n.71. p.5.

35 & quando ſunt elapſi centum anni omnia mutantut, & inducitur præſumptio cujuſvis tituli, ad notata in cap.1. de præſcript. in 6.ad textum in l. hoc jure §. ductus aquæ ff.de aqua quotidian. & æſtiv. Contrarium tamen videntur tenere alii Doctores telati per Paul.de Rubeis in addition.ad deciſ.3.n. 103.p.3.recen.

36 Limit.3.in ſummariiſſimo poſſeſſorio, in quo ptobanda non eſt ſcientia, & patientia partis, ut in judicio manutentionis, in quo ſufficit docere de actibus poſſeſſoriis de facto geſtis abſque alia ſcientia, & patientia, Rot.deciſ.17.n.7.p.2.diverſ. deciſ.685. ſub n.4.p.1.in recent. quas allegat Beltram. in addition.ad Gregor.XV.deciſ.249.n.10.

37 Limit.4.in habente titulo, & qui ejus vigote fecit actus poſſeſſotios, quia tunc acquitit poſſeſſionem, & præſctibit ſine ſcientia, & patientia alterius, Caſtren. in l. ſervitutes prædiorum n.9.verſ.quarto requiritur ff.de ſervitut. Covar. in cap. poſſeſſor §. initium n.8. verſ.ſecundus textus, Cepol. de ſervit.urban.prædior.cap.20.n.5. Rot.deciſ. 533.n.5.p.1. in recent. relat. per Adden. ad Gregor.XV.deciſ.249.n.7.

38 Limit.5. ut procedat quando ignotantia eſt culpoſa, ſeu quando cauſatur ex culpa, aut negligentia; ſecùs verò ſi ex juſta, & ptobabili cauſa, quo caſu præſctiptio cutrit, per textum in l. 1. C. de annal. præſcript. l. contra minores C. de tranſact. cum aliis allegatis per Paul.de Rubeis in annotat. ad deciſ.3.n.26.p.3.in recent.

39 Limit.6.quod in caſibus, in quibus eſt neceſſatia ſcientia, & patientia, illa ſufficienter probatur ex multiplicitate actuum, & temporis diuturnitate, & ex vicinitate, Abb. in cap.cum Eccleſia n. 25. de cauſ. poſſeſ. plenè Garz.de benefic. p.5.cap.5. n.129. & ſeq.Rot.deciſ.179. n 2. p.1. diverſ. deciſ. 685. n.4.p 1.in recent. relat.per Beltram. in addition.ad Gregor.XV. deciſ.249.n.11.

40 Adverſus tamen præſctiptionem 30. vel 40. annotum datur teſtitutio in integtum ex capite ignorantiæ, Bart.in l. 1. §. ſi quis de itin. actuque privat. Bald. in l. falſam n. 3. ad med. verſ ſed reſtitutio in integ. C. ſi ex falſis inſtrument.Dec.conſ.267.in fi. Odd.de reſtit.in integ.p.2.q.90. art.4 ſub n.16. verſ. ſed contrarium tenet, & art.5.n.18. verſ. in contrarium eſt alia communis, & arti. 6. n. 27.verſ.quam totus mundus recepit, Joſeph. Ludov. deciſ. Lucen. 52. n.13. Giurba deciſ. 88.ſub n.7. verſ. quod utile eſt, Gratian. diſcept.forenſ.cap.118.n.5. Afflict. deciſ.37.n. 1. Boer.deciſ.39.n.4. ubi quod hæc opinio ſit à toto mundo ſecuta, Theſaur. deciſ.133.n. 4.verſ.ignorans etiam, Capyc. deciſ.4. n.24. & ſeq.Rot. deciſ.733. n.9. coram Penia. deciſ.39. n.1.lib.2.p.3.diverſ. deciſ.621. n.3. p. 1.deciſ.64.n.4 p.2. deciſ.3.n.1. deciſ.173.ſub n.1.p.3. deciſ.315.n.6.p.4. deciſ.360.n.11.p. 6.& deciſ.443.n.3. & 4. p.18. tom. 2. in recent. quibus addo Petr.de fideicommiſ.q.14. n.183. & ſeq. Fuſar.de ſubſtit.q.528. n.22. Cyriac. controverſ.329. n. 71. & 72. Fontanella deciſ.15.n.1.& 2. Cardinal. Celſus deciſ.63.n.12.Cardinal.Ottbobon.deciſ.173. n. 10.Arguel.deciſ.87.n.15.& 17.& deciſ.92. n.14.& 15. cum aliis plenè relatis per Paul. de Rub. in addition. ad deciſ.3.n.21. 23. &

49.

49. cum pluribus sequen. p.3. in recent.

41 Quod procedit etiam in statutária præscriptione statuti Urbis *lib.1.cap.158.* cujus vigore licèt præsumatur facta solutio, adhuc tamen admittit restitutionem in integrum ex capite ignorantiæ, ut per *Fenson. ad dictum cap.158. lib.1.n.67. & 71. Marescott. var. resol. lib.2. cap.67.n.38. & seq. Rot. decis. 425.n.20. & 21. Veral. decis.307. in fi. p.3. Cardinal. Otthobon. decis.142.n.15. & post Pacific. de Salvian. interdict. decis.259. n.5. & 6.* & *in recent. decis.360.n.6.p.6. & decis. 443.n.4.p.18.tom.2.*

42 Et ratio est, quia præscriptio 30. vel 40. annorum inducta est à jure non favore possessoris, sed in odium ejus, qui tam longo tempore neglexit petere quod suum est, *Bart.* & alii *Doctores in l.fi.C.de edict. Divi Hadriani tollen.* quæ negligentia cum nullo modo possit inquiri in ignorante; quia ignorans non censetur negligere, minusque renunciare; ideoque ab omni æquitate prorsus erit alienum, si ignorans repertâ veritate, quòd aliquid suum sit, puta per instrumenta antea incognita, vel per aliud simile, non restituatur adversus dictam præ-
43 scriptionem: ignorantia enim tribuit justum impedimentum, cujus vigore ignorans non potuit agere, ut aliis rationibus, & Doctorum auctoritatibus latè comprobat *Paul. de Rubeis in annot. ad decis.3. à n. 6. usque ad 20. p.2. recent.*

44 Limit. quòd ad hoc ut detur restitutio in integrum adversus præscriptionem 30. vel 40. annorum ex capite ignorantiæ, exigitur ut talis ignorantia sit undecunque verisimilis, citra omnem conjecturam scientiæ; adeout reputetur justa, rationabilis, & invincibilis, & ex omni parte excusabilis, *Pinel. in Auth. nisi triennale n.6. C. de bon. matern. Dec. cons.166. circa fin. & cons.267. in fi. Cephal. cons.115. n.8. & 9. Mandel. cons. 17.n.1. & 2. Rolan. cons.59. n.21. vol 4. Bellon. cons.46.n.16. Hond. cons.80. n.62. lib.2. Seraph. in tract. de privileg. jurament. privileg.8.n.7. Beninten. decis.69.n.2. Surd. decis. 4.n.7. vers. ignorantia debet esse, Penia decis.733. n.9. Cavaler. decis.186. n.5. Bich. d.6.n.14. & 45. & decis.20. n.22. & seq.* repetita *in recen. decis.238.p.8.* & confirmata *coram Cardinal.* Cerro *in recen. decis.30. p. 9. Royas decis. 70. n. 10.* repetita *in recen. decis.156.p.8.* & rursus *Rot. decis.255. n.2. cum plurib. sequen. post Pacif. de Saluian. decis.387.p.1. diversor. & decis.443. n. 6. p. 18. tom. 2. recen.* cum aliis copiosè allegatis per *Paul. de Rubeis in annot. ad decis.3. n. 67. cum seq. p.3. in recent.*

45 Ac proinde ad hunc effectum ignorantia plenè justificanda est, cùm sit fundamentum intentionis agentis, *Cardinal.* Cavaler. *decis.151.n.2.* repetita *in recen. decis.342.p.*
46 *2.* adeout juramento non probetur, *Paul. de Rubeis in annot. ad decis. 3. n.86. p.3. in recent.* Et penitus excluditur, quando ex conjecturis etiam remotis arguatur scientia, vel quando ignorans tenebatur investigare, cùm tunc ignorantia reputetur vincibilis & inexcusabilis; ut subdit idem *Paul. de Rubeis n.69.* qui alios congerit, *Rot. decis.387. p.1. diuers. & decis.255. n.2. post Pacif. de Saluian.*

Præscriptionis statutariæ singularia.

SUMMARIUM.

1 PRæscriptio juris communis abbreviari potest per statutum.
2 Et succedit loco præscriptionis 30. vel 40. annorum.
3. Præscriptio tollit omnem actionem.
4 Negligens petere suum creditum per spatium 16. annorum ex statuto Urbis præsumitur facta solutio, & tollitur fides instrumentis, & n.6.
5 Chirographarius si per decennium post mortem debitoris non exegerit suum creditum, ex statuto Urbis præsumitur satisfactus.
7 Statutariæ præscriptiones regulariter non comprehendunt debitum juratum.
Juramentum verò perpetuat actionem usque ad quadraginta annos, n.7. vers. tanta enim -- ubi non obstante statuto.
8 Limit.1. si statutum auferret viam probatoriam, cum tunc ex instrumento non probatur juramentum.
9 Sublim. si aliunde, quàm ex instrumento probetur.
10 Statutum, ut comprehendat instrumentum juratum debet in forma specifica esse à Papa confirmatum.
11 Statuta inducentia præscriptionem sunt nutritiva peccati.
12 Contractus, & Obligatio jurata subiicitur statuto confirmato à Papa ex certa scientia, si statutum loquatur de contractibus juratis, n.13.
14 Hæres potest incipere præscriptionem à die mortis ipsius jurantis.
15 Juramentum defuncti transit in hæredem, quoad observantiam contractus.
16 Præscriptio statutaria habet locum contra hæredem, & hæreditatem jacentem.
17 Habet etiam locum contra forensem contrahentem in Urbe, vel in eadem litigantem.
18 Sed datur eidem restitutio in integrum ex verisimili ignorantia, secùs si sit culposa, n.19.
20 Solutio quando destinata fuit in certo loco, statuta ejusdem loci sunt attendenda non autem loci judicii.
21 Ubi statutum non disponit, præscriptio regulari debet secundùm jus commune.
22 Præscriptio statutaria quando comprehendat Civitatem, & Collegium.
24 Statutum Urbis in cap. 158. lib.1. de præscriptionibus est decisorium.
25 An dictum statutum liget Clericos referuntur sententiæ, num. 27.
27 Statutum Urbis de præscriptionibus comprehendit actiones personales, & hypothecarias ipsis cohærentes, non autem reales, & mixtas, n.28. & 49.
29 Admittit tamen probationem in contrarium, & n.30.
31 Non procedit stante mala fide, non obstante confirmatione Apostolica, n.32. ad quam probandam creditor admittitur.
34 Mala fides si superveniat post præscriptionem completam non obligat ad restitutionem de jure communi, secùs in

in præscriptione statutaria, n.35.

36 Præscriptione statuti Urbis sexdecim annorum uti non potest ille, qui debitum negavit.

Et non tollit partitum litis decisivum, ibidem vers.lim.4.

37 Non comprehendit hæredes, qui fuerunt sub patria potestate.

38 Nec currit contra mulierem pro re dotali vivente marito.

39 Nec habet locum in fœmina creditrice.

40 Nec habet locum in actione competente pro supplemento legitimæ. Contrarium n.42

41 Legitima triginta annorum spatio præscribitur.

43 Præscriptio statutaria durante pupillari ætate non currit, ita etiam de jure communi, 44. & 45. Et quatenus curreret datur restitutio in integrum n.46. Declara, ut in n.47

49 Præscriptio statuti Urbis non comprehendit actionem, quæ competit pro legato.

50 Nec comprehendit jus agnoscendi fideicommissum.

51 Nec habet locum in fidejussore, qui solvit. Declara, ut n.53.

52 Nec in quolibet alio solvente pro tertio.

54 Præscriptio statutaria opponi potest à confidejussoribus adversus alium, qui solvit, & reportavit cessionem, & n.55.

56 Præscriptio statuti Urbis non comprehendit contractum dotis, secùs fructus dotales, n.59.

57 Dotalis Hypotheca per 40. annos præscribitur. Contrarium, n.58.

60 Præscriptio statuti Urbis non procedit, si conventus debitum fateatur.

61 Præscriptio inducta contra Mercatores non exigentes intra tempus præfixum non habet locum, si debitor continuavit recipere merces ex eadem officina.

62 Salarium, & debitum annuum tot sunt debita, quot sunt anni.

63 Ad præscribendum debitum annuum tot requiruntur præscriptiones, quot sunt anni, & n.64. & ità in legato alimentorum, n.65.

66 Præscriptio quinquennalis servatur Romæ pro pretio rerum Aromatariæ. Declara, ut in n.67. Et ita servatur in Districtu, n.68.

69 Præscriptio statutaria, si interrumpatur per judicialem interpellationem, cessat, & juris communis exigitur, sed Rota in hoc variavit, n.70.

71 Præscriptio statuti Urbis, si per simplicem citationem interrumpatur, aut per judicialem, vel extrajudicialem interpellationem, potest inchoari per aliam statutariam præscriptionem.

72 Et interrumpitur etiam per extrajudicialem interpellationem.

73 Præscriptio interrupta contra unum ex correis debendi, interrumpitur contra omnes.

74 Lis formiter non contestatur in causis summariis.

75 Præscriptio statuti Urbis interrupta per litis contestationem, si ob justam causam lis perfici non potuit, actio perpetuatur ad 40. annos.

76 Secùs autem si ea mera negligentia; nam tunc nova statutaria præscriptio inchoari potest.

77 Ampl. multò magis procedere si creditor obtinuerit sententiam, vel mandatum favorabile.

78 Solutio ea Statuto Urbis in apocis privatis præsumitur per decennium, & in contractibus juratis per 16. annos.

79 Solutio probatur præsumptionibus, & conjecturis, ut si creditor sit Mercator, & Negotiator, si sit passus jacturam in mercibus, & n.85.

80 Si creditor sit diligens in ea igendo, vel judicialiter agendo in procuranda satisfactione, n.81. præcipuè si creditor non opposuit compensationem, n. 82.

83 Deducitur etiam ea qualitate debitoris, ut si sit locuples, & solvendo.

84 Prout etiamsi creditor distulerit petere creditum post mortem debitoris contra hæredes non informatos.

86 Solutio tanquam quid facti non præsumitur, sed est probanda.

ADNOTATIO II.

1 Præscriptio juris communis abbreviari potest per statuta municipalia, &
2 succedit in locum præscriptionis triginta, vel quadraginta annorum, *Cardin.*
3 *Seraphin. decis.614. n.3.* & tollit omnem actionem, idem *Seraphin. decis.602. n.1.*

4 Undè creditor vigore *Statuti Urbis lib.1. cap.158.* si negligens fuerit in petendo suum creditum per spatium sexdecim annorum præsumitur juris præsumptione facta solutio, quâ præsumptione durante, tollis fidem instrumentis, & aliis juribus, ut nullam
5 probationem faciant, & Creditor Chirographarius, si per decennium post mortem debitoris negligens fuerit, similiter solutio facta præsumitur, nec quidquam aliud ab hæredibus debitoris petere potest.

6 Et hoc statutum locum habet in quocunque contractu, etiam jurato, cùm ulterius procedat adimendo fidem instrumento, adeout juramentum in eo appositum remaneat absque probatione, *Mohedan. decis.5. de præscription. Puteus decis.111. lib.1. in correct. Bov. de Statut. Urbis præscript. gloss. 29. n.2. Surd. cons.361. n.11. & 13. Rot. decis.152. §. cum enim post Fenson. ad Statut. Urbis*, & ita sæpiùs dixisse *Rot.* patet *in decisionibus in eadem relatis.*

7 Regulariter tamen statutariæ præscriptiones non comprehendunt debitum juratum, *Balb. de præscript. in 2.part. 3. princ. q.18. num.11. & 12. Maresc.ott. var. resol. lib.1. cap.67.num.31. & seq. Gabr. commun. opin. lib.4. in tit. de præscript. concl.4.n.18. Cancer. var. resol. lib.1. cap 15.n.11. Galganet. ad Statut. Urbis lib.1. cap.154. Antonell. de tempore legali lib.1. cap.25. n.15. Veral. decis.191. p.3. Surd. decis.158. n.17. Rot. decis 621. n.15. p.4. tom 3. in recent.* ubi loquitur in terminis Statuti Bononiæ.

Tanta enim est vis juramenti, ut perpetuet actionem usque ad quadraginta annos, non obstante Statuto abbreviante præscriptionem ad brevius tempus, juxta regulam in *l.sæpè C.de præscr. 30. vel 40. annor. l.cum postea §.si is, qui ff de jur.juran.* ibiq; *Bart. n.5. Rom.n.4. Jas.n.2.4. 5. l.4. §.except. C.de annal.præscr. l.fin. ad fin. C.de præscr. 30. vel 40. annor, cap.placuit il 2. §. potest. & §. quod per naturalem 16. q.3. Jas. in l. ait Prætor §. si is, qui n.4. ff. de jur.juran. Seraphin. de juram.privileg.51. num.1. Mancin. eod. tract. p.4. effect.85. num.2. Decian. cons.44. n.22. lib.1. Soccin. cons.66. n.11. lib.1. Ruin. jun. cons.506. num.15. in fin. Rol. cons.25. n.29. lib.2. Merlin. de pignor. lib.5. tit.1. q.21. n.38.* ubi quòd per juramentum cen-

statur renunciatum cuicunque præscriptioni, *Antonell. de tempore legal. lib.2. c.67. n.63. & cap.107. n.2. & 11. Surd. dec.64. n.33. Rot. decis.105. num.6. post Merlin. de Pignor. decis.575. n.9. coram Penia, dec.457. n.14. coram Burat. decis.199. n.3. part.4. divers. decis.6. p.3. recent.*
8 Limit. 1. supradictam conclusionem, quando Statutum procedit ulterius, auferendo viam probatoriam, ut si caveatur, quòd instrumentum nullius sit momenti, vel quòd nullam fidem faciat; quia tunc cum ex tali instrumento probari non possit juramentum intervenisse, Statutum comprehenderet etiam instrumenta jurata, *Antonell. de tempore legali lib.1 cap.25. n.15. vers. ubi id limitat, Surd. decis.361. n.12. Mohed. decis.226. Rot. decis.104. n.2. p.2. decis.199. n.4. & 5. part.4. diversor. dec.8. n.4. & 5. part.3. lib.1.* & cum aliis per *Ferentil. in addition. ad Burat. decis.98. num.5.* ubi quòd hoc bene fieri potest per statuentes, & tradunt etiam *Paul. de Castr. cons.61. vol.2. Alex. cons.170. vol.7. Soccin. cons.179. n.1. in fin. Soccin. jun. cons.120. col.2. volum.4. Surd. cons.361. n.12. Roman. cons.83.*
9 Sublimit. si aliunde quàm ex instrumento juramentum probaretur, *Gulgauet. ad Statut. Urbis lib.1. cap.150. vers. non obstat, Antonell. de tempore legali lib.1. cap.25. n.17. & lib.2. cap.107. n.13. in fin.*
10 Ad hoc autem ut Statutum comprehendat instrumentum juratum, debet esse in forma specifica, & in individuo à Papa confirmatum; quia, reducendo præscriptionem ad brevius tempus, est contra jus commune, *Paris. cons.19. n.14. lib.1. & cons.33. n.13. lib.3. Rot. decis.780. à num.6. part.1. decis.103. n.27. p.2. divers.* quos refert, & sequitur *Rot. decis.610. n.17. p.4. tom.3.*
11 *recent.* ubi loquitur in terminis Statuti Arimini. Etenim hujusmodi statuta dicuntur nutritiva peccati, utpote quia arctant creditorem intra certum tempus ad petendum debitum, & ratio, & bona fides arctat indefinitè debitorem omni tempore, cùm non sit æquitati, & justitiæ consonum, ut locupletetur cum jactura alterius, ut subdit *Rota dicta decis.610. n.18. & 19. Cardin. Seraphin. decis.632. n.2.*
12 Et licèt si Statutum confirmatum fuerit à Papa ex certa scientia obligatio etiam jurata videatur subjici dispositioni Statuti, ad tradita per *Gabr. commun. opin. lib.6. in tit.*
13 *de Statut. concl.11. n.8.* Attamen hoc non procedit, si Statutum non loquatur de contractibus juratis; quia confirmatio intelligitur in terminis, quibus Statutum loquitur, cùm ejus natura sit, ut addat robur confirmato; non autem ut illud extendat ultra ea, quæ in eodem non continentur, ad *l. Aurelius §. in testamento ff. de liber. legat. Bal. in l. nominatione in fin. C. de appellat. Alex. cons.112. n.22. lib.4. & cons.137. vol.6. Corn. cons.224. n.1. vol.3. Ruin. cons.154. n.16. vol.1. Franc. Curt. cons.67. Berous q.50. num.2. & seq. Gabr. commun. opin. lib.6. tit. de Statut. concl.11. num.8. vers. quia respondetur, Rot. decis.199. n.10. part.4. diversor.*
14 Limit. 2. quod conclusio procedat in ipso contrahente, qui juravit; secùs autem in ejus hærede; quia ipse potest præscribere incipiendo præscriptionem à die mortis ipsius jurantis: & ratio est, quia hæres tunc non præscribit tamquam hæres, sed ex propria persona præscriptionem inchoare censetur, *Seraphin.* qui alios allegat, *de privileg. jurament. privileg.51. n.10.* Nam juramentum defuncti transit tantùm in hæredem, quoad observantiam contractus per eundem celebrati, pro quo conveniri, & co-
15 gi potest, *Bart. in l. cum quis decedens §. codicillis n.10. ff. de legat.3, & in l. qui superstitis col. fin. vers. & de justo ff. de acquirend. hæredit. Corn. cons.112. circa med. lib.4. & cons.252. in fin. eod. lib.4. Soccin. jun. cons.6. n.25. vol.3. Tyber. Salust. in sua prax. judic. cap.44. num.1. circa fin. lib.1. Afflict. decis.181. n.8.* & tradunt alii Doctores relati per *Farinac. in tit. de inquisit. q.8. n.141. vers. limita hanc ampliationem;* ac proinde non impedit quin hæres uti possit jure suo aliunde sibi competente.
16 Habet tamen locum hujusmodi præscriptio statutaria etiam contra hæredem, & hæreditatem jacentem, contra quam currit præscriptio statutaria, quæ inchoata fuit adversus defunctum, quæ sicut currit de jure communi, ita etiam de jure Statuti eam ejus loco subrogantis, juxta *cons. Bald. 48. inter cætera vol.1.* & doctrinam *Castren. in l. ea, quæ §. si quando num.3. & 5. C. de tempor. in integr. restit. peten. idem Bald. in l. licet C. de jure deliberand. Soccin. sen. cons.61. n.19. lib.1. Duran. de arte testan. tit. de acquirend. hæreditat. caut.6. Gozad. cons.64. n.13. & cons.80. n.5.* & in puncto Statuti Urbis *in cap.158. lib.1. Bovius ad dictum Statutum. gloss.19. à num.79. usque ad 86. Fenson. ad idem Statutum n.58. & 59.* & dixit *Rot. decis.346. n.7. part.6. recent.*
17 Amplia ut habeat etiam locum contra forensem, quando judicium introduxit, vel contractum celebravit in Urbe, *Fenson. ad Statut. Urbis lib.1. cap.158. n.61.* & ita sæpè dixisse *Rot.* patet ex decisionibus congestis per *Ferentil. in addition. ad Burat. decis.98. n.6. Putens decis.111. lib.1. Mohed. decis.5. de præscript. decis.602. n.1. 2. & 3. p.1.*

p.1. decif.764. n. 2. p. 4. diverf. in qua fuit recessum à *decif.207. p.3. Caputaquen.* contrarium firmante, *decif.55*... *n.1. p.4. tom.3. recent. decif.35. n.... post Picum ad Statut. Urbis, dec.303. n.... post Pacif. de Sal. ian. decif.321. n.2. coram Gulielm. seu Dunoz. seniore*, repetita post *Gilian. ad Statut. Perusin. decif.124. num.1.* ubi hoc procedere etiamsi instrumenta, seu Chirographa fuerint alibi confecta, si petitio fiat in Urbe.

18 Subveniur tamen forensi, qui verisimiliter ignorare potuit dispositionem Statuti mediante beneficio restitutionis in integrum *Odd. in tract. de restit. in integ. q.9. art.5. verf. in contrarium, Innoc. in rub. de constit.* ibique *Joan. Andr. Alex. conf. 37. n.20. lib.2. Caputaquen. decif. 207. n.5. p.3. Mobed.decif.1. de restit. in integ. Gregor.XV. decif.425.n.11. Gulielm. Dunozet. dec.321. num.13. Ferentil. in addition. ad Burat. decif.98. num.7.*

19 Sed ad hunc effectum ignorantia non debet esse culposa, sed omni ex parte probabilis, *Alba conf.18. sub n.1.lib.1. Gulielm. Dunozet. dicta decif.321. n.13. & 14.* ubi quòd ignorantia debet esse talis, ut nulla interveneri negligentia, *Rot.decif.257.n.1. post Pacific. de Salvian. juxta ultimam impress.* & *juxta primam n.2.* & *in Romana Salviani coram Justo post eundem Pacific. dec.169. secundum primam impress. Ferentill. ad Burat. decif.98. n.7. vers. talis autem*, & rursus *Rot. decif.555. n.7. p.4. to.3. recent.*

20 Limita hanc ampliationem quòd statutum judicii non attendatur si alibi solutio destinata fuerit; cùm attendendum sit statutum loci destinatæ solutionis, *Rot.dec.621.n.16. p.4.tom.3. in recent.* & eadem *Rot. dec.602. n.4. p.1. & decif.764.n.2. p.4. diversor.* & si

21 ibi statutum non disponat, videtur quod præscriptio regulanda sit secundùm dispositionem juris communis. *Feuson. ad Statut. Urbis in cap.42. n.3. lib.1. Rot. decif.487. n.3. inter diverf.et* 85.*num.*8.*p.1.decif.37. post Picum ad Statut. Urbis.*

22 Amplia ut dicta præscriptio statutaria comprehendat etiam Civitatem, & Collegium, si Statutum loquatur impersonaliter, puta debitum non petitum infra aliquod tempus, ampliùs peti non possit, secùs verò quando Civitas, & Collegium fecisset illud Statutum; quia non censetur statuere contra se, *Gratian. discept. forens. cap.52. n.10. & 11.* ex *Bald.* quem allegat, *in l. omnes Populi n.23. de just. & jur.* non enim

23 statuta ligant statuentes, *Alex. in l.1. ff. quod quisque juris Fel. in cap.1. ampliat.4. n.24. de constit. Puteus decif.363. lib.1.*

24 Ampl. ut Statutum Urbis *in cap.158. lib.1. de præscriptionib.* sit decisorium; ac proinde in omnibus foris, & Tribunalibus Romæ, ejusque districtu servari debet, *Fenson. ad dict. Statutum in dicto cap.n.76.*

25 Amplia, ut præfatum Statutum Urbis comprehendat etiam Clericos, & Ecclesiasticos, ut asserit *Marescott. var.resol.lib.2. cap.67.n.20.& seq.* eâ innixus ratione, quia Statuta Urbis sint Papalia; ac proinde ligent etiam Clericos, juxta quamplures decisiones per eum citatas.

26 Contrarium verò quòd non liget Clericos, deducitur, quia in dicto Statuto nulla fuit facta mentio de personis Ecclesiasticis, & sic ex defectu voluntatis statuentium non comprehenduntur, *Bovi. de Statut. Urbis præscript. gloss. 19. n.199. & 205.* faciunt tradita per *Rot.dec.if.641. n.15. coram Amat. Dunozet. decif.5. verf.nec suffragatur post Fenson. ad Statut. Urbis decif.58. n.28. & seq. p.6. recent. & in Romana liberationis à fidejussione* 4. *Maji* 1630. *coram Merlino*, & *in Romana donationis de Castellanis* 23. *Junii* 163.. *coram Coccin.*, & *in Urbevetana legati* 4. *Julii* 1646. *§. quamvis, coram Bichio.*

27 Amplia ut Statutum Urbis comprehendat actiones personales, & hypothecarias, quæ personalibus cohærent, non autem reales, & in rem scriptas, quæ in materia præscriptionis realibus æquiparantur, *Gabriel conf.148. num.8. & seq. Roman. conf.* 201. *Grat. conf.14.num.1. Felin. in cap. fin.col.3. de præscript. Balb. in tract. de præscript. in 2. part. 3 part.princ. q.14. col. penult. Gabr. commun. opin. lib.5. in tit. de præscript.conclus.4. n.17. Fenson. ad Statutum Urbis in cap.158. n.19. & 20.* & ita sæpè dixisse *Rot.* patet ex decisionibus per eum relatis, *eadem Rot. decif.9. n.5. & decif.302.n.6. post Pacific. de Salvian. interdict.* & ratio est, quia hujusmodi Statutum, tamquam odiosum, & juris communis correctorium non est extendendum, & ut minus juri communi red-

28 datur læsivum, interpretandum: hinc est quòd nec actiones mixtas comprehendit, latè *Gabr. in conf.8. nu.14. & 15. lib.1. Gregor.XV. decif.489. n.16.*

29 Limit.1. ut præscriptio Statuti Urbis inducens presumptionem satisfactionis admittit probationem in contrarium, ut disponit idem Statutum *lib.1. cap.158.* & tradit *Gabriel in conf.148. n.10. & 11. lib.2. Bov. de Statutar.Urbis præscript. gloss.25.n.5. & 6.* & ita sæpè dixisse *Rot.* patet ex decisionibus relatis per *Ferentil. in addition. ad Buratt. decif.617. n.8. & coram Cardin. Mantica decif.151. n.6. & coram Duran. decif.210. n.15.* & post *Fenson. ad Statut. Urbis decif.152. §. sed quoniam, & dec.157.in princ.*

& in

& in Romana pecun. 7. Maji 1649. *§. præsumptio verò coram Cardin. Celso*, adeout
30 si probetur persolutum, vel extinctum non fuisse debitum, cessat præsumptio ad favorem debitoris per Statutum Inducta, *Fenson. ad Statut. Urbis lib. 1. cap.* 158. *n.* 32. *&* 33. *Rot. decis.* 771. *n.* 5. *p.* 18. *tom.* 2. *recent.*

31 Limit. 2. ut præscriptio statutaria non valeat stante malà fide, sed tantùm habet locum in eo, qui nescit an debitum sit solutum; quia mens statuentium videtur esse, ne quis ob defectum probationis solutionis bis debitum solvere cogatur, aliàs debitor dicitur in mala fide, etiamsi creditor neglexerit, & procrastinaverit petere suum ereditum, quia scire debet se non solvisse, *Bart. in l. omnes populi q.* 4. *princ. n.* 24. *de justit. & jure*, *Alex. cons.* 185. *lib.* 2. *Cancer. var. resol. lib.* 1. *cap.* 15. *n.* 22. *&* 23. *Covarr. in regula possessor.* 2. *part. §.* 11. *n.* 3. *Antonell. de tempore legal. lib.* 1. *cap.* 25. *n.* 9. *&* 11. latè *Surd. decis.* 158. *per tot. Rot. decis.* 614. *n.* 1. *& per totam coram Cardinali Seraphino*, *decis.* 302. *n.* 4. *post Pacific. de Salviano interdict. decis.* 225. *n.* 14. *post Zacchiam de oblig. cameral. decis.* 372. *n.* 16. *p.* 4. *tom.* 2. *recent.* & docet etiam *Gratian. discept.* 52. *n.* 9. *tom.* 1.

32 Nec ad hunc effectum suffragatur confirmatio Apostolica; quia confirmatio non trahitur ad Statuta invalida, & peccatum inducentia, & præcipuè si habent restrictivam dummodo sint licita, & honesta, *Antonell. de tempore legal. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 9. *Cardin. Seraphin. decis.* 614. *n.* 5.

33 Creditor propterea admittitur ad probandam malam fidem debitoris, & scientiam debiti, non solùm ostendendo debitorem fuisse à principio propriæ obligationis, & debiti conscium, sed etiam docendo illum scivisse obligationem ipsam perdurasse, nec fuisse in rei veritate mediante satisfactione extinctam; aliàs enim sicuti per cursum tanti temporis à Statuto præscripti præsumitur facta solutio, ita præsumitur bona fides, *Ciarlin. controvers. forens. cap.* 32. *per tot. lib.* 1. *& cap.* 196. *n.* 37. *&* 38. *lib.* 2. *Antonell. de tempore legali lib.* 1. *cap.* 25. *n.* 12. *Merlin. decis.* 124. *n.* 14. *&* 15. repetita *post Fenson. ad Statut. Urbis decis.* 152. *§. verissima igitur est conclusio.*

34 Si verò mala fides superveniat post præscriptionem completam in terminis juris communis licèt debitor, sive alienæ rei possessor debitum persolvere, aut ipsam rem restituere non teneatur, sed possit licitè retinere etiam in foro conscientiæ; quia illius dominium auctoritate legis jam legitimè acquisivit, juxta communem Theologorum, & Canonistarum opinionem, quam tenet *Scot. in* 4. *sententiar. dist.* 15. *q.* 2. *n.* 9. *glos.* 3. *in cap. vigilanti, de præscript. Cajetan. in summ. in verbo præscriptio, Balb. de præscr.* 2. *part.* 3. *part. principal. q.* 9. *per tot. Covar. in cap. possessor p.* 1. *§.* 2. *per tot. Molin. de just. & jur. tract.* 2. *disp.* 91. *col.* 2. *vers. proculdubio* 17. *n.* 50. *Less. de just. & jur. lib.* 2. *cap.* 6. *dub.* 17. *n.* 50. *S. tus de just. & jur. q.* 5. *art.* 4. *Joan. Medin. de restitut. qu.* 18. *Fachin. lib.* 1. *controvers.* 64. *vers. sed contraria*, quos refert, & sequitur *Rot. dec.* 124. *n.* 16. *&* 17. *coram Merlino*, repetita post *Fenson. ad Statut. Urbis decis.* 152. *§. imo quod plus est.*

35 Attamen secùs est in terminis statuti Urbis, utpote quia non tollit actionem, & obligationem, sed tantùm probationem, præsumendo solutionem; ac proinde si debitor post lapsum sexdecim annorum constituatur in mala fide, non solùm tenetur in foro conscientiæ, sed etiam in foro exteriori conveniri, & cogi poterit ad solvendum debitum, adhuc non solutum, si mala fides & rei veritas à creditore sufficienter probetur: tunc enim cessante solutionis præsumptione, cessat quoque statuti dispositio, ut in eodem expressè cavetur, *Gabr. cons.* 148. *n.* 10. *&* 13. *lib.* 2. *Bov. de statutar. præscript. glos.* 24. *n.* 3. facit *Rot. decis.* 764. *in fi.* & magistraliter dixit *decis.* 124. *n.* 16. *&* 17. *coram Merlino* repetita post *Fenson. ad Statut. Urbis decis.* 152. *§. imo quod plus est, vers. quod secùs est.*

36 Limit. 3. ut præscriptio sexdecim annorum statuti Urbis non habet locum, seu ubi non potest ille, qui debitum negavit, seu non præcessisse contendit, cùm statutum præexistentiam debiti præsupponat, ac illius præsumptam solutionem inducat, *Rot. decis.* 192. *n.* 22. *post Zacchiam de oblig. cameral.* & ita sæpe dixisse *Rot.* patet ex aliis decisionibus in eadem relatis.

Limit. 4. ut supradictum statutum non tollat partitum litis decisivum; undè allegans præscriptionem statutariam, seu qui prætendit solvisse, potest cogi ad jurandum, *Antonel. de tempore legal. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 18. *ex Roder. de annuis reddit. lib.* 1. *q.* 13. *n.* 17. *Flor. de Men. lib.* 1. *var. q.* 8. *§.* 2. *n.* 42. *Cancer. var. resol. cap.* 15. *n.* 12.

37 Limit. 5. ut præfata præscriptio statutaria fundata in præsumptione solutionis non comprehendit hæredes, qui fuerunt sub patria potestate ad *textum* in *Auth. nisi triennale*, ibique *glos. in verbo apparuerit C. de bon. matern. Abb. in cap. ex transmissa n.* 9. *de præscript. & in cons.* 32. *in prin. & in cons.* 101. *n.* 6. *lib.* 1. *& cons.* 22. *n.* 2. *lib.* 2. *Rot. decis.* 346. *n.* 6. *coram Cardinal. Cavalerio*, *decis.* 425. *n.* 20. *vers. non obstat p.* 5. *tom.* 2. *recen.*

& in Romana pecuniaria 7. *Maii* 1649. §. *præscriptio verò coram Cardinal. Celso.*

38 Limit. 6. ut hujusmodi præscriptio neque currit contra mulierem pro re dotali, vivente marito, *Soccin. jun. consf.* 144. *n.* 56. *&* 63. *lib.* 1. *Silvan. consf.* 1. *n.* 130. *Bald. Nov. vel. in tract. de dote* 7. *par. prin. Marescot. var. resol. lib.* 2. *cap.* 68. *n.* 43. *& seq.* ubi alios allegat, *Antonel. de tempore legali lib.* 1. *cap.* 25. *n.* 26. *in fi.*

39 Limit. 7. ut præfata sexdecennalis præscriptio non habeat locum in fæmina creditrice, secundùm *Gratian. discept. forens. cap.* 52. *n.* 19. *tom.* 1.

40 Limit. 8. Ut neque habeat locum in actione, quæ competit pro supplemento legitimæ; quia dispositio generalis regulariter non comprehendit legitimam, tanquam speciali notâ dignam; & sicuti in renunciatione generali non venit legitima ejusque supplementum, ita nec etiam in præscriptione; quæ vim renunciationis habet; tum quia pro legitima competit petitio hæreditatis, quæ est mixta, & statutum non habet locum in actionibus mixtis; tum quia statutum excipit causam dotis, undè censetur etiam excipere causam legitimæ, cùm valeat argumentum de dote ad legitimam, *l. quoniam novella C. de inoffic. testam.* ut latè ex iis, & aliis rationibus comprobat *Rot. decis.* 489. *à n.* 15. *usque ad fin. coram Gregorio XV. decis.* 2. *n.* 1. *de præscript. coram Mohedan. & decis.* 256. *n.* 5. *coram Car-*

41 *dinal. Cavalerio*, qui tenent quòd legitima non præscribatur minori tempore triginta

42 annorum. Contrarium tamen quòd statutum Urbis de præscriptione sexdecim annorum excludat filium à petitione legitimè tenet *Marescot.* & *Doctores* per eum relati *lib.* 2. *var. resol. cap.* 67. *n.* 17.

43 Limit. 9. ut præscriptio statutaria, durante pupillari ætate non currat, sed dormiat, ut de communi testatur *Balb. de præscript. p.* 6. *prin. in* 23. *casu n.* 34. *ante fin.* & in puncto statuti Urbis, *Paul. de Castr. in consf.* 430. *n.* 2. *vers. quantum lib.* 2. & quamvis præscriptio statutaria sit inducta post *textum in l. final. C. in quibus caus. restit. in integ. non est necesse currere, & compleri contra pupill.* ac proinde valeat, juxta tradita per *Balb. loco supra citato n.* 43. *vers. nec obstat*; tamen paulò post se declarans, subdit non habere locum in pupillo, & si aliter sentiret, ejus opinionem non esse tenendam dixit *Rot. decis.* 230. *n.* 2. 3. *&* 4. *post Cenc. de censib.*

44 Et ratio est quia præscriptio statutaria successit in locum præscriptionis 30. annorum secundùm jus commune, & de jure

45 communi præscriptio 30. vel 40. annorum durante pupillari ætate, & deinde minoris superdormit, & conquiescit, nec contra eosdem currit, præcipuè si sint hæredes, adeout ex præscriptione deducendum sit tempus ætatis pupillaris, est *textus in l. sicut C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.* & *in l. cum notissimi C. eodem glos. in l. cum non liceat in verbo non obstante vers. item pupillo de præscript. Abb. in cap.* 1. *n.* 2. *eod. tit. Guid. Pap. decis.* 31. *n.* 3. *vers. non autem, Aym. de antiquitat. tempor. p.* 3. *in prin. n.* 4. *Jacob. Novel. de jure protomis. cap.* 8. *&* 9. *Gratian. discept. forens. cap.* 76. *n.* 45. *& cap.* 403. *n.* 22. *Rot. decis.* 489. *n.* 45. *coram Gregorio XV. Sard. decis.* 4. *n.* 1. *eadem Rot. decis.* 196. *n.* 7. *post Zacchiam de oblig. cameral. decis.* 454. *n.* 2. *p.* 4. *diversor. decis.* 334. *n.* 4. *coram Merlino decis.* 270. *n.* 2. *p.* 6 *decis.* 61. *n.* 1 3. *p.* 7. *recent. & in Romana pecuniaria* 7. *Maii* 1649. §. *minus obstat coram Cardinal. Celso.*

46 Et quatenus etiam curreret, tamen ex capite minoris ætatis eisdem minoribus competeret restitutio in integrum, *l. fi. C. quib. ex caus. restitut. in integ. non est necess. Odd. de restit. in integ. q.* 90. *n.* 1. *Alex. consf.* 116. *n.* 1. *vers. post verò pupillar. lib.* 5. *Rot. decis.* 489. *n.* 14. *coram Gregor. XV. decis.* 196. *n.* 9. *post Zacchiam de oblig. cameral. decis.* 573. *n.* 1 *in fi. p.* 3. *& decis.* 572. *n.* 10. *p.* 4. *tom* 2. *in recent. & in Romana pecuniaria* 7. *Maji* 1649. §. *& in omnem casum, coram Cardinal. Celso.*

47 Declara supradictam conclusionem procedere, quando quis vult inchoare præscriptionem in persona minoris vel pupilli; nam tunc præscriptio contra eosdem non currit; secùs autem quando præscriptio inchoata fuit cum defuncto majori, cùm tunc currit etiam contra minorem, *l. etiam la* 2. *ubi Bart. ff. de minor. gloss. magna ad fin. in l. unica C. si advers. usucap. & in l. sicut in verb. servanda C. de præscript.* 30. *annor. & Angel. in l.* 1. *C. si advers. usucap. Jo. Aret. in l. naturaliter n.* 257. *ff. de acquirend. possess. Balb. de præscript.* 1. *par.* 6. *& ultim. prin. n.* 35. *Odd. de restit. in integ. p.* 1. *q.* 28. *n.* 14. *& p.* 2. *q.* 88. *n.* 3. *Guid. Pap. decis.* 31. *n.* 3. *in fi. Gratian. discept. forens. cap.* 78. *n.* 46. *& cap.* 403. *n.* 23. *& cap.* 475. *n.* 24. *Postius resol.* 113. *n.* 48. *Rot. decis.* 504. *n.* 9. *p.* 3. *lib.* 3. *diversor.*

48 Lim. 10. quòd licet præscriptio statutaria habeat tantùm locum in actionibus personalibus, & hypothecariis, quæ personalibus adhærent, non tamen procedit in reali, & in rem scripta, *Grat. consf.* 41. *num.* 7. *Bald. consf.* 485. *lib.* 1. *Roman. consf.* 201. *n.* 2. *&* 3. *Gabr. consf.* 148. *n.* 8. *&* 9. *Covar. var. resol. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 1. *Ciarlin. resol. forens. cap.* 196. *n.* 53. *&* 54. *Bovius de statutar. præscript. Urbis glos.* 23. *n.* 8. *&* 9. *Gabr. in tit. de præscri-*

præscript. conclu. 8. *n.* 17. *Antonel. de tempore legali lib.* 1. *cap.* 24. *n.* 24. *Fenson. ad statut. Urbis lib.* 1. *cap.* 158. *n.* 20. ubi sæpe ita dixisse *Rot.* patet ex decisionibus per eum relatis, *Rot. decis.* 727. *n.* 5. *p.* 1. *diversor. decis.* 230. *n.* 7. *apud Cenc. de censibus decis.* 9. *n.* 5 *post Pacif. de Salvian.*

49 Hinc est quod non comprehendit actionem realem, quæ competit pro legato, *Fenson. ad statut. Urbis in cap.* 158. *n.* 20. *in fin. lib.* 1. ubi ita firmasse *Rot. in Romana de Parotiis* 20. *Novembris* 1592. *coram Cardinali Blanchetto*; nec etiam comprehendit jus agnoscendi fideicommissum; quia pro fideicom-

50 missi restitutione competit jus reale, ut subdit idem *Fenson. loco citato n.* 21. ubi ita dixisse *Rot. in Romana de Magdalenis* 27. *Aprilis* 1593. *coram eodem Cardinali Blanchetto*.

51 Limit. 11. Ut præscriptio Statuti Urbis in *cap.* 158. *lib.* 1. non habet locum in fidejussore, qui solvit, & habet cessionem rationum, *Achil. de Graf. decis.* 1. *de præscript.* quam sequuta fuit *Rot. in Romana Salviani coram Penia decis.* 9. *n.* 6. *post Pacif. de Salvian.* & expressè excipitur in eodem sta-

52 tuto, quàm etiam in præcedenti in *cap.* 157 *Fenson. ad dictum statut. in cap.* 158. *n.* 55. *& n.* 56. ampliat quòd hoc etiam procedat in quolibet solvente pro tertio, juxta dictam decisionem *Achil. de Graff. & decis.* 9. *n.* 7. *post Pacif. de Salvian.*

53 Hoc tamen declara, quod dictæ *decis. Achil. & Peniæ* videantur procedere in fidejussore, qui solvit, & habet cessionem rationum, quando agit contra principalem debitorem, secùs autem in fidejussore solvente pro confidejussore, & cessionem reportante contra quoscunque obligatos, si contra eosdem agat, demptâ sua ratâ; nam tunc contra eundem per eosdem confidejussores excipi potest de præsumpta solutione, licet à principali debitore dari non possit, cum tunc fidejussor efficiatur verè creditor, & consequenter comprehenditur sub *statut. Urbis in cap.* 158. præsumente solutionem adversus creditorem negligentem in agendo, ut firmavit *Rot. decis.* 346. *à n.* 14. *usque ad fin.* & signanter *num.* 22. *&* 25. *p.* 6. *in recen.* ex *Bald. in l. per diversas n.* 22. *C. mandat.* ibique *Salic. n.* 14. *Dec. in l.* 1. *in* 1. *lectur. n.* 31. *& in* 2. *lectur. n.* 99. *ff. si certum petat.* ubi de communi, *Roman. consf.* 142 *& consf.* 202. *num.* 1.

54 Imò quod neque fidejussor solvens, & reportans cessionem rationum comprehendatur sub alio *Statuto Urbis lib.* 1. *cap.* 157. excipiente casum fidejussoris solventis si agat vigore cessionis rationum contra alios confidejussores demptâ sua ratâ, nam ab eisdem opponi potest præscriptio statutaria adversus confidejussores, si neglexerit exigere suum creditum, utpote quia statutum non præservat illius jura contra quoslibet debitores principales, sed contra illos, à quibus potest, & debet indemnis conservari: unde statuti verba non conveniunt confidejussoribus, pro quibus fidejussor solvit, & ratio est, quia illi non tenentur conservare indemnem alterum confidejussorem à toto credito, sed demptâ illius portione residuum solvere, *l. ut fidejussor ff. de fidejussor. l. cum alter C. eod. Rot. decis.* 732. *n.* 1. *p.* 2. *in recent. decis.* 190. *n.* 4. *coram Gregorio XV.* ubi *Adden.*

55 Principalis enim tenetur fidejussorem relevare ad omni damno, & sic à portione etiam propria, eum hoc importet conservatio indemnitatis; ac proinde exceptio de principali debitore à statuto sancita firmat regulam in contrarium in alio quovis modo debitore etiam titulo confidejussoris, qui non tenetur ad conservandum indemnem, ad cujus propterea favorem meritò currit statutaria præscriptio, ut firmavit *Rot. decis.* 346. *à n.* 27. *usque ad finem p.* 6. *in recentior.*

56 Limit. 12. ut nec habeat locum statutum Urbis in contractu dotis, nec dotale debitum comprehendit, & expressè excipitur à statuto tamquam privilegiata, & tradit *Fenson. ad idem statutum in cap.* 158. *lib.* 1. *n.* 4. *Maresc. ot. var. resol. lib.* 2. *cap.* 67. *n.* 43. *& seq. Rot. in Romana Salviani* 23. *Martii* 1650. *§. hinc concurrit coram Verospio.* Et de jure

57 communi ad hypothecam dotalem præscribendam requiritur tempus 40. annorum, *Negus. de pignor. p.* 6. *memb.* 2. *num.* 2. *&* 3. *Merlin. eod. tract. lib.* 5. *tit.* 1. *q.* 21. *n.* 36. *&* 37. *Antonel. de tempore legali lib.* 2. *cap.* 71. *n.* 7. ubi ita dixisse *Rot. in Romana dotis & legati* 15. *Januarii* 1620. *coram Manzanedo.*

58 Contrarium verò quòd dos præscribatur spatio decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, tenent *Abb. consf.* 22. *num.* 2. *lib.* 2. *Castr. consf.* 70 *num.* 2. *lib.* 2. *Boer. decis.* 328. *n.* 3. relat. per *Pacif. de Salvian. inspect.* 3. *cap.* 2. *n.* 275. ubi subdit quòd hæc præscriptio currat tam soluto matrimonio, quàm eo constante, quando certum, & notorium est maritum vergere ad inopiam.

59 Sublimit. quoad fructus dotis marito debitus, ob sustentationem onerum matrimonii; nam statuti dispositio est favorabilis ipsi doti, & propterea non extenditur ad ejus fructus, qui non veniunt nomine dotis, *Fenson. ad statut. Urbis in dicto cap.* 158. *lib.* 1. *n.* 46. *&* 47. & ita sæpe dixisse *Rot.* patet ex decisionibus per eum relatis, & ulterius *Card. Mantica decis.* 151. *n.* 4. *Puteus decis.* 88.

decis. 88. *n.* 2. *vers. tamen iis non obstantibus, & per tot. lib.* 1.

60 Limit. 13. ut non procedat, si conventus fateatur debitum, qui propterea erit condemnandus, non obstante statutariâ præscriptione; quia statutum fundatur in præsumpta solutione, quæ excluditur stante confessione in contrarium, *Bos. in tit. de proclam. n.* 16. *Antonel. de tempore legal. lib.* 1. *cap.* 25. *n.* 3. *Rot. decis.* 341. *p.* 3. *lib.* 3. *diversor.* latè *Giurb. decis.* 13. *n.* 4. *&* 5. ubi quòd Senatus condemnavit unum debitorem conventum, qui allegavit se non teneri ad solvendam mercedem, quia præscripsit; secus autem, dixisset, se non teneri, quia soluit, & ad probandam solutionem allegasset statutum.

61 Limit. 14. quod præscriptio statutaria inducta contra Mercatores, Pharmacopolas, & alios artifices, scilicet ut teneantur sua credita petere intra biennium, vel triennium alias præscripta intelligantur, non habet locum, ubi debitor continuavit recipere medicamenta, vel merces ex officina creditoris; etenim ex illa continuatione interrumpitur præscriptio, *Cancer. var. resol. lib.* 1. *cap.* 15. *n.* 8. *& lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 460. *Antonel. de tempore legal. lib.* 1. *cap.* 25. *n.* 27. *Laurent. decis.* 86. *Surd. decis.* 24. *n.* 12. *in fin.* ubi subdit,

62 quod debita annua dicantur tot debita quot sunt anni, puta in salario debito, & distributo in singulos annos, in quo tot sunt debita salaria, quot sunt anni, *l. si Sticum §. Hipulatio ff. de verbor. oblig. l. Senatus §. fin. ff. de donat. causa mort. l. cum in annos ff. de annuis legat. l.* 1. *ff. quand. dies usufruct. le-*

63 *gat. cedat*, & consequenter ad hunc annuum debitum præscribendum tot requiruntur præscriptiones, quot sunt anni, & singula egent singulâ præscriptione, juxta *glos. in l. cum notissimi §. in iis C. de præscript. triginta vel quadraginta annor.* quam sequitur *ibidem Bart.* & communiter Doctores asse-

64 rentes, quòd ubi unum est debitum una præscriptione tollitur, sed quando est annuum, tunc quia multiplex est, tot requi-

65 runtur præscriptiones, quot sunt anni, ut in puncto legati alimentorum tradit *Ruin. cons.* 34. *n.* 6. *& seq. vol.* 2.

66 In Urbe verò Romæ pro pretio rerum Aromatariæ servatur præscriptio quinquennalis, non obstante quavis interruptione, etiam per receptionem partis pecuniarum, aut per dationem aliarum rerum Aromatariæ, & sic per continuationem ex *constitutione Pauli V. super reformatione Tribunal. Urbis in tit. de Protomedico, & Aromatar.*

67 Secùs autem si interruptio sit judicialis, vel aliter quàm per proprios ipsorum libros Aromatarii suum creditum probaverint; nam tunc servanda est præscriptio sexdecennalis juxta dispositionem statuti Urbis, ex *motu proprio ejusdem Pauli V. super declaratione ejusdem reformationis quoad Aromatarios Urbis* incip. *cùm post aliquas*, relat. per *Ridolphin. in sua praxi fo. mihi* 744. & tradit *Antonel. de tempore legali lib.* 1. *cap.* 25. *n.* 26. quam *Pauli V.* declarationem confirmavit *Urbanus VIII.*

68 Et licèt hujusmodi præscriptio quinquennalis videatur localis urbis, habet tamen locum etiam in ejusdem Urbis districtu per quadraginta milliaria, ut subdit *Antonel. de tempore legal. lib.* 1. *cap.* 25. *n.* 29.

69 Limit. 15. ut præscriptio statutaria si interrumpatur per judicialem interpellationem non habeat amplius locum, & non amplius statutaria, sed juris communis præscriptio exigatur, cum actio tunc perpetuetur ad quadraginta annos, juxta *textum in l. fi. C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.* & tradit *Bart. in l. ex hoc edicto ff. de eo per quem facta erit, Corn. cons.* 180. *n.* 5. *Alex. cons.* 227. *n.* 4. *& cons.* 249. *n.* 6. *lib.* 6. *Fenson. ad statut. Urbis in cap.* 158. *n.* 64. *&* 65. *lib.* 1. *Marescot. var. resol. cap.* 67. *n.* 9. *&* 10. *lib.* 2. *Rot. decis.* 225. *n.* 8. *post Zacch. de oblig. Cameral. decis.* 152. §. *nec visum fuit post Fenson. ad statut. Urbis decis.* 86. *n.* 2. *p.* 1. *diversor. decis.* 920. *n.* 3. *& decis.* 926. *n.* 1. *coram Cardinali Seraphino.*

70 Sed quia circa hanc conclusionem Rota variavit, ut fuit dictum in *Romana pecuniaria* 10. *Junii* 1624. *in §. quoniam pro responsione coram Merlino post Fenson. ad statut. Urbis decis.* 152. ideo ad concordiam reducendas decisiones, quæ inter se repugnare videntur, distinguendi sunt sequentes casus.

71 Primus enim casus est quando præscriptio fuit interrupta per simplicem citationem, & judicialem, aut extrajudicialem interpellationem, quam statutum ipsum disponit sufficere ad interruptionis effectum, & tunc non perpetuatur actio secundùm jus commune ad triginta, vel quadraginta annos, sed à die ipsius interpellationis nova inchoatur præscriptio per alium sexdecim annorum cursum, *Bart. in l. ex hoc edicto n.* 5. *ff. de eo, per quem fact. erit*, ibique *Castren. n.* 4. *Jas. n.* 3. *Alex. n.* 11. *So. cin. n.* 23. *Imol. in l.* 2. §. *si etiam reus n.* 23. *ff. pro emptor. Corn. cons.* 180. *in fi. lib.* 2. & in terminis *statuti Urbis Marescot. var. resol. lib.* 2. *c.* 67. *n.* 10. *Bov. de statut. Urbis præscript. glos.* 21. *n.* 15. *Rot. decis.* 718. *n.* 3. *&* 6. *coram Cardinal. Seraphin. decis.* 152. §. *primus casus post Fenson. ad statut. Urbis*, quæ est *coram Merlino decis.* 124. *n.* 5.

72 Et quòd præscriptio statuti Urbis *in cap.* 158. *lib.* 1. inducta in odium creditoris negli-

gentis

gentis suum exigere creditum, interrumpatur etiam per extrajudicialem interpellationem, & quovis modo appareat, creditorem noluisse remittere jus suum, tradunt plenè *Fenson. ad supradictum statutum n.23. & seq. Maresc. ot. var. resol. lib.2. cap.67. n.10. Barat. decis.8. n.1.* ibique *Ferentil. in annotat. n.9. Merlin. decis.124. n.5. Rot. decis.515. n.16. & per totam p.4. tom.2. & decis. 21. n. 9. p.18. tom.1. recent.*

73 Et quando præscriptio interrumpitur contra unum ex correis debendi suffragatur, & interrumpitur contra omnes, ad *textum in l. fin. C. de duobus reis, Bart. in l. si quis pro reo 38. n.6. de solut. Cancer. var. resol. in tit. de præscript. n.41. Hering. de fidejussor. cap.20. ... 12. n.15. & 16. Thesaur. decis.203. per tot. Puteus decis. 500. lib.2. in correct. Barat. decis.8.* ibique *Adden. n. 12. & decis.452. n.3. & 4. Rot. decis.21. n.12. p.18. tom.1. in recent.*

Secundus casus est, quando ultra simplicem interpellationem deventum fuit ad litis contestationem, vel ad aliquem actum merita causæ respicientem, qui in causis ordinariis litis contestationem sequi consue-
74 verit, is autem in causis summariis in quibus lis formiter non contestatur, vim contestationis habet, *Cardinalis in Clementina constitutionum §. fi. in fin. de electìon. Corn. cons.180. n.5. lib.3. Cardinal. Seraphin. decis.920. n.3. Rot. decis.1. de litis contest. in*
75 *novis.* Et hoc casu si actor propter aliquos supervenientes casus litem conficere impeditus fuerit, cessat statuti dispositio, ipsaque actio perpetuatur ad quadraginta annos; quoniam tunc creditor non censetur neglexisse, nec præsumi potest de ejus credito satisfactum fuisse, cum ex justa causa non fuit in ejus potestate litem ad debitum finem perducere, ut indecisa coram Iudice remanserit, ad *textum in l. final. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* & docet *Bart. in l. ex hoc edicto n.5. ff. de eo per quem fact. erit*, & alii allegati per *Corn. cons.180. n.5. Bon. de statutar. Urbis præscript. glos.21. n. 5. Maresc. ot. var. resol. lib.2. cap.27. n.9. & 10. Rot. decis.152. §. secundus casus est post Fenson ad statut. Urbis*, ubi reprobantur *Baldus in cap. non liceat de præscript. in fine & Alex. in cons.227. n.4. & in cons.249. n.6. lib.6.* contrarium sentientes.

76 Tertius casus est quando creditor post litis contestationem propter meram negligentiam ad litis prosecutionem, ejusque expeditionem minimè devenire curavit, & hoc casu licèt ex litis contestatione interrupta fuerit præscriptio; tamen actio non perpetuatur, sed nova statutaria præscriptio inchoatur, eàque completâ meritò intrat satisfactionis præsumptio à statuto inducta, cùm non sit credendū quòd nullo interveniente impedimento litem continuare, & suum exigere non curaverit, nisi fuisset satisfactus: ita *glo. in c. placuit il secundo in verb. interrupta vers. & tamen tantum 16. q.3* per *textum* argumento à contrario sensu *in l. fin. C. de præscript. triginta, vel 40. annor. Roman. in l. ex hoc edicto in principio n.6. vers. est hìc unum dubium ff. de eo per quem fact. Jas. in §. pœnales quoque n. 134. instit. de action. Abb. in cap. illud n.24. vers. & inde ad limitationem de præscript. Soccin. sen. reg.134. in 2. fallentia. Curt. senior de sequest. q.2. n.57. Rot. decis.152. §. tertius casus post Fenson. ad statut. Urbis.* Et in his terminis intelligenda sunt tradita per *Marescot. var. resol. lib.2. cap.67. n.8. & 9. & per Merlin. de legit. lib.5. tit.4. q.10. n.20. & 21. & Rot. in dec.6. n.1. & 3. p.3 in recen.* & per alios allegatos per *Antonel. de tempore legal. lib.2. cap.107. n.6. & lib.1. cap.25. n.33.*

77 Quartus casus est quando post litis contestationem debitor agnoscens non fovere bonum jus, vel liti cessit, vel debitum fassus fuit, aut terminum suscepit ad solvendum, aut creditor favorabilem sententiam reportavit, aut rem judicatam, vel mandatum executivum obtinuit, & postea idem actor tacuit per sexdecim annos, & tunc præscriptioni statutariæ locus est, quæ debitori suffragatur, cum tunc magis arguatur negligentia, cum nihil superesset pro credito consequendo, quàm ipse actus exequendi, & nihilominus creditor neglexit ulteriorem diligentiam facere: ac proinde meritò inducitur præsumptio satisfactionis, & solutionis; adeout non ampliùs considerari possit mala fides, prout à Statuto nec consideratur in publicis instrumentis etiam juratis, quæ faciunt probationem probatam, si creditor per sexdecim annos fuerit negligens in petendo & exigendo juris remediis suum creditum, ut pulchrè firmavit *Rot. decis.346. n.8. & 9. p.6. in recent.* & magistraliter *in Romana pecuniaria coram Merlino dec.124.* repetita post *Fenson. ad Statutum Urbis decis. 52. vers. quartus est casus*, in quibus aliæ decisiones allegantur.

78 Ad præsumendam solutionem, & creditum præscribendum licèt sufficiat cursus decem annorum in apocis privatis, & sexdecim in publicis instrumentis etiam juratis,
79 ex Statuto Urbis: nihilominùs coadjuvari potest aliis urgentibus præsumptionibus, & conjecturis; quarum prima desumitur ex qualitate personæ creditoris, ut si fit negotiator, Mercator, & similis, & consequenter non est credendū tamdiu sui crediti exactionem distulisse, ita *Paris. cons 82. n.26. lib.1.*

lib.1. & conf.137. n.3. lib.4. Rot. decis.152. vers. in proposito verò post *Fenson. ad Statutum Urbis*, ubi præcipuè si mercator passus sit jacturam in mercibus ex infortunio, *Alex. conf.183. num.19. vers. hanc partem lib.6. Afflict. decis.13. n.15. vers. quia respondetur*:

80 Secundò deducitur quando creditor est diligens exactor; nam sicuti in exigendis aliis creditis maximam adhibuit diligentiam, eandem adhibuisset in exigendo posterius creditum, & si non adhibuit, præsumitur persolutum fuisse, ut arguit *Afflict. decis.13. n.29. Paris. conf.82. n.27.* & latius *in conf.137. n.13. vol.4. Mascard. de probat. lib.3. concl.1325. n.28. Surd. decis.105. n.2.*

81 Tertia conjectura resultat ex maxima diligentia adhibita in procurando cautionem de stando juri, & judicatum solvendo, vel in reportando tres conformes, & ad expensarum taxationem devenire curando; ideo stante dicta diligentia, non est præsumendum, quòd fuerit negligens in procurando effectualem mandati executionem, *Rot. dicta decis.152. §. secunda conjectura* post *Fenson. ad Statut. Urbis*.

82 Quarta conjectura elicitur, quando debitor egit contra creditorem, & creditor non opposuit compensationem, ad tradita per *Natt. in conf.358. n.13. col.2.* & per *Bertaz. in conf.118. n.17. Mascard. de probat. lib.3. concl.1325. n.29.*

83 Quinta conjectura arguitur ex qualitate debitoris si sit locuples, & solvendo, & stata die, quo debebat, solvere consueverit, sine maximo incommodo, *Surd. decis.105. n.1.* ubi allegat *Paris. in conf.83. n.29. vol.1. Simon. de Pret. conf.98. in princip. Bertaz. conf. civil.118. n.13.*

84 Sexta conjectura desumitur si creditor, vivo debitore, petere poterat, vel mandati executionem distulit in tempus, quo principalis debitor, & etiam fidejussor de veritate informati mortui sint, agendo contra hæredes minimè instructos, & quibus cognitæ non sunt exceptiones eorum antecessoris competentes. Vel etiam quando tandiu distulit agere, ut debitori, seu adversario perierint defensiones; ita *gloss. in Clement. sæpè 9. quia in verbo non obstante in fin. de verbor. significat. Afflict. decis.13. num.21. vers. nona conjectura, & decis.58. in fin. Paris. conf.83. n.27. lib.1. Menoch. lib.2. præsumpt.91. sub n.71.* ubi refert celebrem locum apud *Ciceron.* in oratione pro P. Quintio, *Puteus decis.245. n.2. lib.2. Rot. decis.152. § quarta denique* post *Fenson. ad Statut. Urbis*.

85 Solutio igitur tanquam quid facti licèt sit probanda per debitorem, ex cumulatis per *Gabr. in tit. de probat. conclus.6. in 1. limit. n.15. & seq. Gregor. XV. decis.480. num.3.*

86 Tamen præsumptionibus, & conjecturis dicitur probata solutio, & passim ad eam probandam admittuntur, *gloss. in l. si Chirographum ff. de probat. Ruin. jun. conf.407. n.12. lib.4. Paris. conf.137. n.12. lib.4. Bursat. conf.33. n.26. Bertaz. cons. civil.118. n.1. Mascard. de probat. lib.3. concl.1225. n.26. Gratian. discept. forens. cap.581. n.3. & cap.860. n.6. & disceptat.966. n.32. Surd. decis.105. n.10. Rot. decis.292. n.3. p.2. recent.*

Census quibus modis extinguatur etiam non numeratâ pecuniâ.

SUMMARIUM.

1 Census extinctio fieri debet per actum retrosimilem.
2 Fieri potest in pecuniâ numeratâ, & etiam in alia specie æstimata, & n.3.
4 Pretium dicitur quid quid datur in recompensationem rei venditæ.
5 Census extingui potest per compensationem debiti puri, & liquidi. Declara, ut in n.6. & 7. & n.12.
8 Et dissidicta non est necessaria si compensatio fiat de consensu partium.
9 Imò per compensationis oblationem census extinguitur ipso jure, & n.10.
11 Compensatio habet vim solutionis.
13 Census per compensationem non extinguitur, si sit præscripta certa forma, puta si pecuniæ essent depositandæ ad effectum reinvestiendi.
14 Dominus census regulariter non cogitur recipere sortem in alia specie, quàm in pecunia, secùs justâ concurrente causâ.
15 Census an extingui possit ab hærede cum beneficio legis, & Inventarii per traditionem bonorum hæreditariorum, remissivè.
16 Census fructus non ampliùs currunt, si extinguatur per aliam speciem, quàm per pecuniam numeratam.
17 Census extinguitur per fundi evictionem, secùs si remaneant alii fundi capaces, n.18.
19 Census fructus non ampliùs debentur secutâ fundi evictione. Limit. ut in n.20.
21 Census debitor tenetur ad interesse etiam ex contractu nullo, quando expressè ad illud se obligavit præcipuè in forma Cameræ, n.22. & n.23.
24 Idem quando pretium census fuit verè, & cum effectu conversum in impositoris utilitatem, & n.25.
26 Et ad hunc effectum interesse quando dicatur liquidum.
27 Census si bonâ fide fuit impositus, & fundi evictio secuta sit ignorante creditore, qui liberum reputabat, tunc debentur fructus, secùs datâ scientiâ creditoris, n.28.
29 Census nulliter impositi fructus quando debeantur, affertur distinctio, & n.30.
31 Census extinguitur si, qui imposuit, efficiatur hæres illius, qui emit.
32 Limit. si hæres adiverit hæreditatem cum beneficio legis, & inventarii.
33 Per aditionem hæreditatis cum beneficio legis, & inventarii actiones non confunduntur.
34 Hæres cum beneficio legis, & inventarii habetur tanquam tertius, & facit censeri hæreditatem jacentem.
35 Census extinguitur pro parte, vel in totum, si fundus in parte, vel in totum pereat, & n.36.
37 Ita etiam si fundus reddatur infructiferus non temporaneè, sed perpetuè, n.38.
39 Perfectâ venditione, periculum rei venditæ spectat ad emptorem.
40 Dominus census si ejus periculo non esset suppositus, esset manifesta usura.

41 Census

41 Census perempto fundo extinguitur tam quoad obligationem restituendi sortem, quàm solvendi fructus.
42 Idem si fundus reddatur infructiferus, & pactum in contrarium redditur illicitum, 45.
43 Census impositio fit contemplatione fructuum ex fundo recolligendorum, & sub hac tacita conditione, n.44.
46 Pactum quòd census impositor teneatur colere facere fundum, non est illicitum.
47 Census destructo fundo ita perimitur, ut, si reædificetur, non reviviscit, & dantur casus.
48 Ampl. ut finiatur etiam fidejussoris obligatio, secùs autem ex subrogatione alterius fundi, n.49.
50 Census peremptâ re, vel si infructuosa reddatur facto Principis, etiam extinguitur.
Factum Principis habetur pro casu fortuito, ibidem.
51 Sed si pereat facto, voluntate, vel culpâ ipsius domini, aut infructifera reddita, debentur fructus Census. Contrarium, n.52. Declara ut debitor conveniri possit ad id, quod interest, vel ad constituendum alium censum, n.53.
54 Census debitor si destruat molendinum censui suppositum effectum inutilem propter mutationem cursus aquarum, perit census.
55 Census impositus super vinea, si vites arescant, perit census, secùs si vites aliquæ sublatæ sint, vel si postea repullulent.
56 Et saltem Census sustinetur super solo, si fructus reddere possit.
57 Vineæ in Emphyteusim concessæ si vites arescant Emphyteusis remanet in solo.
58 Amplia, ut prædicta habeant locum etiam in Olivetis, Castanietis, & similibus.
59 Census ut non dicatur extinctus, sufficit, quòd res habita sit fructifera, licet actu fructus non percipiantur.
Et declaratur desuper Bulla B. Pii V. ibidem.
60 Census impositus super re de sui natura fructifera, licèt actu fructus non ferat, sustinetur.

ADNOTATIO III.

1 Licèt regulariter census extinctio fieri debeat per actum retrosimilem, scilicet per realem, & effectualem pretii solutionem, *Felician. de solis in suis commentar. de censib. tom. 2. lib. 4. cap. unico n. 12. vers. qualiter, Cenc. eod. tract. de censib. q. 103. n. 4. 13. & 14. & post eundem Rot. decis. 61. n. 1. decis. 77. n. 1. decis. 114. in fi. dec. 204. n. 3. & 4. decis. 182. n. 1. decis. 247. n. 4. decis. 272. n. 2. decis. 518. n. 1. & in recent. decis. 214. n. 13. p. 18. tom. 1.*

2 Non tamen prohibetur quin ejus redemptio, & extinctio fieri possit aliis æquivalentibus actibus, & non solùm in pecunia numerata, sed etiam in alia specie æsti-
3 mata, cùm pretium solvi possit in qualibet specie æstimata, *l. pretii* & ibi *glos. C. de*
4 *rescindend. vendition.* ita quidquid datur in recompensationem rei emptæ illius pretium dicitur, ita *Cenc. de censib. q. 103. n. 15. vers. dixerit non fieri extinctionem, & q. 108. n. 1. & plurib. sequen.* & *post eundem Rot. decis. 126. n. 7. decis. 186. n. 8. & decis. 351. n. 2. & decis. 250. n. 7. p. 18. tom. 1. recent.*

Ultra igitur extinctionem census per acquisitionem fundi censiti, ut in præcedenti
5 decisione doctum fuit, extingui etiam potest per compensationem debiti puri, & liquidi, ex traditis per *Navar. in tract. de usur. sub n. 124. vers. trigesima nona quæstio, Roderic. de annuis reddit. lib. 2. q. 18. Molin. de justitia & jure tract. 2. disp. 394. n. 7.* latè *Cenc. de censib. q. 88. n. 6 sub vers. contrarium tamen, & q. 103. n. 15. vers. censum extingui etiam*, & *post eum Rot. decis. 516. n. 3. & in Romana Salviani 18. Martii 1650. coram Bichio sub §. minus obstat, & in Romana fructuum census 17. Martii 1653. coram eod. in §. ideo domini*, & rursus *decis. 354. n. 14. & 15. p. 5. tom. 1. decis. 148. n. 1. p. 6. in recent. & decis. 354. n. 1. & seq. ead. p. 6. decis. 214. n. 13. p. 18. tom. 1.* & tradit etiam *Salgad. in Labyrint. creditor. p. 1. cap. 22. n. 34. & 35. & post eum Rot. decis. 74. n. 2.* & rursus *decis. 3. n. 17. p. 9. tom. 1. in recent.*

6 Non tamen per compensationem census extinguitur ipso jure, sed postquam debitor census declaravit domino census se velle censum redimere, compensando creditum suum cum pretio census; adeout ad hunc
7. effectum requiratur judicialis, vel saltem extrajudicialis debitoris declaratio; quia potest debitor nolle censum extinguere, sed pecunias sibi debitas in alios usus erogare, *Pereg. consil. 107. n. 3. lib. 2. Cenc. de cens. q. 88. sub n. 6. vers. contrarium*, & magis clarè *q. 108. n. 4. Molin. de contract. disp. 560. sub n. 7. Roder. de annuis reddit. lib. 2. q. 18. n. 9. & seq. Rot. in* Romana *census 13. Maii 1630. coram Merlino*, quæ est *post Cenc. de censib. decis. 528. n. 20. & in alia Romana census 10. Iunii 1641. coram Cardinali Cerro §. minus & in Romana Salviani 18. Martii 1650. coram Bichio §. minus obstat.*

8 Sed si compensatio fiat de consensu partium non est necessaria aliqua disdicta, *Boccac. de censib. p. 2. n. 94. Rot. decis. 354. n. 5. p.*
9 *5. tom. 2. recent.* Imò per compensationis oblationem quòd census extinguatur ipso jure, tradit *Felician. de solis in suis commentar. de censib. tom. 2. lib. 4. cap. unico n. 13. Cenc. de censib. q. 108 sub n. 4. vers. qua oblatione, & post eum Rot. decis. 516. n. 2.* &
10 censuarius cogitur invitus compensare,
11 cùm compensatio habeat vim solutionis, ad *textum in l. si debitor ff. qui potior. in pignor. habeant. l. amplius ff. rem rat. haber.* & hanc opinionem amplexa est *Rot. decis. 354. n. 3. p. 5. tom. 1. recent. decis. 289. per tot.* & præcipuè *n. 3. decis. 292. per tot. decis. 166. post Cenc. de censib.* faciunt tradita per *Seraphin. decis. 1333. n. 2.*

12 Undè est perinde ac si emptor solvisset, puta scuta centum, in causam emptionis venditori, & deinde venditor totidem in causam extinctionis census numerasset censuario, ut ad litteram probat *textus in l. singularia ff. si certum petat.* ibi — *ut eum ex causa mandati pecuniam mihi debeas, &* conve-

*conveniat ut crediti nomine eam retineas, videtur mihi data pecunia, & à me ad te profecta – l.3.§.sed si debitorem ff. de donat.inter virum,& uxorem,l.illud ff.de acqairend. hæreditat. Castren.conf.165.n.4. verf. quod patet lib.2.Cost. de retrotract. caf.27, cap.8. n.2.*Rot.*in Romana domus* 24.*Januar.*1650. §.*in casu*, & §.*seq. coram Bichio*, & *in Romana fructuum census* 17.*Martii* 1653.§.*hoc autem coram eodem.*

13 Limit. supradictam conclusionem, quando in extinctione census sit præscripta certa forma, scilicet quòd pecuniæ depositentur ad effectum reinvestiendi; nam si non constat de observantia præfatæ formæ gratis, allegatur compensatio; ita ut census per compensationem minimè extinctus dici possit, *Roder. de annuis reddit. lib.* 2.*q.* 15.*n.* 89. *Surd.conf.*246.*n.*21,*Gratian.discept. forens. cap.*45.*n.*2.16.& 29. *Amat.decis. Marchiæ* 50.*n.*13.*Ginrba decis.*79.*n.*45.& 46. *Rot.in Romana fructuum census* 22.*Junii* 1646,*coram Cardinali Cerro* §.*obitum*, relat. *in Romana Salviani* 18.*Martii* 1660.§.*fin. coram Bichio.*

14 Regulariter verò Dominus census non cogitur invitus recipere in extinctionem census pretium in alia specie, quàm in pecunia numerata, secùs justâ, & legitimâ concurrente causâ,ut latè comprobat *Cenc. de censib. q.*108. *à n.* 8. *cum plurib. seq.* in

15 quibus discutit articulum, an hæres debitoris census cum beneficio legis, & inventarii possit censum extinguere, dando in solutum bona hæreditaria.

16 Quoties enim domini consensus accedat, census extinguitur, quamvis actus retrofimilis numeratæ pecuniæ non intercedat, ex consignatione alterius speciei sive æstimatæ, sive in solutum datæ; cùm talis extinctio non reprobetur à jure; adeout à die consignationis subsecutæ fructus ampliùs non currant, ad *textum in l. satisdatio ff. de solut.* & *in l. si rem* §. *omni ff. de pignorat. action.* *Navar. in comment.de usur.n* 37.*q. n.*123. *Salgad. in labyrint. creditor. part.*1. *cap.*22.*n.*34.& 35. & post eum *Rot.dec.*74. *n.*2. *Cenc. de censib. qu.*108. *n.*1. & *seq.* & penes eum *Rot. decis.*126.*n.*7.*decis.*186.*n.*8. *decis.*351.*n.*2.& *in recent. decis.*148.*num.*2, & 3.*p.*6.

17 Extinguitur pariter census eo ipso quòd fundus censualis evincatur, ut si avocetur per creditores anteriores, & tantum durat, quousque fundus ex causa necessaria prioris hypothecæ evincatur; quia tunc resoluto jure hypothecantis, seu censum imponentis, resoluta quoque remanet hypotheca, seu census impositio, *Bart.* & *Angel. in l. si res ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solvat. Tiraqu. de retract. convent.* §.5. *gloss.unica n.*11. *Boccac. de censib. p.*2. *n.*187. *per tot. Intrigl. super bulla de cens. q.*29. *n.*2. *Petr. de Greg.de censib.q.*5.*n.*9.*Rot.decis.*15.*n.*10. *decis.*548. *n.*... & *decis.*549. *n.*... *post Cenc. de censib. Vrgellen. decis.*449. *num.*2. *Roxas decis.*309.*n.*12. *Duran.decis.*449.*n.*2. *Amat. Dunozet. decis.*159 *n.*2. & *decis.*225. *n.*1. *tom.*1. & rursus *Rot. decis.*29. *n.*1. *part.*9. *tom.*1. & *decis.*197. *num.*5. *part.*15. *tom.*1. *in recent.*

18 Sed si census fuit impositus super diversis fundis, tunc si aliquis ex eis evincatur, & illi, qui remanent, adhuc sint capaces, non extinguitur pro rata fundi evicti, sed in totum remanet consolidatus in fundis non evictis, ad tradita per *Duard. de censib.* §.1. *q.*3. *n.*6. & 10. *cum plurib. seq.* & *n* 30. *vers. nihil pereat*, & post eum *Rot. in Romana Census* 14. *Januarii* 1602. *coram Sacrato*, repetita post *Cenc. de censib.dec.*9. & *decis.*542.*n.*7. *post eumdem Cenc. Rubeus in addition, ad decis.*454.*n.*50. *p.*4.*tom.*2.& *decis.*29.*n.*5,*p.*9. *tom.*1. *recent.* ubi *num.*18. additur, quod hoc casu census remaneat in statu validitatis, & est irredimibilis, prout erat antea.

19 Secutâ igitur fundi evictione vel ad instantiam creditorum anteriorum, vel ex alia legitima causa, fructus census non ampliùs debentur, *Rot. in Romana Vineæ* 26. *Junii* 1651. *coram Roxas* §, *nec dicatur*, secùs

20 autem si census impositus fuerit bonâ fide, & fundus de tempore impositionis liber reputabatur, ejusque evictio secuta fuerit ignorante creditore; tunc enim sicut census sustinetur in præjudicium imponentis ita debentur fructus loco damnorum, & interesse, seu potius non tamquam fructus, sed tamquam damna, & interesse, *Duard. de censib. p.*1. *q.*5, *n.*8. & *q.*7.*num.*43. *Cenc. eod. tract. qu.*19.*n.*41. & *seq.* & *qu.*42.*n.*13. & *seq. Rot. decis.*787. *n.*7. *coram Cardinali Seraphino*, *decis.*449.*n.*15. *coram Vrgellen. decis.*972. *n.*7. *coram Amato Dunozet*, *decis.*309.*n.*12. *coram Roxas decis.*13.*n.*1. *decis.*17.*n.*2. & 3. *decis.*59. *n.*12. & 13. & *in recent. decis.*29.*n.*6.*p.*9.*tom.*1. *Paul. de Rubeis in annot. ad decis.*454. *n.*52. *p.*4. *tom.*2. pariter *in recent.*

21 Quod præcipuè liquidum, & certum redditur, si fuerit expressè in obligatione promissum, nempe in casu nullitatis, seu resolutionis census ex quocunque defectu, vel causa contingente, *Postius resol.*112. *n.*20. *Cenc. de censib. q.*68. *n.*14. & post eumdem *Rot. decis.*139. *n.*8. & *decis.*229. *per totam*, & rursus *Rot. decis.*383. *n.*6. *decis.*787. *n.*1. & 10. *coram Cardinali Seraphino*, latè *in Romana Census* 10. *Junii* 1641. *coram Eminentiss.*

nentiss. Cardinali Cerro sub §. præterea, & in Romana Salviani 20. Martii 1651. sub §. siquidem constat coram Verospio, & in Romana Salviani 19. Junii 1651. §. vel quia fructus coram eod. & decis. 153. num. 1.

22 post 2. vol. consil. Farinac. eoque fortiùs si debitor census in forma Cameræ obligatus reperiatur, ut in extensione hujusmodi obligationis penes Zacchiam ad Gallef. de oblig.

23 Cameral. Postius resol. 112. n. 21. & ratio est quia hoc casu dominus census nihil recipit per modum lucri, sed per modum rei sibi debitæ in solutionem promissi damni, & interesse, Corrad. de contract. quæst. 46. in princ. Rot. decis. 229. per totam post Cenc. de censib.

24 Quinimo si in instrumento census non fuerit facta dicta obligatio de solvendo damna, & interesse, sed pretium census verè, & cum effectu fuerit conversum in rem, & utilitatem venditoris, seu debitoris census, non obstante nullitate contractus, potest dominus census licitè percipere fructus tamquam licitum interesse, si esset probatum, & liquidatum ex ipsomet instrumento absq; alia probatione, & liquidatione, Cenc. de

25 censib. q. 88. n. 15. cum hujusmodi refectio veniat ex legis dispositione, l. Divus ff. qui potior. in pignor. habeant. tamquam accessorium prioris obligationis, idem Cenc. de censib. q. 19. n. 43. & post eum Rot. decis. 58. n. 1. & 7.

26 Interesse verò liquidum, taxatum, ac debitum dicitur in eadem summa, in qua taxatus fuit annuus census, Cenc. de censib. q. 74. n. 6. & post eumdem Rot. dec. 58. n. 7. dec. 61. n. 8. dec. 63. n. 2. dec. 554. n. 10. Cardin. Seraphin. dec. 383. Cardin. Cavaler. dec. 605. in fin. Gregor. XV. dec. 156. n. 8. cum aliis per Postium resol. 112. n. 22. & rursus Rot. in Romana Salviani 20. Martii 1651. §. siquidem, vers. & hujusmodi damna coram Verospio & tradit etiam Duard. de censib. §. 1. q. 7. n. 44.

27 Quæ fortiùs procedunt, si alienatio, vel evictio fundi censiti fuisset voluntaria, vel facta ignorante creditore census; quia tunc nullum præjudicium eidem fieret quoad fructus, vel saltem quoad damna, & interesse vigore actionis personalis; quia aliàs esset in potestate debitoris alienando fundum elusorias reddere actiones instrumenti censualis, ejusque evadere fructuum solutionem, secùs autem quando evictio fuerit necessaria, & creditor sciverit, seu consenserit alienationi, vel evictioni fundi censiti, quia tunc imponens remanet liberatus etiam ab actione personali quoad fructus, aut ad damna, & interesse, licèt non quoad sortem, Navar. de usur. n. 116. vers. 22. latè Ugolin. de usur. cap. 45. §. 4. per tot. relat. per Duran. decis. 449. n. 15. Duard. de censib. §. 1. q. 7. n. 45. Rot. in Romana Salviani 21. Martii 1651. §. siquidem coram Verospio, & in Romana census 28. Martii 1664. §. quamvis enim coram Priolo, & in eadem 2. Martii 1665. coram Emerix, quæ est in recent. decis. 266. n. 12. p. 14. adeout

28 datâ hujusmodi scientiâ, vel consensu creditoris, fructus decurrendi non ampliùs debentur, etiam si promissi fuerint, neque ratione damnorum, & interesse, & quatenus essent soluti, repeti possunt, licèt secùs sit quoad fructus decursos usque ad diem secutæ evictionis, Cencius de censib. q. 119. per totam, Rot. decis. 449. n. 15. vers. tandem non obstat coram Durano decis. 29. n. 6. p. 9. tom. 1. recent. decis. 12. per tot. decis. 228. n. 1. decis. 336. n. 1. decis. 540. n. 1. & 2. decis. 545. n. 2. post eundem Cenc. de censib.

29 Fructus verò ex contractu census nulli an recipi possit, latè disceptatur à Cenc. de censib. q. 88. recurrendum tamen concludit ad distinctionem, quàm consideravit Rot. decis. 787. à n. 11. cum pluribus sequ. coram Cardin. Seraphino, an scilicet nullitas census proveniat ex defectu materiæ, scilicet si impositus fuerit super bonis fideicommisso, & restitutioni subjectis, vel super rebus Ecclesiæ absque solemnitatibus à jure requisitis, & similibus, quo casu declaratâ nullitate census, debetur emptori census interesse non solùm si fuerit expressè promissum, & stipulatum in eventum nullitatis census, Cenc. de censib. q. 88. n. 15. sub vers. ego verò, & post eum Rot. decis. 58. n. 5. vers. præterea, & decis. 389. n. 12. Card. Seraph. decis. 383. n. 6. & decis. 787. n. 1. & 10. sed etiamsi non fuisset expressè promissum, cùm illud debeatur ex legis dispositione ex suprà deductis, Cenc. de censib. dicta qu. 88. n. 15. vers. ego verò in fin.

39 Aut verò nullitas proveniat ex defectu formæ, nempe si in illius impositione, & venditione non fuerit servata forma Bullæ Pii V. scilicet si census imponatur super fundo non libero, & non capace census super impositi, præcipuè accedente notitiâ, & scientiâ emptoris, quæ illum in mala fide constituit; & hoc casu nullum potest consequi lucrum; nam ex propria culpa nemo debet lucrum, & commodum reportare, ut subdit idem Cenc. de censib. q. 88. n 15. vers. secundo verò casu, ex Corn. quem allegat, in consil. 100. num. 11. lib. 1. Natt. consil. 72. num. 18. lib. 1. Magon. decis. Lucens. 33. n. 43.

40 Extinguitur insuper census, & ampliùs non subsistit, si is, qui imposuit, & vendidit censum, efficiatur hæres illius, qui

T 2 emit,

emit, cum confundantur actiones penes ipsum hæredem; adeout non possit quis esse sui ipsius debitor, & creditor, *Rot.dec.*167. *n.*10. *p.*4. *tom.*1. *recent.* ex *Textu*, quem allegat, *in l. si quis pro eo §. item si filius ff. de fidejussor.* & in *l. si uxor C. de bon.auctor. jud. possess.* & ex *Roland. in cons.*31. *n.*59. & 60. *lib.*2.

32 Limita si hæres adiverit hæreditatem cum beneficio legis, & inventarii, quia tunc impediri non potest quin sit satisfaciendus de suo credito super bonis hæreditariis: siquidem per additionem cum beneficio legis, &
33 inventarii actiones non confunduntur, sed separatæ præservantur, *l. fin. §. in computatione vers. si verò ipse C. de jure deliberan.* ibique *Bald. n.*3. & *Jas. n.*1. *idem Bald. in l. si uxor n.*2. *C. de bon.auct. jud. poss.* & in *l. irritum* Cod. *ad l. Falcid. Paris. cons.*69. *n.*161. *lib.*1. *Roman. cons.*26. *ante finem*, & *cons.*276. *n.*2. *Rolan. de inventario §.*10.*est inutilitas n.*3. & 4. *p.*2. *tom.*8. *Phanuc. eod. tract. p.*5. *n.*13. & 15. *tom.*8. *part.*2. *Surd. cons.*7. *n.*31. *Anton. de Amat. var. resol. lib.*2. *resol.*16. *à n.*3. *usq; ad* 7. *Rot. dec.*326. *n.*4. *coram Mantica decis.*5. *n.*7. *tom.*1. *coram Bichio, decis.*528. *n.*1. *p.*2. *decis.*63. *n.*2. *in fin. p.*3. *dec.*114. *n.*22. *p.*4. *tom.*1. *dec.*202. *n.*5. *p.*11. *dec.*82. *n.*3. & 4. *p.*14. *decis.*103. *n.*4. *p.*16. *in recent.* & in *Imolen. usfructus* 18. *Junii* 1649. *§. & parum refert, vers. ea ratione coram Card. Cerro.*

34 Imò hæres cum beneficio legis, & inventarii habetur tamquam tertius, & constituitur in statu primævo, seu præservatur contra hæreditatem ac si non adiuisset, & facit censeri jacentem ipsam hæreditatem, ut notat *Bald. in l. fin. §. in computatione n.*3. & *Jas. n.*4. *C. de jure deliberand. Marescott. lib.*1. *var. resol. cap.*37. *n.*1. *Rot. decis.*151. *n.*1. & 2. *coram Coccino dec.*82. *num.*3. & 4. *p.*14. *recent.* & in *Bononien. residui dotis* 18. *Maij* 1665. *§. unde non urget coram Ottalora.*

34 Extinguitur ulteriùs census vel in totum vel pro parte, prout in totum, vel pro parte contingat perire fundum censui ipsi suppositum, & subjugatum. ex claris verbis *constitutionis* 79. *B. Pii V. super forma creandi census §.*10. quæ concordat cum dispositione juris communis in *l. si fundus §. si res*, & in *l. Paulus §. domus ff. de pignorat. action.* & Doctores contrarium tenentes forsan loquuntur in terminis *constitutionum Martini V. & Calisti III.* relat. in *c.*1. & 2. *de empt. & vendit. inter extravagantes communes*, in quibus non fuit hæc quæstio clarè definita, & terminata, & ratio est quia census debet super certo fundo constitui, quo perempto, perit etiam census, cum remaneat

36 sine subjecto, nec remanere, sicut constitui non potest, super universitate bonorum, vel simpliciter, & indefinitè super bonis constituentis, nec super persona etiam cum hypotheca, & obligatione bonorum, & hanc sententiam docent *Duard. de censib. §. quinto q.*4. *n.*3. & 8. *Redoan. de reb. Eccles. non alienan. q.*17. & *tit. de constitutione annui census in rebus Ecclesiæ n.*47. & 48. *Ludov. Lopez in tract. de contract. lib.*1. *cap.*6. *vers. sit igitur ad quæstionem*, *Aurel. Corbul. in tract. de jure emphyteut. causa* 14. *ob alienat. irrequisit. domino fact. ampliat.*49. *n.*11. *Valasch. eod. tract. de jure emphyteut. q.*32. *n.*16. *Ceval. in suo speculo commun. contra commun. q.*312. *n.*5. & latiùs *quæst.*847. *p.*3. *Joan. Bapt. Lup. ad l.*2. *C. de pact. inter emptor. & venditor. comment.*2. *§.*2. *num.*63. *Azor. instit. moral. p.*3. *lib.*10. *cap.*5. *vers. tertiò quæritur*, cum aliis allegatis per *Cenc. de censib. q.*99. *a.*2. & *pluribus seq.* & *q.*100. *à n.*1. & *seq.* & post eum *Rot. decis.*1. *n.*1. *decis.*88. *n.*4. *decis.*365. *n.*3. *Card. Seraphin. decis.*1418. *n.*2. & *seq. p.*2. & rursus *Rot. decis.*757. *n.*2. *p.*1. *diversor.* & in terminis domus à flumine devastatæ, *Rot. decis.*9. *n.*1. & 2. *decis.*90. *n.*8. *decis.*542. *n.*2. *post eumdem Cenc. de censib.* & in terminis si remaneant reliquiæ domus, & celiæ vinariæ aptæ ad reddendum fructum, quod pro ea parte, etiam collapsâ domo, sustineatur census, *decis.*523. *n.*7. *p.*18. *tom.*2. *recent.* latè *Gaspar Thesaur. quæst. forens. lib.*1. *q.*32. *n.*22. latè etiam *Leotard. de usur. q.*57. *n.*41. *Pacific. de Salvian. inspect.*5. *cap. unico n.*149.

37 Amplia; ut procedat non solùm si res in parte vel in totum chasmate, incendio, ruinâ, alluvione, & similibus casibus pereat; sed etiam si ipsa res, seu fundus census reddatur infructiferus, & sterilis, utpote quia impositio census fit contemplatione fructuū ex re supposita recolligendorum, quorum propterea ratio est habenda, & non rei, vel fundi: quibus cessantibus, cessat etiam census, tamquam impositus sub tacita conditione si fructus nascantur, vel fundus non fiat sterilis; ut apertis verbis disponitur in eadem *Piana constitutione* ibi -- *Postremò census omnes in futurum creandos non solùm re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuosa in totum, vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire*, & docet *Surd. cons.* 162. *a.*17. *lib.*2. *Gaspar Thesaur. quæst. forens. lib.*1. *q.*32. *n.*25. *vers. contrarium tamen*, *Bonacin. in tit. de contract. disp.*3. *q.*4. *puncto unico num.*20. *vers. tertio non potest. tom.*4. *Cenc. de censib. q.*102. *à n.*1. & *seq.* & *post eum Rot. decis.*88 *n.*1.4. & 5. & rursus *decis.*757. *à n.*2. *p.*1. *divers. decis.* 305. *n.*1. *coram Amat. Dunozet.* quam sententiam etiam

etiam firmant, & sequuntur *Juan.de Ligna-*
no in cap. in civitate de usur. Gregor. Lopez
in l.28.glos.9. circa fin. tit. 8.p. 5. Navar.
in tract. de usur. n.74.& 95. Sarmient.se-
lect. lib.7.cap 1.num.29.Stracc. de instruct.
Mercator. cap.15. Guttierez, qui de com-
muni *practicar. quæst. lib.2, q.277. n.7. Fe-*
lician. de Solis de censib. lib.1.cap.4. num.3.
vers. nunc præterea , & cap.9. n.8. vers. non
à conditione, Roman. cons.417.n.6. cum aliis
relatis per *Leotard. de usur.q.57.n.41.*
38 Infructuositas tamen ad hunc effectum
non debet esse temporanea , sed perpetua ,
quæ tantum æquiparatur peremptioni ipsius
substantiæ , ut declaravit idem Beatus Pius
V. de qua *Thesaur.quæst. forens.lib.1.q.32.*
sub. n.26. Cenc. de censib.q.102.n.9.

Quæ optimâ ratione comprobantur, quia
jus census est onus reale cohærens, & anne-
xum rei , quod propterea sequitur fundum ,
ejusque fortunam , ut explicat *Valasc. de*
jure emphyteut.q.32. n.13. Parlador.rerum
quotid. cap.3. n.53. Scort. Theorem 272. ac
proinde perempto fundo , aut ad sterilitatem
perpetuam redacto , cessat obligatio vendi-
toris ; perfectâ enim venditione periculum
39 rei venditæ sicut spectat ad emptorem; adeo
ut si pereat , non venditori , sed emptori pe-
reat absque spe aliqua recuperandi pretium
solutum , *§. cum autem instit. de empt. &*
vendit. l.fin.C.de peric.& commod.rei vend.
l.in emptione §. si emptio ff.de contract. empt.
ita etiam in censu vendito illius periculum ,
si pereat fundus, aut sterilis reddatur,domi-
nus census subire debet, *Cenc.de cens. q.99.*
n.11.12.& 13. ex *Bonacin. Rebel. Ludovic.*
Lopez quos allegat , quibus addo *Leotard.*
de usur. q.57. n.41. circa med. vers. etenim
exploratum est : aliàs enim si non esset peri-
40 culo suppositus dominus census , esset ma-
nifesta usura , & palliatio contractus sub
nomine census celebrati , neque illius justi-
tia posset sustineri in sola personali obliga-
tione , à qua omnino est abstinendum , ne
detur ReipublicæChristianæ amplior usuris
locus , ut animadvertit , & comprobat *Gas-*
par Thesaur. quæst.forens. lib.1. q.32.n. 28.
ex *Castren. in cons.288. lib.1.* & aliis , quos
allegat .
41 Ampiia ut ex præfatis conclusionibus su-
prà firmatis sequatur quòd ad peremptio-
nem fundi censiti extinguatur census non
solùm quoad obligationem restituendi for-
tem principalem , & pretium erogatum in
ipsius census emptionem, verùm etiam quo-
ad obligationem , & actionem exigendi fru-
ctus , seu solvendi annuam pensionem cen-
sualem , cum velle pensionem percipere sine
jure percipiendi , esset absque jure aliena
jura percipere , ut probat *Text. in l.2.C.de*
alluvion. & palud. Cenc.de censib.q.99.n.10.
& post eundem Rot. decis.88. n.6.
42 Quod procedit non solùm si fundus in
parte , vel in totum corruat , vel pereat, ve-
rùm etiam si in totum , vel in parte redda-
tur infructiferus ; nam eodem modo census
extinguitur tam quoad sortem , quàm
quoad fructus decurrendos, *Cenc. de censib.*
q. 102. n.6. vers. quæ conclusio , & *post eum*
43 *Rot.decis. 386. per totam.* Quoniam explo-
rati juris est,quòd impositio census fit con-
templatione fructuum ex re supposita re-
colligendorum ; ac proinde fundus , vel res
supposita de sui natura , & de substantia
contractus debet esse fructifera, ut expressè
44 cavetur in *Pii V.* constitutione ; adeout in
census contractu subintelligatur inesse taci-
ta conditio si fructus nascantur : ita repro-
batis contrarium tenentibus docet *Cenc. de*
censib..q.102.n.2.3.& 4. ubi alios allegat, &
45 *n.5.* subdit quòd illicitum sit pactum quòd
census solvatur etiam si fundus suppositus
46 reddatur infructiferus ; pactum verò quod
impositor census teneatur manutenere fun-
dum , & coli facere , non est illicitum , ita
Cenc.de censib.dicta q.102.n.11.
47 Ampiia etiam quòd collapso , seu destru-
cto fundo , seu re censui supposità , ita cen-
sus perimitur , & evanescit , ut nullatenus
reviviscat , etiam si dominus census eandem
domum suppositam ex diversis , vel ejus-
dem ruderibus & cimentis reædificaret, vel
si ager à flumine , vel stagnantibus aquis, &
paludibus occupetur , & sponte flumen re-
cesserit, & paludes exaruerint ; prout etiam
si flumen mutato alveo per prædium censui
obnoxium fluere cœperit , illudque totum
occupaverit , census pariter extinguitur ,
nec reviviscit, etiam si flumen recedat ;quia
hoc casu ager , vel domus reædificata alia
est , & diversi juris censetur , ut constat in
l.7.§. 5.ff.de acquirend.rer.domin.& docent
Leotar. de usur.q.57.n.43.Pacif.de Salvian.
interdict.inspect. 5. cap. unico n. 153. & seq.
& juxta doctrinam *Jas.in l. jus civile n. 15.*
ff.de justitia , & jure , & clariùs *Ripa in l.*
1.sub n.4. ff. quibus caus.pign. vel hypoteth.
contrah. Navar. de usur.q.25.n.118. Molin.
de contractibus p.2. disp.394.n.3. Joan. Bap-
tist.Leonel.ad Bullam Pii V. de censib.glos.
22. Ugolin.de usur.cap.45. §. 15. n.2.vers.
quoad fundum , Frideric. Martin. de jure
cens.cap.8.n.218.Bonacin. in tit. de contract.
dis.3.q.4. puncto unico n. 29. tom.2.fol. mihi
645. Ludov. de Avend. de censibus Hispan.
cap.60.n.14.& 15. Azor. instit. moral.p.3.
lib.10.cap.16.vers.breviter Thom. Boniusu.
in suo tract. de censib. cap.13. n.3. Cenc. eod.
tract.de censib.q.101.n.6.Rot. decis.1418. n.
4.p.2.coram Cardinali Seraphino,decis.349.
sub

sub n.9.& 10.post Cenc.de censib.

48 Quibus casibus sicut liberatur debitor censûs à restitutione sortis principalis, & fructuum præstatione; ita etiam fidejussoris obligatio finitur per interitum rei, pro qua intervenit, *l.penult.ff.de solut.l.si ex legatis 23.cum seq.ff.de verbor.oblig.l.5.§.quod verò senectute, & l.in rebus in prin.ff. commodat.*latè *Hering.de fidejus.cap.20.§.27. n. 1.Rot.decis.772.n.2. & decis.305. n.1. & 5. coram Amato Dunozetto.*

49 Non tamen fidejussor liberatur ex mutatione, & subrogatione fundi suppositi, cùm census semper remaneat super eodem fundo, ubi à principio impositus fuit in præjudicium impositoris, & fidejussoris; non obstante translatione, quæ tantùm operatur, quoad effectum, & exercitium actionum realium, ut eæ possint, & debeant dirigi contra bona subrogata, & non contra bona liberata, quò verò ad formam, & substantiam census remanet in bonis, super quibus fuit impositus; undè non est necessarius novus contractus, & nova obligatio fidejussoris, ita *Rot. decis.60. n.2.5. & 7. post Cenc. de censib. decis. 60. n. 1. decis. 445.n.1.& sub n.5.coram Gregorio XV.* ibique *Ferentil.in annot.n.7.littera A.Gratian. discept.forens.cap.113.n.18.& cap.450.n.16.*

50 Amplia ut supradicta procedant, etiam si fundus, vel res censui supposita pereat, vel infructifera efficiatur facto Principis, cùm factum Principis habeatur pro casu fortuito *Soccin.in l.quidam n.3.post med.ff.de reb. dub.Cravet.cons.233. n.2.* & firmavit *Rot. decis.305.n.2.& 3. coram Amat. Dunozet.*

51 Sed si res pereat non casu fortuito, sed facto & culpâ ipsius domini, vel ex actu merè voluntario efficiatur infructifera, quòd adhuc debeantur fructus census, ne aperiatur via fraudibus, & ne detur ansa debitori census ad se eximendum ab obligatione solvendi fructus, & restituendi sortem, tenet *Surd.cons.162.n.18. & seq. Gregor. de Valent. Commentar. Theologic. tom.3. dis.5.q. 22.de cens.punct.2. vers. hoc autem intelligi debet, Rot.decis.305.n.2.coram Amat.Dunozet.tom.1.*

52 Contrarium quòd census hoc casu etiam pereat, & extinguatur, deducitur quia census cùm sit jus reale inhærens rei, necesse est ut, re sublatâ, pereat census, ex quo remanet sine fundo, & accidens sine subjecto consistere non potest; ac proinde etiam in hoc casu militet ratio *constitutionis Pii V.in §. postremo*, non obstante dolo, & culpâ possessoris, propter quam res perit, & reducitur ad eum casum, à quo incipere non potest, ita sentiunt *Gomez.de censib. q.5. n. 2. Navar.in suo comment. de usur. n.118. q. 25.Fern.ad Rebel.in suo tract.de oblig.justit. lib.10.q.6.n.18. Salas dub.33. n.8. Leotard. de usur.q.57.n.56.*

53 Declara conciliando supradictas opiniones, quòd licèt, quando fundus pereat voluntate ejus domini, & possessoris, extinguatur census, est tamen ejus domino consultum, vel ut possit repetere pretium census, totumque interesse tam lucri cessantis, quàm damni emergentis, & id quod ejus interest rem dirutam fuisse actione de dolo, seu alia; vel ut cogat dominum fundi, ut alium censum constituat super alia re immobili, & frugifera, tradit *Navar. in commentar.de usur.q.25.ad fi.Sigismund. Scaccia in tract.de commerc. & camb.§.1.q.1. n. 178.Gratian.discept.forens.cap.654.n.1.*ubi alios allegat, & multis similibus comprobat, *& n.7.tom.4.Cenc. de censib. q. 101. n. 18.Leotard.de usur. q.57.n.56. & 57. Federic.Martin.de jure census cap.8.n.221.& seq. Less.lib.de censib.dub.12. n.9. Reginald. lib. 25.cap.31.n.411.Thesaur.quæst.forens.q.33. n.25.*

54 Quando verò fundus perit fortuito, vel absque fraude, & dolo domini fundi, puta si dominus molendini illud destrueret, propter mutationem cursus aquarum inutile, & infructuosum effectum, perit census, & cessat omnis obligatio ejusdem census debitoris, & illa in totum extinguitur, *Gratian. discept.forens.cap.654.n.6.Cenc. de censib.q. 101.n.19.*

55 Prout etiam si vinea censui supposita frigore arescat, ita ut dominus eam iterum plantare cogatur, census corruit, nec ampliùs debetur; secùs autem si vites aliquæ tantùm sublatæ sint, vel si postea vites repullulent quia tunc non concurrit fundi mutatio, & destructio, & idem est si paulatim vinea esset propaginibus innovata; quia tunc semper eadem vinea intelligitur, cùm hujusmodi propaginatio, & vitium innovatio referatur ad ejus culturam, & manutentionem, & non ad destructionem, ad *Textum in l. quid autem 10. n.1. & 7. ff. quib. mod. ususfruct. amittat. & l.83. §.sacram ff.de verbor.oblig. Leotard. de usur. q.57.n. 53. ex Mich. de Anin.lib.de unit.ovil.& pastor.cap.5.n.14.*

56 Quinimo cùm census non solùm super vitibus, & arboribus, sed etiam super solo, quod est ipsius vineæ præcipua, & maxima pars impositus intelligatur, census sustinetur super ipso solo, si ex cultivatione fructus reddere possit, etiam evulsis, & peremptis vitibus, *Leotard de usur.q.57.n.54.& 55.* ubi comprobat exemplo servitutis vineæ impositæ, quæ vitibus sublatis, adhuc in solo sustinetur, *l.13. in prin. ff. de servit. præd.rust.Cepol.de servit.Urb.præd.cap.16. n.1.*

n. 1. Prout etiam si vineæ in Emphyteusim concessæ sint, solum, in quo institutæ sunt, concessum videtur; adeout si vineæ vetustate pereant, vel exarescant, vel excidantur, ipsa Emphyteusis remanet in solo, & in eodem consistit, juxta sententiam *Bald. in l. 1. q. 12. C. de jure emphyteut. Jas. in l. si fundum §. qui fundum in fin. ff. de legat. 1. Dec. cons. 123. n. 45. lib. 3. Cardinal. Mantica de*
58 *tacit. & ambig. convent. lib. 22. tit. 20. n. 4.* quæ etiam in Olivetis, Castanietis & similibus locum habent, ut subdit idem *Leotard. de usur. q. 57. n. 55. in fin.*

59 Ultra quod, ad hoc ut census non dicatur extinctus, sufficit quòd res habita sit fructifera, licèt actu fructus non percipiantur; nam licèt *Beatus Pius V.* voluerit non posse ereari censum, nisi super re, quæ ferat fructus; tamen non fuit de ipsius mente, quòd res illa cum effectu, & realiter fructus ferat; sed dumtaxat quòd ex sui natura sit apta, nata ad fructus ferendos, ut deducitur ex ejusdem constitutione, ibi -- *re sui naturâ fructifera*; ac proinde sustinetur census super fundo, qui actu fructus non ferat, si sit aptus ferre secundùm suam naturam, *Surd. cons. 162. n. 16. vers. dicitur autem, Boccac. de censib. p. 1. n. 27. & n. 100. Cenc. eod. tract. q. 35. n. 10. 11. & 12. Azor. quæst. moral. p. 3. lib. 4. cap. 6. in prin. Rot. decis. 913. n. 5. coram Burat. & dec. 305. n. 4. tom. 1. coram Amat. Dunozet.*

Prænestina Privilegii Fori.

ARGUMENTUM.

SYndici, & Procuratores Monasteriorum Fratrum S. Francisci de Observantia, eorumque filii, & uxores gaudent privilegio fori, alii verò Laici, qui hoc eodem privilegio gaudent, hic recensentur.

SUMMARIUM.

1 SYndiei, & Procuratores Monasteciocum Fratrum S. Francisci de Observantia, eorumque filii, & uxores gaudent privilegio fori in civilibus, & criminalibus vigore Bullæ Clementis VII. quæ refertur n. 2. & in n. 3. & 4. refecuntur resolutiones Sac. Congregationis.
4 Tertiarii simplices in propeiis domibus viventes non gaudent privilegio fori, nec canonis.
5 Secùs si Claustaliter vivant, vel cùm Claustralibus habitent, & Mulieres ultra assumptionem habitus expresso voto cœlibem vitam ducant.
6 Limit. 2. ex consuetudine, & n. 7. si sic præscripta cursu triginta, vel qoadraginta annorum, n. 8.
9 Episcopus non debet concedere inhibitiones, Clericis conjugatis non habentibus requisita.
11 Tertiarius uxoratus non gaudet privilegio fori, nec immunitate ab oneribus.
11 Si tamen habeant requisita, gaudent immunitate ab oneribus personalibus.
13 Non debent subire onera, quæ eorum regulæ adversantur, & quæ sint.
14 Privilegium fori, & canonis potest etiam ex aliqua causa competere laicis.
15 Familia Laica Episcopi gaudet privilegio fori, & n. 16. idem de depositario pignorum, n. 17. & 18.
19 Ampl. in Exactore decimarum Episcopi.
20 Ampl. quod etiam gaudent fori privilegio Notarii, Cancellarii, Fiscales, Satellites, Lictores, & alii Ministri, & n. 22.
21 Cancellarius Mensæ Episcopalis gaudet exemptione ab oneribus personalibus, non autem realibus, & mixtis.
23 Coloni Laici mensæ Episcopalis gaudent privilegio fori.
24 Hospitalarius laicus gaudet privilegio fori, si Hospitale sit auctoritate Episcopi fundatum.
25 Executio fieri non potest contra laicos habitantes pro indiviso cum Clericis absque Episcopi licentia.
26 Datur tamen cautela ut compellantur ad faciendam divisionem.
27 Familia Vicarii Generalis Episcopi gaudet privilegio fori.
28 Limit. quod secùs sit de familia Vicarii Foranei.
29 Familia Laica Vicarii Capitularis gaudet privilegio fori.
30 Prout etiam familiares Prælatorum habentium jurisdictionem, & jura Episcopalia.
31 Prout etiam Familia Laica Episcopi, qui renunciavit loco, & non dignitati.
32 Ita etiam Familia Laica Episcopi titularis, sed subjicitur Ordinario loci, in quo reperitur, n. 33.
34 Familiares, qui adhibentur ad serviendum Monialibus, & ad petendam pro eis eleemosynam, gaudent privilegio fori.
35 Laici assumentes habitum Religiosum, & approbatæ Religioni inservientes gaudent fori privilegio.
36 Famuli etiam Clericorum perpetui gaudent fori privilegio, secùs conductitii. Sublimit. ut ibid.
37 Servi nuncupati Clerici pro servitiis minoribus Ecclesiarum non gaudent privilegio fori, nisi perpetuò sint adstricti.
38 Clerici Salvatici quando gaudeant privilegio fori.
39 Eremitæ an gaudeant privilegio fori, referuntur sententiæ, & n. 40.
41 Eremitæ viventes in Congregatione sub certo modo ab Episcopo approbato, gaudent privilegio fori.
42 Eremitæ testari possunt.
43 Eremitæ deputati ab Episcopo ad servitium alicujus Ecclesiæ gaudent privilegio fori, non autem canonis.
44 Uxor Clerici Orientalis Ecclesiæ in sacris constituti sortitur forum Mariti.
45 Uxor Clerici Occidentalis Ecclesiæ conjugati, si maritus promoveatur ad Sacros Ordines ipsa consentiente, & continentiam vovente, sortitur forum viri.
46 Ita etiam si maritus Religionem ingrediatur, uxore in seculo remanente, & castitatem vovente.
47 Uxor Clerici in minoribus constituti incedentis in habitu, & tonsura, & Ecclesiæ servientis, sortitur forum Clerici, secùs quoad privilegium canonis, n. 49.
48 Uxor etiam de jure civili sortitur forum viri.
Uxores militum sortiuntur forum mariti, ibid.
50 Uxor Clerici conjugati sortitur forum viri ad vitam mariti: secùs eo mortuo.
51 Contrarium, quòd consequatur donec alteri nubat.
52 Concubinæ Clericorum ipsorum forum sortiuntur quoad concubinatum, secùs quoad alia delicta cum laicis commissa, n. 54.
53 Non privilegiatus in materia individua si concurrat cum privilegiato, illius privilegio utitur.
55 Pupilli, Viduæ, & aliæ personæ miserabiles gaudent privilegio fori.
56 Laici non opponentes fori declinatoriam, conveniri possunt coram Judice Ecclesiastico.
57 Episcopus contra laicos potest relaxare mandatum suspectionis fugæ.
58 Judex Ecclesiasticus potest executioni demandare contractus juratos.

DE-

DECISIO CLX.

PRo levi crimine Bernandus Tertiarius Ordinis Reformatorum Sancti Francisci querelatus in Curia seculari sub prætextu quod præfati Tertiarii non gaudeant privilegio fori, auctoritate Judicis laici fuit carceribus mancipatus; sed quia ab eodem opponebatur, se non esse simplicem Tertiarium, sed Syndicum, seu Procuratorem Conventus Sancti Joannis Terræ Pilii, dicti Reformatorum Ordinis, propterea gaudere debere privilegio fori, re ad Me tunc Eminentis. & Reverendis. D. Cardinalis Bichii Episcopi Prænestini Vicario Generali pro declaratione delatâ; gaudere privilegio fori, & excarcerandum esse respondendum duxi.

1 Quoniam Syndici, & Procuratores Monasteriorum Fratrum Sancti Francisci Regularis Observantiæ, & Reformatorum, eorumque filii, & uxores gaudent privilegio fori, tam in civilibus, quàm in criminalibus, & conveniri non possunt, nisi coram Conservatoribus dictorum Monasteriorum, & eorum defectu coram ordinario loci, ex indulto, & privilegio concesso à *Clemente VII.* juxta constitutionem, & Bullam desuper emanatam, inter alias ejusdem Pontificis in *Bullario ex ordine* 19. infrascripti tenoris.

2 *Dum consideramus assiduos labores, & vigilias, quas dilecti filii Syndici, & Procuratores domorum, & Monasteriorum Fratrum Minorum Sancti Francisci Regularis Observantiæ, & Monialium Sanctæ Claræ, Conceptionis, & Annunciationis, Ordinum, & Sororum tertiæ Regulæ Sancti Francisci sustinere non cessent, meritò nos obligant, ut animarum suarum saluti consulamus, ipsosque à quibusvis molestiis, & injuriis sibi pro tempore illatis, quantùm cum Deo possumus, relevemus.*

§. 1. Ideirco uni Syndico, & Procuratori hujusmodi cum illius uxore, & liberis præsenti, & futuro singulæ domui, & Monasterio prædictis pro tempore servientibus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus ipsi, & eorum quilibet omnibus, & singulis indulgentiis, & peccatorum remissionibus, favoribus, & gratiis, quibus Fratres Ordinis Observantiæ prædict. utuntur, potiuntur, & gaudent, seu uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum uti, potiri, & gaudere possint, & valeant.

§. 2. Et insuper in quibusvis causis, & rebus ipsos Syndicum, & Procuratorem concernentibus civilibus, criminalibus, & mixtis, non nisi coram Judicibus Conservatoribus domorum illarum, quarum ipse Syndicus, & Procurator fuerit, de justitia respondere teneatur, auctoritate Apostolicâ concedimus, & indulgemus.

§. 3. Inhibendo sub excommunicationis latæ sententiæ pœna universis, & singulis Judicibus, Commissariis, Ecclesiasticis, & Secularibus quacunque auctoritate fungentibus, ne de causis contra dictos Syndicos, & Procuratores motis, & movendis, directè, nec indirectè quovis quæsito colore, seu prætextu se intromittere quomodolibet, & de cætero audeant, vel præsumant, decernentes quoscunque processus contra dictos Syndicos & Procuratores per alios, quàm per dictos Conservatores in causis dumtaxat contra eos motis, & movendis habendos, & sententias ferendas nullas, & invalidas, nulliusque roboris, vel momenti fuisse, & esse, ac irritum, inane, si secùs super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non ordinum prædictorum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem quòd præsentium transumptis manu publici Notarii subscriptis, sigillo alicujus Episcopi, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quàm extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur si præsentes originales literæ essent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 16. *Aprilis* 1526. *Pontificatus nostri anno tertio.*

3 Pro cujus Bullæ observatione subscriptæ litteræ à Sacra Congregatione immunitatis Episcopo Fani transmissæ fuerunt.

A tergo. All'Illustre, e molto Rev. Monsignor, come Fr. il Vescovo di Fano.

✝ Loco Sigilli.

Intus verò. Illustre, e molto Rev. come Fr.

Nell'ultima Congregazione è stata presa risolutione da questi Eminentissimi miei Signori, che nelle Cause de' Sindici de' Frati di S. Francesco Minori Oss. si deve osservare la Bolla di Clemente VII. S. mem. che concede l'esenzione a i detti Sindici del foro laicale, & in questa conformità potrà V. S. governarsi nella causa del Sindico di Cartocceto luogo di cotesta Diocesi. E qui à V. S.

prego

prego ogni bene. Roma 31. *Maggio* 1639.
Come Fratello
Jo. Bapt. Card. Pampbilius
Francesco Paulucci Secr. della S.C.

3 Et rursus instante Commissario Generali Curiæ Ordinis Minorum Observantiæ S. Francisci: *Sacra Congregatio Immunitatis censuit Syndicos Conventuum Fratrum Ordinis Minorum Observantiæ S. Francisci ex Bulla fel. recordationis Clementis VII. gaudere privilegio fori tam in causis civilibus, quàm in criminalibus, & mixtis ante deputationem, seu institutionem ad officium Syndicatus.* 23. *Maii* 1645.

4 Simplices verò Tertiarii, qui non sunt solemniter professi sub tribus votis substantialibus, nec collegialiter, seu in Congregatione vivant, sed in propriis domibus habitent non gaudent privilegio nec fori, nec canonis, ut sancitum fuit in novissimo *Conc. Lateran. sess.* 11. *in fin. Concilior. tom.* 4. *p.* 2. *pag.* 123. & per *Pium V. constit.* 63. *Gregor. XIII. const.* 35. de quibus *Nicol. in suis flosculis in verbo Tertiariæ n.* 1. *& ex decreto Sacræ Congregationis Concilii* tenoris infrascripti. *Sacra Congregatio censuit Tertiarios, Mantellatos, Corigeatos, aliosque similes, ita demum ordinis, cujus tertiæ regulæ habitum assumpserunt privilegiis potiri, & ab ordinarii jurisdictione exemptos esse si viri collegialiter vivant, seu cum claustra-
5 libus habitant, & mulieres virginalem seu cœlibem, aut castam vidualem expresso voto & sub dicto habitu vitam traduxerint, quemadmodum cavetur constitutione Concilii Lateranensis sub Leone X.*

6 Sed si ex consuetudine hujusmodi Tertiarii aliquid juris quoad fori privilegium acquisierint, consuetudo servanda est: ita oblato supplici libello Sacræ Congregationi Concilii pro parte Baronis Terræ Aprocinæ Lucerinæ Diœcesis fuit resolutum, cujus resolutionis tenor talis est.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii *Tridentini interpretum respondit, hujusmodi viros Tertiarios in Congregatione non viventes privilegiis Ordinis, cujus habitum gestant non potiri, quemadmodum disertè ca-
7 vetur decreto Generalis Concilii Lateranensis; sed si ex consuetudine aliquid juris in hoc acquisierint consuetudinem esse servandam*, de quibus resolutionibus *Fagnan. in* 2. *Decretal. in cap. nullus de foro competen. tom.* 2. *fol. mibi* 62. *secundùm impres. Colonien. à n.* 66. *usque ad* 70. ubi in antecedentibus numeris refert hinc inde utriusque juris interpretum sententias, & tradunt *Filiuc. q.* 4. *n.* 14. *Suar. dis.* 22. *sec.* 1. *n.* 20. *Alter. dis.* 16. *q.* 4. ubi latè comprobat *Carol. de Graff. de effec. Cleric. effec.* 1. *n.* 92. *Bonacin. tom.* 3. *de censur. in particular. dis.* 1. *q.* 16. *sect.* 1. *punct.* 3. *n.* 17. *fol mibi* 103. ubi quòd idem fit de Tertiariis S. Dominici, & alia Sac. Congreg. decreta referuntur à *Nicol. in suis flosculis in verbo Tertiariæ per tot.* Et latiùs ego ipse *decis.* 5. *Annot.* 3. *à n.* 47. *cum sequen. tom.* 1. quibus addo *Pignatel. consult. canon.* 119. *n.* 2. *& per totam tom.* 4. *Novar. de elect. for. p.* 1. *q.* 46. *n.* 3. *Bellet. disquisit. Clerical. tit. de foro personal. Cleric. p.* 1. §. 1. *n.* 41. *& seq. Ciarlin. controvers. jur.*
8 18. *n.* 5. *& seq. lib.* 1. ubi *n.* 24. tenet dictos Tertiarios tunc gaudere, si habeant pro se consuetudinem præscriptam cursu triginta vel quadraginta annorum, quæ propterea probanda est, cùm ex ea adimatur jurisdictio aliàs de jure competens foro laicali, & tribuatur Ecclesiastico: & ita declaravit *Sac. Congregatio Immunitatis in Tudertina* 20.
9 *Decembris* 1667. scilicet Episcopus *non con-*
10 *cedat inhibitionem Clericis conjugatis non habentibus requisita. Et quoad Tertiarios collegialiter non viventes de jure non gaudere.*

11 Ita etiam declaravit in *Tricaricensi* 7. *septembris* 1638. nempe *Tertiarios uxoratos non gaudere privilegio fori, nec immunitate ab oneribus*, de qua *Pignatel. consult. canon.* 119. *n.* 23. *tom.* 4. sed si habent requisita, gaudent
12 immunitate ab oneribus personalibus, ut declaravit *Sac. Congregatio Immunitatis in una Spoletana* 19. *Augusti* 1630. de qua *Jacob. Pignatel. consult. canon.* 6. *n.* 2. *&* 3. *tom.* 4.

13 Non tamen debent subire onera, quæ eorum regulæ adversantur, ut est officium Magistratus, & alia officia publica, & præcipuè compelli ad arma bellica exercenda; quia cum per habiti susceptionem Deo famulari, & servire proposuerint, repugnat, ut secularibus negotiis à bono proposito retrahantur, & consularem habitum gestent diversum ab habitu Tertiariorum Sancti Francisci cenericii coloris, ut expresse cavetur in *constitutione Gregorii IX.* quæ reperitur impressa in *Regula tertiariorum Sancti Francisci p.* 2. *sub. tit. Apostolica privilegia fol.* 6. & penes *Iacob. Pignatel. consult. canon.* 63. *per totam tom.* 2.

14 Privilegium igitur exemptionis fori, & etiam canonis Ecclesiasticis de jure competens speciali privilegio, vel alia de causa potest etiam laicis competere, hinc est quòd familia laica Episcopi gaudet fori privilegio. *Textus est in cap. fin. de offic. Archid.* ubi tenent *omnes Canonistæ*, & de communi testatur *Abbas n.* 6. *Joan. de Montesperel. inter consil. Calcan. cons.* 72. *Bos. in tit. de foro competen. post n.* 127. *Clar. in* §. *fin. q.* 15. *vers. ab hac tamen conclusione, Capyc. decis.* 12. *n.* 1. *Thesaur. decis. Pedemont.* 22. *n.* 6. cum aliis relat.

per *Fagnan. in 2. Decretal. in cap. nullus de foro competen. n. 23. tom. 2. fol. mihi 55. secundum impres. Colonien.* & latiùs *in 1. part. 1. Decretal. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. n. 43. tom. 1.* quibus addo *Gratian. discept. forens. c. 233. n. 1. & 2. cap. 241. n. 9. cap. 340. n. 3. Gavant. in Enchyrid. seu manual. Episcop. in verbo familiar. Episcopor. num. 2. Ciarlia. contro vers. forens. cap. 20. n. 14. & 15. Decian. tract. crim. p. 1. lib. 4. cap. 9. n. 47. & 57 Genuen. in prax. Episc. cap. 9. num. 6 Leon. in Thes. for. Eccles. cap. 11. n. 17. Giurb. cons. 88. n. 1. & 2. Bellet. disquisit. clerical. tit. de favore Cler. real. §. 1. n. 13. & 19. Marta de jurisdict. p. 4. cas. 111. Farinac. in tit. de inquisit. q. 8. n. 46. Ambr. de immunit. Eccles. cap. 22. n. 13. Carol. de Graff. de effect. Cler. effect. 1. n. 128. Mar. Antonin. var. resol. 73. Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg. 107. n. 9. Diana resol. moral. p. 4. tract. 1. de immunitat. resol. 30. per totam, & p. 6. resol. 2. vers. sed prorsus,* ubi copiosè alios allegat *& post 5. part. tit. resol. Sac. Cong.* refert *n. 1.* ita censuisse *Sac. Cong. Episcopor. in una* Regiensi *die* 14. *Febr.* 1581. *& in una Turrit.* 18. *Maji* 1603.

& de Episcopi famulis, seu stafferiis cen-
16 suit *Sac. Congregat. Immunitat. in una Montis falisci 2. Julii* 1647. scilicet *Belardinum, ut dicitur* Staffiero del Vescovo *potuisse arma deferre, nec licuisse Curiæ laicali carcerare, cum gaudeat privilegio fori; ideo Episcopus procedat ad censuras, pro reintegratione violatæ jurisdictionis, & immunitatis Ecclesiæ.*

17 Et de Depositario pignorum Sac. Congr. Immunitat. in una Spoletana *censuit, Depositarium pignorum Curiæ Episcopal. gaudere debere privilegio fori* 10. *Septembris* 1647.

18 Et in alia *Senogallien. censuit Depositarium panarum Mensæ Episcopalis Terræ Montis novi gaudere privilegio fori*.

19 Et de exactore Decimarum Episcopi, eadem Sac. Congregat. in una Bisuntina, *censuit Oratorem uti familiarem Episcopi, nec non uti exactorem Decimarum gaudere debere privilegio fori Ecclesiastici, nec propterea potuisse carcerari à Curia Laicali, & sententiam ab eadem Curia latam unà cum actis esse nullam, si præcesserit notitia, vel notificatio, seu significatoria eidem Curiæ Laicali, quòd dictus Orator esset familiaris, & exactor, ut sup. die 17. Novembris* 1642.

20 Quod extenditur etiam ad Notarios, & Cancellarios Curiæ Episcopalis, ad Fiscalem, Satellites, lictores, cæterosque alios ministros, qui omnes gaudent privilegio, *Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg. 107. à n. 11. usque ad 15. Bonacin. tom. 3. de censur. in particular. in Bulla Cænæ disp. 1. q. 16. punct. 3. n. 7. Gavan. in Enchyrid. seu Manual. Episcop. in verbo forum Episcopale n. 31. Squilan. de privil.* Clericor. *cap. 7. n. 54. Antos. de Marin. resol. quotid. cap. 117. num. 2. Gratian. discept. forens. cap. 340. n. 1. 2. 3.* & ferè *per totum, & cap. 341. etiam per tot.* & ita sæpè censuisse Sac. Congregat. patet ex declarationibus mox allegandis.

21 In Montis Regalis Provinciæ Taurinen. *Sac. Congreg. Immunitatis censuit, Cancellarium Mensæ Episcopalis gaudere exemptione ab oneribus personalibus præsertim sordidis, non autem à realibus, & mixtis, nisi concurrat legitima consuetudo 7. Septemb.* 1638.

22 Et de Baringello Episcopi quòd gaudeat privilegio fori, declarasse Sac. Congregat. in una Sorana 25 *April.* 1614. & 15. *Aprilis* 1615. refert *Diana resol. moral. p. 4. tractat. 1 resol. 30. §. fin.* & rursus in una Camerinen. *censuit scribendum Gubernatori Fabriani cum acri reprehensione, & ut consulet conscientiæ suæ. relaxato sine mora Birruario Curiæ Episcopalis, cum refectione damnorum 9. Martii* 1649.

23 Et quoad colonos laicos mensæ Episcopalis Sac. Congregatio Immunitatis in una Interamnen. *censuit Oratorem, uti colonum partiarium Mensæ Episcopalis gaudere privilegio fori, & cognitionem causæ illius ad forum Ecclesiasticum spectare.* 12. *Augusti* 1642.

24 Et quoad Hospitalarium laicum, quod gaudeat privilegio fori, dum permanet in servitio hospitalis auctoritate Episcopi erecti, censuit eadem *Sac. Congregat. Immunitatis in* Beneventana 16. *Septembris* 1630. & in alia Terræ Ripæ 21. *Martii* 1645.

25 Et quoad laicos habitantes pro indiviso cum Clerico quòd non possit fieri executio realis absque licentia Episcopi, ut censuit *Sac. Congregat. Immunitat. in* Cedognen. 24. *Januarii* 1645. Et si de facto fiat, est nulla; ut censuit eadem Sac. Congregatio in alia *Sorana* per hæc verba — *Sacra Congregat. censuit subhastationem factam super animalibus Oratoris pro oneribus portionis bonorum fratris, cum quo in communi vivebat, fuisse invalidam; ideoque Episcopum procedere debere ad Oratoris reintegrationem* 26. *Augusti* 1636.

26 Sed quia non est æquitati consonum, ut personale Clericorum privilegium extendatur ad consanguineos laicos, datur hoc casû cautela ut compellantur ad faciendam inter ipsos divisionem, ut creditoribus innotescant bona consanguineorum laicorum pro indiviso cum Clericis possessa, ut super eisdem executio fieri possit, & ita sæpe practicavi.

27 Familia insuper Vicarii Generalis Episcopi gaudet pariter privilegio fori, sicut gaudet

gaudet familia quamvis laica ipsius Episcopi, *Joan. Anton. de Nigris in Clement. unica de vita, & honest. Clericor. Squillant. de privileg. Clericor. cap.7. dub.2. n.45. Novar. de electione fori q. 36. sect. 2. Giurba cons.88. n.1. in fin. Gratian. decis. 233. n.19. Bellet. disquisit. Clerical. in tit. de favore Cleric. real. §.1. n.16. in fin. Franc. Marc. decis. Delphinat. 281. in fin. p.1. Barbos. de offic. & potestat. Episcop. allegat. 107. n.15. p. 3. Diana resol. moral. p.3. tract.1. de immunit. Eccles. resol.46. Ciarlin. controvers. forens. cap.20. à n.20. usque ad 25. & in n.33.*

28 Limit. quòd secùs sit de familia Vicarii foranei, cùm non faciat unum tribunal cum Episcopo, ejusque radiis non fulgeat, sicut fulget ejus Vicarius Generalis.

29 Hoc etiam est extendendum ad Vicarios Capitulares, qui ordinarii sunt, & nomine ordinariorum comprehenduntur. Propterea eorum familiares laici gaudent privilegio fori, *Ciarlin. controvers. forens. cap.20. n.31. vers. hoc idem* ex *Sanchez de matrim. lib.3. dis.25. n.10. & dis.29. n.4. & 5.*

30 Ampliatur quoque ad familiam laicam aliorum Prælatorum habentium territorium separatum, & jura Episcopalia, cum potestate jurisdictionis, quæ gaudet privilegio fori, quia hoc privilegium non fundatur in potestate ordinis Episcopalis; ita ut requiratur quod sit familia ipsius Episcopi, sed potiùs dignitatis; undè ipsi ordinarii vocantur, *Diana resol. moral. p.5. tract.1. de immunit. Eccles. resol. 25.* latè *Ciarlin. controvers. forens. cap.20. à n.26. usque ad 31.*

31 Extenditur ulteriùs ut gaudeat privilegio fori familia laica Episcopi, qui renunciavit loco, sed non dignitati; nam licet careat populo, & Clero, non tamen amittit ordinem, nec dignitatem, sed retinet prærogativam, & privilegia Episcopis concessa, ut tradit *Ciarlin. controvers. forens. cap.*

32 *20. n.16. & 17.* prout etiam gaudet familia laica Episcopi titularis, ut tradidi in *decis. 88. Annot.2. n.11.* de quibus Episcopis latè *Barbos. de offic. & potest. Episcop. p.1. tit. 1. cap.6. à n.15. cum sequent.*

33 Sed licèt familiares laici Episcopi titularis gaudeant privilegio fori, conveniri tamen debent coram ordinario loci, ubi degunt, & ab eodem puniendi, & corrigendi sunt, non autem ab Episcopo, seu Archiepiscopo titulari; quia actu nec tribunal, nec jurisdictionem habet, ut declaravit *Sac. Congregat. in una* Regiensi 17. *Januarii* 1628. quam refert *Ciarlin. controvers. forens. cap.20. à n.16. usque ad* 19. *& Diana post part. 5. resol. moral. in tit. resol. Sac. Congreg. n.1. & in ead. p.5. tract.1. de immunit. Eccles. resol.25.* faciunt tradita per *Barbos. de offic. & potest. Episcop. p.1. tit.1. cap.6. à n.15. & seq.*

34 Alii familiares, seu famuli, seu personæ, quæ assumpto habitu religioso adhibentur ad obsequia, & servitia Monialium, & ad petenda pro illis eleemosynam etiam gaudent privilegio fori, *Bonacin. de censur. in particular. tit. de censur. in Bulla Cænæ dis. 1. q.16. punct.3. sect.1. n.18. tom.3.*

35 Prout etiam generaliter fori privilegio gaudent alii laici, qui assumpto habitu monachali sese mancipaverunt obsequiis alicujus approbatæ Religionis sub ejusdem Superioris obedientia, quandiu ita vivunt; nam illo tempore censentur personæ Ecclesiasticæ, sicut censentur Novitii, & similes: Religiosi enim nomine in hac re non solùm veniunt illi, qui professionem emiserunt; verùm etiam illi, qui illius status sunt participes, ut sunt Tertiarii gregatim viventes, ita multis rationibus comprobat *Suar. dis.22. sect.1. n.20.* & ita ex *Navar. cap.27. n.79. vers. octava, Filinc. q.4. n.14. Carol. de Graff. de effect. Cleric. effect. 1. n.92.* cum aliis allegatis per *Bonacin. de censur. in Bulla Cænæ dis.1. q.16. sect.1. punct.3 n.17. tom.3.*

36 Gaudent quoque fori privilegio famuli Clerici perpetui, secùs autem conductitii; & ratio diversitatis est, quia famuli perpetui subjiciuntur Clerici potestati, ut quid quid acquirunt, acquirunt domino, quod non militat in servis conductitiis, hoc tamen limitatur, si Dominus non possit uti suo privilegio, nisi includatur famulus; quia tunc etiam mercede conductus frui debet eodem privilegio, ad *Textum in cap. pennlt. §. cum conceditur de privileg. in 6. Felin. in cap. nullus de foro competen. n.1. vers. tene hanc conclusionem, Joan. Anton. de Nig. in extravag. unic. n.o. vers. adverte de vita, & honest. Cleric. Menoch. de arbitrar. judic. centur.6. cas.592. n.11.* qui alios allegat, & ultimo loco *Fagnan. in 2. Decretal. in cap. nullus de foro competen. n. 20.* & præcipuè *in fin. tom.2. fol. mihi 55. secundùm impresion. Colonien.*

37 Servi verò conducti Ecclesiarum generaliter nuncupati Clerici pro servitiis minoribus ipsarum Ecclesiarum, nempe ut inserviant in celebratione missarum, & aliis divinis officiis, qui cum non habeant primam tonsuram, licèt incedant in habitu clericali, tamen non reputantur Clerici, & non gaudent privilegio fori; secùs autem si perpetuò essent adstricti, & deputati servitio Ecclesiæ, ut declarat *Archidiacon. in cap.2. q.1.* & post eum *Federic. de Senis cons.111. in princip. quæstio talis est n.10.* ita intelligentes jura in *cap. Ecclesiarum servos 11. q.2.* & in

V 2 cap.

cap. judicatum 86. dist. & in l.2. C. de Episcop. & Cleric. Stephan. Aufer. in tract. de potest. secular. super person. Eccles. in 2. reg. n. 36. Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. c. 9. n. 24. Bellet. disquisit. Clerical. part. 1. tit. de favore Cleric. personal. §. 2. n. 2. ex gloss. Abb. & Barbat. quos allegat, latè Fagnan. in 2. Decretal. in cap. nullus de foro competen. n. 17. & 18. tom. 2. fol. mihi 54. secundùm ultimam impressiom. Coloniæ. ubi

38 quoad Clericos salvaticos In Regno Neapolitano refert decretum Sac. Congregat. de mandato Gregorii XV. editum Romæ 10. Calend. Julii 1623. de quibus alibi egimus in decis. 6. annot. 6. n. 56. & 57.

Et ratio est quia temporale servitium, quod hujusmodi servi, & Clerici Ecclesiæ præstant, est modicum, & temporale, non autem continuum, & necessarium: imò terminatis divinis in Ecclesia, reliquo tempore laicali habitu vacant negotiis secularibus; ac proinde non gaudent privilegio fori, latè Jacob. Pignatel. consult. canon. 120. n. 1. & per tot. & n. 13. in fin. ubi de his, qui solùm in accendendis lampadibus, & aperiendis Ecclesiæ januis deserviunt, quod non gaudeant privilegio Clericorum, declaravit Sac. Congregat. Episcop. & Regular. 29. Januar. 1603. Barbos. in cap. nullus n. 10. de foro competen.

39 Quo verò ad Eremitas licèt secundùm unam opinionem veniant sub nomine personarum Ecclesiasticarum; ac proinde subjiciantur Episcopo, & gaudeant privilegio fori; quia non debent esse acephali, ut notat gloss. in cap. nulla ratione 93. dist. & in cap. qui verè in verbo verè 16. qu. 1. & voluerunt Innoc. in cap. cum Monasterium n. 1. de elect. Archidiac. in cap. qui verè n. 3. 16. q. 1. & in cap. 1. n. 1. verb. Eremiticam de exces. Prælat. in 6. Felin. in cap. nullus de foro competen. n. 5. vers. Eremitæ sunt de foro Ecclesiæ, ibique Aret. n. 9. ubi de communi, Boer. in tract. de stat. & vit. Eremit. n. 13. & 14.

40 Contrarium tamen, quia Eremitæ reputantur merè laici, prout ex utero matris exierunt, si postea ex alio superveniente actu non excipiantur à jurisdictione Imperiali, qualis est ordinis receptio, vel assumptio habitus approbatæ Religionis, quæ qualitas eis non tribuitur ex simplici Eremitici habitus gestatione, cùm ad libitum deponere possint, Abb. in cap. nullus de foro competen. n. 10. Gail. de Monte Laudano in Clement. 2. de præben. & in Clement. cum ex eo de sentent. excommun. Petrus de Anchar. in cap. ea, quæ q. 7. de regul. jur. in 6. Calder. consil. 7. in tit. de judic. Stephanus Aufer. in tract. de potest. secular. super person. Ecclesiastic. in 2. regul. n. 37. Bellet. disquisit. Clerical. p. 1. tit. de disciplina Clerical. 2. n. 20. ubi subdit, quòd hujusmodi Eremitæ, qui non vivunt sub regula, vel sub ordine Regulari non deberent ab Episcopis tolerari; quia multotias sunt scelestissimi, & sunt sicut locustæ sine Rege, & sicut acephali, nempe sine capite.

41 Declara conciliando has contrarias opiniones quòd Eremitæ viventes in Congregatione sub aliquo certo modo ab Episcopo approbato, licèt non sint verè, & propriè

42 Religiosi: utpote quia non profitentur aliquam ex Religionibus approbatis; ideoque testari possunt secundùm Archidiacon. in cap. unico n. 1. in verbo Eremiticam de exces. Prælator. in 6. Abb. in rub. de testam. n. 6. Navar. comment. 2. n. 45. Regul. Tamen censentur personæ Ecclesiasticæ, & subjiciuntur jurisdictioni Episcopi Diœcesani, & propterea gaudent privilegio fori, & canonis: ita Silvester in verbo Eremita q. 1. n. 2. & in verb. Ecclesia 1. dicto 6. n. 6. Navar. in manuali cap. 27. n. 79. Fagnan. in 2. Decretal. in cap. nullus de foro competen. à n. 55. usque ad 59. & est de mente Divi Thomæ in 4. sentent. dist. 27. in expositione litteræ, & in 2. 2. q. 186. art. 5. ad 3.

43 Alia insuper est species Eremitarum, qui non vivunt in communi, tamen sunt auctoritate Episcopi deputati servitio alicujus Ecclesiæ, vel Oratorii, & sub ejus obedientia vivunt, qui etiam gaudent privilegio fori, non autem canonis in cap. si quis suadente, Cardinal. in Clement. per litteras n. 10. vers. verius tamen dic de præbend. Ant. de Butr. consil. 19. n. 19. vers. undè ex hoc satis, Joan. Andr. Alex. de Nevo, & alii, quos allegat Fagnan. in 2. Decretal. in cap. nullus de foro competen. n. 61. tom. 2.

44 Uxor Clerici Orientalis Ecclesiæ in sacris ordinibus constituti in omnibus sortitur forum ex persona mariti tam in civilibus, quàm in criminalibus, gloss. 1. in cap. cos 32. dist. in cap. Clericus 11. q. 1. Stephan. Aufer. in tract. de potest. secular. super personis Ecclesiast. in 2. regul. n. 35. vers. uxores verò Clericorum in sacris, Gemin. in cap. unico de Cleric. conjugat. lib. 6. Fagnan. in 2. Decretal. in cap. nullus de foro competen. num. 37. vers. prima conclusio tom. 2. & ante eum Abb. n. 6. vers. quid de uxore Clerici, Alex. de Nevo n. 22. Joan. de Imol. n. 3. vers. & per hoc videtur.

45 Prout etiam gaudet uxor Clerici conjugati Occidentalis Ecclesiæ, si ad sacros ordines promoveatur uxore consentiente, & continentiam vovente, ac in tali ætate constituta, ut de ejus incontinentia dubitari nequeat, juxta Textum in cap. conjugatus, cum

ibi

ibi notatis *de convers. conjugat.* cùm illius
46 cura non sit negligenda; & ita etiamsi Maritus Religionem ingrediatur, & in eadem professionem emittat, uxore in seculo remanente, & pariter castitatem promittente, juxta dispositionem *cap. cum sis*, & *cap. fanè de convers. conjugator.* ita ex *Marian. Soccin.* subdit *Fagnan. in 2. Decretal. in cap. nullus de foro competen n.38. tom.2.*

47 Uxor verò Clerici in minoribus conjugati incedentis in habitu, & tonsura, & Ecclesiæ inservientis, cum eodem Clerico forum sortitur, etiam in criminalibus civiliter intentatis; nam licèt privilegium fori in Clerico descendat à charactere clericali, cum sit de jure divino, *cap. si Imperator* 96. *dist.* & propterea tamquam inhærens personæ ad alios videatur extendi non posse secundùm *Alex. de Nevo in cap. nullus de foro competen.* tamen nihilominus uxor Clerici conjugati gaudet hoc privilegio non ex extensione characteris, sed ex eo quia uxor sortitur forum mariti, ut dixit *Imperator in l. fin. C. de incol. lib.*10. ubi *Mulieres honore maritorum erigimus, & genere nobilitamus, & forum in eorum personas sta-*
48 *tuimus*; adeout si hoc indifferenter procedat in uxoribus secularium virorum, longè magis obtinere debet in uxoribus Clericorum, quæ majoribus privilegiis ratione qualitatis viri decorantur, & sicut servatur in uxoribus militum armatæ militiæ, ut forum viri sortiantur, *l. fin. C. de incol. lib.*10. ita pariter servari debet in uxoribus Clericorum, qui sunt milites cœlestis militiæ, *cap. Christianus* 11. *q.*1. *cap. nullus Episcoporum* 53. *dist. cap. degradatio de pœnis in* 6. & hanc sententiam tenet *Bellet. disquisition. Clerical. p.*1. *tit. de favore Clerici real. §.*1. *n.*27. ex *gloss.* 1. quam allegat *in cap. Clericum* 11. *q* 1. & *Soccin. sen. in cons* 12. *n.*18. *lib.*1. *Abb. in cap. nullus n.*6. *&* 7. *de for. competen. Felin. n.*3. *vers. uxor Clerici*, & ibidem *Fagnan. de communiori, & veriori testatur à n.*41. *usque ad* 44. *tom.*2. *ubi in fin.* subdit, quòd consulta Sacra Congregatione Concilii ab Episcopo Nuscano super resolutione hujus articuli, respondit non esse Congregationis id decidere, sed quæstionem esse solvendam ex dispositione juris com-
49 munis, & *n.*45. quod de privilegio canonis nunquam fuerit usu receptum, ut extendatur ad uxores, cum tantùm sit annexum Clericali charactere, ex *Joan. Andre. Geminian. & Franc.* quos allegat *Cardinal. in Clement. per litteras in* 12. *q. de præbend.*

50 Limit. ut supradicta opinio procedat quandiu vivat Clericus conjugatus, secùs post quam obierit, *Alex. de Nevo in cap. nullus de foro competen.* ibique *Fagnan. n.*44.

51 Contrarium verò quod uxor etiam gaudeat privilegio fori ejus mariti, ut etiam eo mortuo illud illi remaneat, donec alteri nubat, per *Text. in l. filii* §. 1. *ff. de municip.* tradit *Bellet. disq. Cleric. p.*1 *tit. de favore Clerici real. n.*27. *in fi. Socc. sen. cons.* 12. *n.*8. *vol.*1.

Forum quoque Clericorum sortiuntur ip-
52 siorum Clericorum concubinæ, adeout pro perpetrato crimine solus Judex Ecclesiasticus procedere possit, non obstante, quòd concubina Clerici committat sacrilegium, quod est mixti fori; ac proinde procedere posse videatur etiam Judex secularis, secundùm opinionem *Petri de Anchar. in cap. ea quæ in vigesimaquarta q. de regul. jur. in* 6. *& in cons.* 197. *vers. super secundo dubio*, quem sequitur *Joan. de Anan. in rub. de adulter. col. ult. Stephan. Aufer. in tract. de potest. secular. super person. Eccles. in* 2. *reg. n.*34. *in fin. inter tract. commun. tom.* 14. *pag.*396. per *Text. in cap. quisquis* 17. *q.*4. *& in cap. cum sit generale infra eod.* nam cùm causa concubinatus sit individua inter Concubinam, & Clericum, non potest procedi contra eandem, & processus institui, quin tangatur persona ipsius Clerici, quod non permittitur Judici seculari; propterea ratione individuitatis judicii Concubina fo-
53 rum Clerici sortiri debet, juxta vulgatam regulam quòd si non privilegiatus in materia individua concurrat cum privilegiato, illius privilegio utitur, *l. si commun. ff. quemadmodum servitus amittat. & cap. per tuas de arbitr.* aliàs Judex secularis individuandò in processu hujus perpetrati criminis personam ipsius Clerici, eo ipso incideret in excommunicationem latam in Bulla Cœnæ contra Judices, qui se interponunt in causis criminalibus contra personas Ecclesiasticas. Et quamvis in *cap. eos dist.* 32. tribuatur facultas Principibus laicis coercendi Concubinas pro ipso delicto concubinatus cum Clericis perpetrato, tamen hoc procedit ubi Clerici sunt incorrigibiles, ut declarat *gloss. in figuratione casus*, & ita docet *Fagnan. in* 2. *Decretal. in cap. nullus de foro competen. à n.*25. *usque ad* 32. *tom.*2.
54 ubi in *vers. aut quæritur*, subdit quòd in aliis delictis commissis à Concubinis Clericorum cum Laicis si non sint Ecclesiastica, vel mixti fori, & in causis civilibus, subjiciantur Judici laico, qui solus competens est, cùm ex earum delicto nullum commodum reportare debent.

55 Gaudent insuper fori privilegio pupilli, Viduæ, & aliæ personæ miserabiles, & alii
56 Laici non opponentes fori declinatoriam, cum possint prorogare jurisdictionem Judicis Ecclesiastici, qui non est incapax, licèt sit incompetens quoad laicos, nec propterea

Judex

Judex secularis potest prohiberi subditis suis ne litigent, & judicium instituant coram Judice Ecclesiastico, si in eundem consentiant, per *Textum in l. Episcopale*, & *in l. si ex consensu C. de Episcop. audiend.* ubi communiter scribentes, *Bart. in l. 1. §. & post operis ff. de novi oper. nunc. Abb. in cap. 1. de judic. n. 16. & 19.* ibique *Decian. n. 162. Franc. Marc. decis. 82. Gratian. decis. March. 111. n. 15. Osasch. decis. 78. n. 4.* cum aliis per *Bellet. disquisit. Clerical. p. 1. tit. de foro Cleric. personal. §. 2. n. 30. Sperell. decis. 98. n. 33. & seq. Jacob. Pignatel. consult. canon. 153. n. 20. & 21. tom. 1. Rot. decis. 793. n. 1. p. 1. diversor.* & confirmantur prædicta ex declaratione *Sacræ Congregat. in una Montis Falisci, seu Cornetana*, nempe *Sacra Congregatio Eminentissimor. Cardinal. super controversiis jurisdictionali. bus censuit, Episcopum Montis Falisci in Civitate Cornetana posse cognoscere causas laicales pupillorum, viduarum, & aliarum personarum miserabilium, necnon aliorum Laicorum tantùm respectivè, si non opponant fori declinatoriam; alterius eundem Episco-
57 pum posse mandatum suspicionis fugæ contra Laicos ad instantiam Laicorum, aliorumque itidem concedere. Die 26. Februarii 1636.*
Jo: Baptista Cardin. Pamphilius.
F. Paulluccius Secretar.

58 Mandatum enim suspicionis fugæ traditur vigore juramenti præstiti per creditorem, cujus executio etiam ad Judicem Ecclesiasticum spectat, etiam inter Laicos, *Text. est in cap. licèt mulieres de jurejurand. in 6.* & *in cap. fin. de foro competen. lib. 6.* & latè aliis congestis tradit *Jacob. Pignatel. consult. canon. 153. num. 19. & per totam*, & alibi pleniùs traditi.

Noven. Juris administrandi Sacramenta, & Funerandi.

ARGUMENTUM.

Canonico Cathedralis infirmo Sacramenta ministrari debent à Parocho habitationis; & non electâ sepulturâ tumulari debet in Cathedrali, si adsit sepulchrum proCanonicis; sin minùs in sepulchro majorum, sed quarta funeralis debetur Parocho habitationis. Eligens sepulturam in Ecclesia Monialium, an ibidem humari possit, traditur resolutio.

SUMMARIUM.

1 Canonico Cathedralis infirmo Sacramenta ministrari debent à Parocho habitationis, & non à Parocho Cathedralis, & n. 10
2 Ecclesia Cathedralis dicitur Parochia Civitatis, & diœcesis, & est matrix, & omnibus Sacramenta ministrare potest, n. 3.
4 Declara procedere quoad generalem Sacramentorum administrationem, vel quando non est facta divisio Parochialium n. 6.
5 Præceptum annuæ Confessionis, & sumptionis Eucharistiæ omnes fideles adimplere possunt in propria Cathedrali.
7 Parochus habet juris assistentiam quoad jura parochialia exercenda intra limites suæ Parochiæ.
8 Parochiani extremam unctionem, & viaticum tenentur recipere à proprio Parocho.
9 Proprius Parochus dicitur, qui in Parochia domicilium habet.
11 Parochus Cathedralis ultra limites suæ Parochiæ animarum curam exercere non potest.
12 Parochis duobus promiscuè Sacramenta administrantibus limites Parochiæ sunt præscribendi.
13 In Parochiali Ecclesia duo capita esse non possunt, sed unus sponsus, & Rector, cui cæteri subesse debent.
14 Canonicus Ecclesiæ Cathedralis sepeliri debet in Ecclesia Cathedrali, si ibi adsit sepulchrum pro Canonicis, sin minus in sepulchro majorum, & his deficientibus in Parochiali n. 24.
15 Episcopus non electâ sepulturâ, in Cathedrali sepeliri debet; & si extra diœcesim etiam in Cathedrali, vel in Parochia habitationis.
16 Episcopus est caput Capituli & Canonici, tamquam ejus membra, ab eo separari non debent.
17 Canonicus per Canonicatus adeptionem conjugale vinculum cum sua Ecclesia, & Capitulo contrahere censetur.
18 Vidua non electâ sepulturâ, est sepelienda in sepulchro viri, & ultimi viri, si plures habuerit, Ampl. etiam si vidua rediisset ad domum paternam, n. 19. Ampl. etiam si vir fuerit ignobilior, sub n. 20.
20 Vidua retinet dignitatem, & domicilium Mariti.
21 Uxor, si viro superstite decedat, tumulanda est in sepulchro majorum viri, vel ubi vir eligit sepulturam.
22 Limit. si non fuerit cognita, vel traducta à viro, vel divortium fecerint.
23 Filius non electâ sepulturâ, sepeliri debet in sepulchro Patris.
25 Quarta funeralis pro Canonico Cathedralis defuncto debetur Parocho habitationis, & non Parocho Cathedralis.
26 Quarta funeralis debetur propter ministrationem Sacramentorum.
27 Pro cujus consecutione Parochi habent assistentiam juris.
28 Cathedrali Ecclesiæ non debetur quarta funeralis privativè quoad alias inferiores, nisi quadragenariâ præscriptione, vel nisi hoc jus sibi reservaverit in erectione aliarum Parochialium.
29 Quarta funeralis si dubitetur an debeatur Episcopo, vel Parocho, in hoc dubio præfertur Parochus.
30 Quarta funeralis à Parocho peti potest tamquam debitum, & merces laboris, vel condictione ex canone, vel actione ex testamento.
31 Regulares tenentur solvere quartam funeralem Parochis, si fidelium cadavera in eorum Ecclesiis sepeliantur.
32 Corpora laicorum etiam mulierum nobilium sepeliri non possunt in sepultura monialium, etiam si speciale legatum hac de causa reliquerint.
33 In diversa verò sepultura in Ecclesia exteriori sepeliri possunt cum licentia Sacræ Congregationis, & consensu monialium, & si personæ sint benemeritæ.
34 Officium verò circa corpus defuncti spectat ad Parochum usque ad portam Ecclesiæ Monialium; alia verò Officia ad Monialium Capellanum.
35 Refertur decretum Sac. Congregat. Concilii in Tyburtina juris administrandi Sacramenta, & funerandi.

DECISIO CLXI.

SUbortâ controversiâ inter Capitulum, & Parochum Cathedralis, & Parochos Civitatis Novenfis super infrascriptis dubiis.

Primò. An Canonico Ecclesiæ Cathedralis habitanti extra ædes Canonicales in alia Parochia, in infirmitate sint administranda Sacramenta à Parocho Cathedralis, vel à Parocho Domicilii.

Secundò. An Canonicus Cathedralis decedens non electâ sepulturâ tumulari debeat in Ecclesia Cathedrali, vel in Ecclesia Parochiali habitationis.

Tertiò. An pro sepultura Canonici Cathedralis debeatur quarta funeralis Parocho Cathedralis, vel Parocho habitationis.

Quartò. An eligens sepulturam in Ecclesia Monialium possit ibidem tumulari, & cui incumbat officium funeris.

Quibus ad me delatis, & de meo judicio requisitus, assumptâ disceptatione, excitatas controversias ex infra dicendis dirimere curavi.

1 Et quantum attinet ad primum, dicebam Canonico Cathedrali infirmo Sacramenta ministrari debere à Parocho habitationis, &
2 non à Parocho Cathedralis: siquidem licèt Ecclesia Cathedralis dicatur Parochia totius Civitatis & Diœcesis, *Card. in Clement. dudum §. verum de sepultur. Piasec. in prax. Episcop. p.2. cap.3. n.24. vers. circa sextum, Guttier. canon.quæst. lib.1.c.27. n.24. & seq. Ubald. p.1. cap.1. n.5. Lavor. var.elucubrat. tom.1. tit.2. cap.11. num.64. Bellet. disquisit.Clerical. part.1. tit. de bon. Cleric. §.3. n.45.* & insuper dicatur etiam matrix, & aliæ filiales, & dependentes, *gloss. in Clement.1. in verb. matricibus*, & ibi *Card. de privileg. Bellet. loc. citato*. Ac
3 proinde ejus Archipresbyter, seu Parochus omnibus de Diœcesi Sacramenta ministrare valet, *gloss. in cap.2. in verbo subdito de pœnit. in 6. Sanch. de matrim.lib.3.disp.27.n.1. Collet. in margarit. casuum conscientiæ in verbo Sacramentum 2. Barbos. de Canon. & Dignitat. cap.6. n.19. 20. & 21.*
4 Attamen supradicta procedunt, vel quoad generalem Sacramentorum administrationem, præcipuè in tempore Paschatis, ut fideles adimpleant Ecclesiasticum præceptū de confitendo saltem semel in anno, & san-
5 ctissimam Eucharistiam sumendo, quod omnes indifferenter sive Laici, sive Ecclesiastici in Cathedrali adimplere possunt, *Abb. in cap. omnis n.12. de pœnit. & remiss. Guttier. canon.quæst. lib.1. cap.30. n.12. Lavor. elu-*
6 *cubrat. var. tit.*. *cap.11. n.65.* Vel quando non reperiantur factæ Parochiarum separa-
7 tiones per constitutos limites, secùs si adsit hujusmodi separatio, eum tunc generaliter Parochus habeat juris assistentiam quoad jura Parochialia exercenda intra limites suæ Parochiæ privativè quoad alios, per *Text. in cap. dilectus de capel. Monac. cap.statuimus, cap.in sacris 16.q.1.cap.1. & cap.fraternitatem de sepultur. Clement. dudum §.verum tit. eod.* & tradunt Doctores *à me ipso* allegati *in decis.5. num.3.* quibus addo *Rot. decis.257.n.6. coram Merlino dec.391. n.6. p.4. tom.2. dec.124. n.1. p.12. dec.231.*
8 *n.2. p.13. in recent.* ac proinde Parochiani, & Domicilium habentes intra limites alicujus Parochiæ tenentur à proprio Parocho sacri Viatici, & extremæ unctionis Sacramenta recipere, ad *Text. in Clement.1.* ibique *gloss. in princ. vers.colligo aliqua, de pri-*
9 *vileg.* & proprius Parochus dicitur is, in cujus Parochia domicilium habet, & actu inhabitat, *cap. is, qui de sepultur. in 6.* faciunt tradita per *Fagnan. in 1. p.3. Decretal. in cap. significavit de Parochis num.27. 32. & 36. tom.3.*
10 Hinc est quòd Canonicus Ecclesiæ Cathedralis, vel etiam Collegiatæ periculoso morbo laborans, seu in mortis articulo constitutus Sacramenta recipere debeat à Parocho habitationis, & non à Parocho Cathedralis, qui in hoc non reperitur in jure specialiter privilegiatus, ita in puncto censuit *Sac.Congregat. Concilii in una Tyburtina juris administrandi Sacramenta, & fu-*
11 *nerandi die 12. Maji 1685.* quam in fine per extensum referam: Parochus enim Cathedralis ultra suæ Parochiæ limites animarum curam exercere non potest; prout omnes alii Parochi juxta dispositionem *Sacri Concilii Trident. sess.24. de reform. cap.13. Rot. decis.139. n. 5. part.14. in recent.*
12 Quinimo Parochis duobus promiscuè Sacramenta administrantibus, limites Parochiæ sunt præscribendi, ut unusquisque suas oves habeat, & agnoscat, *Rot. decis.139. n.6. p.14. in recent.* cùm in Parochiali Eccle-
13 sia duo capita esse non possint, sed unus sponsus, & Rector, cui cæteri subesse debeant, *Butr. in cap. cum non ignoret 15. n.4.* ubi alii Canonistæ *de præben. Oldrad. consil.67. n.1. Gonzal.ad reg.8. Cancellar. gloss.6.n.47. Lotter. de re benefic.lib.1.q.20. n.141. Gratian. discept. forens. cap.865. n.25. Rot. decis.238. n.7. coram Coccino, & decis.139. n.7. p.14. recent.*
14 Quoad secundum respondendum visum fuit Canonicum Ecclesiæ Cathedralis defunctum sepeliendum esse in Ecclesia Cathedrali, si ibidem proprium, & peculiare sepulchrum pro Canonicis extructum existat, cum non electâ sepulturâ, censeatur decessisse

fisse animo, & voluntate sepeliendi in Concanonicorum sepultura, ejusque defectu in suorum majorum sepulchro: & ita declarasse *Sac. Congregat. Episcopor. in Senogallien.* 13. *Maji* 1650. refert *Nicol. tom.* 1. *lucubration. lib.* 4. *tit.* 15. *de interdict. & sepult. n.* 25. *in fine*: ita etiam declaravit *Sacra Congreg. Concilii Trident. in Tyburtina juris administrandi Sacramenta, & funerandi* 12. *Maji* 1685. *ad* 2. & hanc sententiam tuentur *Ugolin. de potest. Episcop. c.* 15. *n.* 18. *Tuschus lit. P. concl.* 99. *n.* 5. *& lit. S. concl.* 189. *n.* 11. *Samuel. de sepultur. tract.* 1. *disput.* 5. *controverſ.* 13. *conclus.* 11. *Bonacin. oper. moral. in tit. de contract. disp.* 3. *q.* 21. *punct.* 3. *n.* 6. *verſ. decimo Canonicum tom.* 2. *fol. mihi* 812. *Diana resol. moral. tom.* 8. *resol.* 10. *alias part.* 5. *tract.* 3. *resol.* 111. *& pluribus* ego ipse comprobavi *decis.* 5. *à n.* 10. *& per totam*, quibus addo *Frances de Eccles. Cathedral. cap.* 13. *n.* 14. *Marchet. de sepultur. post tractat. de Vicar. Capitular. tit.* 38. *§.* 2. *n.* 4.

15 Nam sicut Episcopus non electâ sepulturâ sepeliendus est in Cathedrali Ecclesia, si in Diœcesi mortuus sit, & extra pariter in Cathedrali, vel in Ecclesia Parochiali, in qua decessit, ut ex *Tusco, & Molses.* tradit *Bonacin. in tit. de contract. disp.* 3. *q.* 21. *puncto* 3. *n.* 6. *verſ. quinto Episcopum tom.* 2. ita
16 etiam Canonicus, qui sequi debet suum caput, à quo membra separari non debent, *cap.* 1. *dist.* 12. *Felin. in cap. pastoralis n.* 10. *de officio delegat. Augustin. Barbos. de Canon. & dignitat. cap.* 18. *n.* 53. *Gregor. XV. decis.* 283. *n.* 2. *&* 3.
17 Ulterius quia per electionem, & consecutionem canonicatus, Canonicum quasi conjugale vinculum cum ipsa Cathedrali, ejusque Capitulo contraxisse censetur, ad *Textum in cap. cum inter* 22. *de elect.* ibi — *quasi conjugale vinculum circa med.* ac proinde quod unicum junxit conjugium, unum debet conjungere sepulchrum, juxta *Text. in cap. Ebron* 13. *q.* 2. & quorum una mens, & unanimis voluntas sicut fuit in Domino, ita eorum corpora sepulturâ dividi non debent, *cap. unaquæque §. soror* 13. *quæst.* 2. *Frances de Cathedrali cap.* 17. *n.* 17.
18 Et sic vidua non electâ sepulturâ, in sepulchro viri est sepelienda, & ultimi viri si plures habuerit; quia vir, & uxor tanquam duo in carne una, sicut in vita separari non poterant quoad vinculum, ita in morte separari non possunt quoad sepulchrum, ut tradunt Doctores per me relati *in decis.* 5. *Annotat.* 3. *n.* 34. ubi latè de hac materia *à n.* 31. *usque ad* 37. *tom.* 1. & docet *Nicol. in suis flosculis in verbo sepultura n.* 4. *Sperel.*
19 *decis.* 88. *n.* 13. *&* 15. ubi ampliat etiam si vidua redisset ad domum patris sui, quia hoc privilegium datum est personæ; & non loco, ad *text. in l. fin. ff. de temp. restit.* tum quia vidua censetur durare in conjugio viri,
20 *§. solut. Auth. de nupt.* tum etiam quia mulier retinet dignitatem, & domicilium mariti, *cap. is qui §. mulier de sepultur. in* 6. *Sylvest. in verbo sepult. sub n.* 18. *verſ. quinto, Moli̇n. de just. tract.* 2. *disp.* 214. *colum.* 4. *verſ. sicut vir*, ubi ampliat etiam si vir fuerit ignobilior, & longo tempore post viri obitum decedat, *Antonel. de regimine Eccles. cap.* 12. *n.* 11. *&* 12.
21 Sed si uxor viro superstite decedat, tumulanda est vel in sepulchro majorum vi-
22 ri, vel ubi vir eligat sepulturam; secùs tamen si non fuerit cognita, vel traducta à viro, vel divortium ob ipsius uxoris adulterium factum fuerit, quia primo casu uxor non acquisivit domicilium, nec viri cognomen, & in secundo casu, quia illud amisit, ut ex *Petro de Ubald.* subdit *Sperel. decis.* 88. *n.* 17. *tom.* 1. *Antonel. de regimine Eccles. cap.* 12. *n.* 12.
23 Prout etiam filius non electâ sepulturâ sepeliri debet in sepulchro patris; quia sepultura inter mortuos comparatur domicilio inter vivos, & filius cùm sequatur domicilium paternum, ejus pariter sepulturam sequi debet, *Sperel. decis.* 88. *n.* 7. cum aliis *per me* allegatis *in decis.* 5. *Annot.* 3. *à n.* 15. *cum aliis sequen.* in quibus latiùs de materia, *Antonel. de regimine Ecclesiæ cap.* 12. *n.* 3.
24 Quòd si forsan in Cathedrali non adsit sepulchrum pro Canonicis, sepeliri debet Canonicus defunctus in sepulchro ejus majorum, quique defectu in Ecclesia Parochiali, *Federic. de Sen. consi.* 153. *n.* 2. *verſ. undè sciendum est, Tusch. Lit. S. conclus.* 194. *n.* 1. *Passerin. de stat. homin. q.* 183. *art.* 4. *n.* 325. *tom.* 2. & censuit *Sacra Congregat. Concilii in una Firmana* 3. *Octobr.* 1678.
25 Ad quartum propositum dubium respondendum censui, quartam funeralem deberi Parocho domicilii, & non Parocho Cathedralis, qui ad hunc effectum non dicitur proprius Parochus, sicuti est Parochus domicilii, præcipuè si ab eodem Sacramenta suscepit. Ita enim censuit *Sacra Congregatio Concilii Tridentini in Avenionen.* 1675. & in una *Tyburtina juris administrandi Sacramenta, & funerandi* 12. *Maii* 1685. *ad tertium* ad *textum in cap. super de sepultur.* & voluerunt *Lapus allegat* 62. *n.* 2. *verſ. in contrarium videtur, Antonel. de regimine Eccles. cap.* 12. *n.* 30. *Marchet. de sepult. tit.* 38. *§.* 2. *n.* 41. *Tondut. resolut. legal. p.* 1. *cap.* 114. *n.* 4. *tom.* 1.
26 Nam sicut Parocho competit jus administran-

nistrandi Sacramenta Canonico Cathedralis infirmo degenti in sua Parochia, ex supra deductis; ita etiam eidem debetur quarta funeralis, licèt in Cathedrali sepulturæ detur, cùm quarta funeralis debeatur propter ministerium Sacramentorum. *cap. 1. de sepult. cap. relatum & cap. de his eod. tit. Novar. forens. quæst. 22. n. 8. tom. 2. Aloys. Ric. in prax. resol. 299. n. 1 & 2. Hieron. Rod. in compend. quæst. Regul. resol. 18. n. 1. Antonel. de regimine Eccles. cap. 13. n. 1. Barbos. de*
27 *offic. Parochi cap. 25. n. 1.* & pro consecutione quartæ funeralis habent Parochi, quibus cura animarum incumbit, assistentiam juris, & fundatam intentionem in *Clementina dudum §. verò ne Parochiales de sepultur.* & tradunt *Menoc. lib. 1. præsumpt. 109. n. 56. Rot. decis. 101. n. 1. coram Cardinal. Cavaler.* sed etiam in dispositione *Sacri Concilii Tridentini sess. 25. cap. 13. de Reform.* cum adductis ibidem per *Barbos. n. 1. & seq. Rot. decis. 223. n. 1. p. 14. recent.*

28 Cathedralis enim Ecclesia quoad quartam funeralem non reperitur specialiter privilegiata privativè quoad alias parochiales inferiores, nisi quadragenaria præscriptione percipiendi quasi possessionem acquisiverit, vel nisi hoc jus sibi reservaverit in signum subjectionis, quando aliæ Parochiales Ecclesiæ erectæ fuerunt, secùs dictis non concurrentibus, ut in præsenti *Butr. in cap. ad audientiam il 1. circa fin. de Eccles. ædifican. Barbos. de offic. & potest. Paroch. cap. 25. n. 22. Rot. decis. 376. n. 2. & 3 p. 1. recent.*

29 Imò in dubio quando non constat ex consuetudine, vel alia ratione cui debeatur quarta funeralis an Episcopo, vel Parocho, præferendus est Parochus propter magis specialem curam, quam habet in administratione Sacramentorum, cùm Episcopus generalem tantùm habeat; & ulteriùs, quia Parocho hujusmodi quarta debetur ex causa onerosa, *cap. 1. de sepultur. Petrus de Vbald. de quarta canon. p. 2. cap. 8. n. 14. in fine* & uti æs alienum *Abb. in cap. certificaria n. 11. de sepult.* Episcopo verò ex causa lucrativa *Petrus de Vbald. loco citato n. 14.* & potior est conditio ex causa onerosa ad *textum* in *l. sanctorum C. de jure deliberand.* ita *Barbos. de offic. & potest. Parochi cap. 25. n. 25.* ac proinde multò magis Ecclesia Cathedralis est excludenda, & ita dixisse *Rot. in Neritonen. quartæ funeralis 9. Junii* 1608. *coram Manzanedo*, refert *Barbos. loco citato.*

30 Hinc est quod Parochus quartam funeralem petere potest tanquam debitum, & mercedem laboris, quasi actione locati, *Federic. de Sen. consil. 3. n. 9.* vel condictione ex canone, vel actione ex testamento. *Petrus de Vbald. de canonica Parochiali cap. 3. n. 2.* ubi *Lap. de Castellione de canonica portione n. 56.* quos allegat *Barbos. de offic. & potest. Parochi cap. 25. n. 32.*

31 Et licet Regulares habeant liberam sepulturam illorum fidelium, qui in eorum Ecclesiis sepeliri elegerint, etiam ex speciali privilegio *Clementinæ dudum de sepultur.* nihilominus tenentur solvere integram quartam funeralium Parochis, & propriis Curatis defunctorum, ut apertè disponitur in eadem *Clementina dudum §. verum.* Et ita subortâ lite inter Regulares, & Parochos Urbis ad eorum favorem pronunciatum fuisse patet ex sententiis relatis à Jacobo *Pignatel. consult. canon. 211. n. 5. 6. & 7. tom. 4.* scribente ad favorem Curatorum *Eminent. Cardinal. de Luca*, ut in *suo Theat. Veritat. tom. 12. p. 3. tit. de Parochis discurs.* 25.

32 Quoad quartum dubium, animadvertendum duxi, corpora laicorum, etiam mulierum nobilium sepeliri non posse in sepultura monialium ex prohibitione Sacræ Congregationis Concilii, ut testatur *Bonacin. oper. moral. in tit. de contr. disp. 3. q. 21. punct. 3. n. 6. sub vers. undecimo Capellanos tom. 2. fol. mihi* 812. *Jul. Lavor. in lib. var. elucubr. tit. 2. cap. 12. n. 97. Nicol. in suis flosculis in verbo sepultura n. 5. Tamburin. de jure Abbatissar. disput. 34. q. 1. n. 2.* ubi ampliat etiam si in propriis testamentis legatum relinquentes mandaverint sepeliri in monialium sepultura, ex declaratione *Sacræ Congregationis in Florentina 1. Martii* 1585. *& in una Regusina 16. Junii ejusdem anni.*

33 In Ecclesia verò exteriori etiam in diversa sepultura neque corpora laicorum humari possunt, nisi de licentia Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, & Monialium consensu, quæ etiam requiritur pro fabricando sepulchro, & concedi solet personis benemeritis, vel cum eleemosyna competenti, *Nicol. in suis flosculis in verbo sepultura n. 5. vers. neque in Ecclesia exteriori cum seq.* ubi refert ita censuisse *Sac. Congregat. in Maceraten. 8. Novemb.* 1652. *& in alia montis Feltri* 21. *Novembris* 1603. *ac in una Ferrarien.* 12. *Julii* 1604. *& in Messinen. 6. Augusti* 1601.

34 Officium verò circa corpus defuncti, & ducere funerale laicorum sepeliendorum in Ecclesia Monialium, dicebam, spectare ad proprium Parochum usque ad portam Ecclesiæ ipsarum Monialium, & non ultra, officia verò, & alia munia, quæ in funeralibus de ritu Ecclesiæ adhiberi solent, à Rectoribus, & Capellanis ipsarum Monialium, peragi debere, & non à Parochis, quia Ecclesia, & cœnobia Monialium gaudent privilegiis,

Part III. Posthuma. X vilegiis,

vilegiis, & exemptionibus, prout gaudent cœnobia, & Ecclesiæ aliorum Regularium; & quoad præfatos Regulares ita sæpe censuisse Sac. Congreg. patet ex declarationibus per me relatis in *decis. 1. Annotat. 10. à n. 18. usque ad 21. tom. 1.* & signanter in una Piacentina 16. *Decembris* 1661. *apud Impressores Camerales*, & in puncto Monialium Ecclesiæ, & in nostris terminis refert *Nicol. in suis flosculis in verbo sepultura n. 5. vers. & tunc officium.*

35 Decretum verò Sacræ Congregationis Concilii quoad excitata dubia allegatum in *Tyburtina juris administrandi Sacramenta, & funerandi*, tale est.

Cum Ecclesiæ Cathedralis insimul Parochialis Canonicus ultimo correptus morbo occubuisset in domo suæ solitæ habitationis sitæ extra limites dictæ Ecclesiæ, nonnullæ ortæ sint inter Capitulum, & Parochum Cathedralis ex una, & Parochum domicilii ex altera parte controversiæ super jure administrandi Sacramenta Canonico ægrotanti, illiusque postea defuncti cadaver sepeliendi, ut autem illis inposterum occurratur, utraque pars supplicat responderi.

Primò, an Canonicus Ecclesiæ Cathedralis, insimul, & Parochialis habitans in domo sita intra fines alterius Parochiæ, ex quo dicta Ecclesia Cathedralis caret ædibus canonicalibus, teneatur in ultima infirmitate recipere Sacramenta à Parocho Ecclesiæ Cathedralis, vel potiùs à Parocho domicilii.

2. An idem Canonicus decedens non electâ sibi sepulturâ debeat sepeliri in Ecclesia Cathedrali, vel in Parochia domicilii, vel potiùs in Ecclesia, in qua adest sepulchrum suorum majorum.

3. An electâ per dictum Canonicum sepulturâ in aliqua alia Ecclesia quarta funeralis debeatur Parocho Ecclesiæ Cathedralis, vel domicilii, vel illius, in qua adest sepulchrum suorum majorum.

4. An servanda sit consuetudo, quod in funeralibus eadem faculæ, seu intortitia, quæ fuerunt accensæ in associatione cadaveris, deserviant, & reaccendantur circa feretrum in Ecclesia, in qua sepeliendum est cadaver.

Die 12. Maii 1685. Sacra Congregatio Eminentiss. Sanctæ Romanæ Eccles. Cardi-
36 *nalium Concilii Tridentini, respondit ad primum teneri recipere à Parocho domicilii.*

37 *Ad 2. in Cath. si in ea adsit sepulchrum proprium Canonicor. sin minus in sepulchro majorum, his verò non extantibus, an cadaver Canonici sit sepeliendum in Cathedrali, vel in Parochiali in alia Congregatione viden.*

38 *Ad 3. deberi Parocho domicilii.*

39 *Ad 4. affirmativè.*

Fr. Cardinalis Columna Præfectus.

Loco Sigilli. ✝

A. Altovitus S. C. C. Secretarius

Prænestina transactionis.

ARGUMENTUM.

Quartum dotale ob transitum Matris ad secunda vota licèt non amittatur, non tamen acquiritur nisi quoad usumfructum, sed præcedentibus filiis an proprietas acquiratur Matri, vel transmittatur ad hæredes, referuntur Doctorum sententiæ; prout etiam an legitima Matri debeatur à die emissæ Professionis filiæ in Monasterio capaci retentionis bonorum, vel à die mortis naturalis etiam quoad proprietatem, & an jus prosequendi injuriam transitus ad secundas nuptias per professionem extinguatur, & non transeat in Monasterium.

SUMMARIUM.

1 Transactio dicitur favorabilis, cum finem litibus imponat.
2 Est licita ad evitandum expensas litis.
3 Ad transigendum legitima causa est solus timor futuræ litis, ejusque incertus eventus.
4 Et sufficit quælibet modica causa dubitandi sive in jure, sive in facto.
5 Quartum dotale amittitur, si Mater transeat ad secundas nuptias. Contrarium, n. 6.
7 Quartum dotale existentibus filiis non acquiritur nisi quoad usumfructum.
8 Sed præcedentibus filiis Mater binuba acquirit etiam quoad proprietatem.
9 Contrarium quod jus succedendi ad proprietatem quarti dotalis transmittatur ad filiorum hæredes.
10 Legitima Matris si non habet concurrentem est tertia totius.
11 Et ipso jure est debita Matri in bonis filii.
12 Est debita absque mora, & hæredis interpellatione unà cum fructibus à die obitus Patris, Matris, vel filii.
13 Et fructus legitimæ debentur etiam si per hæredem, vel alium fuerint bona fide consumpti.
14 Amplia procedere etiam si legitima petita non fuerit.
15 Amplius idem dicendum sit de fructibus supplementi legitimæ.
16 Legitima debetur Matri de tempore mortis naturalis filii professi in Religione capaci.
Contrarium quod debeatur à die emissæ professionis non expectatâ morte naturali filii, n. 18.
17 Pater in vita non tenetur assignare legitimam filio.
19 Mors civilis per professionem secuta æquiparatur naturali.
Mors civilis an, & quando æquiparetur naturali, ibidem.
20 Legitima Matri, quæ fecit transitum ad secunda vota est debita quoad usumfructum existentibus liberis primi Thori.
21 Limita supradictis non existentibus, nam tunc Mater succedit filio, & nepoti etiam quoad proprietatem, etiam si fecisset transitum ad secundas nuptias, n. 22.
22 Jus prosequendi injuriam transitus Matris ad secunda vota æqualiter extinguitur per mortem civilem secutam per professionis emissionem, quàm per naturalem, & non transit in Monasterium.
23 Hæres filiorum non habet jus dandi de injuria transitus

Matris

Matris ad secunda vota.
24 Mater, quæ fecit transitum ad secunda vota, si à filio non fuerit relicta integra legitima, potest agere ad supplementum. Contrarium, n.27.
24 Matri competit actio contratabulandi de inofficioso testamento, si præterita, & exhæredata fuerit.
27 Ascendentes, & descendentes exhæredari, & legitimâ privari possunt.
28 Mater transiens ad secunda vota quæ mala committat.
29 Pœnæ secundò nubentium inflictæ à jure Civili concernentes favorem filiorum primi Matrimonii non sunt sublatæ à jure Canonico, & n.31.
30 Pœnæ verò, quibus secundæ nuptiæ interdicuntur, rejiciuntur.
31 Decretum Sacræ Congregationis pro transactione facienda.

DECISIO CLXII.

SOror Clara Felix, in seculo Clara filia,
& hæres ab intestato quondam Marii
Sanctorii suscepit habitum, & solem-
nem professionem emisit in Monasterio Mo-
nialium Beatæ Mariæ Angelorum Civitatis
Prænestis, condito prius testamento, quo
idem Monasterium suum hæredem univer-
salem instituit, relicta tamen Prudentiæ ejus
Matri summa scutor. quinquaginta pro sua
legitima.
1 Sed non acquiescens præfata Prudentia
filiæ dispositioni, requisivit Moniales ad sol-
vendum scuta 250. unà cum fructibus ei de-
bita pro quarto dotali, attenta ejus dote
scutorum mille ad formam *Statuti Urbis
lib.1. in cap.*131. locum habentis inter di-
strictuales, nec non pro sua legitima alia
scuta 2000. vel tradendam tertiam partem
bonorum hæreditariorum ob mortem civi-
lem dictæ ejus filiæ habitâ ratione ad statum
hæreditatis ascenden. deducto ære alieno ad
summa scutorum sex millium.
Verùm ad effugiendam litem, ejusque du-
bium eventum decreverunt devenire ad
amicabilem concordiam, & transactionem,
scilicet, ut Prudentia cedat, & remittat ad
favorem Monasterii prætensionem quartæ
dotalis, & legitimæ, unà cum fructibus, &
vice versa Moniales recipere debeant, & ad
professionem admittere unam ejus filiam ex
secundo matrimonio susceptam absque soli-
ta dotis scutorum quingentorum præstatio-
ne.
Hinc Moniales cum inconsulto Romano
Pontifice ad transigendum tamquam spe-
ciem alienationis devenire nequeant, habito
recursu ad Sacram Congregationem Episco-
porum, & Regularium, supplices instabant
pro necessario beneplacito, sed à Sacra Con-
gregatione ad me transmissis precibus, tunc
Vicarium Generalem Capitularem Præne-
stinum pro informatione super expositis;
hinc discussis dubiis hæc referre curavi, &
annuendum videbatur.
2 Quoniam transactio dicitur favorabilis cum
finem litibus imponat, & summa laus est
concordiâ litis materiam amputare, ut in-
quit *Cardinalis Mantica de tacit. & ambig.*
3 *convention. lib.26. tit.9. n.17. &* 18. & lici-
ta redditur per recessum à litibus, ejusque
expensas evitandum, Rot. *decis.2. n.15. p.2.
tom.1. decis.463. n.11. part. 9. tom. 2. de-
cis.326. n.3. p.12. decis.187. n. 20. p.13. de-
cis.531. n.18. & 19. p. 14.* Et ad transigen-
dum legitima causa est solus timor futuræ
4 litis, ejusque incertus eventus, ad *Textum
in l.1. ff. de transaction. l.2. C. eod. l. in summa
65. ff. de condict. indebit. Gratian. discept.
400. n.25. & 26. Rot. decis.658. n.7. coram
Seraphin. decis. 212. n. 2. coram Cavalerio
decis.107. n.7. decis.225. n.5. & decis. 271.
n.2. p.15. & decis.300. n.5. p.16. in recen.*
Et sufficit quælibet modica causa dubitandi
scilicet si agatur de articulo juris habente ex
utraque parte sectatores, seu etiam de facto
ipso dubio *l.2.* & ibi *glos. in verbo nulla, Bart.
n.1.* & alii scribentes *C. de transact.* Rot. *de-
cis.25. n.13, & seq. coram* Cardinal. *Ottbo-
bono decis.264. n.2. p.3. & decis.* 412. *n.16.
p.16. decis.284. n.3. & decis.223. n.4. &* 5.
p.17. in recent.
Quod autem agatur de re dubii litis
eventus, & de articulis hinc inde inter Do-
ctores controversis, quantum attinet ad
quartum dotale, deducitur, quia licet Pru-
dentia ob ingressum, & professionem emit-
tendam ab ejus filia in dicto Monasterio abs-
que præstatione dotis scutorum quingento-
rum remittat scuta 250. prætensa pro quar-
to dotali ob mortem primi viri, tamen hoc
dotis lucrum dubii juris est an amiserit ob
transitum ad secundas nuptias, nam affirma-
5 tivam sententiam docet *Bald. in l. generali-
ter §. illud autem* C. *de secund. nupt. Me-
noc. cons.*1079. *n.1. Surdus cons.* 164. *n.20.
Bursat. cons.* 12. *n.6.* Rol. *de lucro dotis q.86.
n.7. Boer. decis.* 185. *n.8. &* 9. cum aliis al-
legatis per Merlin. *de legitima lib. 4. tit.2.
q.1. n.11.*
6 Contrariam verò, quod per transitum ad
secundas nuptias non amittatur, tenet *Joan.
Lopez de lucris* Mariti, *& uxoris cap.7.* aliàs
63. *n.3. in tract. diversor. de bonis constant.
matrim. acquisit. fol. 226. Didac. a Sagura
eod. tit. inter eosd. tract. n.86. in fin. fol.*416.
7 Verùm secundum hanc sententiam quam-
vis dotale lucrum non amittatur, nihilomi-
nus, cum in præsenti extet præfata Soror
Clara Felix filia primi matrimonii, ejus Ma-
ter tale lucrum non consequitur nisi quoad
usumfructum, & filiæ proprietatem reserva-
re tenetur, juxta *Statuti Urbis dispositionem
lib.1. cap.131.* & sæpè dixit *Rot. decis.74. n.1.
vers. fundamentum autem, decis.79. in prin.*

& decis.80.sub.prin. post Fenson. ad Statu-
tum Urbis repetita in recen.decis.117.n.1.&
13.p.6. & rursus decis.419.n.21.p.16.

Sed hinc insurgit aliud juris dubium,
nempe quod contingere potest, quod soror
Clara filia prædecedere possit matri, undè
disceptandum esset, an Mater non obstan-
te transitu ad secundas nuptias succedat
pleno jure, adeout proprietas convalidetur
8 cum usufructu. Et quod succedat pleno ju-
re, quia liberis mortuis cessat eorum fa-
vor, quorum respectu orta fuit causa re-
servationis, Textus est in l. fœminæ §. il-
lud, ibi -- quod si nulli ex priori matrimo-
nio - C.de secundis nuptiis, Bart. in Au-
then. ex testamento n.1. C. eod. tit. Bal. in
l. cum aliis col.2. in 2. & 3. notab.C.eod.tit.
& in Authen. ex testamento in 2. lectura in
apostil. ad text. C. eod. tit. ibique Angel.
in fin. & Salic. Fab. in Authen. novissima
n.138. C. de inoffic. testam. Jo: de Garro in
Authen. ex testamento n.46. & 47. Cod. de
secund. nupt. ubi communem dicit Ripa in
l. fœminæ in nov. & q.4. n.5. §. illud in fin.
C. de secund. nupt. Nicol. Arelaten. in l.
generaliter n.106. C. eod. tit. Guill. Bened.
in cap. Raynutius de test. verb. & uxorem
decis.5. ubi de success︎. ab intestat. n.81. Fa-
bius. in Authent. novissima q.12. princ. C.
de inoffic. testam. Bart. cons.54. in fin. vol.1.
Anan. cons.101. n.2. & ibi Bologn. in addit.
in fin. Alex. cons.68. n. 4. volum. 4. Ruin.
cons.8. n.18. & cons.21.n.1.volum.3. Franc.
Aret. cons.40.n.4. Bal. in cons. 42. vol.3. &
cons.46. vol.2. cons.153. vol.5. Paul. de Ca-
str.cons.67.col fin. vers.Mater tamen vol.2.
Corn. cons.242. col. pen. vol. 2. & cons.126.
in fin. volum.1. Nicol. de Ubald. in tract. de
success. ab intestat. in 2. p.n.10. Anton. de
Rosel. eod.tract.n.195. Zavall. in suis pract.
q.671. n.11. cum aliis congestis per Gabr.
commun. conclus. in tit. de secund.nupt. con-
clus.3. n.29. & per Sanch. de matrim.lib.7.
dis.89. n.37.

9 Non desunt tamen alii Doctores docentes,
quod filius ultimo loco decedens transferat
proprietatem eidem reservatam, vel jus suc-
cedendi ad ejus hæredes, præcipuè si filius
decesserit condito testamento, cum tunc ejus
hæres repræsentat ejus personam, ejusque
jura liberè exercere potest, adeout eidem
juvet filii favor, qui est causa reservationis
proprietatis, & etiam injuria illata primo
viro, Bolognin. in addit. ad Matthesilanum
de success. ab intest. part.2. princ. memb.1.
n.22. gloss. in Authen. ex testamento in ver-
bo filii C.de secund.nupt. latè Corn.cons.242.
n.6. vol.2. Ludov. Roman. cons.279. in fin.
cum aliis per Sanch.de matrim.lib.7.dis.89.
n.35. & 36. Fenson. ad Statut.Urbis lib.1.
cap.131.n.35. & 36. ubi allegat Put.dec.17.
tit. de constit. Rot. decis.1981. n.2. coram
Coccino decis.398.n.8. coram Gregorio XV.
ubi Adden. lit.B. & decis.419. n.21. & 22.
p.16. in recent.

Quo verò ad legitimam licet videatur de-
bita Matri in dicta summa scutorum duo-
10 rum millium, utpore quia cum non habeat
concurrentem sit tertia totius, Rot.decis.39.
n.17. post Merlin. de legitima, & dec.308.
n.17. & 18. coram Amat. Dunozet. & ipso
11 jure matri sit debita in bonis filii, argumen-
to l. alienam 26. ff. ad legem Falcidiam,
Rot. decis.491. n.7. p.13. in recent.

12 Et quidem unà cum fructibus à die obi-
tus filii, Patris, vel Matris, etiam absque
mora, & interpellatione hæredis, l. Papi-
nianus §. unde si quis ff. de inoffic. testament.
gloss. & Bald. in l. in fideicommissaria in
princ. ff. ad Trebel. Tiraquel. in l. si unquam
in verbo revertatur n.97. Cod. de revocand.
donat. Surd. cons.128.n.4. Natta cons.156.
n.6. Capra cons.6. n.8. cons.88. n.14. & con-
sil.153 n.10. Corn. cons.265. in fin. num.12.
lib.3. Alex. cons.69. n.3. vers. super secun-
do lib.1. Menoch.cons.67.n.13.Gabr.cons.45.
n.5.lib.2. & cons.108. n.5. eod. vol. Cephal.
cons.95.n.19. Marzar. cons.28. n.85. Ruin.
cons.56. n.20. lib.2. Peregrin. de fideicom-
miss. art.36. n.69. & seq. Merlin. de legiti-
ma lib.2. tit.1. q.1. n.3. Cuch. eod.tract.tit.
de legitima pleno jure relinquen. n.10. Fe-
rentil. in addition. ad Burat.decis.165 n.12.
Rot. decis.100. n.27. part.9. decis. 20. n.3.
& 29. p.12. decis.301. n.10. decis.427.n.1.
dec.536. n.13. p.13. dec.141. n.18. dec.156.
n.2. dec.317. n.7. p.15. dec.188. n.7. p.16.
in recent.

13 Et hujusmodi fructus debentur etiamsi
per hæredem, & alium fuerint bona fide con-
sumpti, quia nihilominus tenetur ad inte-
resse: ita Bald. in l. non est C. Famil. Erci-
scund. & rationem reddit Nat. in cons.156.
14 n.6. nam cum legitima debeatur statim se-
cuta morte, hæres aliter non præstando
constituitur in mora legali, & tamquam
morosus tenetur ad fructus etiamsi legiti-
ma petita non fuerit; Boer. decis.3. n.17.
Peregrin. de fideicommiss. art.36. num.69.
Mangil. in tract. de imputation. qu.9. n.41.
cum aliis per Merlin. de legit. lib.2. tit.1.
q.1. n.11. Ferentill. in addition. ad Buratt.
decis.165. sub num.11. ubi in fine subdit,
15 quòd idem dicendum sit de fructibus sup-
plementi legitimæ ex Merlin. loc. cit. n.34.
& Peregrin. loc. cit.

Tamen in præsenti dubitari contingit à
quo tempore hujusmodi legitima sit præ-
16 standa, & secundùm unam opinionem, vi-
detur quod legitima debeatur Matri de tem-
pore

pore mortis naturalis Professi, ut expresse tennerunt Accurs. in Authen. si qua Mulier C. de sacrosanct. Eccles. & cum eo omnes Legistæ in eadem Authen. Pinel. in l. 1. n. 50. C. de bon. matern. p. 1. Bec. cons. 34. n. 18. Turret. cons. 89. lib. 2. Surd. cons. 238. n. 10. & de aliment. tit. 1. q. 29. n. 7. vers. est verum quod contrarium, Melchior Phæbus decis. Lusitan. 13. n. 16. & de veriori testatur Gratian. discept. forens. cap. 102. n. 2. & 3. to. 1. ubi allegat Jas. in Authent. si qua mulier n. 51. col. 9. C. de sacrosanct. Eccl. & de magis vera, & recepta sententia docet Vasq. de success. creat. §. 21. n. 175. limit. 10. lib. 3. & controv. illust. lib. 1. cap. 37. n. 10. vers. quid dicendum cum aliis per Hieron. Cevall. qu. 342. Et ex Canonistis hanc eandem opinionem secuti sunt Butr. cap. in præsentia n. 29. de probat. ibique Dec. n. 67. Abb. n. 59. col. 26. vers. mihi satis placet conclusio, Cald. in c. si Pater in fin. de testam. Jo: de Anan. in cap. 2. n. 16. de delict. pueror. Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius in verbo mortuo ieuque testatore il primo n. 299. Covar. in c. 2. n. 2. de testam. Guttier. lib. 2. quæst. canonic. cap. 1. n. 75.

17 Et ratio est quia sicut Pater in vita non tenetur assignare legitimam filio, qui in ea neque habet jus in spe, ita filia professa, seu Monasterium durante vitâ naturali Religiosi non tenetur ad legitimæ prestationem, undè Ecclesia debet uti jure communi, ut deducit Jas. in Authen. si qua mulier à num. 52. usque ad 56. C. de sacrosanct. Eccles. Vasqu. de success. creat. §. 21. n. 175. limit. 10. lib. 3. cum aliis adductis per Gratian. discept. forens. cap. 102. n. 4. cum seq.

18 Contrarium verò secundum aliam Doctorum sententiam, quòd legitima debeatur Matri à die emissæ professionis non expectatâ morte naturali Professi, expresse videtur determinatum in cap. cum simus de Regular. & ibi gloss. in verbo bona paterna, quæ dicit filium non posse privari legitimâ, quæ in ipso ingressu competit, quem textum ad hoc singularem esse notat ibi Abb. Bald. in Authen. si quo mulier n. 38. C. de sacrosanct. Eccles. idem in cap. in præsentia n. 58. & 59. de probat. ibique Abb. n. 59. Anchar. in cap. cum simus num. 4. vers. si autem impubes, & Butr. n. 5. de Regular. Honded. cons. 60. num. 19. & 20. & cons. 61. ubi alios allegat, Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 485. n. 85. & 506. Argel. de acquirend. possess. qu. 8. art. 25. n. 660. latè Merlin. de legit. lib. 5. tit. 3. q. 3. à n. 8. vers. verum pro contraria usque ad finem, Duenna reg. 256. n. 6. Cuch. de legit. in Rub. an augeatur n. 17. Crass. in §. legitima q. 12. n. 6. vers. contrarium verò, Suar. in Theat. commun. opin. in verbo legitimo n. 71. ubi etiam allegat Vasqu. de success. tit. qui testari non possunt lib. 1. §. 1. n. 47. Fachinens lib. 6. contron. jur. cap. 13. & hanc sententiam tamquam æquiorem & æquitati Canonicæ consonam utroque foro servari debere dicit Covar. in cap. 2. de testament. n. 7. Tondut. resol. civil. 194. n. 1. p. 2. Ferentill. in addit. ad Burat. decis. 461. n. 16. Sperel. decis. 32. n. 21. & ab hac sententia recedendum non esse firmavit Rot. in Tridentina legitimæ 3. Jannarii 1607. coram Ottembergo relata in dec. 116. n. 16. dec. 267. n. 2. & seq. p. 5. tom. 1. decis. 100. n. 14. p. 17. in recent. juxta firmata in decis. 138. num. 1. & seq. p. 1. recent.

19 Etenim in præsenti mors civilis æquiparatur naturali, utpote quia, quando bona acquiruntur hæredi, & illa possideat ac si testator mortuus esset, prout possidet Monasterium à sorore Clara hæres institutum, mors civilis habet eundem effectum, quem habet naturalis, & tunc omnes effectus naturalis consequitur, prout sunt solutiones legatorum, detractiones legitimæ, æris alieni, & similium, quæ contingunt quando bona transeunt ad hæredem per effectum mortis naturalis, licèt secùs sit quando bona non acquirantur hæredi donec vivit Monachus, sed in communi possidentur, & in hoc posteriori casu fundamenta primæ opinionis procedere posse firmavit Rot. dec. 116. n. 18. vers. non obstat cum dubbus sequent. part. 5. tom. 1. in recent. ex Gozzad. cons. 41. n. 17. & Honded. cons. 60. n. 24. lib. 2. & rursus Rot. dec. 267. à n. 13. cum seq. eadem p. 5. tom. 1. in recent.

20 Et quamvis Prudentia Mater fecerit transitum ad secunda vota, unde videatur eidem esse debitam legitimam, quoad simplicem usumfructum, non quoad proprietatem, quam reservare tenetur filiis primi Matrimonii propter pœnam secundo nubentium inflictam in l. fœminæ Cod. de secund. nupt. l. Mater C. ad Trebell. Bald. cons. 340. lib. 1. Cruvet. cons. 513. & cons. 523. & tradunt scribentes in dicta l. fœminæ Cod. de secund. nupt. Bart. n. 1. vers. hoc est hodie decisum, Bald. n. 2. & 4. Salic. n. 2. in fin. Bolgn. ad Mathesil. de success. ab intest. art. 2. princ. n. 18. Soccin. jun. cons. 71. n. 1. in fin. lib. 2. Gabr. in tit. de secund. nupt. conclus. 3. n. 1. & 2. Cancer. var. resol. lib. 1. cap. 5. num. 25. Castill. de usufruct. cap. 2. n. 15. & 16. Cyriac. controv. 139. n. 23. Sanch. de Matrim. lib. 7. dis. 89. n. 19. & 20. qui alios allegat, Cavaler. decis. 18?. n. 1. Burat. dec. 82. n. 1. Martin. Andr. decis. 51. n. 2. Amat. Dunozet. decis. 273. n. 4. dec. 641. n. 2. & dec. 676. n. 2. 3. & 4. Rot. decis. 96. n. 1. & plurib. sequent.

quent. post Pacific. de Salvian. interdict. decis.80. n.3. & 6. p.6. decis.116. num.10.11. & 12. decis.223. n.5. p.5. tom.1. decis.144. n.9. & 10. p.18. tom.1. decis.691. à num.10. cum pluribus sequent. eadem p.18. tom.2. in recent. quibus addo Merlin. de legit. lib.4. tit.2. q.1. n.5. Molfes. ad consuetud. Neapol. p.3. q.22. n.3. vers. quod legitimam, Guttier. de matrim. cap.109. n.6. Rot. decis.20. n.6. p.16. recent.

21 Hoc tamen sibi locum vindicaret, & dispositio Textus in l. fœminæ procederet si adessent alii liberi ex primo matrimonio suscepti, qui valerent prosequi injuriam, quam Mater videtur eis intulisse ob transitum ad secunda vota, secùs autem illis non extantibus; nam tunc Mater succedit filio, & Nepoti etiam quoad proprietatem, ut apertè colligitur ex eodem Textu in l. fœminæ §. illud etiam C. de secundis nuptiis, ibique Ripa in 4. q. & in §. prospeximus vers. quapropter & in §. hoc autem vers. si verò præmoriatur Authent. de non eligen. secund. nuben. Bald. cons.336. sub n.3. vers. sane pœnæ secundar. nuptiar. lib.3. Ruin. cons.21. n.2. vers. non obstat igitur lib.3. Alex. cons.66. n.7. vers. & si dicti filii decederent lib.3. & cons.63. n.2. & 3. lib.5. & cons.211. col.1. vol.7. Fab. de Monte in repetition. Authent. novissima n.138. C. de inoffic. testam. Aretin. in §. præferuntur col. 3. instit. ad Tertull. Bart. cons.53 in fin. Gabr. commun. conclus. in tit. de secund. nupt. concl.1. n.22. & 23. Anchar. cons.288. Soccin. cons. 34. col.8. vers. quarto moveor vol. 1. Paul. de Castr. cons.67. in fin. vers. sed si filia vol.1. Jasm. cons.36. Mart. in tract. success. ab intestat. n.55. & in tract. de test. vers. volens intestatus decedere col.6. Nic. de Ubald. in tract. de succession. ab intest. in 2. part. n.11. Rot. decis.479. n.9. vers. sed cessat omnis p.1. recent. & plenius decis.641. n.3. coram Amato Dunozet.

22 In nihilo refragante, quod adhuc superfit Soror Clara filia primi matrimonii, quæ tamquam Religiosa cum habeatur pro mortua Mundo quoad jus prosequendi injuriam à Matre illatam ob transitum ad secundas nuptias, ex ejusdem persona hoc jus non transit in Monasterium, cùm illud æquaiiter extinguatur per mortem civilem, secutam per emissionem professionis, sicuti per naturalem, undè consequens est, ut cessante injuria, cesset etiam pœna, & licet retineat jura sanguinis, & agnationis, non tamen retinet jus injuriæ prosequendæ, ac proinde cessant pœnæ secundò nubentium ad favorem filiorum inductæ, ut articulo maturè discusso firmavit Rot. in Novarien. legitimæ coram Pirovano, relat. & secuta in decis.641. n. 3. & 4. coram Amato Dunozet. decis.116. n.11. decis.181. n.19. decis.223. n.6. & seq. decis.267. à n.16. usque ad fin. p.5. in recent. Federic. de Senis cons.35. n.3. Dec. in cap. in præsentia n.224. de probat.

23 Hæredes enim filiorum non habent jus dandi de injuria facta filiis à matre per transitum ad secunda vota, l. fin. ff. si quis caut. & l.1. §. hæredem ff. de privat. debit. Rot. decis.223. n.9. p.5. tom.1. recent.

24 Insuper dubitari contingit an stante quod à Clara fuerint relicta scuta quinquaginta Matri pro sua legitima in ejus testamento ob transitum factum ad secunda vota possit Mater petere supplementum legitimæ, cum habeat judicium filiæ contra se. Et pro affirmativa sententia militat, quod sicut Mater potest agere ad legitimam, ita etiam ad sup-
25 plementum, & sicut eidem competit actio contra tabulandi de inofficioso testamento si præterita, vel exhæredata fuerit, juxta Text in Authent. de nupt. ita multo magis debet competere actio ad supplementum, tamquam inventa ad salvandum testamentum, cum aliis rationibus adductis per Merlin. de legit. lib.4. tit.2. q.2. à n.1. usque ad 5. & hanc sententiam tamquam communem, & veriorem docent Mangil. de imputat. q.7. n.28. cum pluribus sequent. Fachin. controvers. jur. lib.3. cap.63. Ruin. jun. cons.325. n.22. & 27. & per tot. vol.3.

26 Contrarium verò quod debeat esse contenta relictis à filia, ejusque judicio stare, ac proinde non posse petere supplementum
27 legitimè, suadetur, quia sicuti descendentes ita & ascendentes legitimâ privari, & exhæredari possunt ex causa præcipuè ingratitudinis, ut in §. hoc quidem de parentum in Authen. ut cum de appel. cognoscen. Causa autem secundarum nuptiarum satis urgens videtur ad privandam matrem à legitima ex causa ingratitudinis, & injuriæ illatæ filiæ ob transitum ad secunda vota, propter quem
28 mater tria committere dicitur, scilicet Deum offendit, animam defuncti contristat, & filiorum charitatem spernit; undè filiis ingrata redditur, & præbet justam causam exhæredandi, & commodo legitimæ privandi, cum aliis rationibus plenè adductis à Merlin. de legit. lib.4. tit.2. q.2. à n.5. usque ad fin. & contrariis respondet, latissimè etiam articulo disputato, & aliis relatis defendit Laderob. cons.33. à n.4. usque ad fin. diffusè etiam Soccin. jun. cons.97. n.5. usque ad fin. vol. 4. & Bero. cons. 38. vol. 2. Garron. in Authen. ex testament. n.29. in fin. & n.36. C. de secundis nupt. Alex. in cons. 63. ante n.3. lib.5. ubi dicit, matrem non excludi decedente filio, nisi ipse filius jure testatus sit, ma-

matremque exhæredem dixerit, & consequenter supponit jure filium facere posse.
29 Pœnæ autem secundò nubentium inflictæ
à jure civili concernentes favorem filiorum
primi matrimonii non sunt sublatæ à jure canonico, & in utroque foro servari debent,
cum non sint propriè pœnæ, sed potiùs provisiones filiorum primi Thori, ne odio affi-
30 ciantur amore posterioris conjugis; pœnæ
enim, quibus secundæ nuptiæ interdicuntur
rejiciuntur, *gl. in l. 1. verb. Honoratius C. de secund. nupt.* & ibi *Cinus in fi. Bart. in fi. Bald. n. 8. Alber. in fin. Salicet. in fin. idem Bart. in Auth. de nupt. collat. 4. §. prima siquidem n. 3. Angel. de Perus. in Auth. de non eligen. secund. nuben. in prin. & n. 6. Ripa in rub. C. de secund. nupt. in fi. & in eadem rub. Dec. n. 6. & 8. Anchar. in cap. fi. n. 9. de secund. nupt. & cons. 201. Paul. de Castr. cons. 164. & 366. lib 2. Cephal. cons. 123. n. 6. & 7. lib. 1. Rolan. cons. 95. n. 6. & 14. lib. 1. Aym. cons. 36. n. 1. & cons. 142. n. 2. & 8. idem Paul. de Castr. cons. 33. lib. 3. Celsus cons. 38. n. 7. Alex. cons. 3. n. 12. lib. 7.* & ibi *Molineus in addit. lit. C. Paris. cons. 29. n. 3. vol. 3. Nicol. de Vbald. de succes. ab intest. p. 2. n. 8. Brunel. de sponsal. conclu. 19. n. 6. Anton. Gabr. commun. opin. lib. 3. tit. de secund. nupt. conclu. 6 n. 1. Spin. in specul. testament. glo. 14. in prin. n. 100. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 3. n. 80. Zavallos in suis pract. q. 742. n. 5. Crass. de succes. tam ab intest, quàm ex testam. in §. successio ab intest. q. 27. n. 1. Andreas Gail. pract. obser. 98. n. 8. Marta de succes. legal. p. 2. q. 4. art. 1. n. 21. Afflict. decis. 75. n. 5.* cum aliis congestis per *Sanchez de matrim. lib.*
31 *7. dis. 88. n. 39.* & in sequentibus numeris
sigillatim enumerat alias pœnas contra secundò nubentes inflictas ad favorem filiorum primi conjugii, quæ à jure canonico minimè sublatæ fuerunt.

Ex quibus patet, quòd versamur in articulis, & materia juris dubii exuberante ad transigendum: proposita causa in Sacra Congregatione, infrascripta emanavit resolutio.

32 *Sacra Congregatio Eminentissimor. S. R. E. Cardinalium negociis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentâ relatione Vicarii Capitularis Prænestini referente Eminentiss. de Angelis censuit committendum, prout præsentis decreti nomine commisit Vicario Generali prædictæ civitatis, ut veris existentibus narratis, & postquam compererit in evidentem Monasterii utilitatem esse cessuram, petitam facultatem pro suo arbitrio, & conscientia oratoribus impartiatur. Romæ 4. Julii 1685.*

G. Cardinalis Carpineus.

B. Panciaticus Secretarius.

Loco ✝ Sigilli.

De quarta Conjugali secundùm jus commune.

SUMMARIUM.

1 Quarta conjugalis, seu quarta pars hæreditaris viri debetur uxori pauperi eo mortuo ex legis dispositione.
2 Et è contra si Maritus sit pauper, & uxor dives.
3 In correlativis dispositum in uno censetur dispositum in alio.
4 Quarta conjugalis debetur conjugi pauperi etiam si a viro prohibita fuerit, & tam si decesserit ab intestato, quàm cum testamento.
5 Est tamen hoc remedium odiosum.
6 Et conceditur in subsidium extremæ paupertatis conjugis superstitis, & n. 7.
7 Paupertas ad hunc effectum probari debet.
8 Et qualis esse debeat, remittitur arbitrio Judicis.
9 Quarta conjugalis est præstanda etiam à fisco, si bona viri confiscata fuerint.
10 Non debetur, si conjux ante matrimonium vixerit cum bonis propriis, cùm ita etiam postea vivere possit.
11 Quarta debetur, nec est restituenda, si post mortem viri superveniant divitiæ.
12 Prout etiam si bona dotalia, & extradotalia ad alimenta non sufficerent.
13 Non debetur, si ex jure municipali conjux debeat consequi lucrum, vel vigore pacti.
14 Sed si statutum disponat, Maritum non posse relinquere uxori nisi certam quantitatem, nihilominus debetur hæc quarta.
15 Non debetur quando dos tempore contracti matrimonii fuerit congrua, aliàs secus, n. 16.
17 Dos ad consequendam quartam conjugalem dicitur parva, si non sufficiat ad alimenta.
18 Vel si sit ita modica, ut à nihilo non differat.
19 Non debetur, si Mulier habeat talem dotem, ut secundò nubere possit.
20 Quarta conjugalis debetur si dotata cum parva dote nescit operari, secùs si ex industria vivere possit.
21 Non debetur, si mulier habeat patrem, vel fratrem divitem, n. 22. sed respectu fratris hæc opinio est dubitabilis, n. 23.
24 Quarta dotalis non debet excedere libras centum auri, & in ea computari debet dos parva, & alia bona Mulieris. Contrarium n. 25. Declara, & limita, ut in n. 26. quod non procedat in muliere nobili, dummodo eidem non sit dedecus laborare.
27 Quarta dotalis non debet excedere libras 100. auri; Et quæ computari debeant.
28 Legatum relictum à marito uxori præsumitur relictum animo compensandi.
29 Limit. si non esset permansurum ad longum tempus penes uxorem, secùs si ad longum tempus, n 30.
31 Limit. 2. si ex conjecturis detegatur legatum relictum fuisse animo non compensandi.
32 Limit. 3. ut si uxor reliquit marito his verbis: lego centum de bonis meis, non præsumitur legasse animo compensandi cum lucro dotis, secùs si dixit lego super bonis meis, & in fine contrarium tenentes referuntur.
33 Legatum, vel fideicommissum relictum à debitore suo creditori regulariter non censetur relictum animo compensandi, & n. 34.
35 Declara ut si legatum sit factum creditori, cui testator ex causa necessaria tenebatur, & tunc præsumitur factum animo compensandi, secùs autem si debitum habuerit initium ex causa voluntaria, n. 36. Et quæ sit causa necessaria, & voluntaria, declaratur ibidem.
37 Legatum relictum à debitore suo creditori animo compensandi cum debito voluntario, deducitur ex conjecturis.
38 Conjecturæ denotantes animum compensandi enumerantur.
39 Compensatio verò à creditore acceptante legatum fieri debet pro quantitate relicta.

40 Con-

40 Conjecturæ excludentes animum compensandi referuntur remissivè.

ADNOTATIO I.

1 Quarta pars hæreditatis viri debetur uxori pauperi eo mortuo ex legis dispositione, & remedio. *Auth. præterea* C. *unde vir, & uxor, & §. fin. Authen. ut liceat Matri, & Aviæ*, in quibus disponitur Mulierem inopem succedere in quarta bonorum viri locupletis, ne superstes cum defuncti infamia mendicare cogatur, ut tradunt *Scribentes in dicta Authen. præterea, Natta conf.* 648. *n.* 13. *Rol. conf.* 14. *n.* 27. *vol.* 3. *Cephal. conf.* 244. *n.* 16. *Purpur. conf.* 330. *col.* 1. *lib.* 1. *Hond. conf.* 93. *n.* 1. & 2. *vol.* 1. *Surd. de aliment. tit.* 11. *q.* 9. *n.* 16. *in fin. & n.* 17. *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 109. *n.* 34.

2 Et è contra si Maritus sit pauper, & uxor dives eodem beneficio gaudere debet, ut superstes conjux quartam consequatur in bonis defuncti, ut docent *supracitati Doctores*, & dixit *Rota in Romana quartæ* 24. *Aprilis* 1651. *coram Cardinali Celso §. nam licet*, & ratio est quia in correlativis dispositum in

3 uno, censetur dispositum etiam in alio, *l. lecta ff. si cert. petat. l. si ventri §. in bonis ff. de privileg. creditor. Bald. conf.* 317. *per tot. lib.* 3. *Alex. conf.* 240. *n.* 31. *Joan. Franc. à Ponte conf.* 69. *n.* 19. *Rot. decis.* 428. *n.* 6. *p.* 1. *decis.* 108. *n.* 5. *p.* 5. *tom.* 1. *decis.* 323. *n.* 86. *p.* 6. *decis.* 275. *n.* 1. *p.* 16. *decis.* 221. *n.* 5. *p.* 17. *in recent. & decis.* 761. *n.* 6. *coram Amat. Dunozet.*

4 Ampl. ut sit tradenda non solùm si vir decedat ab intestato, sed etiam condito testamento, & prohibuerit dictam quartam, eàm illa etiam contra viri voluntatem debeatur, nec à viro auferri potest, ita reprobarà opinione *Angeli* contrarium tenentis in *Authen. præterea* C. *unde vir. & uxor*, dixerunt *ibidem Bald. n.* 1. *in fin. Paulus de Castr. in fin.* Roman. *n.* 10. *Jas. n.* 47. *Dec. n.* 9. *Corn. n.* 18. *Natt. conf.* 605. *n.* 6. *lib.* 3. *Corn. conf.* 4. *lib.* 4. *Vivius. commun. opin. in verbo uxor n.* 6. qui de communi, *Surd. conf.* 81. *n.* 15. *lib.* 1. *Rain. jun. conf.* 656. *n.* 24. *lib.* 6. cum aliis congestis per *Honded. conf.* 93. *n.* 8. *lib.* 1.

5 Hujusmodi tamen remedium est odiosum, exorbitans, & contra jus, ex deductis per *Soccin. in conf.* 108. *n.* 6. *vol.* 1. *Plot. conf.* 17. *n.* 45. *ante med. vers. nam dicta authentica, Purpurat. conf* 330. *in fin. lib.* 1. *Fontanel. de pactis nuptial. claus.* 5. *glo.* 8. *p.* 9. *n.* 33. *Cæsar de Graff. decis.* 1. *n.* 12. *de succes. ab intestat. Rot. in Romana quartæ* 24. *Aprilis* 1651. *coram* Cardinal. *Celso §. nihilominus est certum.*

6 Ac propterea non conceditur nisi in subsidium, & in tantum competit, in quantum superstes conjugum sit adeo pauper, ut absque hujusmodi remedio cogatur mendicare in opprobrium prioris conjugii, *Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius in verbo, & uxorem nomine Adelasiam n.* 244. *vers. quo casu de test. Castr. in d. Authen. n.* 5. *vers. nunc quæritur* C. *undè vir, & uxor*, ibique *Bellapert. in fine* ubi dicit sufficere quod habeat panem, & aquam. *Anchar. q.* 26. *sub n.* 5. & 6. *p.* 3. *Rimin. sen. conf.* 114. *n.* 13. *lib.* 1. *Cephal. conf.* 244. *n.* 25. *lib.* 2. & *conf.* 671. *n.* 20. *in fin. lib.* 5. *Menoch. conf.* 433. *n.* 23. *vers. & si dicatur, Gabr. conf.* 142. *n.* 29. *vers nihil enim* & pluribus comprobat *Ursel. conclu.* 89. præsertim *n.* 281. *& seq. Gratian. discept.* 120. *n.* 6. *tom.* 1. *Surd. decis.* 61. *sub n.* 15. *Scayn. decis. Bonon.* 7. *n.* 1. & 7. *Cæsar. de Graff. decis.* 1. *n.* 22. *de succes. ab intestat. Rot. decis.* 174. *n.* 6. *post Pacific. de Salvian.*

7 Paupertas igitur ad hunc effectum concludenter probari debet, adeout non sufficiat simplex paupertas, sed talis exigatur, ob quam mulier, si non succederet in bonis viri, mendicare cogeretur, *glo. in Auth. præterea in verbo locuples* C. *undè vir. & uxor*, quam sequitur *Bart. ibidem n.* 3. *Bald. n.* 4. *idem Bart. in l. si constante n.* 14. *vers. in casibus verò ff. solut. matrim. Alex. conf.* 91. *n.* 3. *lib.* 7. *Gabr. conf.* 142. *n.* 25. *lib.* 1. *Corn. conf.* 249. *n.* 3. *vers. & ideo Doctores vol.* 3. *Joseph Ludov. conclu.* 35. *n.* 3. *Surd. de aliment. tit.* 9. *q.* 35. *n.* 35. & *decis.* 61. *n.* 4. *Gratian. discept.* 120. *n.* 15. & 80. *Rot. decis.* 1. *n.* 24. *de succes. ab intestat. coram Cæsare de Graff. & in Romana quartæ §. talis autem coram Cardinali Celso* ubi in *§. fi.* subdit.

8 quòd paupertas ad hunc effectum remittatur arbitrio Judicis, quod regulari debet juxta qualitatem personæ, ut inquit *Bald. in dicta Authen. præterea* C. *undè vir, & uxor.* ibique *Rom. n.* 5. *Angel. in n. fin. Jas. n.* 27. ubi de communi, *Salic. n.* 4. *Natta conf.* 605. *n.* 12. *lib.* 3. *Socc. sen. conf.* 30. *in prin. lib.* 4. qui de communi, *Honded. conf.* 93. *n.* 3. *lib.* 1. ubi quòd Judex attentis facultatibus conjugum arbitrare debet mulierem inopem, & virum locupletem fuisse.

9 Amplia, ut hujusmodi quarta debeatur uxori pauperi etiam si bona viri ob delictum ab eodem patratum fuissent confiscata, seu ad fiscum transferantur, etiam ex causa criminis læsæ majestatis; nam nihilominus uxor quartam consequitur à Fisco, perinde ac si Maritus è vita decessisset, *glos. penult. in Auth. bona damnatorum* C. *de bonor. præscr.* & ibidem *Bald n.* 3. & communiter scribentes *Socc. sen. conf.* 121. *n.* 1. *lib.* 4. *Honded. conf.* 93. *n.* 10. *vol.* 1. cum aliis allegatis per

Corbul.

Corbul. de Emphyteus. in tit. de cauf. privat.
ob mortem civilem n.23. fol. mihi 48.
10 Limit. conclusionem, ut non procedat, si
conjux ante contractum Matrimonium sem-
per honestè vixerit cum bonis propriis, cum
ita etiam possit id facere post dissolutum ma-
trimonium, ut advertit Soccin. cons. 121.
n.46. lib.4. Gabr. cons.143. n.27. lib.1. Mart.
vot.21. n.22. Hodiern. ad Surd. decis.61. n.2.
& 6. Rot. in Imolen. successionis quartæ 18.
Aprilis 1625. coram Coccino, quam refert, &
sequitur in Romana quartæ 24. Aprilis 1651.
cor. Cardin. Celso §. imo testes, & §. non enim
est dedecus, ubi quòd non sit dedecus ut
quis vivat soluto matrimonio, sicut ante il-
lud contractum, ut notatur per Honded.
cons.93. n.35. in fin. lib.1. Mart. de succes. p.3.
q.12. art.5. n.19. Amat. decis. March.72.
sub n.15. & 16. Anton. Monac. decis. Lu-
cen.50. n.37. & 38. cum aliis per Rovit. de-
cis.460. n.17. ad med. vers. nec ergo erit.
11 Quod si conjux bona acquisiverit, & di-
vitiæ supervenerint post mortem viri, nihilo-
minus debetur quarta, cùm attendatur sta-
tus, & conditio personæ, prout reperiebatur
tempore obitus viri, prout etiam si uxor ha-
12 beret alia bona ultra dotem, si omnia pro
alimentis non sufficerent, Dec. cons.24. Vi-
vius commun. opin. in verbo uxor n.4. Cephal.
cons.244. n.4. lib.2. & cons.671. n.35. lib.5.
Honded. cons.93. n.12. vol.1.
13 Limit. 2. quod cessat ratio, & provisio
Auth. præterea quando conjux debet con-
sequi lucrum, sive quartum dotale, ex jure
municipali, seu vigore statuti, prout in sta-
tuto Vrbis disponitur, sive vigore pacti, ut
expressè sancitur in Authent. de exhiben-
dis reis, ex qua fuit desumpta Authen. præ-
terea in §. quoniam vero in fin. & probat Ca-
stren. in eadem Auth. præterea n.5. in fin.
vers. respondeo quia, ibique Dec. n.14. Socc.
sen. cons.121. n.36. lib.4. Gabr. cons.142. n.1.
13. & 21. lib.1. quos refert Rot. in Romana
quartæ 24. Aprilis 1651. coram Cardinal.
Cels. in §. Vlterius.
14 Sed si statutum disponeret Maritum non
posse relinquere uxori nisi certam quanti-
tatem, nihilominus quod non comprehen-
dat dictam quartam debitam ex dispositio-
ne legali, tradit Jo: de Plotis inter consil. ult.
volunt. diversor. cons.168. n.45. Honded.
cons.93. n.9. vol.1.
15 Limit. 3. quando dos tempore contracti
Matrimonii fuerit congrua; nam tunc solu-
to Matrimonio, cessat beneficium Auth.
16 præterea, secùs autem si dotata fuerit cum
parva dote, & multò magis si fuerit nupta
sine dote, Ruin. jun. cons.654. n.17. 18. 37.
40. & 41. Soccin. sen. cons.121. n.38. & seq.
lib.4. Cephal. cons.244. n.10. lib.2. Simon.
de Pret. cons.9. n.4. lib.1. qui de communi
Vbald. de successión. ab intestat. part.4. n.8.
vers. & idem Angel. Gabr. de testam. glo.4.
n.20. Vivius commun. opin. in verbo uxor
num.2. qui de communi cum aliis congestis
per Honded. cons.93. n.4. & 19. vol.1.
17 Et dos ad hunc effectum dicitur parva, si
non sufficiat ad alimenta, qua de causa in
opprobrium præcedentis Matrimonii men-
dicare compelleretur, juxta opinionem com-
muniter approbatam, de qua Dec. in Au-
thent. præterea nu.4. C. unde vir & uxor,
ibique Bald. in fin. Salyc. n.2. Roman. n.8.
Paul. de Castr. in fin. Alex. n.4. Rol. à Val-
le cons.14. per tot. & cons.15. n.24. & seq.
lib.3. Gabr. cons.142. num.3. lib.1. Honded.
cons.93. n.4. vers. unde quamvis vol.1. ubi
alios concordantes allegat, & n.36. subdit
18 quòd dos ad hunc effectum debeat esse ita
parva, ut modica, & minima sit; cùm
modicum à nihilo non differat, Gabr. con-
sil.142. n.3. & 25. Corn. cons.249. n.3. vers.
licet autem lib.3. Rol. à Valle cons.14. n.29.
in fin. & n.34. lib.3.
19 Limit.4. ut non procedat si mulier habeat
talem dotem, cum qua secundò nubere pos-
sit; nam tunc cessat dispositio Authen. præ-
terea C. unde vir, & uxor, ut in eadem Au-
thent. dixit Paul. Pic. in repetit. n.1. Gabr.
cons.142. n.19. lib.1. Honded. cons.93. n.31.
lib.1.
20 Limit. 5. quòd dotata in parva dote suc-
cedat in quarta, quando Mulier nescit ope-
rari, præcipuè si cum dote, & operibus con-
venientibus non possit sumere victum, &
vestitum, secùs si ex sua industria honestè
vivere possit, Corn. cons.4. & cons.249. n.3.
vers. & considerabatur lib.3. Honded. con-
sil.93. n.97.
21 Limit.6. si mulier habeat Patrem divitem,
à quo ali possit; nam tunc cessat remedium
subsidiarium Authent. præterea, cùm sit
paternum officium primo loco alere filios,
quæ obligatio non cessat, etiamsi filiam nu-
ptui tradiderit, sicut non cessat patria pote-
stas, Raphael Cuman. in l. in suis ff. de li-
ber. & posthum. Alex. in Authent. præ-
terea C. unde vir, & uxor num.11. ibique
Jas. n.6. Curt. jun. n.9. Soccin. sen. cons.30.
n.4. 5. & 8. lib.4. Cephal. cons.244. n.20.
& 21. cum aliis congestis per Honded. con-
sil.93. n.26. vol.1. contrarium tenet Dec.
in dicta Authent. præterea n.20. Fabian. de
Pepis in repetition. ejusdem Authen. n.22.
& 23.
22 Limit. 7. quando Mulier pauper habeat
fratrem divitem, à quo ali possit, Gabriel
cons.142. num.30. lib.1. Rol. à Valle cons.14.
n.19. & 53. lib.3. Tyber. Decian. cons.111.
n.21. lib.3. & cons.70. num.17. lib.2. Joseph.

Ludov. in suis conclus. concl. 27. in 2. limit.
23 sed quod hæc opinio respectu fratris sit dubitabilis; nam licet frater in subsidium teneatur alere sororem inopem, tamen hoc procedit, si soror sit omni auxilio destituta, quod cessare videtur, si mulier quartam conjugalem consequi possit, latè *Menoch. cons.* 433. *num.* 16. & 17. *lib.* 5. *Rimin. jun. cons.* 657. *n.* 60. & 61. *lib.* 6. *Honded. cons.* 93. *n.* 29. *vol.* 1.

24 Limit. 8. quando Mulier sit apta ad operandum, & sibi quærere victum, absque eo quod mendicare cogatur; nam tunc quarta non debetur, *Soccin. sen. cons.* 30. *n.* 12. & 13. & *cons.* 121. *n.* 45. & 46. *lib.* 4. *Gabr. cons.* 142. *n.* 24. & *seq. lib.* 1. *Simon de Pret. cons.* 9. *n.* 15. *lib.* 1. *Purpurat. cons.* 130. *n.* 4. & 5. *lib.* 1. *Honded. cons.* 93. *n.* 34. *lib.* 1. ubi loquitur de Muliere Rustica, quæ suis operibus, vel aliis inserviendo possit sibi quærere victum, vel si habeat parvam dotem, vel tantùm in bonis, adeout simul cum operibus suæ personæ vivere possit.

25 Contrarium tenet *Dec. in Auth. præterea n.* 21. *C. unde vir, & uxor, Barbat. cons.* 74. *n.* 5. *lib.* 4.

26 Sed hæc opinio non procedit in muliere nobili, cui viro defuncto esset dedecus laborare, vel aliis inservire; secùs si esset talis conditionis, cui non esset dedecus suis manibus, & operâ, & industriâ, vel aliis inserviendo sibi victum quærere, *Honded. cons.* 93. *n.* 35. *vol.* 1. ubi quòd ita sint intelligendi Doctores pro secunda opinione citati, & *Rol. à Val. Tyber. Decian. Rimin. jun. & Menoch.* & alii hujus sententiæ sectatores.

27 Limit. 9. ut quarta bonorum viri, quæ debetur mulieri non possit excedere libras centum auri, & in omnem casum in quartam computari debeat dos parva, & alia bona mulieris, ut tradunt *Doctores* congesti per *Honded. cons.* 93. *n.* 38. & 39. *lib.* 1.

28 Limit. 10. quando maritus aliquid legaverit uxori; cùm tunc præsumatur legasse animo compensandi: ita probant *Doctores omnes in Auth. præterea C. unde vir, & uxor*, & tradunt alii relati per *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 109. *n.* 34.

29 Sublim. 1. hoc non procedere quando legatum factum per maritum uxori, & è contra, non esset permansurum apud ipsam uxorem, ut si gravata fuisset onere restitutionis; nam tunc non præsumitur relictum animo compensandi cum lucro dotali; siquidem quando res non est permansura apud eum, cui relicta est, habetur perinde ac si ei legata non fuisset, cùm nihil legatarius consequatur, si rem legatam statim, vel intra breve tempus restituere teneatur, ita scripserunt *Dinus, Bart. Bald. Castren. & Alex. in l. si cum dotem §. si pater ff. solut. matrim. Angel. in Auth. præterea in fi. C. unde vir & uxor, Capra cons.* 143. *n.* 6. cum aliis adductis per *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 109. *n.* 53.

30 Secùs autem si per aliquod tempus legatum esset permansurum apud uxorem, vel maritum; nam tunc interusurium medii temporis præsumitur relictum animo compensandi cum lucro dotis, *Jas. in Authen. præterea n.* 25. *C. unde vir, & uxor Bald. cons.* 185. *lib.* 1. & reprobato *Capra* contrarium tenente docet *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 109. *n.* 53. *vers. cæterum solet ambigi.*

31 Neque etiam procedit hujusmodi sublimitatio, quando constat ex conjecturis, & præsumptionibus uxorem legasse marito animo non compensandi cum lucro dotis, ut si testator voluit præstari legatum sine aliqua conditione, vel contradictione: ita ex *Gabr. cons.* 16. *n.* 33. *lib.* 1. subdit *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 109. *n.* 54.

32 Sublim. 3. ut neque etiam procedat quando mulier reliquisset legatum marito sub his verbis; lego centum de bonis meis; nam tunc non præsumitur fuisse factum legatum animo compensandi cum lucro dotis ex dispositione statuti, aut juris communis debito; ac proinde utrumque præstari debet, secùs si dixisset lego super bonis meis, & hæreditate, *Jas. in Authen. præterea C. unde vir. & uxor n.* 26. *vers. limita istam communem*, ibique *Rimsnal. in fine Bald. in l. si cum dotem §. si pater ff. solut. matrim.* ibique *Castr. & Alex. n.* 6. *Alciat. in l. Princeps de verbor. significat. Felin. in cap. quoniam col.* 4. *de præscript. Phanuccius in commentar. de lucro dotis in glo.* 8. *n.* 59. *Marsil. singular.* 162. *Bald. cons.* 84. *lib.* 2. *Capra cons.* 143. *n.* 12. *cons.* 29. *n.* 9. *Corn. cons.* 257. *n.* 20. *lib.* 1. & *cons.* 127. *n.* 7. *lib.* 3. *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 109. *n.* 51. Contrarium tamen docent *Comens. in l. si cum dotem §. si pater ff. solut. matrim. Dec. in Authent. Præterea n.* 11. *C. unde vir, & uxor & Didacus in cap. officii n.* 7. *de testib.*

33 Quibus obiter addi potest alia juris conclusio quòd legatum, seu fideicommissum relictum à debitore suo creditori regulariter non censeatur relictum animo compensandi ut latè tradit *Mantica de conjecturis ultim. volunt. lib.* 10. *tit.* 2. *à n.* 1. & *Menoch. lib.* 4.
34 *præsumpt.* 109. *à n.* 1. ac proinde valeret legatum, & creditor consequi potest rem, & perere debitum, nisi deducatur animo compensandi legasse, *l. creditorem ff. de legat.* 2. *Oinot. in §. si rem suam instit. de legat. in addit. lit. A.*

35 Sed hæc conclusio regulari debet juxta distin-

distinctionem communiter à Doctoribus receptam, ut si legatum sit factum creditori, cui testator ex causa necessaria tenebatur, scilicet ita jubente lege, vel si absque ullo hominis facto, etiam invito exigi posset, & tunc censetur factum animo compensandi, *l. si cum dotem*, *§. si pater ff. solut. matrim.* ibique *Bart. n* 3. & colligunt *Doctores omnes in authen. praeterea C. unde vir, & uxor*, *& in l. hujusmodi §. cum pater ff. de legat.* 1. *& in l. cum pater §. qui in vita eod. tit. Mantica de conjectur. ultim. volunt. lib.* 10. *tit.* 2. *n.* 2. *vers. quod si debitum*, *& n.* 3. *Menoch. de praesumption. lib.* 4. *praesumpt.* 109. *à n.* 1. *cum seq.* & exemplum ponunt in filiis, quibus debetur dos, vel legitima.

36 Non tamen censetur relictum animo compensandi, quando debitum est voluntarium, ut si habeat initium voluntarium, scilicet si descendat à contractu, vel quasi contractu, licèt postea efficiatur necessarium: & ita omnes convenire tradit *Corn. cons.* 257. *n.* 20. *in fin. vol.* 1. & de communi *Paris. cons.* 95. *n.* 37. *vol.* 2. *Gab. cons.* 106. *n.* 8. *Didacus in cap. officii n.* 2. *vers. est igitur de testam. Mantica de conjectur. ultim. volunt. lib.* 10. *tit.* 2. *n.* 2. juncto *n.* 4. *Menoch. lib.* 4. *praesumpt.* 109. *n.* 3. *& praesumpt.* 110. *n.* 2. & comprobat *Dec. in authen. praeterea n.* 11. *C. unde vir & uxor.*

37 Sed hoc non procedit, quoties concurrant conjecturae denotantes animum compensandi legatum relictum cum debito voluntario, *Menoch. lib.* 4. *praesumpt.* 110. *n.* 23. *& n. sequen. usque ad* 49. enumerat

38 conjecturas, ex quibus praesumitur animus compensandi, nempe 1. si resultaret inaequalitas inter filios, & filias testatoris, ut si compensatione non facta cum credito unius filii, ille plus caeteris haberet, 2. si testator legavit eandem speciem, quam legatario debebat, 3. si quantitas legata conveniret cum quantitate debita. 4. si testator disposuit se legare pro omni, & toto eo, quod ipse legatarius petere, & consequi posset; vel si testator jussit legatarium esse debere contentum legato sibi relicto, adeout si acceptet legatum nihil aliud petere possit, licèt creditum esset majus legato, sed deficientibus illis verbis, quod nihil aliud petere possit, tunc compensatio facienda esset pro modo sine praejudicio petendi, & consequendi residuum. 5. Alia conjectura desumitur si testator declaravit se legare ob servitia, & obsequia ab ipso legatario aliquando accepta, ex *Afflict. dec.* 44. *n.* 10.

39 Regulariter verò quando legatum est factum animo compensandi, & legatarius acceptat legatum, non tenetur compensare nisi pro quantitate sibi relicta, ut concludit
40 idem *Menoch. lib.* 4. *praesumpt.* 110. *n.* 22. à quo etiam enumerantur aliae conjecturae, excludentes animum compensandi à *n.* 7. *usque ad* 22.

De quarto dotali secundùm jus municipale.

SUMMARIUM.

1 Quartam partem dotis lucrantur Conjuges in casu alterius obitus quoad proprietatem, & usumfructum, liberis non extantibus, aliàs quoad usumfructum tantùm ex statuto Urbis.
2 Sed dictum statutum est strictè intelligendum, cùm sit contre jus commune.
3 Dos de jure communi revertitur ad dotantem, non existentibus liberis.
4 Quartum dotale statutarium ut debeatur, requiritur consummatio matrimonii attento statuto Urbis: generaliter verò hinc inde adsunt opiniones, n. 5. quae referuntur, n. 6. & 7.
8 Debetur tamen, si per uxorem non steterit quo minus consummaretur, & n. 10.
9 Debetur si maritus sustinuerit onera matrimonii, & mulieri si praestiterit tertio obsequia matrimonialia, n. 10.
11 Debetur etiam ex dote promissa. Contrar. n. 13.
12 Et etiamsi conjux decedat pendente dilatione ad solvendam dotem.
14 Debetur sive mulier fuerit ab alio dotata, sive se ipsam dotaverit, & tam ab intestato, quàm condito testamento.
15 Debetur etiam habitâ ratione ad augumentum dotis.
16 Et etiam ex mobilibus traditis aestimatis aliàs secus.
17 Jus petendi lucrum dotis transit ad haeredes.
18 Debetur etiam ex fundo dotali.
19 Et etiam ex dote in bonis fideicommissariis constitutâ.
20 Pro constituenda dote, ejusque augumento, & quarto dotali bona fideicommisso subiecta alienari possunt.
21 Sed si dos constituatur partim ex bonis liberis, & partim ea fideicommissariis, quartum dotale debetur ex bonis liberis habito respectu ad totam dotem.
22 Declare procedere in casibus relatis à n. 22. usque ad n. 31
32 Bona semel ea fideicommisso detracta pro lucro dotali non ampliùs revertuntur ad fideicommissarios mortuâ muliere.
33 Lucrum dotis debetur non obstante fideicommisso rebus dotalibus injuncto.
34 Quartum dotale quomodo detrahendum.
35 In bonorum divisione si oriatur confusio, ad judicem spectat facere similes divisiones.
36 Quartum dotale debetur in pretio pro bonis non existentibus, vel commodam divisionem non patientibus.
37 Pretium succedit loco rei venditae.
38 In petitione rei dotalis etiam pretium succedere potest.
39 Disposita in dote habent locum in lucro dotali.
40 Legatum factum à viro uxori censetur factum animo compensandi, si tanquam debitum necessarium à statuto deferatur, secùs si statutum procedat per viam praesumptae voluntatis contrahentium; nam tunc tamquam debitum voluntarium, non compensatur, n. 41.
Legatum factum creditori ea causa necessaria, animo compensandi relictum praesumitur sub n. 40.
42 Quartum dotale debitum ex statuto Urbis reputatur debitum voluntarium, & non necessarium.
43 Et non compensatur cum legato, & n. 44. ubi contrariis respondetur.
45 Debitum dicitur voluntarium, si trahat initium à voluntate hominum, ut sunt omnes contractus.
46 Necessarium verò si legis auctoritate quis teneatur.
47 Quartum dotale debetur juxta quantitatem à partibus concordatam.
48 Pacta inter conjuges concordata servanda sunt.

 49 Quoad

49 Quoad lucrum dotis statutum domicilii viri est attendendum.

50 Forensis verò si ducat uxorem illico ad patriam traducturus, non attenditur statutum loci uxoris, sed loci mariti, quo mulier contractura est domicilium limit, ut n.51.

ADNOTATIO II.

1 QUartam dotis partem tam quoad usumfructum, quàm quoad proprietatem maritus lucratur mortuà uxore liberis non extantibus; & similiter uxor viro defuncto, quæ verò stantibus liberis lucratur, quoad usumfructum tantùm; ac propterea cavere tenetur de restituendo finito usufructu: hujus enim donationis propter nuptias, seu dotalis lucri pactum semper censetur appositum, nisi fuerit remissum, aut aliter inter partes conventum, ut expressè disponitur in *Statuto Urbis lib.1. cap.131.*

2 Quæ Statuti dispositio strictè, & limitativè, prout loquitur, intelligi debet, cùm sit contra jus commune, cujus vigore in-

3 tegra dos ad dotantem revertitur, defunctà muliere dotatâ absque liberis, *l. dos à Patre C. solut. matrim.* ac proinde non est extendendum etiam ex majoritate rationis ad casum in eodem non expressum, *Gratian. discept. forens. cap.197. n.3. & seq. tom.1. Fenson. ad Statut. Urbis lib.1, cap.131.n.2. & 3. ex Rolan. de lucro dotis q.2. n.1. & q.50. n.2. & Mascard, de gener. stat.interpret. conclus.4. n.53.*

4 Ad hoc autem ut sit locus dispositioni dicti Statuti requiritur consummatio matrimonii, quæ concludenter est probanda ab eo, qui dotis lucrum consequi intendit, ut ex aperta ejusdem Statuti lectura evidenter apparet; & in terminis Statuti de lucro dotis tradit *Paris. cons.34. n.10. & seq. lib.3, & cons.62. n.42. lib.4. Bero. cons.40. n.25, post med. lib.1. Rol. à Val.cons.46.n.8.lib.4. Sanch. de matrim. lib.6.dis.19.n.1. cum seq. Rot. decis.101.n.1. part.2. divers. decis.320. n.2. & 3. decis.361. n.1, & decis.399. n.1, coram Amat. Dunozet,*

5 Quod licèt indubitanter procedat attento Statuto Urbis, generaliter verò lucrum dotis quando debetur ex Statuto, vel pacto an debeatur non consummato matrimonio, pro affirmativa,& negativa adsunt opiniones Doctorum attestantium de communi, de quibus latè *Ceval. qu.10. Bernard. Greværus ad Gail.concl.80.per tot.lib.2.* quos allegat *Rot.decis.361.num.2. coram Amat. Dunozet. tom.1.*

6 Et quod debeatur etiamsi matrimonium non fuerit consummatum, nec sponsa traducta, cùm etiam non secutâ traductione, & consummatione, dicatur matrimonium, cujus respectu dotale lucrum debetur, *Bar. in l. nihil ff. de rerum amot. Paul. de Castr. cons.153.vol.1.*& tradunt alii Doctores congesti per *Matthæum Matthesilan. sing. 74. in Annot.1. inter singularia omnium Doctor. fol.mihi 242.*

7 Contrarium verò quòd non consummato matrimonio lucrum dotis non debeatur, suadetur; quia mulier non cognita, nec traducta propriè non dicitur uxor, cum ab usu dicatur, nec maritus, qui dicitur quasi maris ritus, tum quia præfatum lucrum debetur marito propter onera matrimonii, & uxori propter obsequia matrimonialia, quæ cum non sustinuerint ante traductionem, & consummationem, cessat jus ad lucrandum quartum dotale, *Salycet. in l. cum te C.de donat, ante nupt, Abb. cons.1. per tot.* latè *Corn.* sibi contrarius *cons.248. col.3. vers. his tamen non refragantibus vol.2.* & tradunt alii Doctores pro hac opinione congesti per *Matthesilanum dicto sing.74.in annot. n.4. vers.contrarium tamen.*

8 Veritas tamen est quod debeatur etiam non consummato matrimonio, si per uxorem non steterit, quo minus consummaretur; ideoque hoc casu illud haberi debet pro consummato, quod sufficit ad effectum consequendi lucrum dotale, *Bald. in l. Deo nobis sub n.7. vers. sed juxta hoc C.de Episcop. & Cleric, Gail. lib 2. pract. observ.80.n.11. vers.secundo limitatur, Molphes.ad consuet, Neapol. part.7. tit. de jure quart. q.7. per tot. & in addit. à n.5. usque ad n.21. Neapodan, in consuet. Neap, in tit.de jure quart. fol.256. sub n.32. & fol.258, n.43. Surd. de alimentis tit.1.q.32.n.19.* ubi allegat *Alex. in cons.129. n.2. vol.7. Soccin. cons.8. vol.3. Phannc. in tract. de lucro dotis gloss.2. n.53. limit,2, Natta cons.262.n.5.Gram.dec.103. sub n.87. vers. & licet cum seq,* & in terminis Statuti Urbis *Rot.decis.92. & decis.101, p.2. divers. decis.237.n.5.decis.307.n.9.p.6. in recent, decis.320.n.5. & decis.361. n.9. coram Amat, Dunozet.*

9 Ad hoc tamen ut maritus dotis lucrum consequatur probare debet quod continuò habitaverit cum uxore, & sustinuerit onera matrimonii, *Rot, in Perusina lucri dotis 29. Novembris 1599. coram Justo post Gilian, ad Statut. Perus. decis.43. num.10,*

10 & uxori pariter incumbit onus probandi quod præstiterit obsequia matrimonialia, seu quod præstiterit patientiam successivam, ad hoc ut dicatur quòd per ipsam non steterit, quo minus matrimonium consummaretur, *Surd. cons.45. n.19. Bec. cons.45. sub n.19.* idem *Surd. cons.130. n.1. post med.Gratian, discept. forens. cap.745. n.57. Rot. decis.30, n.4.*

n.4. *post Pic. ad Statut. Urbis, & decis.*361. n.2. & n. 13. *coram Amato Dunozet. tom.* 1. & *decis.*5.n.6.*coram Gregor. XV.*

11 Amplia, ut lucrum dotis debeatur etiam ex dote promissa, quæ ad effectum consequendi lucrum dotale habetur ac si soluta fuisset, *Rolan. de lucro dotis q.*9. n.4. ubi de communi *Fenson. ad Statutum Urbis in cap.*131. n.24. & *in cap.*132. n. 6. *lib.* 1. & tradit *Jas.* post *Bald.* quem allegat *in l.* 1. n.9. *ff. si cert. petat.* ibique *Dec. n.*5. *in fin. Purpurat. n.*32. *Alciat. n.*7. *Corn. cons.*67. *num.*1. *lib.* 1. *Cephal. inter cons. Pauli Leoni cons.*4.n.24. *Menoch. lib.*6. *præsumpt.* 1. n.21. & tradunt alii Doctores quos citat *Rol. de lucro dotis q.*5. n.10. *Gaspar Thesaur. quæst. forens. lib.*2. q.75. n.2. ubi de veriori, & rationibus comprobat *Anton. Guibert. de dote cap.*2. n.14. *Achil. de Graf. decis.*13. n.1. & 4. *de constit. Gregor. XV. decis.*5. num.1. ibique *Beltram. in addition. n.* 11. & *dec.*21. n.1. *Burat. decis.*432. n.11. & *in Romana lucri dotis* 1. *April.* 1650. *in §. siquidem coram Albergato*.

12 Ampl.2. ut debeatur etiamsi conjux decedat pendente dilatione ad dotem solvendam, ut latè tradit *Neguzan. quæst. forens.* 433. *à n.*9. *Gaspar Thesaur. quæst. forens. l.*2. q.75. n.6. *Phanuc. de dote in verbo restituenda n.* 38. peti tamen non potest antequam dies solutionis cesserit, sed conjux superstes tenetur expectare tempus, & terminum datum ad solvendam dotem, quo completo, & non antea lucrum exigi potest; quia absurdum est lucrum dotis peti posse, antequam dos ipsa debeatur, ut animadvertit *Mantica de tacit. & ambig. convention. lib.*20. *tit.*5. n.23. *cum duob. sequ.* ex *Bald.* quem allegat *in cons.*467. n.1. *vers. item istud lucrum lib.*4. *Jas. in l. si donaturus §.* 1. n.16. *ff. de condict. ob caus. Crav. in cons.*632. n.2. *Fenson. ad Statut. Urbis in c.*131. n.26. & *in cap.*132. n.7. *lib.* 1. *Ferentil. ad Burat. decis.*432. *sub n.* 11. latè *Rot. decis.*37. n.1. & 12. & *per totam coram eodem Cardinal. Mantica*.

13 Contrarium verò quòd Statutum de dote lucranda non habeat locum in dote promissa, scripserunt *Bart. in l. habemus §. sanè C. de sacrosanct. Eccles. Alex. cons.*63. *col. pen. lib.*4. *Jas. in §. fuerat n.*28. *instit. de action.* dicens valde dubiam quæstionem *Castr. in l. si marito §. si pater ff. solut. matrim. Isern. in cap.* 1. *de nat. success. feud. col.*13. *Angel. cons.*158.

14 Ampl.3. Ut lucrum dotis statutarium debeatur sive mulier fuerit ab alio dotata, sive se ipsam dotaverit, *Menoch. cons.*277. n.47. *Malvas. cons.*39. n.14. *Burat. decis.*657. n.3. & non solùm ab intestato, sed etiam condito testamento, *Roland. de lucro dotis q.*52. *num.* 1. & *seq.* ubi quod omnes concordant *Burat. dicta decis.*657. n.2. & 3.

15 Ampl.4. Ut lucrum dotis debeatur uxori non solùm habità ratione ad dotem, sed etiam ad augumentum dotis, quod vir uxori fecit, *Rol. de lucro dotis q.* 100. *per tot. Fenson. ad Statut. Urbis cap.*131. n.37. *Rot. decis.*590. *num.*2. *vers. secundam utilitatem*

16 *p.*1. *divers.* secùs autem habita ratione mobilium, quæ usu consumuntur, nisi æstimata tradita fuerint *Rot. decis.*882. n.3. *coram Card. Seraphino*.

17 Ampl. 5. Ut jus petendi lucrum dotis transeat ad hæredes, adeout marito decedente eo non petito, ejus hæredes petere possunt, *Bald. in l. si abrogetur n.* 1. *in fin. ff. de adopt. Cremen. singular.*54. *Roland. de lucro dotis q.*47. n.5. ubi de veriori, & receptiori, *Fenson. ad Statut. Urbis lib.* 1. c.131. *num.*31.

18 Ampl. 6. Ut quartum dotale debitum ex Statuto Urbis debeatur sive dos fuerit in pecunia numerata soluta, sive pignore tradito, vel fundo dotali constituto, ut expressè disponitur in eodem Statuto *lib.* 1. c.132.

19 Amp.7. Ut Statutum quod maritus lucretur certam partem dotis habet etiam locum in dote constituta in bonis fideicommisso subjectis vigore remedii subsidiarii, juxta dispositionem *Authent. res quæ C. commun. de legat.* ut ibi tradit *Bald. n.*14. *Phanuc. de lucro dot. gloss.*10. n.6. *Marescot. lib.*2. *var.*

20 *resol. cap.*69. n.3. etenim bona fideicommisso subjecta non tam pro dote, quàm pro augumento, & quarto dotali alienari possunt, sive debeantur ex pacto, sive ex Statuto, ex eadem *Authent.* dispositione, ut *ibidem* subdit *Bald. n.*13. latè *Aym. in cons.*186. n.4. *Rot. decis.*209. n.2. *p.* 1. *recent.*

21 Sed si dos constituatur partim in bonis liberis, & partim in bonis fideicommissariis, quod lucrum dotis debeatur marito ex bonis liberis habito respectu ad totam dotem, etiam bonorum fideicommissariorum, voluerunt *Bald. in cons.* 356. *lib.* 2. *Decian. cons.*12. n.15. *usque ad fin. lib.*2. *Panzirol. cons.*17. *sub n.*5. *vers. quibus suppositis*, *Pereg. cons.*82. *sub n.* 1. *vers. contra tamen lib.*5. & *de fideicommis. art.*42. n.106. & *decis. Patavina* 154. n.1.

22 Sed supradictorum Doctorum opinio sustineri potest in sequentibus casibus, videlicet, quando maritus ignorat quòd bona sibi in dotem data pro parte subiecta sint fideicommisso, sed omnia libera asseruerunt, quo casu maritus, seu ejus hæredes tenentur de evictione pro lucro integræ dotis super ejus bonis liberis, ut declarat idem *Bald. cons.*468. *lib.*4. & sequitur *Alex. cons.* 176. n. 9. *lib.*7. *Rol.*

*Rol. à Vall. de lucro dot. q.*58. *n.*1.*& per tot. Phanuc. eod. tract. gloss.*10. *n.* 70. *Odd. de fideicommis. q.*43. *n.*145. bene *Cephal. cons.* 365. *sub n.*7. *vers. sed ubi non intervenit*, Rot. *in Forolivien. lucri dotalis* 31. *Januar.* 1659. *coram Cardinali Cerro*, quæ est in *recen. decis.*18. *n.*6. *& decis.*204. *n.*3. *p.*13.

23 Vel quando bona fideicommissaria dari possunt in dotem sive ex voluntate testatoris, sive ex remedio, & provisione *Auth. res, que C. commun. de legat.* ut si agatur de fideicommisso ascendentis, & non adsint bo-
24 na libera; nam tunc sicut ex eis sibi dotem constituere potest, ita pari modo legitimò maritus potest ex eisdem lucrum à statuto
25 delatum sibi deducere, ut notat *Bald. in eadem Auth. sub n.*14. *vers. vel dic contra*, *Aym. cons.*186. *n.*4. *Cephal. cons.* 365. *n.*67. *vers. & idem quando bona, Panzirol. cons.*17. *n.*11. *Rot. decis.* 45. *n.*25. *&* 26. *coram Comitul. decis.* 209. *n.*2. *p.*2. *decis.*18. *n.*7. *& decis.* 204. *n.*4. *p.*13. *recent.*

26 Vel demum quando non obstante expressione fideicommissi maritus sibi præcavere curavit de dotali lucro mediante pacto expresso; nam hoc casu non censetur acceptasse bona obnoxia restitutioni, nisi cum dicta qualitate obtinendi lucrum, ut egregiè docet *Odd. de fideicommiss. q.*43. *n.*147. *cum seq. Rot. decis.*43. *sub n.*3. *&* 4. *decis.*213. *n.*1. *vers. quia ideo coram Coccin. & dec.*18. *n.*10. *&* 11. *& dec.*204. *n.*5. *&* 6. *p.*13. *in*
27 *recent.* Secùs autem, quando maritus expressam notitiam habuit quòd pars dotis subiecta est fideicommisso, & non intret remedium *Authent. res, quæ C. commun. de legat.* ex quo adsunt bona libera, nec adiectum fuit pactum explicitum de lucro dotis, hoc enim casu quoad portionem bonorum fideicommissariorum deducere non valet, sed proportionabiliter quoad bona libera, utpo-
28 te quia bona fideicommissaria recepta censentur cum suo onere reversionis ad vocatos ad *Textum in l. mulier bona* 73. *ff. de jure dot. Rot. decis.* 199. *num.* 19. *decis.* 18. *num.*15. *&* 16. *& decis.*204. *n.* 6. *part.*13. *recent.*

29 Propterea extra hos casus firma remanet conclusio, quod ex bonis datis in dotem partim liberis, & partim fideicommissariis lucrum dotale tantum debeatur pro rata bonorum liberorum, ut rejectâ contrariâ sententiâ *Baldi*, & sequacium, & approbatâ sententiâ *Castr. Cephal.* & aliorum, firmavit *Rot. in Forolivien. lucri dotalis coram Cardinali Cerro decis.*18. *& dec.*204. *part.*13. *in recent.*

30 Quod procedit etiamsi Statutum disponeret, quod lucrum dotale à viro detrahi possit de omni re, de qua detrahitur dos, velut de fideicommisso, & de re Emphyteutica, quia intelligitur juxta juris dispositionem, quoties vel ex testatoris permissione, vel ex remedio *Authent. res, quæ C. com-*
31 *mun. de legat.* dos constitui possit de bonis fideicommissariis; nam tunc permissâ dotis constitutione, permittitur etiam detractio lucri dotalis favore mariti, ut notat *Bald. in Authent. res, quæ C. commun. de legat. sub n.*19. *vers. vel dic, Rot. dec.*45. *n.*25. *&* 26. *coram Comitul. & dicta dec.*214. *à num.*11. *usque ad* 15. *p.*13. *recent.* ubi subdit, quod ubi cessat testatoris provisio, & non intrat remedium dictæ *Authent.* sicuti ex bonis fideicommisso subiectis dos constitui non potest, ita nec dotale lucrum detrahi valet datâ scientiâ fideicommissi, & speciali pacto cessante: undè similia Statuta recipere debent interpretationem à jure communi.

32 Bona verò semel ex fideicommisso detracta pro assignatione lucri dotalis non revertuntur ampliùs ad fideicommissarios mortuâ muliere, cui fuerunt assignata, vel ex provisione fideicommittentis, vel remedio *Authent. res, quæ*, quinimo censetur perpetuò facta liberatio, etiam ad favorem liberorum, licèt non essent hæredes eorum Patris, *Soccin. in cons.*23. *n.*58. *vol.*3. *Fenson. ad Statut. Urb. lib.*1. *cap.*131. *n.*14. & per *Text. in Authent. hæredes*, & *in l. fœminæ C. de secund. nupt.* & per *Afflict. decis.*38. *n.* 6. *& decis.*324. *n.*1. dixit *Rot. decis.*209. *n.*3. *&* 4. *p.*1. *in recent.*

33 Ampl.8. ut lucrum dotis ordinatum à Statuto locum habeat non obstante fideicommisso injuncto à Patre rebus dotalibus, latè *Rolan. de lucro dotis q.*57. *per totam, Campeg. in tract. de dote p.*5. *quæst.*18. *Cravet. in cons.*186. *Surd. de aliment. tit.*8. *q.*74. *n.*6. ubi quod sit videndus *Phanuc. de lucro dot. gloss.*10. *n.*57.

34 Pro lucri dotalis consecutione quis non debet ex omnibus bonis, vel rebus particularem vindicare partem, præcipuè si commodam non recipiant divisionem, sed eligendum aliquod corpus, seu corpora, neque de melioribus, neque de pejoribus, & ex illis dotale lucrum detrahere, exemplo detractionis legitimæ, juxta providam dispositionem Imperatorum *Theodosii*, & *Valentini* in *l. meminimus* 2. *Cod. quando, & quibus quarta pars lib.*10. ibi - *sed multi*, cùm aliàs inconveniens videatur, quod quis pro consecutione lucri sibi à Statuto debiti habeat in omnibus rebus, seu possit particularem vindicare portionem, ut præcisè dicit *Text.*
35 *in l. potest* 27. *ff. de legat.* 1. quinimo licèt bona, seu res dividi possint, tamen si ex tali divisione oriatur confusio, & scandalum Juris Consultus *Ulpianus in l. communi di-*

vidun-

vidundo 17. *ff. communi dividundo*, advertit ad Judicis officium pertinere facere similes divisiones, ex *textu in l. planè* 3. *in prin. ff. famil. ercifcundæ*, & *l. cum hi* 8. §. *causa ff. de transact.* & firmavit *Rot. in Romana lucri dotalis* 7. *Maii* 1667. *coram Calataiu*, quæ est *in recent. decis.*234. *à n.*5. *usque ad fin. p.*15.

36 Pro bonis verò non existentibus, vel si
commodè dividi nequeant, quartum dotale
in eorum pretio debetur, *Rot. dicta decis.*
37 234. *n.*3. *p.*15. *recen.* ea ratione, quia regulare
est quod in universalibus re venditâ
pretium ejus loco succedit, *l. in familia* 20.
C. familiæ ercifcundæ, *glos. in l. labeo* 14. *in
verbo pretium ff. de verbor. significat. glos.
in l. si*, *& rem* 22. *verbo quia potest ff. de pe-*
38 *tit. hæred.* quod procedit etiam in petitione
rei dotalis, ut probat ad litteram *glos. fi-
nal. in additionibus in l. qui vas* 49. §. *fi-*
39 *nal. ff. de furtis.* Nam disposita in dote, habere
locum etiam in lucro dotis, sæpe Rota
resolvit; ut in *decis.*88. *n.*9. *post Pacif. de
Salvian.* ubi aliæ referuntur.

40 Legatum verò factum à viro uxori; & è contra censetur factum animo compensandi cum quarto dotali, si tanquam debitum necessarium ex statuto proveniat, ut si simpliciter ex statuti dispositione deferatur, non permisso arbitrio cotrahentium matrimonium illud excludendi, & sic ex mera legis auctoritate, absque ullo facto hominis, quando enim creditori ex causa necessaria legatum relinquitur, animo compensandi relictum præsumitur, ad *textum in l. si cum dotem* §. *si pater ff. solut. matrim. l. omnimodo* §. *imputari C. de inof. testam. Bart. & Doctores in anthen. præterea C. unde vir & uxor*, & ita *post Jacob. de Aret.* censuit *idem Bart. in l. si cum dotem* §. *si pater n.*4. *ff. solut. matrim.* ibique latè defendit *Imola*, *Paul. de Castr. n.*4. *&* 5. *Alex. n.*5. *Gabr. cons.*16. *n.*30. *&* 31. *lib.* 1. *Fenson. ad stat. Urbis cap.*131. *n.* 49. *lib.*1. *vers. licèt alias decisiones*, *Rolan. de lucro dotis q.*96. *n.*8. *Menoch. lib.*4. *præsumpt.* 109. *n.* 35. *vers. ea est vera*, *Cardinal. Mantica de conject. ultim. volunt. lib.* 10. *tit.*2. *n.*7. *vers. quartò similiter*, qui omnes de communi, & recepta opinione testantur.

41 Secùs autem si statutum procedat per viam præsumptæ voluntatis contrahentium, & non ex propria auctoritate statuentium; nam hoc casu lucrum dotale reputatur debitum voluntarium, ac proinde non est locus compensationi, sed utrumque nempe legatum, & lucrum dotale debetur, & hoc omnes videntur admittere per *textum in l. creditorem* 87. *ff. de legat.* 2. latè *Gomez var. resol. tit.*1. *cap.*12. *n.* 27. *Mantica de conjectur. ultim. volunt. lib.* 10. *tit.* 2. *n.* 2. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 110. *n.*7. & ita sæpe firmasse *Rot.* patet ex decisionibus relatis *à Burat. decis.* 291. *n.*6. & *post Pacif. de Salviano* dixit etiam *Rot. decis.* 88. *n.* 1. *& n.* 5. *&* 6. *& per totam*, *& decis.*89. *n.*11. & in hac opinione resident *Rolan. de lucro dotis*, & alii relati per *Surd. cons.*112. *n.*64. *& cons.*196. *n.*36. *& seq.* & confert distinctio *Ripæ in l. si insulam n.*60. *ff. de verbor. obligat.*

42 Secundùm verò dispositionem statuti
Urbis *in cap.*131. *lib.*1. dotale lucrum non
reputatur debitum necessarium, quia non
mandat simpliciter deberi quartum dotale
sed tantùm disponit, quod pactum circa lucrum
dotis semper in instrumento censeatur
appositum, & stipulatum, nisi de partium
voluntate remissum fuerit, ac proinde
statutum procedit per viam præsumptæ voluntatis
contrahentium, non autem ex propria
auctoritate statuentium: & cùm partes
possint renunciare, & aliter convenire ex
facultate ab eodem statuto attributa, censetur
provenire ab homine, & consequenter
esse debitum voluntarium, ut tradunt
*Doctores relati à Rolan. de lucro dotis q.*86.
43 *n.*12. & in terminis statuti Urbis quod non
sit locus compensationi firmavit *Rot.* in causa
Romana donationis propter nuptias 1. *Julii* 1577.
coram Blanchetto, quam secuta
fuit in *Romana census coram Sacrato post
Pacif. de Salvian. interdict. d.*88. *n.*5. *&* 6.
ubi reprobatur *Gab. in cons.* 16. *n.*31. *lib.*1.
cùm nihil videatur firmare, & quod ejus
44 opinio non sit bona, & respondetur ad decisionem
186. coram Cavalerio, in qua Rota
visa fuit inclinare in contrariam sententiam,
utpote quia in eadem non fuit disputatus
articulus, & hanc eandem sententiam
canonizavit in alia *Romana fructuum quinquaginta
millium coram Blanchetto post
tract. ejusdem Pacif. de Salvian. decis.* 89.
*n.*11. ex *Franc. Ripa in l. si insulam n.*6. *ff.
de verbor. obligat. Joan. Ripa in l. faminæ
n.*6. *C. de secund. nupt. & in l. generaliter
n.*5. *&* 7. *C. eod. tit.*

45 Debitum enim voluntarium illud dicitur si trahat initium à voluntate hominum, licet ex post factum fiat necessarium, ut sunt omnes contractus, vel quasi juxta *l. sicut C. de action. & obligat. & l. in commodato* §. *sicut ff. de commodat. Bald. in l. si uxor n.*4. *C. de bon. auctor. Jud. possess. Surd. cons.* 196. *n.*37. *Signor. cons.* 176. *n.* 4. *Paul. Castren. cons.*35. *col.*2. *vers. quinto vol.*2. *Alex. cons.*7. *n.*16. *vol.*6. *Corn. cons.*242. *col.*5. *vol.* 1. *Bened. Capra cons.*143. *n.*5. *& infra*, *Cardinal. Mantica de conjectur. ultim. volunt. lib.*10. *tit.*2. *Afflict. decis.*44. *n.*9. *Pedemont. decis.*

decis.167.n.25. Rot. decis.88.n.3. post Pacis.de Salvian.interdict.

46 Debitum verò dicitur necessarium, quando habet initium, & causam necessariam, nempe cùm quis sine facto suo lege obligatur, ut est debitum legitimæ, dotis, & similium, *l. obligamur §. lege ff. de action. & obligat. l. qui liberos ff. de ritu nuptiar. l. ultim. C. de dot. promis. Bald. in l. si uxor n.4. C. de bon. auctor. Jud. possess. & in cons. 58.n.4. vol.2. Cardinal. Mantica de conjectur. ultim. volunt. lib.10.tit.2.n.3.*

47 Propterea quartum dotale debetur juxta quantitatem inter partes concordatam, seu juxta conventionem, quæ in hoc attendi debet tam de jure communi, *l.1.§.ait Prætor, & tot. tit. ff. de pact. dotal. Peregr. decis. Patavin.18.n.13.* quàm ex dispositione statuti Urbis *lib. 1. cap.* 131. cujus vigore omnis conventio, & remissio circa quartum dotale permittitur, ac proinde omissâ statuti dis-
48 positione, de jure servanda sunt pacta inter conjuges stipulata, *l.1.§. illud C. de rei uxor. action. l. si unus §. pactus ne peteres ff. de pact. l. quoties ff. solut. matrim. Surd. cons.113. n.1.& 2. Rot. decis. 299.n.1. decis. 301.n.3.p.4. decision.102. n.11. p.8. recent, & in Romana quarti dotalis* 18. *Julii* 1666. *in fin. prin. coram Bevilaqua.*

49 Statutum verò loci domicilii viri attendi debet quoad lucrum dotis, juxta distinctionem, quam sequi videntur *Bald. in cap. 5. n.2. post med. vers. sed in quantitate de jurament. calumn. Ruin. cons. 58. n.12. vers. & data vol.3. Morot. cons.53. n.14. vers. & hæc responsio, Roland. de lucro dotis q.20. n.7. Phanuc. eod. tract. glo. 9. n. 13. ante med. vers. nec obstat, & n.35. vers. si tamen, Amat. Dunozet. decis. 528. n.8. tom.2.*

50 Sed si forensis ducat uxorem illico in patriam traducturus non ampliùs attenditur statutum loci uxoris, in quo contractum fuit matrimonium, sed statutum loci mariti, in quo mulier contractura est domicilium, ad *textum in l. exigere ff. de judic.* ubi communiter scribentes *Grass. de statut. q.11. vers. limita hanc communem, Thesaur. jun. quæst. forens. lib.2. q.6. n.6.* Cardinal. *Mantica de tacit. & ambig. conven. lib.3. tit.14. n.1.& seq. Gratian. discept. forens. cap. 609. n.24. Grammat. decis. 103. Afflict. decis.226. Rot. decis. 250. n.5. p.6. recent.*

51 Hæc tamen conclusio non procedit, quotiescumque dos restituenda est non ipsi uxori discessuræ, sed patri, vel alteri dotanti, nam tunc attendi debet statutū loci, ubi contractum fuit matrimonium, & ubi pater, seu dotans habet fixas ædes, *Bald. in l. unica n.3. vers. item non habet locum C. de privileg. dot. Jas. in l. cunctos populos in prima lectura n.28. vers.3. limita C. de summa Trinitat. & de Fide* Catholic. ibique *Purpurat. n.146.* qui de communi testatur *Felin. in cap.1. n.27. de Sponsal.* Rolan. *de lucro dotis q.17. n.2.& 3. Phannc. eod. tract. glos.9. n.33. Menoch. cons. 672. n. 3. Bim. cons. 150. n.72. Aldouin. cons.85. n.3. Carpan. ad statut. Mediolan. cap. 298. n. 220. Alderan. Mascard. de gener. interpret. statut. conclu.7. n.66. Rot. decis.250. n.6. p.6. in recent.*

Quartum dotale Statutarium, in quibus casibus non debeatur.

SUMMARIUM.

1 Quartum dotale debetur secundùm dotem solutam, & non secundùm quantitatem promissam, si haberi non potuit.
2 Non debetur, si vir non sustinuerit onera matrimonii, & oxori alimenta præstiterit, n.3.
4 Nec debetur, si maritus promisit integram dotem restituere, si promissio emanaverit ea certa scientia, & non per errorem, n.5.
6 Nec debetur quando matrimonium est nullum ob impotentiam coeundi.
7 Non debetur ultra quantitatem dotis permissam in constitutionibus B. Pii V. & Sixti V.
8 Dos secundum Sixtinam constitutionem non debet extedere summam scutorum 5500.
9 Et sublata fuit omnis actio petendi oltra dictam summam
10 Et fructus dotales ultra dictam summam non debentur.
11 Limita ot non procedat, si fuit à Sanctissimo obtenta derogatio Sixtinæ Constitutioni.
12 Et etiam à Judice in majori quantitate constitui potest attenta personarum qualitate, cum reservatione obtinendi derogationem dictæ constitutionis, & n.13.
14 Qua derogatione obtentâ retrotrahitur ad diem contracti matrimonii, & ejus fructus debentur ab initio.
15 Liquidatio semper retrotrahitur.
16 Sia ti V. constitutio super reformatione dotium habet locum solùm inter cives Romanos.
17 Sixtinæ constitutionis derogatio præsumitur ex lapso longissimi temporis cum observantia.
18 Quartum dotale non debetur, si dos constituta sit à minore, ejusque tutore absque solemnitatibus, & n.19.
19 Pactum de lucro dotis inducit alienationem.
20 Mulier minor non potest se pro dote obligari sine solemnitatibus.
21 Nec sibi dotem constituere in stabilibus.
22 Mulier major sine solemnitatibus potest se pro dote obligari, sive ex causa necessaria sive voluntaria, n.24. & 25
23 Et se obligando causâ constituendæ dotis, non juvatur beneficio Senatus Consulti Vellejani.
25 Causa necessaria non indiget solemnitatibus, & causa dotis ex privilegio quoad mulierem majorem.
26 Et quæ in contrarium militant procedunt in muliere minori.
27 Minor potest se validè obligari absque solemnitatibus pro constituenda dote sorori.
28 Præcipuè si fiat in pecunia numerata.
29 Prout etiam si dos constituatur in rebus, quæ servando servari non possunt, ubi declaratur.
30 Ita etiam si dos à statuto constituta sit.
31 Maritus minor recipiendo dotem potest se obligare absque solemnitatibus pro ejus restitutione.
32 Secus in muliere minori.
33 Quartum dotale Marito propter ejus sævitiam non debetur.
34 Sævitia verò, & præcipuè ad Thori separationem debet esse

esse gravissima,& concludenter probanda.

35 Maritus ingratus uxori privatur lucro dotali, & beneficio annalis restitutionis dotis, & deducto ne egeat.

36 Quartum dotale existentibus filiis primi matrimonii debetur secundo viro ad terminos l. hac edictali.

37 Pactum initum cum Matre de superlucranda dote, vel parte filiis primi matrimonii præjudicare non potest:

38 Limit. si filius esset hæres matris. Contrarium, o.40.

39 Et præcipuè, si veniat ex propria persona.

41 Pactum de lucro dotis initum post contractum matrimonium filiis primi matrimonii præjudicare non potest.

42 Filii primi matrimonii etiam hæredes non prohibentur gaudere beneficio l. hac edictali C. de secund. nupt. etiam si acceptaverint relictum in testamento cum prohibitione plus petendi.

43 Limit. si per statutum derogatum sit dispositioni l. hac edictali.

44 In dubio non censetur derogatum.

45 Datio facta à conjuge secundo viro sustinetur ad ejus vitam, sed secuto obitu competit filiis beneficium l. hac edictali C. de secund. nupt.

46 Lucrum dotis est prius detrahendum, quam legitima.

47 Pro lucro dotis non competit via executiva nisi adsit obligatio Cameralis.

48 Vir succedens cum filiis primi matrimonii quartum dotale tenetur imputare in sua portione.

49 Lucrum dotis non debetur ex alio lucro proveniente ex bonis primi viri.

ADNOTATIO III.

QUartum, seu dotale lucrum in diversis casibus licet sit vigore statuti debitum, ejus tamen præstatio denegatur: & primus casus est quando
1 maritus dotem sibi promissam consequi non poterit, ut si uxor non habuerit tantum in bonis, vel ob simile aliud impedimentum, nam tali casu non debetur lucrum nisi secundum dotem verè solutam, & non secundum dotem promissam, *Fenson. ad statut. Urbis lib. 1. in cap. 131. n. 27. Ferentil. ad Burat. in addition. decis. 432. num. 11. in fin. Cardinal. Seraphin. decis. 882. n. 2. & 3.*

2 Secundus casus est, quando maritus non sustinuerit onera matrimonii, undè nec viro debetur quartum, seu dotale lucrum, quod ad hunc finem eidem conceditur. *Bald. in l. qui uxorem sub n. 1. C. de negot. gest. Paul. de Castr. in l. si ab hostibus §. si vir n. 4. ff. solut. matrim. Rolan. de lucro dotis q. 64. n. 6. Phanuc. eod. tract. glos. 14. n. 6. vers. quartus casus*, ac proinde si maritus non præstiterit uxori alimenta, nec Medicum in infirmitate adhibuit, aut alia necessaria non subministraverit perdit lucrum dotis, *Bald. in*
3 *Authen. dos data n. 5. C. de donat. ante nupt. Jas. in Authen. præterea n. 20. vers. unde dicit Bald. C. unde vir, & uxor, Paul. de Castr. in l. si ab hostibus §. si vir ff. solut. matrim. Burat. decis. 274. n. 18. & 19.* ubi subdit quòd hoc sit probandum.

4 Tertius casus est quando Maritus promisit totam, & integram dotem restituere, nam tunc petere non potest lucrum dotis, cum eidem renunciasse censeatur, & licèt quæstionem istam pro utraque parte examinet *Rolan. de lucro dotis quæst. 38.* tamen in *n. 6.* residet in hac affirmativa opinione, pro renunciatione juri petendi quartum dotale, & *n. 9.* alios concordantes allegat, & de magis
5 communi testatur, & *n. 15. in fine Alex. cons. 5. n. 15. vol. 3. & cons. 133. n. 5. vol. 5.* & præcipuè *Bald. in l. quod nomine 13. n. 2. ff. de condict. indeb. Angel. in l. damni infecti 29. §. cum parietem ff. de dam. infect. Adden. ad cons. Alex. 133. verb. videtur renunciasse, vol. 5. Fenson. ad statut. Urbis lib. 1. cap. 131. n. 54. & 55. & n. 56.* declara procedere, quando talis promissio facta per Maritum emanaverit per certam scientiam, & non per errorem, *Rol. dicta quæst. 38. in fine, ex Bald. Angel. Alex.* in locis *supra citatis, Dec. cons. 402. sub n. 5. vers. primo non obstat.*

6 Quartus casus est, quando matrimonium est à principio nullum ob impotentiam Conjugis, juxta dispositionem *Textus in cap. 2. de frigid.* & *maleficiatis*, ubi *communiter Doctores*, & latè *Sanchez de matrimon. lib. 7.* nam hoc casu cessat statutum de lucro dotali, siquidem ubi matrimonium non adest, nec dos, nec lucrum, seu donatio propter nuptias esse potest, ut in terminis tradit *Bald. in cap. juravit n. 1. de probat. Barbos. in l. 2. ff. solut. matrim. p. 1. n. 158. Gomes ad l. 50. Tauri n. 7. Molphes. ad consuetud. Neapol. tom. 1. p. 7. Bald. in cap. juravit. n. 1. de probat. Phanuc. de lucro dotis glos. 3. n. 6. Rot. dec. 220 n. 6. 7. & 8. coram Amat. Dunozet.* repetit. *in recent. decis. 237. p. 6.*

7 Quintus casus est quando dos constituta fuit ultra quantitatem permissam juxta constitutiones *Beati Pii V. & Sixti V. in ordine 52. in Bullar. super reformatione dotium*; nam tunc lucrum dotis debet regulari non secundum quantitatem promissam, sed prout constitui permittitur in dictis constitutionibus, ut dixit *Rot. in Romana restitutionis dotis 10. Januarii 1650. coram Cardinali Otthobono §. quo verò ad legitimam.*

8 Dos enim vigore præfatæ Sixtinæ constitutionis *in §. si ordina* usq; ad summam scutorum 5500. est permissa, & usque ad dictam summam ejus constitutio sustinetur, *Rot. decis. 145. n. 2. p. 8. in recent.* ubi quòd excessus probatur ex dictis bullis, *& in Romana dotis de Theodolis 23. Januarii 1619. coram Pirovano post Fenson. ad statut. Urbis decis. 75. & in Romana quarti dotalis de Anticis 4. Julii 1636. coram Buccabella, & in Romana fructuum dotis 12 Februarii 1666. coram Ottalora, in recent. decis. 413. n. 19.*
9 *p. 14.* ubi quòd ex dicta constitutione sublata fuit omnis promissio, omnisque actio, & jus petendi ultra dictam summam; ac proin-
10 de fructus dotales, seu ejus usuræ ultra

dictam summam non debentur, cùm ultra
eam cesset substantia, & essentia dotis, ut fir-
matur in eadem *decis.*413.*n.*14. *&* 15.*p.*14.
in recent.
11 Declara primo quòd dos possit etiam in
majori quantitate constitui, si fuerit à San-
ctissimo obtenta derogatio Sixtinæ constitu-
tionis *Rot. in Romana dotis* 2. *Maji* 1664.
§. hanc verò solutionem coram Verospio, &
in eadem 1. *Junii* 1665. *§. in quam, coram
eodem*, & *in eadem in recent. decis.*93.*n.*11.
*p.*14. ubi aliæ decisiones allegantur, & præ-
cipuè *decis.*172. *n.*19. *p.*8. *decis.* 175. *n.*43.
*p.*9. *recent. & in Romana dotis de Lancel-
lottis* 14. *Junii* 1658. *§. ac inde coram Za-
rate.*
12 Et quoniam dos juxta quantitatem con-
stitutam in Sixtina constitutione non videa-
tur congrua inter familias nobiles, *Rot. de-
cis.*433.*in fin. coram Merlino decis.*413.*n.*16.
13 *p.*14. *recent.* potest etiam Judex constitue-
re, seu dotem decernere in majori quanti-
tate, personarum qualitate, & facultatum
quantitate inspectâ, cum Clausula -- *dum-
modo derogatio Constitut. Sixtinæ à Summo
Pontifice obtineatur* -- Rot. *decis.*93.*n.*10.11.
& 12.*part.*14.*recent.* cum aliis *suprà citatis*;
14 adeout post derogationem Sixtinæ secutæ
declaratio, & liquidatio congruæ dotis re-
trotrahatur ad diem contracti matrimonii,
& sic fructus debentur ab initio, *Rot. de-*
15 *cis.*413.*n.*17. *p.*14. & *n.*18. subdit quòd li-
quidatio semper retrotrahatur, *Rot. dec.*124.
*num.*11.12. *&* 21. *post Merlin. de pignor. de-
cis.*409. *num.*40. *& seq. p.*9. *recent. to.*2. ex
*Bald. in cons.*274.*n.*2.*lib.*3. & *Thesaur. jun.
quæst. forens. lib.*4. *q.*21. *num.*7. *Osasch. de-
cis.*145. *& decis.*136. *Costa de retratract. ca-
su* 7. *cap.*8.*n.*5. *Ant. Gabriel in tit. de sen-
tent. concl.*1.
16 Declara 2. ut Sixtina constitutio habeat
locum Romæ, & inter Romanos Cives, se-
cùs verò in dote constituta ab exteris Ro-
mano Civi: siquidem Pontifex reformavit
dotes inter Cives Romanos, ne depauperen-
tur, ex quo non sequitur quòd ab exteris
non possit recipere ditiores dotes, aliàs con-
stitutio retorqueretur in eorum perniciem,
& damnum: Principes enim summoperè
gaudent, quando ipsorum subditi non mi-
nus occasione delatæ hæreditatis in aliena
ditione sitæ, quàm receptionis magnæ do-
tis ab alienigenis amplioribus facultatibus
affluunt, ut animadvertit Rot. *decis.*272. *à
num.*6. *usque ad* 9. *post Zacchiam de obligat.
Cameral.*
17 Declara 3. ut Sixtinæ Constitutionis de-
rogatio præsumatur ex lapsu longissimi tem-
poris cum observantia, *Cassad. decis.*3. *de
procurat. Cardinal. Seraphin. decis.*1042.
*n.*2. Rot. *decis.*159. *n.*4. *p.*1. *decis.* 31. *n.* 2.
*& decis.*177. *n.*8. *p.*4. *& decis.*265.*n.*30.*p.*8.
in recent. ubi in terminis Sixtinæ Constitu-
tionis ita etiam dixisse Rot. *in Romana, seu
Jannen. quarti dotalis* 14. *Novemb.* 1629.
coram Cardinali *Panzirolo.*
18 Sextus casus est, quando dos à minori,
seu ejus tutore nulliter constituta fuerit
absqua solemnitatibus tam à Statuto, quàm
à jure communi requisitis; nam pro eadem
dote quartum dotale non debetur, ad *Text.
in l. Titia ff. de jure dot. l. lex, quæ tutore
in princ. C. de administ. tutor. Barbos. in l.* 1.
*p.*4.*n.*129. *ff. solut. matrim. Bart. in l. si con-
stante in princ. n.*76. *in fin. ff. eod. tit.* Ra-
*phael Cuma. cons.*109. *alias* 110. *n.*2. *in fin.*
Ancbar. *cons.*93. *alias* 94. *incip. Domina Jo-
anna n.*1. Rom. *cons.*314.*n.*1. Corn. *cons.*254.
*n.*15.*lib.*1. *& cons.*3.*n.*9.*lib.*4. *Bero. cons.* 39.
*n.*11. *&* 12. *lib.*1. Rimin. *jun. cons.*189.*n.*1.
in fin. & seq. Roland. *de lucro dotis qu.* 45.
*Gratian. discept. forens. cap.*366. *à n.*1. *cum
pluribus sequen. &* 24. *Surd. decis.*278.*n.*1.
& præcipuè *in fin.* Cardin. *Mantica de ta-
cit. & ambig. convent. lib.*12. *tit.*20. *n.*32.
cum sequent.
19 Pactum enim, vel Statutum de lucro dotis
inducit alienationem; & mulier minor, seu
minor, dando in dotem bona stabilia cen-
setur consentire quod habeat locum lucrum
Statuti, quod cum concedatur cum alterius
jactura, ad actus validitatem exigitur decre-
tum Judicis secundùm jus commune, & aliæ
solemnitates secundùm jus municipale, si
ab eodem præscribantur, ut tradunt supra-
citati Doctores, & rationibus comprobat
*Gratian. discept. forens. cap.*367. *à n.*2. *usq.
ad* 6. *& per tot. Cardinal. Mantica de tacit.
& ambig. conven. lib.*12. *tit.*20.*n.*38. & be-
ne explicat *Surd. decis.*278. *num.*16. *in fin.
vers. sed ubi etiam Maritus.*
20 In muliere enim minori duplex concurrit
prohibitio, scilicet juris communis prohi-
bentis se obligare posse, & Statuti; adeo-
ut concurrente inhabilitatione de jure com-
muni, & juris specialis, comprehenditur
etiam casus specialis, ut se neque pro dote
obligari possit, qui aliàs non cõprehendere-
tur in simplici prohibitione, & in hoc dos non
reperitur specialiter privilegiata, utpote
quia privilegium dotis intelligi debet esse
concessum sine præjudicio alterius, nempe
ipsius mulieris minoris, *Picus ad Statutum
Urbis lib.*1. *cap.*151. *gloss.*7 *num.*259. *Gabr.
cons.*20. *n.*41. *&* 42. *lib.*1. Ruin. *cons.*195.
*n.*7. *lib.*1. *Pacific. de Salvian. interdict. in-
spect.*3. *cap.*2. *n.*142. & post eumdem *Rot.
decis.*289. *n.*28. *& in recent. decis.*177.*n.*11.
21 *p.*1. & quod mulier minor non possit absque
decreto Judicis sibi dotem constituere in bo-
nis

nis stabilibus, ast *Textus in l. lex, quæ tutores C. de administrand. tutel. Card. Mantica de tacit. & ambig. convent. lib. 12. tit. 20. n. 34. Rolan. de lucro dotis qu. 45. n. 2. Rot. decis. 588. n. 3. p. 1. diversor,*

22 Secùs verò est in muliere majori, quæ se obligando pro constituenda dote, dicitur se obligare ex causa necessaria, quod sine solemnitatibus facere potest, cùm Statutum non comprehendat causam necessariam pro dote tanquam privilegiata, ad *Text. in l. si dotare, & in l. fin. C. ad Vellejan. Soccin. sen. cons. 46. n. 25, lib. 4. Menoch. cons. 242. n. 6* ubi de communi, & receptiori, *Calcan. cons. 13. vol. 2. Ruin. cons. 138. n. 5. & consil. 194. nu. 4. lib. 1. Rimiuald. sen. cons. 597. n. 5. lib. 3. Natta cons. 52. n. 15. & 16. lib. 1. Gozad. cons. 43. num. 11. Marsil. singular. 42. n. 3. Bald. Novel. de dote p. 6. privileg. 48. num. 1. Baptista de Sancto Blas. de privileg. dot. privileg. 352. n. 52. Pacif. de Salvian. interdicto inspect. 3. cap. 2. num. 138. & 140.* ubi quod ab hac sententia non sit recedendum, *Gratian. discept. forens. cap. 233. n. 44. Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 43. n. 9. Puteum decis. 105. lib. 1. & decis. 160. n. 4. & 5. lib. 3. Caputaquen. decis. 199. part. 3. Coccin.* in terminis Statuti Urbis *decis. 433. num. 1, Rot. decis. 1. n. 10.* post *Pic. ad Statut. Urb. decis. 111. n. 1. decis. 112. n. 1. decis. 113. n. 2. & decis. 289. n. 28. post Pacif. de Salvian. interdict. decis. 177. n. 11. p. 1. decis. 490. n. 4. p. 4. decis. 168. n. 7. & decis. 241. n. 1. p. 7. in recent,*

23 Quinimo mulier major se obligando causâ constituendæ dotis non juvatur beneficio S.C. Vellejani, *l. si donare l. fin. C. ad Vel-*
24 *lejan.* & quòd indistinctè obligatur, sive ex voluntate, sive ex necessitate dotem promittat, *Rot. decis. 241. n. 12. p. 7. in recent.* ubi *n. 8.* subdit, quod hæc distinctio inter causam voluntariam, & necessariam in constitutione dotis fuit semper rejecta à Rota in muliere majori obligante se pro dote; eâ ratione, quia scilicet in isto casu dos reperitur specialiter privilegiata, ut mulier possit se pro dote obligari, *l. fin. C. ad Vellejan.* ibi — *vel spoponderit pro qualibet muliere* — quæ verba textus non sunt restricta ad eas tantùm mulieres, quæ necessariò dotantur, sed omnes generaliter comprehenduntur, ut etiam tenuit *Rot. in Romana dotis 29. Maji 1602. coram Ottimbergo post Pacif. de Salvian. decis. 113. n. 4. & 5. & decis. 177. n. 11.*
25 *p. 1. in recent.* causa enim necessaria non indiget solemnitatibus per se in sua obligatione, pro dote autem ex privilegio, etiam ex causa voluntaria, & absque ulla distinctione major viginti quinque annis secundùm jus commune, & viginti secundùm Statutum Urbis sive masculus, sive fœmina dotem promittat, vel ex ejus causa contrahat, validè obligatur, ut præcisè loquitur *Textus in dicta l. fin. Cod. ad Vellejan. Rot. dicta decis. 177. num. 13. & 14. part. 7. recent,*

26 Et quamvis *Rot. in Romana liberationis 17. Junii 1635. coram Pirovano*, approbaverit opinionem quòd requirantur solemnitates in voluntaria obligatione mulieris causâ dotis, & solùm in necessaria ejus obligatio sustineatur sine solemnitatibus, tamen dicta decisio procedit in muliere prohibita contrahere, & sic non potest intelligi de muliere majori, contrarium disponante *Textu in l. fin. C. ad Vellejan.* ac proinde referendum est ad mulierem minorem, quæ cum non sit specialiter privilegiata, etiam in dotalibus prohibetur contrahere sine solemnitatibus statutariis, & cum hac distinctione quòd concilientur omnia, quæ in contrarium adduci possunt, subdit eadem *Rot. decis. 241. n. 15. 16. & 17. p. 7. in recent.*

27 Sed quòd minor possit validè se obligare absque solemnitatibus pro constituenda dote sorori, quam dotare tenetur, cùm statutum non comprehendat necessariam obligationem pro dote, nisi excessivam dotem constituat, dixit *Rot. decis. 112. n. 1. post*
28 *Pacif. de Salvian.* præcipuè si dotis constitutio fiat à minori sive masculo, sive fœmina in pecunia numerata, quæ redditur valida etiam absque decreto Judicis, *Curt. jun. cons. 168. sub n. 19. Rolan. de lucro dotis q. 45. n. 6.* quos refert, & sequitur *Rot. decis. 9. n. 3. p. 2. divers.*

29 Prout etiam valet constitutio dotis per minorem facta in rebus, quæ servando servari non possunt, non obstante Statuto, aut juris communis dispositione, sine decreto, & solemnitatibus: secùs tamen est in mobilibus, & pecuniis loco immobilium subrogatis, scilicet in censibus, cambiis, & aliis similibus contractibus, & sic in rebus, quæ servari possunt, *Bald. in l. si curatorem n. 5. vers. hic addo unum, Cod. de restit. in integ. Castr. in l. unica Cod. si advers. dot. Parisi. cons. 25. n. 77. lib. 2. Natta cons. 496. num. 14. Curt. jun. cons. 168. n. 17. Neguzan. de pignor. 4. memb. 2. p. n. 75.* latè *Francisc. Cald. de restit. in integ. in verbo contractum fecisti col. 20. usque ad 31. vers. sexto principaliter, n. 11. Rolan. de lucro dotis q. 45. in fin. Gratian. discept. forens. cap. 367. n. 26. tom. 2.*

30 Pariter validè minor tradere potest dotem à statuto constitutam; quia tunc præter hominis voluntatem, nulla exigitur solemnitas statutaria, vel legalis, *Cavalcan. de tutor. n. 158. Gratian. dicta discept. 367. n. 25. tom. 2.*

31 Poteſt etiam maritus minor recipere do-
tem, & validè ſe obligare pro ejus reſti-
tutione, etiam ſine decreto Judicis, quia
minor per dotis receptionem non diminuit,
ſed auget patrimonium, & ſuam conditio-
32 nem meliorem faciat; ſecùs autem eſt in
uxore minori, ejuſque tutore, qui non po-
teſt dotem conſtituere in bonis immobilibus
abſque decreto, quia hoc caſu mulier ſuam
conditionem deteriorem facit, *Gratian. di-
cta diſcept.* 367. *n.* 7. *&* 8. *tom.* 2. ex *Barboſ.
in l. ſi conſtante* 25. *in prin. n.* 128. *cum duo-
bus ſequent. ff. ſolut. matrim. Surd. conſ.*
191. *n.* 22. *&* 23. *lib.* 2. *Neguſan. de pignor.
4. memb. p.* 2. *n.* 73. *&* 74. *Bald. Novel. de
dote p.* 6. *privileg.* 58.
33 Septimus caſus eſt quòd maritus propter
ejus ſævitiam amittat lucrum dotale *Fonta-
nel. de pactis nuptial. clauſula* 7. *glo.* 3. *n.* 99.
Rot. deciſ. 231. *n.* 14. *cum ſeq. p.* 6. *recent. &
in Perusina lucri dotis* 29. *Novembris* 1599.
coram Juſtio poſt Gilian. ad ſtatut. Peruſin.
34 *deciſ.* 43. *n.* 11. *&* 12. Sed ad hunc effectum,
& præcipuè ad thori ſeparationem, non ſuf-
ficit ſævitia, ſed debet eſſe graviſſima, &
bene, & concludenter probanda eſt, ad la-
tè tradita per *Rot. in Januen. ſeparationis
thori, coram Meltio, Coccino, Remboldo in
recent. deciſ.* 155. *deciſ.* 191. *deciſ.* 324. *p.* 6.
& deciſ. 323. *p.* 9. *tom.* 2.
35 Ulteriùs maritus quando fuit ingratus
uxori non ſolùm privatur lucro dotali, ſed
etiam beneficio annalis reſtitutionis dotis,
nec poteſt uti alio beneficio ne egeat *Fonta-
nel. de pact. nuptial. clauſula* 7. *glo.* 3. *n.* 94.
& tradit *Gratian. diſcept. foreuſ. cap.* 406.
per tot. & Vivus deciſ. 197. *n.* 14. & tradit
etiam *Molin. de ritu nuptiar. lib.* 3. *q.* 42.
n. 18. *Surd. de aliment. tit.* 1. *q.* 78. *in fine;
Rot. deciſ.* 231. *à n.* 11. *uſque ad finem p.* 6.
recent. per doctrinam *Jaſ. in §. ſunt præte-
rea in verbo ſed ſi quis n.* 5. *verſ. prædicta
intellige vera inſtit. de actiou.*
36 Octavus caſus eſt, ſi decedat mater exi-
ſtentibus filiis primi matrimonii; nam tunc
ſecundo viro quartum dotale debetur ad
terminos *textus in l. hac edictali C. de ſe-
cund. nupt.* ſcilicet ut priùs detrahatur ad
favorem filiorum legitima tanquam præci-
pua, reliquus verò beſſis, vel ſemiſſis ita di-
vidatur, quòd vir ratione lucri plus non
conſequatur, quàm quilibet ex filiis primi
matrimonii, juxta opinionem, quam ſer-
vat Rota, & Curia, ut teſtatur *Cardinal.
de Luca in theatro veritatis tom.* 6. *in tit. de
dote diſcurſ.* 130. *n.* 30. *& ſeq. & diſcurſ.* 132.
n. 3. *& ſeq.*
37 Undè pactum initum per matrem cum
ſecundo viro de ſuperlucranda dote, vel
parte filiis primi matrimonii præjudicare
non poteſt, *Bart. in l. hac edictali n.* 1. *&* [illegible]
C. de ſecund. nupt. Menoch. conſ. 496. *n.* 2.
Decian. conſ. 35. *lib.* 5. *Ruin. jun. conſ.* [illegible]
n. 25. *Molin. de rit. nuptiar. lib.* 3. *q.* 47. [illegible]
*& per tot. Cardinal. Mantica de tacit. &
ambig. lib.* 12. *tit.* 33. *n.* 11. *Rot. deciſ.* 5[illegible].
n. 11. *coram Amat. Dunozet.*
38 Declara ut non procedat quando filius ſit
hæres matris, quia tunc ejus factum impu-
gnare non poteſt; ac proinde tenetur di-
ctum pactum approbare, *Dec. conſ.* 19. *n.*
6. *verſ. non obſtat quod ſaltem, Joan. de
Amic. conſ.* 3. *n.* 22. *Surd. conſ.* 91. *n.* 11.
verſ. ſecundo reſpondeo, uſque ad n. 19. Se-
39 cùs tamen ſi filius non veniat ut hæres ma-
tris, ſed veniat ut propria perſona vigore
l. edictali C. de ſecund. nupt. quæ tribuit
facultatem filiis, ut poſſint ex propria per-
ſona venire contra voluntatem matris,
Bald. conſ. 161. *ſub n.* 1. *poſt med. verſ. præterea
licet nepos, Dec. conſ.* 141. *n.* 13. *ad med.
Surd. conſ.* 277. *n.* 12. *&* 13. *Rot. deciſ.* 528.
n. 14. *coram Amat. Dunozet.*
40 Et cùm mater pro libito diſponere non
poſſit de ſua dote ad favorem ſecundi viri in
præjudicium filiorum primi matrimonii,
contra juris diſpoſitionem, præfati filii pri-
mi matrimonii, etiam ſi ſint hæredes ma-
tris poſſunt impugnare dictum factum, ad
tradita per *Aym. Crav. conſ.* 200. *n.* 7. *Bald.
conſ.* 161. *ſub n.* 1. *lib.* 5. *Honded. conſ.* 14. *n.*
36. *lib.* 1. *Surd. conſ.* 237. *n.* 19. *verſ. poſtre-
mò non obſtat, Cancer. var. reſol. lib.* 2. *cap.*
2. *n.* 126. *Phanuc. de lucro dotis glo.* 5. *n.* 45.
*verſ. ſed de hoc dubito, & in tract. de in-
ventar. p.* 7. *n.* 113. ubi reprobat *Dec.* & alios
adverſantes, & de magis communi teſtatur
Grammat. deciſ. 93. *n.* 9. *Hieron. de Lau-
rent. deciſ. Avenion.* 95. *n.* 1. *Rot. deciſ.* 396.
n. 6. *coram Buratto.*
41 Prædictaque faciliùs procedunt, ſi pa-
ctum de lucro dotis initum fuerit poſt con-
tractum matrimonium, ac proinde cùm
dos cenſeatur ab initio promiſſa juxta ter-
minos *l. hac edictali C. de ſecund. nupt.*
conjuges deinde non potuerunt pactum
contrarium inire in præjudicium filiorum pri-
mi matrimonii, quibus erat jus quæſitum,
Monet. conſ. 16. *n.* 17. *Menoch. conſ.* 16. *n.*
17. *Trentacin. var. reſol. lib.* 3. *tit. de ma-
trim. reſol. ult. ad fin. verſ. pro complemen-
to*, qui de communi, quos refert, & ſe-
quitur *Rot. deciſ.* 528. *n.* 15. *coram Amat. Du-
nozet. tom.* 1.
42 Quinimo filii impugnare poſſunt factum
matris, etiam ſi acceptaverint eis relictum
in teſtamento cum prohibitione, ne aliud
conſequi, ſeu petere valeant, cum hujuſ-
modi onus de jure à legato rejicitur, &
perinde habetur ac ſi ſcriptum non fuiſſet;
nam

nam acceptatio eorum, quæ alicui actui interponi prohibentur, non nocet, *Bald. in l. hac edictali in prin. n. 27. C. de secund. nupt.* iatè *Surd. cons. 45. n. 54. Honded. cons. 14. n. 37. Fontanel. de pact. nuptial. Claus. 4. glo. 8. p. 4. n. 51. & per tot. Burat. decis. 396. n. 6.* ibique *Ferentil. in addition. lit. A.*

43 Limit. 1. ut non procedat, si per statutum derogatum fuit dispositioni *l. hac edictali C. de secund. nupt.* cui per statutum derogari potest nedum expressè, sed etiam tacitè, scilicet ex incompatibilitate, & repugnantia statuti cum illa, *Bald. cons. 495. n. 10. lib. 5. Menoch. cons. 4. sub n. 14. ad med. vers. secundùm quod, & vers. quod procedit, & n. 32. Surd. cons. 401. n. 19. Roland. in tractat. de lucro dotis q. 25. n. 3. Gabriel cons. 13. n. 10. lib. 2. Burat. decis. 396. n. 7.*

44 ubi *Ferentil. in addition. lit. B,* qui in fine subdit, quòd in dubio non censeatur derogatum, *Rot. d. 255. n. 7. p. 4. divers.* & cessante expressâ derogatione statutum intelligendum venit compatibiliter cum eadem lege, *Cardinal. de Luca tom. 6. in tit. de dote disc. 130. n. 12.* ubi ita dixisse *Rot. coram Blanchetto, & Corrado.*

45 Limit. 2. ut sustineatur datio facta à conjuge transeunte ad secunda vota secundo viro in præjudicium filiorum primi matrimonii usque ad tempus mortis conjugis dantis, sed secuto obitu competit filiis provisio *legis hac edictali, Gabr. commun. conclus. in tit. de secund. nupt. conclu. 4. n. 55. & seq.* ex *Cyn. Butr. Bal. Salycet. Joan. Fabr. & Azon.* quos allegat.

46 Lucrum verò dotis priùs detrahendum est quàm legitima tanquam æs alienum, *Gabr. cons. 101. n. 10. lib. 1. Butr. cons. 12. n. 6. Decian. cons. 2. n. 97. vers. contrarium & plurib. sequen. lib. 5. Bald. cons. 314. n. 2. lib. 5. Surd. cons. 40. n. 34. vers. & pro confirmatione cum pluribus sequen. Gratian. discept. 300. n. 33. & seq. Rot. decis. 757. n. 6. coram Amat. Dunozet.*

47 Non tamen pro lucro dotis competit via executiva, si contractus dotalis inter conjuges initus, non fuit obligatione camerali vallatus, *Fenzon. ad Statut. Urbis lib. 1. cap. 131. n. 53.* ubi allegat *Rot. in decis. 14. de constit. coram Achill. de Graff.*

48 Vir verò succedens unà cum filiis primi matrimonii quartum dotale computare tenetur in sua portione, *Cardinal. de Luca tom. 11. tit. de successiòn. ab intestat. disc. 32. n. 3. & 4.*

49 Lucrum dotis non debetur ex alio lucro facto in bonis primi viri, cùm illud revertatur ad filios primi matrimonii tanquam hæredes primi viri, in cujus hæreditate ex veriori, magisque recepta sententia ejusque proprietas remanere dicitur, *Cardinal. de Luca tom. 6. de dote disc. 104. n. 3. & in Supplement. hoc eod. tit. disc. 209. n. 4. & disc. 218. n. 4. p. 2.*

Dos quando revertatur ad Dotantem.

SUMMARIUM.

1 Dos à Patre constituta, decedente filiâ sine filiis, revertitur ad Patrem; secùs si cum filiis secundùm opinionem Martini communiter receptam, & n. 2. ubi quòd etiam revertatur ad Avum. & n. 4. Contrarium secundum opinionem Bulgari quod etiam existentibus liberis revertatur ad Patrem, n. 3.
5 Et opinio Martini servatur, etiam si dos non fuerit soluta ante mortem filiæ, vel dies solutionis non venerit, n. 6.
7 Dos revertitur ad Patrem, si filius post mortem matris moriatur. Contrarium, & verius, n. 8.
9 Dos vigore statuti fœminarum exclusivi videtur libera, & ad hæredes transmissibilis.
10 Si tamen dissolvatur matrimonium per mortem viri, dos revertitur ad Patrem, etiam si filia habeat filios, secùs si dissolvatur matrimonium per mortem filiæ, & n. 11. & 12.
13 Dos quando succedit loco legitimæ debetur libera.
14 Non succedit loco legitimæ, quando tempore restitutionis Pater vivat, & n. 15.
16 Sed si pater moriatur superstite filiâ, quia tunc dos succedit loco legitimæ, non revertitur ad hæredes Patris.
17 Dos à Patre constituta efficitur patrimonium filiæ.
18 Declara procedere ad effectum conservandi filiæ dotem, si convolare maluerit ad secundas nuptias, secùs si non nubat.
19 Dos à Patre relicta in testamento succedit loco legitimæ, & gravari non potest, nisi concurrat filiæ consensus, num. 20.
21 Limit. ut non procedat, si fideicommissum respiciat utilitatem ipsius filiæ, ejusque descendentium, & non ipsius Patris, & n. 22.
23 Dos pro rata, qua excedit legitimam, gravari potest onere fideicommissi à Patre.
24 Dos à fratre constituta de proprio cum pacto reversionis soluto matrimonio ad fratrem revertitur.
25 Secùs si dotaverit de bonis paternis, vel communibus; nam tunc pactum non valet.
26 Et ut pactum subsistat, frater probare debet de bonis propriis dotasse.
27 Sed si frater sit hæres patris, præsumitur dotasse de bonis Paternis suam sororem, ut eandem vigore statuti Urbis excludere valeat ab hæreditate paterna.
28 Frater quando non tenetur dotare sororem, si eam dotet absque pacto reversionis censetur dotem dedisse animo donandi.
29 Dos cessante pacto reversionis non revertitur ad fratrem vigore statuti, si mulier dotata testamento, quo decessit, de sua dote aliter disposuerit; secùs si decedat ab intestato.
30 Dos ad fratrem non revertitur etiam de proprio dotando, si dotata renunciaverit bonis paternis, & maternis, & similibus ad fratris favorem.
31 Dos relicta à Patre in testamento à filio solvente gravari non potest onere restitutionis.
32 Prout nec etiam quando frater sororem in subsidium dotare tenetur.
33 Frater præsumitur dotasse sororem ex bonis Patris, etiam si sit hæres cum beneficio legis, & inventarii, & in eodem dictum fuerit bona non sufficere, nisi soror in confectione citata fuerit.
34 Dos ab extraneo constituta absque pacto ad eum non revertitur, & donata præsumitur.
35 Qui nomine extranei veniant.
36 In conjunctis faciliùs desumitur conjectura donationis.
37 Extraneus si stipulatus fuerit dotem ad se reverti, vel cui

de

de jure, dos restituenda est ipsi mulieri, ejusque hæredibus. Contrarium, n.38. Ampl. primam conclusionem uti veriorem, ut in n.39.

40 Pactum reversionis dotis ab extraneo constitutæ debet apponi in ipso actu constitutionis dotis, & non ex intervallo, secùs in Patre.

41 Promittens simpliciter restitutionem dotis, restitutio est facienda, detracto quarto dotali statutario.

42 Secùs verò si Maritus promiserit restituere totam, & integram dotem, & n.43. Contrarium, n.44. Declara & concilia, ut procedat prima opinio, quando promissio Mariti emanaverit ex certa scientia, & non per errorem n.45.
Præcipuè si hujusmodi pactum appositum fuit cæterarum ibidem in fin.

46 Dotalia subsidia, quæ præstantur à Locis Piis, & Laicorum Confraternitatibus pauperibus puellis tradi possunt cum pacto reversionis, si ad libitum societatis tradantur, secùs verò si certis personis tradere teneantur.

47 Nisi testator mandaverit maritagium fieri debere ad instar aliarum, & tunc apponi potest pactum reversionis.

48 Maritus regulariter in restitutione dotis habet beneficium deducto ne egeat., & carcerari non potest.

49 Limit. si maritus pro restituenda dote se obligavit in forma Cameræ. Declara, in n.50.

ADNOTATIO IV.

PRo clariori hujus articuli dilucidatione distinguendi sunt plures casus, quorum primus est, quando dos fuit à
1 Patre profecta, vel constituta, quo casu regula est, quod filia decedente sine filiis dos revertatur ad Patrem dotantem, secùs autem si decedat cum filiis, quibus de medio sublatis tamquam profectitia à Patre jure consolidationis ad eundem redire debet, *l. dos à Patre 4. C. solut. matrim. l. ultim. C. commun. utriusque Jud.* juxta opinionem *Martini* antiqui glosatoris quam secuti fuerunt Doctores plenè relati per *Thesaur. decis.* 190. *n.* 4., & ulteriùs tradunt *Imol. in l. post dotem n. 6. ff. solut. matrim. Bart. in l. uxor 39. §. testam. il 2. n. 1. ff. de leg. Men. cons. 1143. n. 3. & 8. Gabr. cons. 58. n. 15. & 16. & 48 Paul. de Castr. cons. 11. n. 2. lib. 1. Bald. n. 7. circa fin. vers. & hoc est utile lib. 1.* & *cons. 406. n. 1. eod. lib. Ruin. cons. 186. n. 6.* & 12. *lib. 2. Gratian. discept. forens. 382. n. 20. tom. 2 & discept. 556. n. 36. Rot. decis. 433. n. 7. coram Merlino decis. 126. n. 2. p. 3. decis. 124. n. 2. decis. 226. n. 1. p. 4. tom. 1. decis. 540. n. 8. eadem p. 4. tom. 2. decis. 243. n. 1. p. 13. recent.*
2 ubi quòd dos ab Auo constituta etiam ad Auum revertatur.

3 Contrarium verò quòd dos defunctâ filiâ, etiam extantibus liberis, ad Patrem revertatur, tamquam ab eo profecta, fuit opinio *Bulgari* antiqui glosographi, quam sequuti fuerunt alii Doctores copiosè congesti ab eodem *Thesauro decis.* 190. *n.* 3. *Capyc. decis.* 176.

4 Universali tamen per totum orbem receptâ consuetudine introductum fuit, ut in omnibus ferè mundi tribunalibus, & præsertim in supremo Rotæ Auditorio opinio Martini servetur, quòd scilicet soluto matrimonio per mortem uxoris dos ad filios spectet, non autem ad Patrem revertatur, egregiè *Guido pap. in cons. 12. n. 8. per glos. in l. dos à Patre C. solut. matrim. & in l. post dotem ff. eod. tit*, ibique *Bart.* & alii scribentes, cum aliis relatis per *Capyc. decis. 176. n. 8.* & dixit *Rot. decis. 126. n. 2. vers. pro ut in casu isto p. 3. & decis. 642. n. 2. p. 4. tom. 1. in recent.* ubi aliæ allegantur.

5 Quod procedit, & opinio Martini servatur, etiam si dos ante mortem filiæ non fuerit soluta, juxta magis veram Doctorum sententiam, & à Rota canonizatam, ut latè comprobat *Soccin. jun. cons. 6. n. 6. & 16. lib. 1. Ruin. cons. 226. n. 2. in fine & seq. lib. 1. Rol. à Valle de lucro dotis q. 5. n. 8. & 9. Gabr. cons. 165. n. 4. lib. 2. Thesaur. decis. 190. n. 9.* quos refert, & sequitur *Rot. decis. 642. n. 3.*
6 *p. 4. tom. 1. recent.* ubi *n.* 4. ampliat, quòd procedat, etiam si dies solutionis dotis ante mortem filiæ non venerit; quia dos ad certam diem promissa eodem modo debetur, perinde ac si purè promissa fuerit; nam dies adiectus differt exactionem tantùm, non autem suspendit substantiam debiti, & ipsam obligationem, adeo ut non efficiat, quòd debitum non sit formatum, & quòd spes non transmittatur etiam conditione pendente ad *Textum in l. cedere diem*, & ibi *Alciat. n. 10. ff. de verbor. significat. & in §. ex conditionali instit. de verbor. obligat. Ripa in l. si ita stipulatus de verbor. oblig.* ubi etiam alscribentes, *Capuol. in l. in omnibus obligationibus n. 11. ff. de regul. jur. Alex. cons. 133. n. 9. vol. 5. Pedemon decis. 130 n. 9. Afflict. decis. 279. in fin.* cum aliis adductis per *Surd. decis. 151. n. 6. 7. & 8.*

7 Et quamvis opinio Martini non videatur procedere quando filius, qui matri superfuit non vivat, sed per paucos dies post mortem illius, & hæreditate non aditâ decedat, secundùm *Bald. in Authen. sed, & si quis in prima lectura n. 18. v. tertius casus est C. de secund. nupt. & post eum Soccin. jun. cons. 114. n. 23. lib. 3. & alii.* Sed verior, &
8 magis recepta est alia Doctorum opinio, quòd si filius etiam per unam tantùm horam supervivat Matri, Dos nihilominus non revertitur ad Patrem, seu avum dotantem, sed spectet ad ipsius liberi Patrem, ut probat, *Textus in l. ex facto §. si quis autem susceperit ff. ad Trebel. & in l. 2. & 3. C. de posth. hæred. instit.* & consuluit *Bertrand. cons. 309 sub n. 4. vol. 3. p. 2. Soccin. jun. cons. 9. n. 24. lib. 1. Alex. cons. 115. in fine lib. 1. Thesaur. decis.* 190 *n.* 10. latè *Rot. in Clusina dotis 12. Januarii 1598. coram Peregrino*, quam refert,

fert, & sequitur in decis.642. n.5 p.4. tom.1.
recent.

9 Quòd si fortè dissolvatur matrimonium
per obitum viri, quamvis vigore Statuti fę-
minarum propter masculos exclusivi dos fi-
liæ data videatur libera, & ad ejus hæredes
transmissibilis, Brun. de statut. mascul. ar-
tic.10. num.91. & artic.11. num.49. Ta-
10 men superstite Patre, ad eum dos reverti-
tur, etiamsi filia habeat filios ex conjuge
prædefuncto, Castren. cons.11. lib.1. Rot.
decis.226. num.7. p.4. tom.1. in recent. ubi
quòd conclusio quòd ad Patrem dos non re-
vertatur, quando soluto matrimonio filii
ex filia supersint, Bal. in l. dos à Patre n.1.
C. solut. matrim. Butr. in tract. de dote n.34.
11 procedat ubi matrimonium per mortem fi-
liæ dissolvitur, quo casu patri repetitio non
datur, sed ad hæredes filiæ dos transit, se-
cùs autem filiâ conjuge superstite; nam
12 tunc dos à Patre profecta redit ad Patrem,
exclusis filiis, & hoc casu non habet locum
opinio Martini, & docet Thesaur. dec.138.
n.2. ex Bart. in l.1. n.2. C. de dot. prælegat. &
in l. post dotem ff. solut. matrim. ibiq; Paul.
de Castr. Aret. in §. fuerat n.22. instit. de
action. ubi hanc limitationem notabilem in
practica dicit, Alex. cons.25. & cons.115.
lib.1. Phanuc. de lucro dotis gloss.11. nu.3.
ubi ita obtinuisse.

13 Et opinio Bruni habet locum, quando dos
loco legitimæ succedit; nam tunc debetur
libera absque ullo onere, secùs è contra, Ca-
str. in l. qui superstitis in fin. ff. de acquir.
hæredit. Butr. cons.9. num.2. & seq. Dec.
cons.106. n.1. & 2. Capyc. decis.176. n.11.
vers. at pro contraria parte, Rot. decis.226.
n.5. p.4. tom.1. recent.

14 Dos tamen data à Patre filiæ non succedit
loco legitimæ, quando tempore restitutio-
nis Pater vivat; nam tunc filia nullum in
legitima jus habet, ad Textum in l.1. §. im-
puberi, ibi — præmatura est enim — ff. de
coll. bonor. ubi Bart. n.2. Bald. in l. si qua
pœnu n.1. ff. qui sunt sui, vel alieni, ibique
Alex. n.3. idem Bart. in Authent. si qua
mulier n.22. C. de pact. Fabian. in Authent.
novissima n.79. & n.261. C. de inoff. testam.
Brun. cons.149. n.13. lib.3. Rol. cons.47. n.3.
& 5. lib.2. Rot. decis.226. n.6. p.4. to.1. recen.

15 Quòd si fortè per pactum dotale apponatur aliquod onus restitutionis dotis Patri
faciendæ, illud nunquam rejicitur, cùm
effectum suum sortiatur vivente Patre, &
antequam dos incipiat sortiri naturam legi-
16 timæ, sed si Pater stipulatus fuerit, hujus-
modi reversionem faciendam esse sibi, & hę-
redibus; & eo mortuo fiat locus restitutio-
ni dotis per obitum mariti; & tunc quia dos
sortita est naturam legitimæ, non possunt
Patris hæredes eam petere, sed tenentur,
vel remittere conditionem filiæ, vel legiti-
mam ei solvere, ut ex communi Doctorum
sententia tradit Dec. cons.106. n.1. & decla-
rat Bart. cons.9. n.3. Cephal. cons.256. n.59.
lib.2. qui alios allegat, & reprehendit Soc-
cin. cons.9. n.1. contrarium docentem, Ca-
pyc. decis.176. n.11. Rot. decis.815. n.5. co-
ram Cardin. Seraphino.

17 Et quamvis dos semel à Patre filiæ con-
stituta ejusdem patrimonium efficiatur, stan-
te præsertim statuto fœminarum exclusivo;
adeout si revertatur ad Patrem, adhuc re-
maneat dos, nec ab eodem alienari possit,
Jas. in l.1. n.9. circa med. vers. hoc etiam
Pater C. unde vir, & uxor, & in rub. ff. solut.
matrim. n.12. & ibi Vincent. Salvin. n.109.
vers.2. limitatur, Nicomit. num.15. in fin.
Bologn. n.130. prope fin. Alciat. n.51. in fin.
disertè Paris. n.78. Dec. cons.31. n.4. ad fin.
vers. non obstat, cum aliis deductis per Rot.
decis.156. n.2. cum seq. p.2. divers. ex do-
ctrina Bal. in l. rem quam sub n.1. vers. un-
de statim quæro C. de jure dot. latè Silvan.
cons.2. n.61. ante med. vers. respondetur,
quod jure novo.

18 Hoc tamen procedit in terminis Authen.
sed quamvis C. de rei uxor. action. ad effe-
ctum videlicet ut filiæ convolanti ad secun-
das nuptias eadem dos debeatur, secùs au-
tem si non nubat, cùm penes Patrem tunc
remaneat, Castr. cons.11. n.2. lib.1. Bald.
in l. fin. n.1. C. commun. utriusque Jud.
Rot. decis.226. n.9. p.4. tom.1. recent.

19 Dos verò relicta à Patre in testamento
cum succedat loco legitimæ non potest ab
eodem gravari onere restitutionis fidei-
commissi, vel alterius conditionis, sive
etiam temporis dilationis, Castr. in l. ulti-
ma §. filiæ ff. de legat 2. & ibi etiam Bart.
n.1. Bald. in l. quoniam novella nu.8. C. de
inoff. testam. Menoch. cons.196. num.16. &
cons.606. in fin. Dec. cons.106. n.3. Hon-
ded. cons.53. n.14. lib.2. Bald. cons.84. lib.2.
Vasquez de success. lib.1. §.10. n.174. Me-
noch. lib.4. præsumpt.109. n.16. Merlin. de
legit. lib.2. tit.2. q.8. n.1. Rot. decis.815. n.2.
coram Cardinal. Seraphino decis.162. n.4.
coram Cardinal. Cavalerio decis.126. n.36.
p.7. decis.54. n.19. & decis.208. n.4. p.8.
& decis.320. n.4. p.9. tom.2. in recent. &
in specie in terminis fideicommissi dec.147.
n.1. decis.243. num.1. decis. 370. num. 2.
20 ubi nisi concurrat consensus filiæ dec.396.
n.6. & 21. decis.340. n.4. p.16. decis.59. n.3.
decis.76. n.4. 7. 9. & 17. decis.267. n.1. &
decis.166. n.23. p.17. in recent. decis.289.
coram Cardin. Celso, per Textum in l. quo-
niam in prioribus C. de inoff. testam.

21 Limitatur 1. Hæc conclusio, ut non pro-

cedat,

ccdat, quando fideicommissum respiciat utilitatem, & commodum ipsius filiæ, & descendentium ab ea, quibus de jure communi debetur successio; secùs si fuerit injunctum ad commodum Patris dotantis, vel transversalium extraneorum, *Rot. dec.370. n.3. p.16. recent.* ubi *n.6.* subdit, quòd non propterea adversetur *Text. in l. quoniam in prioribus* C. *de inoff. testam. Cujac. in l. unica §. videamus in fin.* C. *de rei uxor. action.*

22 & quod aliæ auctoritates, quæ in contrarium adduci possunt, procedant, vel quando dos filiæ fuerit gravata onere fideicommissi ad favorem Patris dotantis, vel extraneorum, vel quando tale onus non respiciat commodum, vel utilitatem filiæ, sed incommodum, & præjudicium, & in istis terminis loquuntur etiam *decis.317. n.2. coram Millino decis.63. n.1. decis.133. n.8. & dec.197. n.3. post Merlin. de legit. decis.289. n.4. coram Cardinali Celso.*

23 Limitatur 2. quando dos excedit legitimam, nam in eo quod excedit, seu pro rata excessus per Patrem gravari potest onere fideicommissi, illudque in eadem ordinari, juxta *Textum in l. ultima §. filiæ ff. de legat.2.* ubi *Bart. Castren.* & alii scribentes, *idem Castr. cons.468. n.1. vers. in residuo verò lib.1. Guidopap. cons.98. num.2. Gabr. cons.116. n.11. vers. puto igitur & seq. lib.1. Marescot. var. resol. lib.1. cap.28. n.2. Gigas de pension. q.9. n.9. Mascard. de probat. concl.696. n.11. Cyriac. controvers.5. n.13. & controvers.120. n.75. Rot. decis.1089. n.1. coram Cardinal. Seraphino decis.226. n.6. coram Cardinal. Ottbobono decis.317. n.1. coram Millino dec.637. n.4. & dec.928. n.10. & 13. cor. Amato Dunozet. dec.113. §. & ita licet post Fenson. ad Statut. Urbis, decis.34. sub n.4. p.1. decis.381. n.4. part.2. decis.88. n.1. p.5. tom.1. decis.147. in princ. & n.4. p.16. decis.167. n.11. p.17. decis.49. n.3. p.18. tom.1. recent.* & de magis communi testatur *Merlin. de legit. lib.3. tit.1. q.9. n.9. & 30. Gaspar Thesaur. quæst. forens. lib.1. q.63. n.5. Cardinal. Mantica de conjectur. ult. volunt. lib.7. tit.8. n.32. vers. & quidem dos,*

24 Secundus casus est, quando dos à fratre soluta, vel constituta fuerit; nam si sororem dotaverit de propriis bonis, & non paternis, vel maternis; & tunc ad fratrem dotantem soluto matrimonio, ejusque hæredibus redire debet; lucro tamen dotali statutario marito reservato, si aliter non fuit conventum tam ex *Statuto Urbis lib.1. cap.130.* quàm etiam attentâ dispositione juris communis, cujus vigore frater de proprio dotando sororem potest etiam apponere pactum quòd soluto matrimonio dos ad se revertatur, ad *Textum in l. unica §. accedit C. de rei uxor. action.* & juxta *decis. Vincent. de Franch.196.* quam sequitur, & commendat *Menoch. lib.3. præsumpt.10. sub n.24. Fenson. ad Statut. Urbis lib.1. cap.130. n.10. Cardinal. de Luca in Theatr. veritat. tom.6. tit. de dote dis.101. n.1. & 2. Rot. decis.168. n.3. coram Cardinali Cavalerio, & decis.32. n.2. coram Merlino,*

25 Sed si de bonis communibus dotaverit, vel ex bonis ipsius sororis, vel eidem proprio jure debitis, & præcipuè de bonis paternis; & tunc non valebit pactum reversionis pro illa parte rerum, quæ ad sororem pertinebant; quia tunc dotatio non provenit ex mera liberalitate fratris, eoque fortiùs si sit hæres Patris, quia tunc solvit naturale debitum, *Ripa in l. 1. n. 48. ff. solut. matrim. Lucas de Pen. in l.1. num.47. & 49. vers. si verò dos C. de imponend. Lucrativor. descript. Castren. cons.351. num.1. lib.1. Fenson. ad Statutum Urbis cap.130. n.10. Pascal. de patria potestate p.2. cap.7. n.22. Fontanell. de pact. nuptial. clausul.7. gloss.10. p.1. n.9. Galganet. ad Statut. Urb. in gloss. ad cap.130. lib.1. sub n.20. vers. nec obstat,* ubi ita fuisse resolutum *in Romana de Crescentiis coram Robusterio, Franc. decis.196. num.1. & 2. Millauen. decis.10. num.24. Rot. decis.528. n.34. coram Amat. Dunozet.*

26 Ac proinde frater prætendens dotem ad se debere reverti vigore Statuti Urbis, deberet concludenter probare dotem sorori traditam provenisse ex bonis propriis, & non ex bonis Paternis, vel maternis, vel aliunde quæsitis, & debitis sorori, *Ripa in l.1. n.44. ff. solut. matrim. Fenson. ad idem Statut. in eodem cap. num.14. Gratian. discept. forens. cap.504. n.9. & 10. Rot. decis.32. n.3. coram Merlino decis.528. n.21. coram Amato Dunozet.*

27 Eo magis si frater sit hæres Patris; nam tunc censetur dotasse sororem de bonis Paternis, ad effectum eandem excludendi vigore alterius *Statuti Urbis lib.1. in cap.145. & 146.* ne aliàs cum fratre in eadem hæreditate concurrat, *Ruin. cons.200. sub n.4. lib.1. & cons.65. n.6. vers. ubi etiam lib.3. Gabr. cons.5. in princ. & n.6. & seq. lib.1. & cons.4. n.8. & 9. lib.2. Galganet. ad Statut. Urbis in gloss. cap.130. sub vers. nec ex eo quod,* ibique etiam *Fenson. nu.15. lib.1. Rot. decis.32. n.5. coram Merlino.*

28 Quando verò frater non tenetur de proprio dotare sororem, si dotaverit, & nullo modo fuerit stipulatus dotem sibi restitui præsumitur illam dedisse animo donandi, *Bal. in l. fin. n.18. C. de dot. promiss. Soccin. cons.291. n.11. vers. ad tertiam rationem & n.12.*

& n.12. lib.2. latè *Honded. conf.*91. à n.80. *cum trib. seq. vol.*1. *Merlin. decis.*32. *nu.*14. ubi quòd videatur, fratrem noluisse uti beneficio dicti Statuti Urbis, si ita stipulatus non fuerit, prout expresse ipsum Statutum stipulare mandat.

29 Sed quòd cessante pacto, & expressâ stipulatione, dictum Statutum Urbis non habeat locum, si mulier dotata decessit cum testamento, in quo de ejus dote ad alterius favorem disposuerit, sed tantùm quando illa ab intestato decessit, vel quando fratri dotem ipsam in testamento reliquit, voluerunt *Castren. in l. sicut dotem n.*11. *ff. solut. matrim.* latè *Honded. conf.*16. *n.*14. *& plurib. seq. Galganet. ad Statutum Urbis lib.*1. *gloss.*130. *vers. on hoc Statutum*, *Gratian. discept. forens. cap.*769.*n.*38. *&* 39. *Ossasch. decis.*20. *n.*3. *&* 4. *Thesaur. decis.*34. *n.*2. *Rot. decis.*32.*n.*15. *coram Merlino*, *& decis.*710. *sub n.*4. *vers. est intelligendum p.*1. *recent.* sed hæc distinctio cum non habeat rationabile fundamentum non approbatur à *Cardinali de Luca in Theat. veritat. tom.*6. *de dote dis.*101. *sub n.*7.

30 Nec etiam habet locum, quando frater dotat sororem, vel constituit augumentum dotis, ex quo soror ad ejus favorem cedit, & renunciat omnia jura super bonis paternis, maternis, & aliis; nam tunc licèt frater dixerit dotare de proprio, tamen censetur dotasse de bonis propriis ipsius sororis, & dotem, vel ejus augumentum constituisse loco pretii jurium, & bonorum renunciatorum, aliorumque, quæ cessa, & in recompensationem subrogata fuerunt, *Soccin. sen. in conf.*135. *n.*5. *in princ. & vers. ex quibus infert lib.*1. *Natta conf.*14. *n.*4. *&* 5. *Menoch. de arbitrar. cas.*88. *n.*41. *vers. vel si ipsa mulier*, *Cardinal. de Luca in Theat. veritat. tom.*6. *tit. de dote dis.*101. *num.*3. *Amat. Dunozet. decis.*528. *n.*22.23. *&* 24. repetit. *in recent. decis.*110. *p.*8. *tom.*1.

31 Quòd si dos relicta fuit à Patre in testamento, quo decessit, non potest filius eam solvens stipulari sibi reddi soluto matrimonio, cum censeatur soluta tanquam æs alienum, argumento *Textus in l. uxorem* 39. §. *Pater naturalis ff. de legat.*3. *Fenson. ad Statut. Urbis lib.*1. *cap.*130. *n.*12.

32 Prout nec etiam frater dotis reversionem ad sui favorem stipulare potest, ubi in subsidium de proprio dotare tenetur, ut est in casu inopiæ sororis; cùm tunc eidem ex legis provisione constituta censeatur libera, & nulli oneri subiecta, ex *consil. Anchar.* 434. *sub n.*3. ad latè tradita per *Barbos. in l.*1. 4. *p. lib.*1. *ff. solut. matrim. Fenson. ad Statut. Urbis lib.* 1. *cap.*130. *n.*11.

33 Semper tamen præsumitur, quòd frater dotaverit sororem de bonis Patris, quando ejusdem fuerit hæres, etiamsi adiverit hæreditatem cum beneficio legis, & inventarii, & etiamsi in inventario bonorum, & Patris hæreditate diceretur constare, quòd bona non erant sufficientia ad dotem constituendam, nisi soror citata fuerit in confectione inventarii, ut subdit idem *Fenson. loco proximè citato à n.*15. *usque ad* 18. ex firmatis per *Rot. in Romana dotis* 7. *Februar.* 1601. *coram Pamphilio.*

34 Tertius casus est, quando dos constituitur ab extraneo; nam tunc ad eum non revertitur, cùm nisi aliter cautum non sit, censeatur donata, dum potuit, & non curavit apponere pactum reversionis, *l. unica §. accedit C. de rei uxor. action. l. si dotem C. de jure dot. Soccin. sen. conf.*291. *n.*12. *lib.*2. *& conf.*5. *in fin. lib.*4. *Ruin. conf.*65.*num.*6. *lib.*3. *Soccin. jun. conf.*79. *n.*63. *&* 82.*lib.*3. *Card. Mantica de tacit. & ambig. convent. lib.*13.*tit.*13.*n.*3. *vers. at si extraneus*, *Surd. de aliment. tit.*6.*q.*1. *n.*21. ubi quòd hoc sit speciale favore dotis, cum sit causa pia, *Gratian. discept. forens. cap.*308.*n.*1. *&* 3. *to.*2. *Card. de Luca in Theat. verit. & just. tom.*6. *de dote dis.*10. *n.*2. ubi ita dixisse *Rot. in Romana dotis* 20. *Martii* 1596. *cor. Arigonio decis.*171.*n.*6. *coram Durano dec.*299. *n.*9. *p.*6. *decis.* 406. *n.*32. *part.*9. *tom.*2. *in recent.*

35 Extraneus dotans ad hunc effectum censetur omnis, qui non sit ascendens per virilem sexum, & qui non habet personam dotatam in potestate, ut est mater, frater, patruus, & alii conjuncti, & similes, qui omnes pro extraneis reputantur, *Hond. conf.*91. *n.*79. *usq;* ad 83. *Fontanell. de pact. nupti al. tom.*2. *claus.*5. *gloss.*10. *part.*1. *n.*7. *Surd. de aliment. tit.*6. *q.*1. *n.*22. cum aliis cumulatis per *Gratian. discept. forens. cap.*308. *n.*2. *tom.*2.

36. In conjunctis enim faciliùs desumitur conjectura donationis, ad tradita per *Alciat. in tract. de præsumpt. reg.*1. *præsumpt.*32. & de Patre quando non est obligatus tradit *Soccin. in conf.*100.*lib.*3. & de Patruo *Soccin. jun. in conf.*79. *n.*74. & de Sorore *Ripa in l.* 1. *n.* 9. *ff. solut. matrim.* quos refert *Surd. de aliment. tit.*6. *qu.*1. *à n.*21. *cum seq.*

37 Quod si extraneus stipulatus fuerit dotem sibi restitui, vel cui de jure, restitutio facienda est ipsi mulieri, ejusque hæredibus, non autem dotanti, quia non est clarè stipulatus illam sibi debere restitui, stante dictâ alternativâ, quæ habetur perinde ac si nulla fuisset interposita stipulatio circa dotis restitutionem, *Bart. in l. Cajus n.*5. *ff. solut. matrim. Surd. conf.*296. *n.*26. *Bald. Novell.*

vell. de dote p.6. privileg. 28. n.2. Gratian. discept. forens. cap.308. n.4. 5. & 6. tom.2. Rot. decis.461. n.11. p. 9. tom.2. in recent.
38 in impressis coram Bichio decis.41. licet contratium doceant Imol. Bald. & Gabr. in locis relatis per Gratian. dicto cap.308. num.6. tamen subdit quod prima opinio sit verior, & ab eadem in judicando non recedendum.

39 Hinc si extraneus dotans mulierem stipulatus fuerit dotem restitui debere, cui de jure, non propterea habet actionem ad recupetandam dotem ab eo profectam; quia hæc verba non important speciale pactum reversionis favore dotantis, sed referuntur ad eos, quibus circumscripto pacto dos restituenda sit ex dispositione juris communis, vel municipalis, vel consuetudinis, Alex. in l. post dotem 41. n.26. ff. solut. matrim. Bald. Novell. de dote p.6. privileg. 29. ad fin. Gratian. discept.308. n.9. tom.2. faciunt tradita per Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib.3. tit.7. n.36.

40 Pactum verò restitutionis dotis ab extraneo constitutæ, ad hoc ut eidem suffragetur debet apponi in ipso actu constitutionis dotis, secùs ex intervallo, cum sibi imputari debet, si post conclusum actum ab initio non pepegit; etenim vir novo pacto gravari nequit, licèt aliud sit in patre, qui potest quandocunque hoc facere ante matrimonium contractum, nisi dos cœperit à traditione, ut latè declarat Surd. in cons.113. n.2. & 3. lib.1. Bald. Novell. de dote privil.11. p.7. col. penult. in fin. limit.10. n.15. & tradunt alii Doctores relati per Gratian. discept. forens. in cap.308. n.13.14. & 15. tom.2.

41 Promittens verò simpliciter restitutionem dotis, non exprimendo quantitatem, intelligitur promisisse dictam restitutionem, detractâ quartâ lucri secundùm formam statuti, secundùm quam regulari, & moderari debet, Tiraq. in l. si unquam in verbo totum n.1. C. de revocan. donat. Bald. in l. ult. num.3. C. ad leg. Falcid. Angel. in l. damni la 3. §. cum parietem ff. de damn. infect. ibique Roman. & Imol. Alex. in l. post dotem in fin. & Jas. n.20. vers. juxta istam lecturam ff. solut. matrimon. de communi testatur Alex. cons.15. n.11. lib.3. cons.133 num.6. lib.5. cons.201. n.8. lib.6. Crav. cons.480. num.8. Natta cons.103. & cons.582. n.27. Ruin. cons.57. n.2. & cons.62. n.2. lib.1. & cons.161. n.7. lib.5. Rimin. sen. cons.214. n.51. Alber. Bru. in tract. de Statut. exclus. fœminar. propter Masc. art.5. q.12. n.15. in vers. ad prædicta facit, Card. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib.3. tit.8. n.15. Gratian. discept.308. n.7. & 8. tom.2.

42 Secùs verò si maritus promiserit restituere totam & integram dotem; nam tunc non potest aliquam partem retinere, quia censetur beneficio statuti renunciasse, Bald. in l. quod nomine circa fin. vers. sed quid si ex consuetudine ff. de condic. indeb. Tiraquel. in l. si unquam in verbo totum n. 1. C. de revocan. donat. Angel. in l. damni §. cum parietem ff. de damn. infect. ibique Rom. n.2. Alex. in l. post dotem in fin. ff. solut. matrim. & in cons.5. n.11. lib.3. Jas. in l. Centurio n.48. ff. de vulg. substit. Dec. cons. 195. n.2. ad fin. Ruin. cons.57. n.2. cons.62. n.2. & 8. vers. & per hæc lib. 1. Purpurat. cons.570. n.1. Cardinal. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 3. tit. 8. n. 17. Gratian. discept. forens. cap.308. n.7. & 8. tom.
43 2. & ratio est, quia qui totum dicit, nihil excipit, cap. si Romanorum 10. & cap. solitæ de majorit. & obedien. l. à procuratore C. mandat.

44 Contrarium quod adhuc maritus retinere possit eam partem, quæ sibi à statuto defertur, quia nisi expressè renunciatum fuerit statuto, promissio restituendi totam dotem intelligitur facta sub tacita exceptione lucri dotalis à statuto delati, ut sensit Bald. per illum textum in l. Neratius in fin. prin. ff. de Relig. & sumpt. fun. Rimin. sen. cons. 214. n. 60. Curt. sen. cons. 13. n. 26. vers. sic etiam marito, Rot. decis.229. n.9. p. 4. tom.2. recent.

45 Sed retentâ etiam primâ opinione sanè tamen est intelligenda, ut procedat quando maritus non per errorem, sed ex certa scientia promisit totam dotem restituere, ut expressè loquitur Angel. in dicta l. damni §. cum parietem ff. de damn. infect. Alex. cons.133. n.6. lib.5. Dec. cons.402. n.6. vers. primo non obstat, Natta cons. 103. n.3. Boer. decis.242. n. 8. vers. nisi secundum Angel. Cardinal. Mantica de tacit. & ambig. convent. lib. 3. tit.8. n. 17. vers. & hæc commun opinio, Gratian. discept. forens. cap. 308. n.8. tom.2. Rot. decis.229. n.10. & 11. p.4. tom.2. recent. ubi præcipuè si hujusmodi pactum fuit appositum cæterarum, quia tunc vir non potuit divinare quomodo extendi deberet.

46 Quartus casus est quoad subsidia dotalia quæ ex piorum benefactorum legatis, & dispositionibus præstantur à laicorum confraternitatibus, vel ab aliis locis piis pauperibus puellis, an danda sint libera, vel potiùs cum pacto reversionis dotis in casu obitus puellæ dotatæ absque liberis. Pro cujus casus resolutione distinguendum est, quòd si hujusmodi subsidia distribuenda veniunt pro libito societatis, ita ut possit unas puellas excludere, & alias præeligere cum libera facultate; & tunc cum dotandæ dicantur habere subsidium ab ipsa so-

cietate

cietate distribuente, ab eadem proinde adjici potest pactum reversionis, & similes conditiones, & gravamina; sed si præcisè societas, vel locus pius certis puellis subsidium dare teneatur, & tunc liberè tradere tenetur absque ullo onere, cùm tunc dotatæ hujusmodi subsidium consequantur vel à testatore, vel à nominante, & ipsa societas censeatur nuda executrix, seu organum, ac instrumentum alienæ voluntatis, juxta distinctionem *textus in l. unum ex familia §. Sed, & si fundum ff. de legat. 1. Cardinal de Luca in Theat. veritat. tom. 6. tit. de dote dis.* 10. *n.2. vers. in hac etiam parte*, & 3. ubi ita firmasse *Rot. in Romana legati dotium* 10. *Junii* 1661. *coram Cardinal.* Cerro, & *decis.* 171. *n.4. &* 7. *coram Durano.*

47 Sed si testator mandavit, maritagium fieri debere ad instar aliarum, seu prout societas, vel locus pius aliis subsidium dare consuevit; & tunc onus, seu gravamen adjicere licet, ex mente testatoris volentis istas nominandas aliis in omnibus exæquare, & ita distinguendo habetur in *Romana electionis puellarum* 27. *Novembris* 1624. *coram Pirovano*, & admittitur in *decis.* 432. *n.6. & decis.*500. *n.2. &* 3. *coram Burat.* & faciunt tradita *in decis.*129.*coram eodem Burat.* relat. per *Cardinal. de Luca tom.*6. *tit. de dote dis.* 10. *n.*3. *sub vers. nec obstat.*

48 Maritus verò regulariter in restitutione dotis habet beneficium *deducto ne egeat*, ita ut non teneatur nisi in quantum facere potest, propter reverentiam eidem debitam à muliere, & carcerari non potest *Petrus Nunez de Anedagno conf.* 8. *ante n.*8. per *textum in l. maritus* 14. ubi *Barbos. n.2. ff. solut. matrim. l. non tamen, & l. si cum Procuratore* 23. *ff. de re judicat.* cum aliis per *Castagn. in suo tract. deducto ne egeat q.* 1. *n.*2. latè *Rot. decis.* 742. *à n.*32. *cum plurib. sequen. p.*4.*tom.*3. *in recent.*

49 Limita si maritus pro dote restituenda se obligavit in forma cameræ, cujus vigore censetur renunciatum omnium legum, & juris auxillo, *Rot. decis.* 485. *n.*1. *p.* 2. & *decis.* 594.*n.*3.4.& 5.*p.*4. *tom.*3. *recent.* ubi

50 *n.* 6. *cum pluribus sequen.* declarat procedere si supradictum privilegium competeret ratione contractus, vel societatis, secùs si competat ratione reverentiæ personæ, cùm tunc renunciatio tanquam contra bonos mores non tenet, ad *textum in l. alia §. eleganter ff. solut. matrim.* ibique latissimè *Alex.* cum aliis allegat. per *Ladercb. conf.* 30.*n.*9. & per *Rot. dicta decis.* 594. *à dicto n.*6. *usque ad* 12.*p.*4.*tom.*3.*recent.*

Civitatis Castellanæ redditionis rationis.

ARGUMENTUM.

TUtor tenetur reddere rationem suæ administrationis, semel tamen reddità, non tenetur ad iterum reddendam, & reddita ipsi principali, vel uni ex creditoribus facit statum quoad omnes alios etiam non citatos, nisi doceatur de errore per validas, & concludentes probationes. Tutori licèt sit interdictum emere bona pupilli, valet tamen emptio, si fiat cum deputatione, alterius Tutoris, vel si fiat palam, & publicè, vel coram Judice, vel adhibitis consanguineis, & amicis.

SUMMARIUM.

1 TUtor finità tutelà condemnari debet ad reddendam rationem.
2 Hæredes Tutoris defuncti tenentur de ejus administratione reddere rationem.
3 Et tenentur reddere rationem etiam de neglectis, & ad usuras pupillares.
4 Ratio semel reddita ampliùs reddi non debet, nisi ex clarissimis, & indubitatis probationibus doceatur de errore.
5 Rationes semel calculatæ habent præsumptionem pro se pro validitate.
6 Præcipuè stante amplissima quietantia reportata, ut in posterum neque hæredes ampliùs gravari possint, & num.7.
8 Actio reddendi rationem contra Tutorem, ejusque hæredes durat per triginta annos, & n.9.
10 Et ex statuto Urbis præscribitur per lapsum sexdecim annorum, & n.11.
12 Ratio reddita cum aliquo ex creditoribus facit statum quoad omnes alios interesse habentes etiam non citatos.
13 Tutori est interdictum emere rem pupilli etiam per interpositam personam.
14 Et semper frans præsumitur, si per suppositam personam agatur, quod à lege prohibetur.
15 Quæ fraus neque à Tutoris nobilitate excluditur.
16 Ratio iterum reddi debet, si concurrat suspicio fraudis, & doli.
17 Non obstante transactione, quietantia, & re judicata.
18 Tutor potest alienare bona pupilli ex causa necessaria constituendi dotem.
19 Vel pro æris alieni solutione.
20 Tutor non tenetur ad restitutionem rei alienatæ ex justa causa adhibitis solemnitatibus à jure communi, & statuto requisitis.
21 Tutor ex testatoris facultate potest alienare bona pupilli etiam sine solemnitatibus.
22 Non potest emere bona pupilli authorizando ad sui commodum, & n.23.
24 Limit. si pupillo ad hunc actum detur alius Tutor, vel curator.
25 Limit. 2. non procedere si Tutor publicè, & palam emit bona pupilli.
26 Limit. 3. ut procedat in dubio an pupillus lædi possit. Fraudis suspicio cessat in actu palam gesto, ibid.
27 Tutor si coram Iudice contrahit palam contraxisse dicitur.
28 Prout etiam si contractus coram consanguineis conficiatur.

29 Vel si conturoris auctoritas adhibeatur.
30 Ex observantia contractus voluntatis partium acquiescendi declaratio resultat.
31 Observantia longissimi temporis æquiparatur præscriptioni.
32 Jus dicendi de nullitate cursu 30. annorum extinguitur.
33 Æstimatio rei venditæ facta à peritis ejus statum constituit.
34 Venditio juris præsumptione justo pretio facta censetur.
35 Tutor quoad bona ab aliis occupata ut liberetur sufficit, ut in redditione rationis notificet occupationem.
36 Non tenetur reddere rationem nisi de his bonis, quæ ad ejus manus pervenerunt.
37 Calculus factus à creditore fideicommissi cum fideicommissario afficit substitutum etiam non citatum.

DECISIO CLXIII.

ALtrobellus testamento, quo decessit, Desiderii ejus filium pupillum suum hæredem universalem instituit, eique decedenti sine filiis Balduinum ex germano fratre nepotem substituit; susceptâ interim bonorum administratione ab Ascanio testamentario tutore, qui peractâ curâ, & tutelâ, eidem Desiderio majori effecto reddidit suæ administrationis rationem, & favorabilem quietantiam reportavit. Secuto obitu Ascanii, & prædicti Desiderii sine filiis, Balduinus hæres substitutus introduxit coram me tunc Judice Generali status Roncoglioni judicium adversus hæredes Ascanii tutoris super redditione rationis præfatæ administrationis, & pro refectione damni, & interesse bonorum malè alienatorum, & ab ipsomet Tutore emptorum; hinc assumptâ disputatione, hæredes conventos ab impetitis absolvendos esse censui.

1 Quoniam licèt regula sit quod tutor finitâ tutelâ condemnari debeat ad reddendam rationem, *l. 1. & tot. tit. ff. de tutor. & ration. distrab. l. ratsonet, l. adversus C. de administ. tutor. §. fin. instit. de Attil. Tutor. Rebuf. in l. boves §. hoc sermone vers. ad primum igitur ff. de verbor. signif. Escobar. de ratiocin. cap. 3. n. 2. Rot. decis. 121. n. 6. p. 8. decis. 97. n. 4. p. 14. in recent. & in Romana redditionis rationis 27. Junii 1650. in prin. coram Albergato.*

2 Et quod tutore defuncto ejus hæredes dictam rationem reddere teneantur, cùm ad eos transeat hujusmodi obligatio, ex quo passivo jure eundem repræsentant, juxta Textum in *l. 1.* . *banc actionem etiam in hæredem competere constat, ff. de tutel. & ration. distrabend. l. pater vester 2. cum duobus sequen. C. de tutor. l. omnes tutores 5. l. Tutelæ actio 12. C. arbit. tut. Dec. cons. 110. n. 7. vers. & ista redditio, Montan. de tutel. cap. 38. n. 50. & seq. & cap. 39. n. 81. Guttier. eod. tract. p. 3. cap. 1. n. 2. Cancer. var. resol. p. 1. cap. 7. n. 83. Cardinal. de Luca tom. 7. in tit. de tutor. dis. 6. n. 10.* Rot. *decis. 555.* ibique *Adden. n. 9. coram Buratto. decis. 211. n. 1. p. 4. tom. 2. decis. 69. n. 11. p. 11. recent. & in* Romana *redditionis rationis 27. Junii* 1650. *sub prin. coram Albergato.*

3 Adeout hæredes etiam rationes reddere teneantur de neglectis, & ad usuras pupillares *l. cum ostendimus 4. ff. de fidejus. & nominat. tutor. l. tutor, qui repertorium 8. §. pecuniæ ff. de admin. tut. Guttier. de tutor. & Curat. p. 3. cap. 9. n. 2. Leo decis. Valent. 15. n. 6. Rot. in Romana redditionis rationis 27. Junii* 1650. *sub prin. coram Albergato.*

4 Tamen adversativa alia generalis regula est quòd ratio semel reddita ampliùs reddi non debeat, nisi ex clarissimis, & indubitatis probationibus doceatur de errore per *Textum in l. unica C. de errore calculi, l. semel C. de Apoch. public. lib. 10. Ias. cons. 219. n. 2. lib 4. Soccin. sen. cons. 190. col. 2. lib. 2. Nevizan. cons. 94. in fin.* plenè *Munoz. de ratiocin. cap. 41. Antonel. de tempore legali lib. 2 cap. 77. n. 6. Gratian. discept. forens. cap. 761. n. 4. & 5. Penia decis. 1202. n. 6. Gregor. XV decis. 536. n. 2. Amat. Dunozet. decis 585. n. 6. Cardinal. de Luca in Theatro veritatis lib. 7. in tit. de Tutor. dis. 3. n. 9.* rursus *Rot decis. 157. n. 1. p. 1. diversor. decis. 184. n. 1. p. 2. decis. 496. n. 6. p. 9. tom. 2. decis. 451. n. 10. decis. 113. n. 11. p. 14. in recent. & decis. 101. & decis. 224. sub. n. 4. post secund. vol. consil. Farinac.*

5 Rationes enim semel calculatæ habent præsumptionem pro se, quòd rite, & rectè dispunctæ fuerint, ac proinde adstringunt ad duriorem, ac magis exactam probationem in contrarium, *Menoch. de arbitrar. Iudic. cas. 209. n. 4. Munoz. de ratiocin. cap. 41. n. 28. & seq. Rot. decis. 1202. n. 6. coram.* Penia, *decis. 183. n. 7. p. 15. in recent.*

6 Quæ præcipuè in præsenti sibi locum vindicare videbantur, stante amplissimâ quietantiâ, & liberatione reportatâ in ipsa rationis redditione, *Menoch. de arbitrar. Iud. cas. 209. n. 37. Bart. in l. 2. col. fin. C. de jure fisci lib. 10. Paris. cons. 89. n. 7. lib. 1. Roland. cons. 49. n. 42. lib. 1. Oliver. Beltramin. in addition. ad Gregor. XV. decis. 536. sub n. 3. Rot. decis. 101. n. 2. post 2. vol. consil. Farinac. decis. 322. n. 14. & 15. p. 9. tom. 2. decis. 451. n. 11. p. 14. recent. & decis. 230. n. 1. & 2. coram Gulielmo Dunozet.* undè præfati hæredes inposterum gravari non possunt, *l. actione*

7 *l. fratris tui, l. causas, l. quamvis C. de transact. Gregor. XV. decis. 354. n. 1. & 2. Burat. decis. 464. n. 7. Rot. dicta decis. 322. n. 15. p. 9. tom. 1. recent.*

8 Rursus cessare animadvertebatur motivum ex lapsu temporis ultra quadraginta annos, post redditam rationem, quæ etiamsi non fuisset reddita, non esset ampliùs reddenda, cùm actio redditionis rationis de jure communi

muni contra Tutores, ejusque hæredes duret per triginta annos, per *Textum in l.3.§. hoc autem ff. de negoc. gest. l. Tutores C. arbit. tutel. l. neque C. quibus non obst. longi tempor. præscript.*, & tradunt communiter scribentes *in l. maximè 30. ff. de administ. tutel. Antonel. de tempore legali lib. 2. cap. 77. n. 4. & 5.* ubi fobdit, qoòd quando præcessit
9 tempus notabile, non sunt cogendi hæredes ad reddendam rationem computorum defuncti, *Rot. decis. 344. n. 3. & 5. coram Merlino.*
10 Attentâ verò dispositione statuti Vrbis servandi inter districtuales in *cap. 158. lib. 1.* præscribitur actio reddendi rationem per lapsum sexdecim annorum, & quòd hujusmodi statutum comprehendat etiam actiones tutelares, & obligationem reddendi rationem, firmavit *Rot. decis. 730. n. 1. & per totam coram Cardinali Seraphino tom. 1.* & docet *Cardinal. de Luca in Theat. veritat. tom. 7. p. 2. in tit. de empt. & vendit. dis. 7. num. 7.*
11 Nec alicujus momenti reputabatur obiectum, quòd Balduinus uti substitutus ob spem succedendi pro omni suo jure, & interesse non fuerit citatus, ac vocatus in supradicta rationom redditione; quia exuberat redditam fuisse ipso immediatè hæredi, cujus nomine Tutela, & cura gesta fuit; nec Balduinus erat vocandus, cùm nullum actuale jus habebat in hæreditate, sed solùm in spe incerta in casu obitus Desiderii sine filiis, & licèt postea purificata fuerit ad ejus favorem substitutio, non propterea cogi possunt dicti hæredes ad denuo reddendam ra-
12 tionem; nam ratio reddita cum aliquo ex creditoribus facit statum quoad omnes alios interesse habentes, etiam non citatos, cum durum, & irrationabile videatur post longum annorum cursum Tutorem, ejusque hæredes compellere altero instante ad denuo reddendam rationem per *Textum in l. ingenuum ff. de stat. homin. Iaf. in l. secum n. 34. ff. de verbor. obligat. Covar. practic. quæst. cap. 13. n. 15. Peregrin. de fideicommiss. art. 53. n. 53. Rot. decis. 785. n. 22. p. 18. tom. 2. recent. Cardinal. de Luca tom. 9. p. 2. in tit. de hered. & hæreditat. dis. 25. n. 4.*
13 Minusque obstare visum fuit alterum obiectum, quod in dicta computorum solidatione non fuerit animadversum, & habita ratio nonnullorum stabilium, quæ ipsemet tutor vendidit, & emit; cum interdictum sit tutori emere rem pupilli, *l. si in emptione §. ultimo ff. de contrahen. emption. Cardinal. Mantica de tacit., & ambig. convent. lib. 4. tit. 23. n. 4.* & neque eidem permittitur emere per interpositam personam, cùm semper in mala fide constituatur, *l. pupillus §. item ipse Tutor*, & ibi *Bart. in 3. notab. ff. de auctor. tutor.* & fraus præsumitur, quando
14 id, quod a lege prohibetur per suppositam personam agatur dicta *l. pupillus §. item ipse tutor v. sed si per interpositam personam ff. de auctoritat. tutor. l. si, qui ex bonis* & ibi *Bart. n. 4. ff. de vulg. substit. Bald. cons. 347. in cip. Titius sub n. 2. vers. item est considerandum lib. 4. Cran. cons. 156. n. 11. Lauret. decis. 18. n. 7. Cardinal. Mantica de tacit. & ambig. conventionalibus libro 4. titulo 23. num. 4. 5. & 6.*
15 Quam fraudem neque Tutoris nobilitas excludit, *Cepol. in tract. de imper. Milit. delig. privil. 17. Ioan. Lup. in rub. de donat. inter vir. & uxorem §. 9. n. 11. Tiraquel. de nobilit. cap. 20. n. 40. Cardinal. Mantica de tacit. & ambig. conven. lib. 4. tit. 23. n. 7. 8. & 9.*
16 Vndè cùm non deficiat suspicio fraudis, & doli, ratio iterum reddi debeat, juxta *Textum in l. unica C. de errore calculi Jaf. cons. 219. n. 2. lib. 2. Soccin. sen. cons. 190. col. 3. lib. 2. Nevizan. cons. 94. in fine, Rot. decis. 1202. n. 6. coram Penia, & decis. 455. n. 10. & 11. p. 14. in recent.* cum aliis relatis per *Beltram. in addition ad Gregor. XV. de-*
17 *cis. 536. n. 5. ante fin.* ubi quòd hoc procedat non obstante transactione, quietantia factâ per quæcunque amplissima verba, & rejodicatâ, latè *Farinac. cons. crim. 96. à n. 1. usque ad 4.* ibique præcipuè *in fine*, qui alios concordantes allegat.
18 Bene tamen evitabatur obiectum, quia bonorum alienatio emanavit ex causa necessaria constituendi dotem germanæ sorori dicti pupilli, de qua fuit habita ratio in calculis factis, & justè excomputatum pretium retractum, & erogatum, & conversum in dictam causam, ut in puncto dicit *Rot. in Romana redditionis rationis 16. Junii 1651. §. quo enim ad loca sex, coram Albergato. Rot. decis. 49. n. 17. coram Burat. decis. 666. n 1. p. 18. tom. 2. recent.*
19 Tutor enim ad pretium rei alienatæ condemnari non potest, si venditio, seu alienatio facta fuerit ex justa causa pro æris alieni solutione, quo pupillus præmitur, & solvere tenetur *l. ob æs alienum C. de præd. minor. l. lex, quæ tutores C. de administ. tutel. Ruin. cons. 5. n. 38. & cons. 27. n. 33. Gabr. cons. 36. n. 43. lib. 1. Rol. à Valle cons. 33. in prin. vol. 1. & cons. 60. col. 1. & 2. vol. 4. Honded. cons. 23. n. 26. & 27. Rot. decis. 42. n. 1. coram Gulielm. Dunozet. decis. 341. n. 2. & 3. p. 9. tom. 2. in recent. & in Maceraten. redditionis rationis 5. Junii 1648. & secunda partita coram Meltio.*
20 Præcipuè quia bonorum alienatio stipulata fuit adhibitis solemnitatibus à jure communi, & statuti municipalis requisitis, qui-

bus

bus concurrentibus tutor non tenetur ad restitutionem bonorum, vel eorum pretium juxta *Textum in l.1.& l.magis puto* ubi notat *glos. & in l. si prædia ff. de reb. eor. Rot. decis.* 526. *n.* 1, *coram Burat. decis.*492. *decis.*535. *utrobique n.*11.*p.*8.*decis.*341. *n.*13. *p.*9. *tom.*1. *decis.*261. *n.*6. *p.*13. *in recent.*

21 Rursus concurrebat facultas data ab ipso testatore Tutori alienandi pro constituenda dote propriæ filiæ, undè validè alienare poterat etiam nullis adhibitis solemnitatibus; cùm illa restrictio,quam lex in tutoribus,ac administratoribus induxit, cesset ex Testatoris judicio, per *Textum* expressum in *l.*1. *C. quando decreto opus non est &c.Bald. in l.* 1.*n.*1.*ff. de reb. eorum,Simoncel. de decreto lib.*2. *tit.*6.*n.*108.& 109. *Cardinal. de Luca in Theat. veritat. tom.*7. *tit.de alienat.& contract. probib. dis.* 35.*n.*4. *Rot. decis.*172. *n.*38. *p.*7. *decis.*264. *n.*26.*p.*9. *in recent. repetit. post* Zacchiam *de oblig. cameral. decis.*192.*n.*15.

22 Quæ non subvertebantur per bonorum emptionem factam ab ipso tutore; quia licèt regulariter Tutor sit prohibitus emere bona pupilli, hoc tamen procedit quando alienatio fit in tutorem,authorizando ad sui commodum, contra juris prohibitionem, *l.*1.*§. pupillus ff. de auctoritat. tutor.§. si inter tutorem instit. eod.tit.Bald.cons.*109.*n.*1.*lib.*2. *Surd.cons.*9. *num.*21. *usque ad* 38. *Anchar. Regien. q.*40. *n.*2.*vers. quod intelligitur,& n.*3. *Montan. de tutel. cap.*3. *n.* 136. *Cardinal.Mantica de tacit.&ambig.convent.lib.*6. *tit.*13. *n.*0. *Michalor. de fratrib.p.*2.*cap.*15. *n.*35.& 36. *Rot. decis.*111. *n.*17.*p.*18.*tom.*1.

23 *recent.* cum non possit sustinere vices duorum nempe tutoris,& contrahentis. *Menoch. lib.*3. *præsumpt.*80. *n.* 3. *vers. secundò fieri solet.*

24 Secùs autem quando pupillo, vel minori datur alius tutor,velCurator ad hunc actum, prout in præsenti datus fuit; nam tunc valet contractus initus inter pupillum,& tutorem, *l.*3. *§. si pupillus ff. de tutel. l.* 1. *C. de in lit. dan. tutor. vel Curator.*, & notatur *in l. cum ipse C. de contrahend.emption.§.inter Tutorem instit. de auctoritat. tutor.* & dixit *Rot. decis.*25. *n.*4. *p.*5. *tom.*1. *recent.*

25 Ulteriùs evidenter deducebatur, quia contractus initus fuit bonâ fide publicè, & palam, quo casu Tutor rectè potest emere bona pupilli, ex plenè deductis per *Menoch. lib.*3. *præsumpt.* 80. *à n.*1.ubi allegat *glos.in l.si ab emptore §. ult. ff.de contrahend. empt. Bart.in l.singularia n.*7.*ff.si cert.petat.*ibique *Dec. n.*56. *Alex. n.*5. *Jas. n.*17. *Decian n.*4. & 11. *idem Bart.in l.frater à fratre n.* 50.*ff. de condict.indeb.Ripa in l.*1.*§.fuit quæsitum n.*8.*ff. ad Trebel. Soccin.sen.cons.*87.*num.*5. *lib.*1. *Ruin. cons.*42.*n.*9.*lib.*1. *Surd. cons.*9. *n.*34. *Bellon. jun. cons.*78. *Guttier. de tutel. p.*2.*cap.*15. *n.*7. *Cardinal.Mantica de tacit. & ambig. conventión. lib.*4. *tit.*23.*sub.n.*15. *Cardinal. de Luca in Theat. veritat. tom.* 7. *tit.de Tutor. & curat.p.*4. *dis.*12.*n.* 5. *Rot. decis.*356.*n.*6.*coram Gregor.XV.decis.*951. *n.*10. *coram Amat.Dunozet.*

26 Et ratio est,quia in actu palam gesto cessat fraudis suspicio, & jura prohibentia Tutorem non posse emere à pupillo, procedunt in actu clandestino, & in dubio an pupillus lædi possitita *Menoch. lib.*3. *præsumpt.* 80. *à n.*2.*usque ad* 7.*vers.certè apud nostros,* per *Textum in l. non existimo ff. de administrat. tutelæ.*

27 Et tunc dicitur Tutorem palam, & bonâ fide contraxisse, quando contractus coram Judice celebratur, ut in præsenti, *Menoch. lib.*3.*præsumpt.*80. *num.*8. ex *Bart. Alciat. Alex*, & aliis quos allegat; Prout etiam si

28 contractus coram consanguineis conficiatur,ut subdit idem *Menoc.dicta præsumpt.*80 *n.*9. *lib.*3. ex *glos. in L. Pola in glos.magna C. de iis, quib. ut indign.* & ibi *Bald. Dec.in l. singularia n.*10.*ff.si cert. petat.Petrasanta*

29 *singular.* 57. Vel si adhibeatur Contutoris auctoritas, *l.non existimo ff.de administ. tutor. idem Menoch. lib.*3.*præsumpt.*80. *n.* 10.

30 Quibus ex superabundanti addebatur observantia contractus per lapsum longissimi temporis, ex qua voluntatis partium acquiescendi declaratio resultat, *l. item* 7. *proinde ff. ad Senat. Consult. Macedon. l. cum de in rem verso* 6.*ff.de usur.l. quædam sunt* 16. *ff. de reb.dub. Burat. decis.* 379. *n.* 8. *Cardinal. Cavaler. decis.* 80. *n.* 3. & *decis.*199. *n.*6 *Amat. Dunozet. decis.*836. *n.* 23. ubi aliæ allegantur, *Rot. decis.* 260. *n.* 14. *decis.*244. *n.*14. *decis.* 152. *n.* 12. *p.* 16. *decis.*169. *n.*44. *decis.*164. *n.*10. *p.*17.*decis.*

31 707.*n.*11.*p.*18. *tom.*2. *recent.* ubi quòd observantia longissimi temporis, æquiparatur præscriptioni juris.

Undè omnino subvertebatur opposita nullitas, & læsio: nullitas, quia servatæ fuerunt omnes solemnitates statutariæ, &

32 juris communis, tum quia in omnem casum ex cursu triginta annorum extinguitur jus dicendi de nullitate, *Raudens. cons.*17. *n.*28. *p.*3. *Ruin. cons.*62. *n.*14. *vol.*5. *Mantua cons.*38. *n.*40. *vol.*1. *Bald. cons.*322. *vol.* 1.*Surd. cons.*49. *n.*43. *in fine*, *Bursat. cons.* 455. *n.*9. *Cappyc. Latr. cons.*6. *Covar. practic. quæst. cap.*24. *in fin.Cyriac. controvers.* 181.*n.*78. *lib.*1. *Jordan. Elucubr.divers.lib.* 14. *tit.* 28. *de nullitat. n.* 25. latè *Cancer. var. resol. lib.*2. *cap.*2. *n.*291. & *seq. Antonel. de tempore legali lib.*2. *cap.*94.*n.*1. *Cardinal. de Luca in Theat. veritat. tom.*15. *in tit.*

tit. de judic. dis.38. n.3. Rot. decis.207. coram Cardinal. Cavaler. decis. 823. n. 9. coram Burat. decis. 591. n. 4. p. 2. & decis. 240. n. 17. p. 5. tom. 1. in recent.

33 Et prætensa læsio, quia persolutum fuit justum pretium, cùm venditio facta fureit prævià æstimatione peritorum, quæ rerum venditarum quasi statum constituit, *Possidon. de empt. & vendit. lib. 3. dub. 73. n. 3. & 4. Rot. decis. 232. n. 10. & decis. 2. n. 5. p.*

34 *15. recent.* Et ex juris præsumptione venditio semper justo pretio facta censetur, *Bald. in l. si fundus §. quanquam in fine ff. de rebus eorum, Jacobin. in l. unica n. 59. C. ne liceat peten. Cagnol. in l. 2. n. 232. C. de rescindend. vendit. Cyriacus controvers. 255. n. 4. Fabian. de vend. q. 8. n. 5. Rol. cons. 92. n. 7. lib. 2. Rot. decis. 194. n. 1. decis. 553. n. 2. coram Gregor. XV. decis. 2. n. 5. & decis. 232. n. 5. p. 15. recent.*

Nec etiam alicujus momenti reddebatur, quod non fuit reddita ratio de nonnullis bonis stabilibus vigore salviani à tertiis credi-

35 toribus possessis, quia cum à tutore in redditione rationis notificata fuit occupatio, hoc exuberat ad eum liberandum ab omni damno, ut dixit *Rot. decis. 56. n. 8. post Picum ad Statut. Urbis* ex doctrina *Bart.* per *Spadam* allegati *in cons. 239. incip. proponitur quod Arcbolus n. 1. in fine lib. 1.* Ac pro-

36 inde cùm ab initio administrationis tutelæ dicta bona tutor ab aliis auctore Prætore detenta repererit, & ad ejus manus nullos fructus devenerint, nullam de his tenebatur reddere rationem, *Bart. cons. 239. lib. 1. Cravet. cons. 251. n. 14. Rot. decis. 310. n. 5. p. 5. tom. 1. in recent. & in Romana redditionis rationis 16. Junii 1651. §. de officio sigilli coram Albergato, & in alia Romana redditionis rationis 5. Junii 1651. §. quoad partitam coram Peusingerio, & in hac eadem causa 14. Junii 1649. §. sed cessat insuper coram eodem.*

Et exuberat quòd rationes solidaverit, cum ipso pupillo majori effecto cum affi-

37 ciant etiam ipsum substitutum, ut de calculo facto à creditore fideicommissi eum ipso fideicommissario, quòd afficiat substitutum, quamvis non citatum, dixit *Rot. in Romana dotis 24. Martii 1651. coram Verospio, & in Romana fideicommissi de Caudidis 1. Decembris 1651. sub §. fin. coram eodem.*

De redditione rationis per Tutores & Administratores facienda.

SUMMARIUM.

1 ADministrator, & negotiorum gestor tenentur reddere rationem eorum administrationis.

2 Et integrè est reddenda de toto tempore administrationis, & non dividenda tamquam individua.

3 Liberatus à redditione rationis, etiam reddere tenetur non tamen rigorosè, & scrupulosè, & inventarium conficere tenetur, n. 4.

5 Liberans tutorem à redditione rationis intuitu remissionis, dicitur patenter læsus.

6 Condemnari tamen non potest citra dolum, cum usque ad dolum præsumptum censeatur admissa liberatio.

7 Administrator ante redditionem rationis dici non potest nec creditor, nec debitor, & n. 8.

Conveniri potest ad reddendam rationem actione ad factum per mulctam, ibidem: secùs in quantitate certa, & determinata, cùm tunc censeatur liquidus debitor etiam non redditâ ratione, n. 9.

10 Nemo conveniri potest ad reddendam rationem, nisi justificetur administrasse.

11 Ratio reddi non debet de iis, quæ ad manus tutoris non pervenerunt.

12 Negotiorum gestor tenetur reddere rationem etiam de non administratis, concurrentibus tamen requisitis Bartuli, & quæ sint.

13 Administrator tenetur conficere librum rationum, & ad ostendendum cogi potest, n. 14. & ad omnem partis requisitionem, n. 15.

16 Administratoris juramentum se libros non habere admitti debet; sed si semel exhibuerit, & ad custodiam se obligaverit super amissione jurare non potest, n. 17. Et declaratur textus in l. fin. C. de fid. instrument, num. 18.

19 Liber rationum debet legitimè confici, aliàs administrator redditur suspectus de dolo, & quomodo legitimè conficiatur, ut probet, & n. 20. & 21.

22 Solutio debitorum quomodo in libro tutelari, & rationum adnotanda sit.

23 Expensæ pro gubernio domus quomodo sint adnotandæ in libro tutelari, & quomodo justificandæ, & n. 24.

25 Calculus, seu bilancium quoad introitum probat contra tutorem, quoad exitum indiget justificatione.

26 Administrator, & tutor non conficiens inventarium, & librum præsumitur in dolo.

Rationes etiam sine libris reddi valent ex aliis probationibus, ibidem, & n. 27.

28 Frater, qui communia bona administravit, etiam sine libro rationem reddere potest.

29 Tutor, qui administravit, etiam si non adimplevit solemnia, rationem reddere tenetur, Declara, ut in n. 30. & 31.

32 Tutor tenetur reddere rationem etiam de mobilibus, etiam si servando servari non possunt, n. 34.

33 Mobilia veniunt sub generali fideicommisso, & gravatus tenetur reddere rationem fideicommissario, & restituere; si extent, secùs si culpâ interierint, n. 36.

35 Mobilia non habentur in consideratione, quando per lapsum tanti temporis consumpta præsumuntur.

37 Tutor non tenetur reddere rationem de mobilibus, quæ probantur extitisse penes pupillos, nec datur juramentum in litem, præsertim si agatur contra hæredes, n. 38.

39 Mobilia fuisse in hæreditate fideicommissario incumbit onus probandi.

40 Tutor ante confectionem inventarii administrare potest, sed ut suspectus etiam potest removeri, & constituitur in dolo, & tenetur ad damna, & interesse, n. 41.

42 In actione tutelæ, & curæ tam ob dolum, quàm ob culpam, juratur in litem contra tutorem.

43 Juramentum in litem ut deferri possit ultra dolum, vel culpam requiritur difficultas probationis, quæ quando

do interveuire dicatur, n.54.
45 Ulteriùs requiritur, ut is, qui jurare debet in litem, sit verisimiliter informatus, quòd judicis arbitrio remittitur, n.46.
47 Insuper requiritur taxa Judicis intra cujus limites in minus, & non in plus juramentum est deferendum.
48 Juramentum in litem uon datur contra tertium.
49 Nec datur contre hæredem, & successorem universalem, secùs si lis contestata fuerit cum defuncto, ibidem in fiue.
50 Nec datur contra eos, qui ex alieno facto, dolo, & delicto conveniuntur,
51 Expensæ factæ in funeralibus sunt reficiendæ tutoribus in redditioue rationis, & pro alendis pupillis.
52 Ita etiam expensæ factæ occasione nuptiarum.
53 Tutor ex superextantium redditnum cumulo debita solvere debet.
54 Tutoris factum ad effectum condemnandi concurrere debet dolus, eut culpa.
55 Quando possit constituere majorem dotem, quàm testator filiæ reliquerit.
56 A tutoribus, & Curatoribus est reddeoda ratio de animalibus demortuis.
57 Et pretium pellium est ponendum ad creditum hæreditatis, & etiam pulli, & equi nasci soliti.
58 Tutor testamentarius non tenetur fidejubere.
Et Judex superior potest ex inquisitione deputare tutorem pupillo sine fidejussione: secùs verò Judex inferior, ibidem.
59 Tutor, qui non administravit, gaudere debet privilegio ordinis, secùs si in edministratione se immiscuerit; uam tunc tenetur reddete rationem de omnibus etiam ab alio contutore gestis.
60 Tutorum obligatio est individua, nisi à Judice vel à testatore divisa fuerit, vel quis aliquid gesserit, & verè tutur non eret, u.62.
61 Tutor pro tempore pupillaris ætatis rationem reddere tenetur, si postea uihil aliud gesserit. Ampl. ut in num.64.
Curator deputetus à testatore à Judice confirmari debet, & à testatore prohiberi nequit n.64. & 65.
66 Et Judex non potest devenire ad confirmationem, nisi minore petente.
67 Curator volens se à Cura excusare proponere debet infre quinquaginta dies à die scientiæ, n.68.
69 Sed ad causam probandam datur quadrimestre.

ADNOTATIO I.

1 Expeditum est quòd quilibet rerum alienarum administrator, seu negotiorum gestor teneatur reddere rationem suæ administrationis, & solvere quidquid ad ejus manus pervenerit, juxta notatà in *l. tutori C. de negoc. gest.* & *l.1. §. officio ff. de tutel. & rat. distrab. in princ. l. rationes C. de administ. tutor.* & ex aliis relatis per *Menocb. de arbitrar. cas.209. nu.1. & seq. Rom. cons.413. n.4. Dec. cons.510. n.7. Corn. cons.81. n.6. lib.4. Rot. dec.251. n.1. post Zacchiam de oblig. cameral. dec.412. n.3. coram Card. Cavaler. & dec.455. n.8. p.14. in recent.*

2 Et hujusmodi ratio integrè de toto administrationis tempore reddenda est, ut nequeat etiam cum Judicis auctoritate per tempora rationes dividere, & pro parte satisfieri, quia individua est, *Soccin. senior cons.159. sub num.12. vers. sed in casu nostro lib.2. Rot. Genuen. decis.165. n.8.* & tradunt alii Doctores relati per *Rot. decis.332. n.14. part.10. & decis.455. num.9. part.14. in recent.*

3 Ampl. ut etiam liberatus à testatore à redditione rationis, non eximatur ab onere eandem reddendi, & reliquorum restitutione, sed tantùm intelligitur liberatus à scrupuiosa, & rigorosa redditione rationis; aliàs enim facilis nimis præberetur occasio delinquendi, & pupiilos, minoresque fraudandi, *l. quidam decedens in princ. ff. de admini st. & peric. tut. l. si servus vetitus 122.* & ibi *gloss. ff. de legat. primo, l. non solum la 2. §. pen. l. si quis rationes 10. l. Aurelius 21. §. Cajus ff. de liberat. legat.* & notatur *in l. nulli C. de Episcop. & Cleric. l. cum necessitatem C. de fideicomm. Castren. cons.445. sub n.3. lib.2. Ruin. jun. cons.576. n.5. lib.5. Paris. cons.21. n.56. & seq. lib.2. & cons.8. num.22. lib.4. Menocb. lib.4. præsumpt.164. n.11. Dec. cons.177. n.3. vers. modo, & fuit, Joan. Jacob. à Canibus in tract. de executor. ultimar. volunt. partit.2. §. novissimnm n.3. in fin. inter tract. diversor. de successiou. fol. mibi 401. Rot. decis.187. n.11. coram Gregorio XV.* cum aliis copiosè congestis *in Roman. rescissionis contractus 29. Maji 1698. coram Cardinali Corrado* impres. *post Labyrint. creditor. Salgad. decis.24. n.2. & 3. & in eadem 16. Junii 1651. §. nam læsio coram eodem, & in Romana redditionis rationis 27. Junii 1650. §. quoniam, coram Albergato.*

4 Adeout tutor non obstante remissione testatoris teneatur conficere inventarium, & reddere rationem, *l. quidam decedens ff. de administrat. tutel. l. si servus vestitus*, ubi *gloss. in fin.* & elii scribentes *ff. de legat.1. Afflict. decis.262. n.6. vers. & bene potuit, Rot. decis.762. n.8. p.2. recent. in Romana fideicommissi de capite ferro 19. Febr. 1646. §. ideo merito vers. & proinde coram Card. Corrado, & in Romana rescissionis transactionis 16. Junii 1651. §. nam læsio in fine, coram eodem, & decis.29. n.15. post Labyrint. creditor. Salgad.*

5 Et liberans, seu absolvens ab administratione tutelæ, & curæ tutorem, qui non confecit inventarium, & non reddidit rationem, intuitu remissionis testatoris dicitur patenter, & inevitabiiiter læsus, *Rot. in Romana rescissionis contractus 16. Junii 1651. §. nam læsio coram Card. Corrado.*

6 Concurrente tamen hujusmodi liberatione cum ab administratore, seu tutore exigi nequeat rigorosa rationis redditio, citra dolum condemnari nequeunt, cum usque ad dolum præsumptum remissa censeatur, *l. Aurelio 21. §. Cajus ff. de lib. legat. l. cum necessitatem 18.* ubi *gloss. in fin. & Doctor.*

C. de

C. de fideicom. Cagnol. *in l. contractus n.*101. *ff. de regul. jur. Dec. conf.*177. *n.*3. *Gozzadin. conf.*94. *n.*12. *Menoch. conf.*22. *num.*4. *Covarr. var. resol. lib.*2. *cap.*14. *vers. quintum*, Cyriac. *controvers.*412. *n.*21. *Munoz. de ratiocin. cap.*5. *n.*8. Cravet. *conf.*193. *n.*9. *Rot. decis.*331. *n.*1. & 2. *decis.*767. *num.*8. *p.*2. *decis.*409. *n.*2. & 6. *p.*4. *tom.*1. *recent.* & *in Romana redditionis rationis* 14. *Junii* 1649. *coram Pentingerio* §. *fin. in Romana rescissionis contractus* 29. *Maji* 1648. §. *nec enim*, *coram* Cardin. Corrado, & *in Romana redditionis rationis* 16. *Junii* 1651. §. *fin. coram Albergato*.

7 Administrator verò ante redditas rationes dici non potest nec debitor, nec creditor, ideoque contra eum alia non competit actio nisi ad factum redditionis rationum per mulctam, aliaque remedia, non autem ad certam rem, vel quantitatem, *Anchar. conf.*235. *col.*2. *vers. praeterea propter incertum*, *Purpurat. conf.*339. *n.*3. *Alex. conf.*192. *per totum vol.*7. *Crav. conf.*231. *n.*16. *in fin. conf.*275. *n.*13. & 14. *Negus. de pignorib.* 1. *memb.* 5. *part. n.*37. *Cavalcan. in tract. de tutor. n.*214. & tradunt alii Doctores allegati per *Giurb. decis.*15. *num.*3. bene *Surd. decis.*184. *n.*2. & 10. *Rot. decis.*58. *n.*2. & *seq. decis.*123. *n.*6. & *decis.*443. *n.*2. *coram Burat. decis.*228. *part.*11. *recent.* & novissimè *Card. de Luca in Theat. veritat. tom.*7. *de tutor.* & *curator. dis.*6. *n.*15. & *dis.*7. *n.*14.

8 Ac proinde redditio rationis est necessaria ad effectum ut quis dici possit debitor, aut creditor, *Anchar. conf.*175. *n.*1. *ad fin. vers. propterea propter incerta*, *Alex. consil.*129. *n.*2. *ad fin. lib.*7. *Cephal. conf.*768. *n.*14. & *conf.*760. *n.*11. *lib.*5. *Negusan. de pignor. p.*5. *memb.*1. *n.*37. *Fachin. controv. jur. lib.*8. *cap.*58. *vers. ad hoc fundamentum*, Rot. *decis.*123. *n.*6. & *decis.*595. *n.*2. *coram Burat.* & *in Bononien. manutentionis* 15. *Junii* 1650. §. *non tamen coram Meltio*, & *decis.*220. *n.*3. *p.*9. *recent.*

9 Limit. supradictas conclusiones ut non procedant in quantitate certa, & determinata per ipsum solvenda, in qua interim etiam non redditâ ratione semper dicitur liquidus debitor, ex doctrina *Soccin. in l. pecuniam quam n.*10. *ff. si cert. petat. Grammatic. decis.*58. *n.*10. *Vincent. de Franc. decis.*292. *n.*2. *Ferentil. in addition. ad Burat. decis.*123. *n.*11.

10 Nemo tamen conveniri potest ad reddendam rationem, nisi justificetur administrasse, & fructus percepisse, & probentur quantitates, & qualitates rerum administratarum, *Aym. conf.*231. *num.*14. *Soccin. sen. conf.*24. *n.*35. *lib.*1. Cravet. *conf.*231. *n.*14. *Menoch. lib.*3. *praesumpt.*49. *n.*10. Rot. *decis.*220. *n.*3. *coram Gregorio XV.* in *Romana redditionis rationis* 14. *Junii* 1649. §. *sed cessat insuper coram Pentingerio*, & *in Ferrarien. dotis* 17. *Maji* 1651. §. *nec refragatur coram Meltio*.

11 De iis verò, quae ad manus tutoris non pervenerunt ratio reddi non debet, ad *Text. in l. ult.* §. *fin.* C. *de administ. tutor. Bart. conf.*239. *lib.*1. *Eugen conf.*29. *lib.*1. Rot. *decis.*470. *n.*1. *p.*1. *decis.*380. *ante n.*4. *p.*4. *tom.*2. *decis.*310. *n.*5 *p.*5. *tom.*1. *recent.* & *in* Romana *redditionis rationis* 10. *Decembris* 1646. §. *quo vero ad fructus coram Pentingerio*, & *in eadem* 14. *Junii* 1649. §. *sed cessat insuper*, & 5. *Julii* 1651. §. *quoad partitam coram eodem*.

12 Sed negotiorum gestor tenetur etiam reddere rationem de non administratis, concurrentibus tamen quatuor requisitis, de quibus *Bart. in l. si pupilli* §. *videamus ff. de negot. gest.* nempe quòd alius erat gesturus illa, quae ipse neglexit; quòd ille alius erat diligens; quod ipse omisit gerere ex eo, quod iste quaedam gerebat, & sciebat alium gesturum omnia, & ex Corn. *conf.*81. *n.*6. *lib.*4. dixit Rot. *decis.*470. *n.*4. *p.*1. *in recent.*

13 Redditio verò rationis inter alia continet ut codex rationis reddatur; adeout quilibet administrator tenetur librum rationum conficere, & non conficiendo tenetur ad interesse, per *Textum* apertum in *l.*1. §. *officio ff. de tutel.* & *rat. distrah.* qui licèt de tutore loquatur, tamen extenditur, & procedit, & porrigi debet ad omnes alios cujuscunque generis administratores, ut ibidem tradunt communiter scribentes, *Gabr. conf.*148.
14 *n.*2. & 3. *lib.*1. cogi propterea potest administrator ad ostendendum librum, & omnes actus suae administrationis, ut dignoscì possit an partitae accepti, & expensi rectè, & bonâ fide fuerint descriptae, *Bal. conf.*152. *lib.*3. *Roman. conf.*413. *sub num.*3. *Soccin. conf.*24. *col.*12. *vers.* & *ideo cum vol.*1. *Tyber. Salust. in suo praxi cap.*18. *n.*10. & 11. *lib.*2. *Honded. conf.*19. *num.*12. *lib.*1. *Rot. dec.*8. *de fide instrument. in antiq. dec.*198. *n.*3. *part.*10. & *decis.*455. *n.*2. *part.*14. *in recent.*

15 Quinimo administrator, qui semel libros administrationis produxit animo rehabendi, & cum obligatione illos quandocunque reportandi ad omnem requisitionem partis, iterum illos exhibere tenetur, nec Judex validè ab hujusmodi exhibitione absolvere potest, Roman. *conf.*433. *n.*10. & *seq. Honded. conf.*19. *n.*12. *lib.*1. *Tyber. Salust. in prax. lib.*2. *cap.*18. *num.*16. Rot. *decis.*8. *de fid. instrument. in antiq.* & *decis.*455. *n.*3. *p.*14. *in recent.*

16 Et quamvis admitti debeat juramentum ad-

administratoris se libros non habere, nec dolo amisisse, juxta *Textum in l. fin. C. de fid. instrument.* tamen ob productionem librorum semel factam, & securam obligationem reportandi, administrator tenetur usq;
17 ad finem litis custodire, & qui obligatus est ad custodiam, super amissione non jurat, *Soccin. sen. cons.* 190. *sub n.* 5. *vers. sed praemissis non obstantibus lib.* 2. *Ferentill. in addition. ad Burat. decis.* 266. *nu.* 13. *Afflict. decis.* 330. *sub n.* 2. *vers. secundo limitatur*, *Rot. decis.* 1224. *n.* 2. *coram Card. Seraphino decis.* 455. *n.* 4. *&* 5. *p.* 14. *in recent.* ubi
18 *n.* 6. declaratur, quòd dispositio dicti *Text. in l. fin. C. de fide instrum.* procedat solùm ad ejus favorem, pro quo militet praesumptio amissionis.

19 Liber verò rationum ut administratoribus, Tutoribus, & Curatoribus suffragetur, debet legitimè confici adjecto die, & anno, & in forma rationis, omnia continente, ut reperiri possint vera, & falsa, & si liber non conficiatur, vel si conficiatur non tamen legitimè, & legaliter, sed confusè, praecipuè si aliqua non fuerint apposita, vel alia falsò scripta, praefati administratores dicuntur in dolo, vel saltem ex libro non legitimè confecto magna resultat praesumptio doli, & laesionis, ad *l. qui sub conditione* ubi *glo. & Doctores ff. de condit. & demonstrat. Bald. in l. rationes C. de probat. Bart. cons.* 150. *sub n.* 9. *vers. quaera qualiter lib.* 1. *Soccin. cons.* 46. *sub n.* 4. *vers. tenet*, *Anchar. cons.* 150. *sub n.* 3. *vers. primo quia lib.* 2. *Rol. cons.* 148. *sub n.* 5. *vers. ergo fuit in dolo lib.* 1. *Rot. decis.* 280. *n.* 27. *coram Duran. & in Romana rescissionis transactionis* 16. *Junii* 1651. §. *tum quia vers. ac proinde non tantum nullum coram Cardinali Corrado.*

20 Praecipuè si appareat in eodem codice rationum ferè omnia fuisse in confuso, inordinatè, & in genere descripta sine expressione causae; ita ut non possit eligi veritas, & deprehendi justificatio partitarum in eo descriptarum; nam tunc non probat ad favorem Administratoris, Tutoris, vel Curatoris, nec deservire potest pro redditione rationis; quia ad hujusmodi effectum liber
21 tutelaris, vel administrationis debet distinctè, & singulariter continere quidquid in singulos annos, menses, & dies perceptum fuerit, quibus, & quae de causa datum, & impensum; à quo fundo fructus recollecti, ac proinde continere debet exactam, & integram descriptionem omnium datorum, & receptorum, ac introitus, & exitus totius temporis, quo continuavit administratio, *Bart. in l. comperimus C. de navicul. lib.* 10. *& cons.* 150. *n.* 9. *in fin. p.* 1. *Ripa in l. admonendi n.* 116. *ff. de jur. jurand. Rol. à Val. cons.* 40. *n.* 20. *&* 21. *lib.* 1. *Escobar. de ratio m. administr. cap.* 10. *n.* 42. *&* 43. *& n.* 47. *cum seq. Gratian. discept. forens. cap.* 563. *n.* 12. *cum plurib. sequen. tom.* 3. *Plot de in lit. juran* §. 5. *n.* 31. *Simon. de Pret. cons.* 25. *n.* 13. *Rimin. jun. cons.* 338. *n.* 44. *Joseph. Ludov. cons.* 29. *ampliat.* 16. *vers. & ad hoc*, *Genua de scriptura privat. lib.* 4. *tit. de lib. administrat. n.* 34. *Caputaquen. decis.* 59. *n.* 7. *p.* 2. *Rot. decis.* 690. *n.* 5. *p.* 1 *decis.* 111. *n.* 5. *p.* 7. cum aliis relatis *in decis.* 126. *n.* 8. *&* 9. *p.* 9. *tom.* 1. *recent.* alias congruè dici nequeunt rationes in folle oblatae, ut inquit *Juris Consultus in l. cum servus vers. nam non utique* ubi *glo. in verbo in folle ff. de condit. & demonstrat.* & bene explicat *Alciat. de verbor. significat. lib.* 4. *col. mihi* 8. *vers. in folle offerre*, *Rot. in Romana rescissionis concordiae* 16. *Junii* 1651. §. *tum quia in prin. coram Cardinal. Corrado.*

22 Nec dicitur rite confectus, si ponantur partitae solutionum diversorum debitorum ad haereditatis exitum nullâ factâ causarum, & debitorum specificatione, nullisque relatis quietantiis, ut illarum veritas, & cautio apparere valeat, *Rot. in Romana rescissionis transactionis* 16. *Junii* 1651. §. *tum quia vers. deinde pariter*, *coram Cardinali Corrado.*

23 Prout etiam si contineat partitas excessivas quoad expensas factas pro gubernio domus, nullâ factâ causarum specificatione, undè illarum veritas faciliùs justificari valeat: praecipuè si maxima repugnet verisimilitudo, quòd pro sustentatione, atque gubernio domus, ac familiae talis conditionis, & secundùm statum tanta summa erogata fuerit. *Rot. decis.* 126. *sub n.* 10. *circa med. p.* 9. *tom.* 1. *in recent. & in citata Romana rescissionis transactionis* 16. *Junii* 1651. §. *tum quia vers. ad debitum verò coram Cardinal. Corrado.*

24 Quando enim agitur de magnis expensis non statur simpliciter libro administratoris, sed aliunde justificari debent, praecipuè si adsint multae expensae, de quibus confici solent instrumenta; nam tunc minus probat liber administrationis, & codex rationum, licèt concurreret administratoris juramentum, latè *Aym. de antiq. tempor.* §. *quarto limitatur n.* 27. *cum seq. fol.* 92. *Gratian. discept. forens. cap.* 563. *n.* 14. *tom.* 3.

25 Calculus verò, seu bilancium in ea parte, in qua refertur ad quantitatem exactorum, & ad ea, quae pervenerunt ad manus Tutoris administratione durante, ex redditibus, & aliis effectibus haereditariis plenè probat contra Tutorem, & producentem,

cùm propria confessione convincatur; in ea tamen parte, in qua referuntur impensæ non aliter attendi debet, quàm si fuerit ritè, & rectè confectum, atque explicitas, & individuas indicet causas, & partitas, quæ possint justificari proprio etiam juramento, si modicæ, & verisimiles, vel aliis legitimis probationibus judicis arbitrio, si magnæ sint ad *textum in l. publica §. fin. ff. deposit. l. qui sub conditione* ubi explicat *Bart. n. 1. vers. tunc credo ff. de admin. tutor. l. sumptus* ubi *glos. in verbo probabuntur C. eod. tit. idem Bart. in l. 1. §. officio sub n. 1. vers. quædam verò ff. de tutel. & ration. distraben.* ut dixit *Rot. in Romana rescissionis transactionis* 16. *Junii* 1651. *§. nec enim, juncto §. nec etiam coram Cardinali Corrado*, ubi *concordantes* allegantur.

26 Et licèt administrator, & præcipuè tutor non conficiens inventarium, & librum, præsumatur in dolo, *Cardinal. de Luca tom. 7. in tit. de tutor. dis.* 17. *n.* 6. ex *Rotæ decision.* per eum relatis; tamen rationes etiam sine libris reddi valent, juxta opinionem, quam *Rot.* & Curia Romana sequitur, ut refert idem *de Luc. de tutor. dis. 7. n. 17. & dis. 17. n. 3.* siquidem defectus libri inducit quidem in tutore culpam, ac suspicionem, undè propterea gravatur rigoroso onere justificandi aliunde veritatem, quæ aliàs ex solo libro bene tento probata remaneret, non tamen exinde resultat, quòd non possit ex aliis probationibus doceri, & justificari administratio, & veritas rerum administratarum, cùm contra eum adversetur juramentum in litem, quod effugere potest, si necessariis probationibus veritatem suæ administrationis justificare valet per

27 æquipollens, adeout admissus ad suppletivam probationem docere debeat de statu negotii, ac negativa majorum lucrorum, & obventionum, eo modo, quo id probare diceretur ex inventario, & libro bene confecto, ac tento.

28 Sine libro etiam ratio reddi potest à fratre, qui communia bona administravit, cùm plerumque inter fratres liber confici non soleat, licèt secùs sit in alio, qui bona prorsus aliena administravit: Ita *Gab. consf.* 148. *n.* 3. *vers. non obstat vol.* 1.

29 Qui autem formiter tutelam non suscepit; vel non adimplevit solemnia, & nihilominus administraverit, tenetur reddere rationem, cùm æquum non sit, ut efficiatur melioris conditionis tutor culposus, qui solemnia non adimplevit, quàm non culposus, & legitimus; *Guttier. p. 3. cap. 1. n.* 10. *Cardinal. de Luca in Theat. veritat. & justit. tom. 7. in tit. de tutor. dis. 6. n. 6. Rot. decis.* 1473. *n.* 3. *coram Cardinal. Seraphin. decis.* 3. *n.* 6. *cum plurib. sequen. p.* 6. *& decis.* 297. *n.* 16. *&* 17. *p.* 10. *in recent.*

30 Veritas tamen est, quòd qui solùm pro tutore se gessit teneatur tantùm reddere rationes de iis, de quibus constat ad ejus manus obvenisse, aliisque gestis, non autem de neglectis, ac aliis, in quibus se non ingessit. Cùm nullum in legitima, vel testamentaria tutela titulum, vel officium habebat, sed solùm de facto se ingesserit, ac proinde non resultat acceptatio tutelæ, secùs

31 autem ubi testamentaria, vel legitima tutela delata sit, atque habit ualiter competit; nam tunc eo ipso quòd unicum gerit actum tutelarem, tutelæ acceptatio resultat, juxta *textum in l. ita autem §. gessisse ff. de administrat. tutor.* & propterea tenetur reddere rationem de neglectis, & non administratis, cùm censeatur omnes obligationes contraxisse tutori incumbentes, & eo magis quia solemnia non adimplevit, utpote quia magis suspectus, & culposus reddatur, ut distinguendo dixit *Rot. decis.* 380. *n.* 17. *coram Bichio*, relat. per *Cardinal. de Luca in Theat. veritat. in tit. de tutor. dis.* 6. *n.* 7. *tom.* 7.

32 Non solùm est reddenda ratio à tutoribus & administratoribus de immobilibus, & redditibus ex eisdem perceptis, sed etiam

33 de mobilibus, præcipuè si servando servari possunt, prout fideicommisso gravatus tenetur de his reddere rationem fideicommissario, cùm etiam veniant sub generali fideicommisso, ut statuit *Justinian. in Instit. de singul. reb. per fideicommis. relict. in prin.* ibi *argentum, hominem, vestem, & pecuniam numeratam* — latè *Aym. consf.* 316. *in* 9. *dubio. Paris. consf.* 25. *n.* 69. *lib.* 2. *Soccin. jun. consf.* 130. *n.* 14. *lib.* 1. *Honded. consf.* 59. *n.* 12. *& seq. lib.* 1. *Alciat. respons.* 401. *n.* 1. *& respons.* 407. *n.* 5. *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 197. *n.* 1. *&* 2. *Intrigl. de fideicommis. cent.* 3. *q.* 74. *n.* 109. *Peregrin. eod. tract. art* 10. *n.* 35. *usque ad finem & decis.* 64. *& decis.* 99. *n.* 15. *Alex. Raud. decis. Pisan.* 29. *n.* 379. *ad medium, Cardinal. Mantica de conjectur. ultim. volunt. lib.* 7. *tit.* 6. *n.* 1. latè *Fusar. de substitution. q.* 624. *n.* 1. *Gregor. XV. decis.* 285. *n.* 1. ibique *Adden. n.* 4.

34 Ampl. ut procedat etiam in mobilibus, quæ servando servari non possunt, *Peregrin. de fideicommis. art.* 10. *n.* 32. *& seq. Beltramin. in addition. ad Gregor. XV. de-*

35 *cis.* 285. *n.* 4. Non tamen habentur in consideratione, quando per lapsum tanti temporis consumpta præsumuntur, *Paris. consf.* 55. *in fin. lib.* 2. *Ruin. jun. consf.* 459. *n.* 18. *Afflict. decis.* 13. *n.* 27. *Peregrin. de fideicommiss. art.* 10. *n.* 40. *Rot. dicta decis.* 285. *n.* 3. *cor. Gregorio XV.* ibique *Adden. sub n.* 4.

*decis.*69.*n.*3. *coram Andræa decis.*261.*n.*34. *p.*4. *to.*2. *in recent.* ubi quòd intret præsumptio consumptionis per lapsum triginta annorum, *decis.*310. *n.*11.*p.*5.*tom.*1.pariter *in recent.*

36 Propterea mobilia eatenus veniunt in restitutione fideicommissi, quatenus extent, vel culpâ gravati interierint, vel consumpta sint, *Gabr. cons.*138.*n.*39. *lib.*2. *Peregrin. de fideicommiss. art.*10.*n.*30.& *per tot. Fusar. de substitution. q.*624. *n.*24. *Rota in Romana redditionis rationis* 16. *Jun.*1651. *sub §. Jocalia verò*, *coram Albergato*.

37 De mobilibus verò, quæ probantur extitisse penes pupillos, non est reddenda ratio à tutore, præcipuè si ad ejus manus non pervenerint, *Bart. cons.* 239. *lib.* 1. *Urgellen. decis.*212.*n.*6. *Rot. decis.*380. *n.*6.*p.*4. *tom.*e. *recent.* & *in Romana redditionis rationis* 16.*Junii* 1651. §. *jocalia verò*, *coram Albergato*,ubi additur,quòd respectu præfatorum mobilium peti non possit juramentum in litem, si extiterint penes pupillum, quia in tutore hoc casu cessat dolus, qui ad hunc effectum est concludenter probandus, *Farinac. in fragment. p.* 2. *n.* 1001. *Cyriac.*

38 *controvers.* 180. *n.* 123. præsertim si agatur contra hæredes, *l. alio jure C. de in lit. juran. Galganet. de tut. lib.*2. *tit.* 2. *n.* 5. *Cyriac. contro.*280. *n.* 24. *Alex. Rauden. decis.*215. *n.* 69. *Rot. in dicta Romana redditionis rationis coram Albergato dicto §. jocalia verò in fine* cum ellegatis per *Plot. de*

39 *in lit. juran.* §.5.*n.*37. *vers.*1. Et in puncto mobilium fideicommisso subiectorum, quòd fideicommissario incumbat onus probendi fuisse hujusmodi mobilie in hæreditate, & de eorum valore docere,latè *Aym. cons.*316. *in* 9.*dubio*, *Rot. decis.*285. *n.*2.*coram Gregorio XV.*

40 Tutor licèt tenetur conficere inventarium, temen ante ejus confectionem administrare potest, & ejus facta tenent, sed ut suspectus removeri potest, *Abbas in cap. ex part. n.*6.*de appel.*ibique *Dec. n.*22.*Bart. in l. tutor qui repertor. sub n.* 7. *v. contrarium puto ff. de administ. tutor. Alex. cons.*66.*n.*8. *lib.*2. *Fab. decis.*18. *lib.*2. *Chessanen. dec.*197. *Puteus decis.*426.*lib.*2.*Seraphin. decis.*1004. *n.*5. *Gregor. XV. decis.*31. *n.*4.

41 Quinimo hec de ceuse in eodem erguitur dolus præsumptus,cujus respectu tenetur ad damna, & interesse pupilli liquidanda per juramentum in litem,*l. omnes tutores C. arb. tutel. l. tutor*, *qui repertorium ff. de administ. tutel.* & tradunt Doctores relati per *Gutier. de tutel. p.*2. *cap.*1.*n.*15.*in fin. Rot. decis.*380. *n.*5. *in recen. p.*4. *tom.*2. latè *Ridolphin. in sua praxi p.*3. *cap.* 2. *n.*180. ex *Dec. in cons.*77. *n.*1. & *seq.* & *cons.*191.*n.*1. & 2. *Rom. cons.*118. *Crescen. decis.*5. *de jur. jurnn. Verall. decis.*119. *n.*1.& *seq. p.*2.

42 Insuper in actione tutelæ, & curæ etiam ob culpam juretur in litem contra tutorem, & curatorem,quamvis non concurrat dolus *Bart. cons.*150.*n.*4.*lib.*1. *Plot. de in lit. juran. in* §. 4. *n.* 85. *vers. notabilis perpetuo*, & *in* §.49. *n.*16. *de in lit. juran. Ridolphin. in sua prax. p.*3.*cap.*2.*n.*187. *Afflict. decis.*360.*n.*4. & 8. *Veral. decis.*119. *n.*8. *p.*2.

43 Sed ed hoc ut hujusmodi juramentum in litem deferri possit, ultra dolum,vel culpam requiritur difficultes probationis, *glos. in l. in actionibus in verbo plenè in fin. ff. de in lit.*

44 *juran.* &tunc difficultas probationum adesse censetur,quando non innotescit, ut ad oculum demonstrari nequeat, *Bart. in dicta l. in actionibus n.*22. *Jas. n.*39. & 40. *Bolognet. n.*88 *ff. de in lit. jurau. Natta cons.*79.*n.*13. *Menoc. de arbitrar. cas.*208.*n.*1. *Papien. in form. libel. action. real.* §. & *in floreniis n.* 31. *Cavaler. decis.* 103. *n.*1. *Ridolphin. in sua prax. p.*3. *cap.*2.*n.*196.& 197. cum eliis adductis per *Cardinal. de Luca in tit. de tutor. dis.*8. *n.*8. *tom.*7.

45 Ulteriùs requiritur, ut is, qui jurare debet in litem, sit verisimiliter informetus,& habeat notitiam; eliter juramentum in litem non est deferendum; propterea præsumptio informationis concurrere debet, prout concurrere præsumitur in hærede, in filio, in petre, in conjunctis, & etiem in extraneis cohebitantibus cum defuncto, vel in vicinis, aliisque, quibus defunctus conferre solebat negotia, *glo. in l. in bonæ fidei in verbo decidi*, *vers.* & *in prædictis dico* ibique *Bart. C. de reb. credit.* & *jurejur.* latè *Plot.* qui alios allegat *in* §.13. *n.*4. & *in* §.29.*n.*3. *vers.* & *limitatur*, & *in* §. 51.*n.*6. *de in lit. juran. Ridolphin. in sua prax. p.*3.*cap.*2. *n.*100. & 102. *cum seq.*ubi

46 subdit, quòd in supradictis fit multum deferendum erbitrio Iudicis, attentis personarum, & rerum qualitatibus enimadversis, regulando arbitrium secundùm factorum contingentiem, & verisimilem notitiam, ad *textum in l. videamus §. ultimo vers.* & *quidem ff. de in lit. juran. Lauret. decis. Avenion.*106.*n.*1. *vers.*& *in bis*, *Cardinal. Cavaler. decis.*103.*n.*6.

47 Insuper præcedere debet texe Judicis; intra cujus taxæ limites in minus, non autem in plus juramentum deferendum est, regularà eadem texâ Judicis arbitrio ex proximè treditis, ne detur occasio perjurii, vel ne libito creditoris ex bonis tutoris locuepleteri valeet, ad *textum in Authen. de judic. in* §. *oportet*, *Farinac. in fragment. p.*2.*verbo juramentum in litem n.*123. *Tyber. Salust. in sua prax. lib.*2. *cap.* 18. *n.*12. *Ridolphin.*

dalphin. in sua prax.p.3.cap.2. n.214.Cardinal. de Luca in Theat. veritat. tom.7.in tit. de tutor. & curator. dis.8.n.6. Borel. in summ.decis. lib.1 tit.52. n.69.& seq.Franc. decis.271.n.10. Rot.decis.95.n.3. coram Comitul. & magistraliter in Romana pecuniaria, seu furti 6. Novembris 1596. coram Litta.

48. Juramentum verò in litem non datur contra tertium, Capye.decis.91. n.2.Bertrand. cons.261. in fi.lib.3. Plot. de in lit.juran. §. 49.n.20. Phanut. p.2.cap.4. in fi.Leotard.de usur. q.77.n.27. vers. quod etiam abtinet, Farinac. p.2.fragment. crim. in verbo juramentum in litem n.1056. in fin. vers.& in tantum,Cardinal.de Luca in Theat. veritat. tom.7. in tit.de tutor.dis.8.n.11. nec datur

49 contra hæredem, & successorem universalem, l. alio jure C.de in lit. juran. Angel. cons.308. post med. vers. & mala fides,Fulgos.cons.25.n.5. in fin. vers. nec rursus,Castren.cons.212.n.3. lib.1. Rimin. sen. cons. 442.n.22. lib.3. Borel. in summ.decis. lib.1. tit.52.n.23.Farinac. loco citato n.1055. Monter.decis. Aragon.11.n.6.& 7. Cardinal.de Luca dicto dis.8.n.11.vers. quinimo neque, Rot. decis.44.n.25.p.9. tom.1.in recent.ubi in fine subdit quòd conclusio non procedat, si lis contestata fuerit cum defuncto, ex Jas.in l.actionibus n.38. ff. de in lit. juran. Plot.de in lit.jur.p.2.cap.2.n.774.

50 Et generaliter receptum est,non posse in litem jurari contra eos, qui ex dolo, & alieno delicto conveniuntur, nullamque ex eodem juramento probationem resultare, sed testibus, & aliis probationibus opus esse, etiam pro eo, quod interest, l. alio C.de in lit. juran.l.4. C. de hæred. tutor. Jas. in l. si quando n.37.C.unde vi,Plot. de in lit. juran. §.49.n.17.& 19. Bonif.de furt.§. contrectatio n.109. Mascard. de probat. lib. 1.conclu. 472. n. 22. & conclu. 935. n. 17. Leotad. de usur.q.77.n.27.

51 In reddenda ratione tutoribus sunt reficiendæ expensæ factæ in funeralibus, in vestibus, & indumentis lugubribus uxoris, filiorum, totiusque familiæ, prout etiam aliæ impensæ factæ pro alendis pupillis, eisque melioribus disciplinis imbuendis, eorumque juribus tuendis, uti verisimiles, & necessariæ, Rot.in Maceraten. redditionis rationis 5.Junii 1648.coram Meltio, & in Romana redditionis rationis 16. Junii 1651.§.ex his igitur, coram Albergato.

52 Ita pariter ad tutoris creditum sunt ponendæ expensæ factæ occasione nuptiarum, quia sunt de appenditiis dotis, & consuetæ præstari præcipuè inter nobiles, l.cum plures §. cum tutor, ibique glos. in verbo solemnia, & in verbo pro declaratione ff. de administrat. & peric. tutor. Alex. cons. 36. sub n.6. vers. & ita concludo lib.6. Gabr. cons.111.n.3.vers. explorandum etiam, & seq. lib.2. Thesaur.decis.192. n.8. in fin. & n.9.& decis.195.n.5. vers. ea autem, Rot. decis. 556.n.3.p.1. divers. decis.30.n. 27. vers.ex eadem prorsus ratione p.7. in recent. & in Maceraten. redditionis rationis 5. Junii 1648. §.expensæ pariter coram Meltio.

53. Tutor verò tenetur cumulare redditus pupilli superextantes singulis annis,& de illis vel reinvestimentum facere,vel debita solvere ad evitandam alienationem bonorum, asserenti tamen dictam superfluitatem incumbit onus probandi, præcipuè si computato introitu, & exitu hæreditatis pupilli, non deducatur hujusmodi superfluitas, quæ cumulari possit ad effectum reinvestiendi, vel creditores satisfaciendi; latè Rot. in Maceraten. redditionis rationis 5. Junii 1648. §. minus obstat coram Meltio.

54 Tutoris factum ad effectum condemnandi eidem imputari debet aliqua culpa, seu

55 dolus, ut si tutor constituerit majorem dotis quantitatem filiæ testatoris, quàm testator reliquerit: secùs autem si fuerit data facultas addendi; nam tunc si per tutorem fuerit aucta juxta qualitatem viri, non est in hoc condemnandus, quod comprobatur per textum in l.cum post §. præterea & §. sed his ff. de administ. tutor. glo. in l.2. in verbo pupillo vers.vel tertio, ibique Bald.sub n.2. Castr.sub n.7. C. de iis,quib. ut indign. Bald. Novel. de dote p.6. privileg. 45. n.2. vers.& hoc nisi, Barbos.in l.1.p.4. n.140. in fi.vers.si verò scienter ff.solut.matrimon.Rot. decis.511. n.6. p.2. in recent. & in Maceraten.redditionis rationis 5.Junii 1648. §. dos verò coram Meltio.

56 A tutoribus,& administratoribus est etiam reddenda ratio de animalibus demortuis, de pullis, & fœtibus, & de derrubatis, Rot. in Romana redditionis rationis 10. Decembris 1650. §. pariter coram Pentingerio;

57 nam animalia quatenus sint demortua,pretium pellium per tutorem ad creditum hæreditatis poni debet,prout etiam pulli, & equi nasci soliti, Escobar de ratiocin. cap.18.n.1. & 2. Rot. decis.690. n.5. vers. nec ulla, ubi quòd est etiam reddenda ratio fœtuum animalium, quæ subrogantur loco mortuorum, p.1. recent. & in Romana redditionis rationis 10. Decembris 1646. §. pariter in 2. coram Pentingerio.

58. Tutor testamentarius non tenetur fidejubere,& ejus exemplo Judex superior potest providere de tutore pupillo præviâ inquisitione, absque onere fidejussionis, quod secùs est per Judicem inferiorem, qui etiamsi adhibeat inquisitionem, non tamen potest

remittere

remittere satisdationem; quia datus à majore Judice, nititur majori auctoritate, propter quam tutoris fides est magis approbata, itaut factum ab eo censeatur rite, & recte gestum, quod non est in Judice inferiore, prout in defensoribus Civitatum, & similibus, de quibus lex non tantum præsumit, juxta communem omnium Doctorum approbatam distinctionem in *l. tutores ff. de confirmat. tutor. Bart. in l. si nemo la 2. §. 1. C. de testam. tutel. & in l. tutores in fin. ff. de confirmat. tutor. Bald. in l. 1. §. item solent in 1. lectura n. 5. ff. de offic. Præfect. Urbis*, cum aliis congestis per *Gratian. discept. forens. cap. 13. n. 1. & 2. tom. 1.* ea ratione, quia isti dati ex inquisitione liberantur, & eximuntur à satisdatione propter adhibitam causæ cognitionem, ob quam lex præsumit idoneos esse vigore decreti, & electione facta à Judice superiore: datus verò à Judice inferiore non eximitur, etiamsi esset dives, & solvendo, ut latè prosequitur *Gratian. dicto cap. 13. n. 8. & per tot.*

59 Tutor verò, qui non administravit gaudere debet beneficio ordinis, ut scilicet prius conveniatur ad reddendas rationes tutor, qui administravit, ejusque hæredes, *l. si plures curatores 3. l. tutores 30. §. in eum ff. de administ. & peric. tutor. & l. fin. C. de*

60 *divid. tut.* secùs si pro tutore se gesserit, vel se in administratione immiscuerit, scilicet describendo bona hæreditaria, res vendendo, & similia exercendo; nam tunc non solùm tenetur reddere rationem de actibus à se gestis, sed etiam de aliis omnibus à Contutore pariter gestis; siquidem ad hoc ut beneficio ordinis non gaudeat, sufficit aliquid minimum gessisse, *l. si plures curatores, l. tres tutores 56. l. ita autem §. gessisse ff. de administ. & peric. tutor.* ubi notat *Bart. l. 2. C. de dividen. tutel. & tot. tit. C. si tutor non gess. Roncagal. in l. eandem n. 216. ff. de duob. reis, Bursat. cons. 290. n. 8. lib. 3. Peregrin. cons. 71. n. 3. lib. 1. Gratian. discept. 86. n. 14. & 15. Rot. in Romana redditionis rationis 27. Junii 1650. §. quia hæc exceptio coram Albergato.*

61 Obligatio enim tutorum est individua, & ipsorum quilibet urgeri potest, nisi administratio à Judice, vel à testatore fuerit divisa, *l. Divi 32. l. tres tutores 56. ff. de administ. & peric. tutor. l. 1. C. si ex plurib. tutor. l. 2. C. de divid. tutel. Surd. cons. 170. num. 11. & 12 Guttier. de tutel. lib. 1. cap. 15. n. 6. Rot. in Romana redditionis rationis 27. Junii 1650. §. quia hæc exceptio ante fin. coram*

62 *Albergato*, ubi quòd secùs sit, si quis tutorio nomine aliquid gesserit, & verè tutor non erat.

63 Tutor tamen pro tempore tantùm pupillaris ætatis rationem reddere tenetur, si constet eâ finitâ nihil aliud gessisse, neque de administratis postea à Curatore finitâ tutelâ conveniri potest, *l. divi 32. ff. de administ. & peric. tut. l. Cajus 19. ff. de excusat. tut. l. tutelæ 7. C. de testam. tut. Gabr. cons. 25. n. 9. lib. 2. Rot. in Romana redditionis rationis 27. Junii 1650. §. pro tempore coram Albergato*, ubi in eodem §. *vers. quamvis* am-

64 pliatur, etiamsi tutor in testamento pro tempore Curator deputatus fuerit; quoniam si non fuerit à Judice confirmatus Curator dici nequit, *§. si curator instit. de Curat. l. tutela C. de testam. tut. l. ... in fin. ff. de confirmat. tutor. l. Cajus 19. ff. de excusat. tutor. Gabr. cons. 25. n. 9. lib. 2. Rot. decis. 470. n. 2. p. 1. in recent. & in Romana redditionis rationis 27. Junii 1650. §. pro tempore vers. quamvis coram Albergato.*

65 Quod adeo verum est, ut neque testator possit tollere necessitatem hujus confirmationis, etiamsi ordinaverit, quòd Curator absque Judicis confirmatione administret,

66 *Gabr. cons. 25. n. 9. lib. 2.* quinimo nec Judex devenire potest ad hujusmodi confirmationem, nisi petente minore, *§. cum inviti inst. de curat. l. pater Severinam ff. eod.* ubi *gloss. in verbo id egerit, Corn. cons. 81. num. 2. vers. si ergo non datur lib. 4. Gabr. cons. 25. n. 12. & 13. lib. 2. Rot. decis. 470. n. 2. vers. quod autem p. 1. in recent.*

67 Volens tamen Curator se à cura excusare debet excusationem proponere infra quinquaginta dies, aliàs obligatus remanet ad curam exercendam, *l. scire §. nullam vers. tutores, vel curatores ff. de excusat. tutor. l. quinquaginta ff. eod. Antonell. de tempore legali lib. 4. cap. 17. n. 1. Rot. decis. 470. n. 3.*

68 *p. 1. recent.* hoc tamen tempus currit à die scientiæ, *§. qui autem*, ubi *gloss. instit. de excusat. tutor. l. quinquaginta C. eod. tit.*

69 sed ad causam probandam, & prosequendam datur quadrimestre à die nominationis, & scientiæ, *dicta l. quinquaginta, Antonel. dicto cap. 17. n. 2.*

Romana Domorum.

ARGUMENTUM.

Hebræorum Universitati incumbit onus solvendi pensiones domorum dislocatarum in Ghetto existentium Christi fidelibus possessoribus vigore constitutionis *Alexandri VII.* quæ constitutio an comprehendat Christi fideles possessores tam jure proprietatis, quàm jure Gazzaga, seu inquilinatus prolixè differitur.

SUM-

SUMMARIUM.

1 Hebræorum Universitas tenetur solvere pensiones domorum dislocatarum in Ghetto existentium spectantium ad Christi fideles.
2 Præcipuè si post domorum restaurationem dislocatio intimata fuerit Universitati.
3 Exceptio non adimplementi retardat executionem.
4 Constitutio si odium redoleat est strictè intelligenda.
5 Constitutio Alexandri VII. de solvendis per Universitatem Hebræorum pensionibus domorum illocatarum generaliter loquitur, & procedere debet tam in Christianis domus in Ghetto possidentes jure proprietatis, quàm quocunque alio titulo, & censetur favorabilis, num. 10.
Lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi, ibidem.
Quod lex non distinguit, nec nos distinguere debemus ibidem.
6 Jus Gazzaga est jus perpetuum, cessibile, vendibile, & dari potest in dotem, & n. 25.
7 Mutatâ personâ, mutatur etiam conditio, & status rei
8 Bona possessa à Laicis sunt obnoxia tributis, gabellis, & collectis, sed si deveniant ad manus Ecclesiasticorum evanescunt onera.
9 Statutum, vel constitutio ad evitandas fraudes emanata dicitur favorabilis, & extendenda.
10 Extensio justa, & rationabilis in favorabilibus semper est admittenda.
11 Extensionis prohibitio intelligitur de irrationabili.
12 Est facienda etiam in exorbitantibus, quando materia est favorabilis.
13 Est facienda de casu ad casum, & de persona ad personam, quando in constitutione est expressa ratio utrobique applicabilis.
14 Rationis autem expressio operatur ut casus non expressus dicatur comprehensus ex identitate rationis.
15 Et quando causa expressa est generalior dictio ad latitudinem rationis extendi debet constitutionis dispositio.
16 Extensio ex identitate rationis semper est admittenda, etiam ad casum non expressum sub larga significatione casus expressi, licèt statutum esset exorbitans.
18 Extensio non est facienda in materia stricta, & odiosa.
19 Limita 1. ut vera non sit, quando agitur de obviando fraudibus.
20 Limita 2. ut non procedat, quando ratio est expressa in textu: nam tunc ex identitate rationis permittitur extensio.
21 Extensio non dicitur quando eadem est ratio.
22 Hebræi expelli non possunt à domibus per ipsos inhabitatas, nec pensiones augeri à dominis Christianis.
23 Hebræis licitum est in eisdem domibus quæcunque meliora menta facere pro eorum usu propriis sumptibus. Declara, ut in n. 24.
26 Onus restaurandi domos in Ghetto inhæret Christianis locatoribus.
27 Locator tenetur præstare continuam patientiam, ut conductor uti possit re locatâ.
28 Et non valet pactum in contrarium.
29 Locatio est contractus ultro citroque obligatorius.
30 Exceptio non implementi semper opponi potest, etiam si à statuto omnes exceptiones remittantur.
31 Restauratio domorum in necessariis ad habitandum incumbit locatori.
32 Melioramenta ad voluptatem Hebræi repetere non possunt.

DECISIO CLXIV.

Joseph de Federicis tamquam creditor in summa scutorum 400. pro fructibus decursis, & non solutis societatis officii alias ad ejus favorem initæ per quondam Moysem Pavoncellum, recepit in solutum ab ejus hæredibus unam domum, seu jus Gazzaga eis competens super eadem domo in Ghetto sitâ; verùm cum dicta domus per notabilem temporis lapsum dislocata permanserit, dubitatum fuit, an pulsari possit Communitas Hebræorum ad solvendas pensiones pro tempore dislocationis decurrendas ad formam *Constit. Alexandri VII.* emanatæ sub *die 15. Nov. 1658. incip. ad ea per quæ Christi fidelium p. 6. Bullar. Lantusc. ex ordi. 54. fol.* 80. undè desuper re ad me delatâ requisitus, affirmativè respondendum duxi.

1 Quoniam in præfata Alexandrina constitutione apertè disponitur, quod onus præstandi pensiones domorum dislocatarum in Ghetto existentium Hebræorum Universitati adscribatur in casu, quo conductoribus illæ careant, ne Christianorum jura hebræorum calliditate, & vaframento subvertantur; & in terminis præfatæ Constitutionis dixit *Rot. dec. 89. n. 2. p. 14. recent.*

2 Eoque fortius in præsenti, quia post quam domus restaurata fuit, tecto munita, & pavimento referta, dislocatio intimata fuit Universitati, ac proinde ad solvendas pensiones arctari potest juxta firmata per *Rot. decis. 89. per tot.* & signanter *n. 9. p. 14. recent.* per *textum* allegatum *in l. si quis domum 9. & in l. ex conducto ff. locati* cum aliis deductis per *Cavalcan. decis. 44. n. 50. p. 1.* cum
3 hoc casu cesset exceptio non implementi ad retardandam executionem, *Jas. in §. actionum n. 31. instit. de action. Aym. cons. 127. n. 14. & cons. 151. n. 10. Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 88. n. 2. Galles. de obligat. cameral. 4. p. q. 1. n. 7. Corn. cons. 79. n. 17. l. b. 1. Putens decis. 357. lib. 3. Veral. decis. 117. p. 3. Rot. in Senogallien. prædii coram Pirovano post Fenson. ad statutum Urbis decis. 12. §. tamen vera est conclusio.*

4 Nec subsistere videbatur, quòd Alexandrina constitutio procedere debeat ad favorem dominorum, qui jure proprio domus in Ghetto possident; secùs autem ad favorem aliorum, qui habent causam ab Ebræis jure Gazzaga, seu inquilinatus, ac proinde cùm eadem constitutio odium redoleat strictè sit intelligenda, *Card. de Luc. in Theat. veritat. to. 4. p. 3. in tit. de locat. & conduct. dis. 33. n. 8. Rot. decis. 80. n. 13. p. 14. recent.*

Quia cùm præfata constitutio generaliter loquatur absque ulla restrictione, & limitatione: generaliter est intelligenda, ut comprehendat omnes Christi fideles possidentes domos in Ghetto, sive jure proprietatis, sive quocunque alio titulo juxta vulgares, sed certas juris regulas, quod lex generaliter lo-
5 quens generaliter debet intelligi, & quod lex non distinguit nec nos distinguere debemus, *cap. solitæ circa fin. de majorit. & obedien.*

ubi

ubi *glos. in verbo distingues*, *l.* 1. §. *generaliter ff. de legat. præstan. l. pretio ff. de public. in rem act. l. non distinguendum ff. de recept. arbit.* Mandel. *cons.* 430. *n.* 2. *lib.* 3. Rot. *dec.* 36. *n.* 13. *p.* 5. *tom.* 1. *in recent.*

Ac proinde eodem constitutionis jure volunt judicandi possidentes domus in Ghetto tam jure proprietatis, quàm jure Gazzaga, vel inquilinatus, cùm omnes verè dicantur
6 domini, & possessores; nam jus Gazzaga est jus perpetuum, cessibile, & transmissibile, & passim datur in dotem, venditur, & donatur, & tales cessiones, venditiones, & donationes approbantur, & ita in pluribus casibus fuisse decisum, & signanter in *Romana domus* 28. *Maji* 1615. *coram Verospio* testatur pulchrè *Gratian. discept. forens. cap.* 842. *n.* 21. & 22. *tom.* 5.

Sicut igitur dictum jus si constituatur in dotem, acquirit prerogativas, & privilegia dotalia, ita pariter si deveniat ad manus Christianorum acquirit, & gaudere debet prærogativis, & privilegiis à Summo Pontifice concessis, utpote quia mutatâ personâ,
7 mutatur etiam conditio, & status rei, & non amplius considerari debet qualitas Hebræi vendentis, sed qualitas novi possessoris, à cujus prærogativa oritur actio agendi contra Hebræorum universitatem ad formam Alexandri constitutionis; exemplo bonorum
8 quæ dum possidentur à laicis sunt obnoxia triburis; gabellis collectis, allisque communitativis oneribus, sed eo ipso, quo perveniunt ad manus Ecclesiasticorum, evanescunt onera, & libera efficiuntur, ac privilegiis Ecclesiæ concessis gaudent, *cap. noverint* 10. *q.* 1. *Abb. in cap. ex litteris n.* 12. *de vit. & honest. Cleric. Barbos. in cap. non minus n.* 4. *de immunitat. Eccles. Bero. cons.* 31. *n.* 15. & 16. *lib.* 1. *Ferret. cons.* 167. *num.* 11. *Guttier. pract. quæst. lib.* 1. *q.* 3. *in fin.* Purpurat. *cons.* 582. *n.* 11. *Guid. Pap. decis.* 382. cum aliis pleno calamo congestis per *Bellet. disquisit. Clerical. in tit. de exempt. Cleric. & cor. bon. à mun. pub.* §. 3. *n.* 3. & per *Sperel. decis.* 35. *num.* 19. & 31. *in fin. tom.* 1. & per me ipsum *decis.* 6. *n.* 8. & 11. *tom.* 2.

Rursus pro corroboratione prædictorum ponderabatur, quòd constitutio emanavit ad evitandas fraudes, & ad dolosam Hebræorum malitiam retundendam, ob quam causam ex paritate rationis constitutionis extensio fieri permittitur, præcipuè si ex ipsa extensione fraudibus obviatur, & malitia retundatur, nam tunc constitutio, dispositio, vel statutum non reputatur odiosum, sed
9 favorabile, & extendendum, ut eleganter docet *Farinac. fragment. crim. p.* 1. *in verbo extensio*, *n.* 84. & *seq.* per *text. in cap. quanto de prin. in cap. si Civitas de senten. excommun. in* 6. & *in l.* 1. §. *pecuniam ff. de calumniator.* & *in l. sed & Julianus in prin.* & *in* §. *mutui datio ff. ad Macedonianum*, *Aymon de antiquitat. tempor. p.* 4. *in prin. n.* 136. & *in quæst. de indemnitate Mulier. n.* 8. & 9. ubi pluribus comprobat.

Quæ fortiùs obtinere videbantur in præsenti, quia dicta constitutio non censetur odiosa, odio irrationabili, sed omnino favorabilis, ut ostendunt verba ipsius prohemii, ibidem *ad ea, quib. Christi fidelium &c. commodis*, & *utilitatibus opportunè consulitur, libenter intendimus*, & *desuper auctoritatis nostræ partes favorabiliter interponimus*. In
10 favorabilibus enim extensio justa, & rationabilis ex identitate rationis, semper est admittenda, etiam per improprietatem verborum, ad *glos. in l. unica C. de iis, qui ante apertas tabulas*, ut ponderat *Nicol. E erar. in loco à ratione legis larga n.* 44. & *n.* 50. & *seq. Jas. in l. qui exceptionem n.* 1. *in primo notabili ff. de condict. indeb. Rol. cons.* 72. *n.* 64. & *seq. lib.* 1. *Anton. Curset. in singul. in verbo extensio il primo n.* 2. *vers. si autem specificè Tiraquel. de revocand. donat. in verbo libertis n.* 63. cum aliis relatis per *Farinac. fragment. crim. p.* 1. *in verbo extensio n.* 70.
11 Quod procedit non solùm si esset prohibita extensio, cùm intelligatur de irrationabili, *Bald. in l. omnes populi n.* 65. *ff. de just. & jur. Dec. cons.* 64. *in fin. Cafanat. cons.* 60. *n.* 16. Rot. *decis.* 496. *n.* 12. *coram Cardinal. Seraphin. decis.* 111. *num.* 12. *coram Coccino*,
12 quos refert, & sequitur Rot. *decis.* 693. *n.* 9. *p.* 18. *tom.* 2. *recent.* verum etiam in exorbitantibus, quando materia est favorabilis, *glos. in l. illud in fin. C. de sacrosanct. Eccles. Honded. cons.* 95. *n.* 30. *lib.* 1. *Rol. cons.* 72. *n.* 68. *lib.* 1. *Tiraquel. de revocand. donat. in verbo libertis num.* 61. *Villaguta de excus. legum rub. de extensione legum exorbitantium n.* 3. *in ultima ampliatione*, *Marsil. in pract. crim.* §. *aggredior n.* 64. *Aym. de antiquit. tempor. par.* 4. *in prin. n.* 78. *in fin.* & *n. seq.* cum aliis allegatis per *Farinac. fragment. crim. p.* 1. *in verbo extensio n.* 81.
13 Et quoniam in Constitutione fuit scripta ratio, scilicet ad retundendam Judæorum malitiam, quæ ut experientia docet ab Hebræis committitur tam quoad Christifideles possidentes in Ghetto domus jure proprietatis, quàm jure Gazzaga, seu inquilinatus, utique extensio conceditur etiam de casu ad casum, & de persona ad personam, cùm unica sit ratio utrobique applicabilis, ut docent Doctores copiosè congesti per *Farinac. fragment. crim. p.* 1. *in verb. extensio n.* 160. *juncto n.* 289. & per *Ofasch. decis. Pedemontan.* 22. *n.* 8. & 9.
14 Rationis autem expressio efficaciter operatur

tatur ut casus non expressus dicatur com-
prehensus ex identitate rationis etiam absq;
alia extensione, *Bald. in l. illud post num. 6.
C. de sacrosanct. Eccles. Oldrad. cons. 185.
in fin.* Cald. *cons. 1. ut lit. pendent. Rot. de-*
15 *cis. 22. n. 25. coram Burat.* & quia ratio, &
causa expressa in dicta Alexandri Constitu-
tione est generalior dicto, ad latitudinem ra-
tionis extendi debet ipsius Constitutionis
dispositio, *Textus est in l. regula §. fin. ff. de
fact. & jur. ignorant. Villagut. in tract. de
extensione legum rub. de extens. pæn. respe-
ctu novæ pænæ n. 22. Menoch. de recuperand.
possess. remed. 6. n. 20. & remed. 16. num 56.
Fagnan. in 2. p. 3. Decretal. in cap. immu-
nitatem de immunit. Eccles. n. 11. tom. 3. fol.
mihi 392. secundùm impress.* Colonien.
16 Quinimo extensio ex idantitate rationis
semper est admittenda etiam ad casum non
expressum sub larga significatione casus ex-
pressi, quamvis constitutio, vel Statutum
esset exorbitans, & correctorium, latè *Bo-
lognin. in l. omnes populi n. 226. vers. in con-
trarium tamen,* Crot. *ibidem num. 181. in 6.
conclusione ff. de just. & jur. Aymon de an-
tiquit. tempor. p. 4. in princ. num. 81. & 83.
vers. amplius multi Doctores, & n. 84. Jas.
in rub. de re judicat. n. 13. Villagut. de ex-
tensione legum rub. de extens. leg. non corre-
ctar. n. 1. & 2. Anton. Curset. in singular.
in verbo extensio il t. n. 1. Farinac. fragment.
crim. in verbo extensio n. 247. Rot. dec. 253.
n. 9. coram Buratto.*
17 Hinc patet quòd non adversatur auctori-
tas *Rot. in decis. 89. n. 13. p. 14. recent.* quia
ultra quod præsens casus non fuit discussus,
sed tantum obiter dictum quòd constitutio
odium redoleat, debet tamen declarari, &
limitari ex mox firmatis, cum versemur in
materia favorabili, & saltem in odio ratio-
18 nabili, & in omnem casum vulgaris illa ju-
ris conclusio, quòd extensio non sit facien-
da in materia stricta, & odiosa, ad latè tra-
dita per *Jas. in l. cum quidam col 2. & seq.
ff. de liber. & posthum. Rot. decis. 125. n. 8.
coram Gregor. XV. decis. 343. n. 44. part. 12.
decis. 57. n. 5. p. 13. decis. 438. n. 6. p. 14. in*
19 *recent.* recipit duas notabiles limitationes
in præsenti applicabiles, primò ut vera non
sit, quando agitur de obviando fraudibus,
& de delictis mulctandis, cum tunc dicatur
materia favorabilis, & expediens Reipubli-
cæ, prout in præsenti expedire videtur, ne
Christiani à Judæis eorum malitiâ frauden-
tur, quocunque titulo domus in Ghetto pos-
sideant, ad *Textum in l. ita vulneratus ff. ad
leg. Aquil.* & propterea fieri debet extensio
*Jas. in l. cum quidam in 4. limit. ff. de liber.
& posthum. Roman. cons. 105. n. 3. Aym.
de antiquitat. tempor. in 4. p. n. 96. Fagnan.
in 2. part. 3. Decretal. in cap. immunitatem
n. 13. de immunit. Eccl. tom. 3. fol. mihi 392.
secundùm novissimam impress. Rot. dec. 182.
n. 10. post 2. vol. consil. Farinac.*
20 Secundò nec procedit quando ratio est
expressa in textu, ut in præsenti; nam tunc
etiam in odiosis, & pœnalibus fit extensio
ex identitate rationis ad omnem casum, in
quo viget eadem ratio, ex latè allegatis per
*Honded. in cons. 14. n. 14. & seq. lib. 1. Alex.
in l. cum Mulier in 5. limit. ff. de liber. &
posthum. Aym. & Fagnan. num. 14. in locis
proximè citatis,* Rot. *decis. 252. num. 1. post
2. vol. consil. Farinac.*
21 Imò hoc casu idem videtur dispositum per
comprehensionem, & non per extensionem
*Bal in l. data opera num. 11. C. qui accusar.
non poss. Menoch. cons. 133. n. 5.* Cabal. *con-
sil. 162. n. 21. & 22. lib. 1.* Castren. *cons. 83.
num. 2. lib. 2. & cons. 251. num. 3. lib. 1. Rot.
decis. 339. n. 16. part. 5. in recent. tom. 1.* ubi
quod extensio non dicitur, quando eadem
est ratio.
Confert etiam pro hujus materiæ comple-
mento animadvertere, licèt extra casum,
quod in Constitutione *Clementis VIII.* sta-
22 tuitur ut in domibus, quas Hebræi habi-
tant, remanere possint, nec exinde quovis
prætextu ejici valeant ab eorundem domo-
rum patronis, & dominis Christianis, nec
23 pensiones augeri possunt, immo eisdem He-
bræis licitum sit facere in præfatis domibus
quæcunque melioramenta pro eorum usu,
& commoditate, dummodo facies domorum
non mutetur, eorum propriis sumptibus, qui
sumptus si per dominos persolvantur pro ra-
ta declaranda pro quolibet centenario, & an-
24 no, pensiones augeantur, alias non persolu-
tis talibus expensis per dominos, nullum de-
tur augumentum dictæ pensionis, ex qui-
25 bus verbis colligitur esse inductum ad fa-
vorem Hebræorum non solùm jus inquili-
natus, ut non possint expelli ex domibus,
quas inhabitant, sed jus perpetuum, quod
non consistit in solo usu, donec domus in-
habitatur, ut censetur de jure inquilinatus,
sed in jure perpetuo cessibile, & transmissi-
bile, stante præsertim melioramentis, quæ
per Hebræos fiunt: ita *Gratian. discept. fo-
rens. cap. 842. n. 21. & 22. tom. 5.*
26 Onus verò restaurandi domos infra re-
gionem Hebræorum existentes Christianis
locatoribus inhæret, adeout si ob non secu-
tum restaurum domus Hebræis locari non
potuerunt, Universitas Hebræorum non
potest compelli ad præstationem pensionum,
ad formam *Constitutionis Alexandri VIII.*
ut firmavit *Rot. decis. 38. n. 1. & per totam,
& decis. 89. in princ. & num. 9. part. 14. in
recent.*

27 Locator enim tenetur præstare continuam
patientiam, ut conductor utatur, & fruatur re locatâ, & etiam removere omne impedimentum,& obstaculum impediens usum
& commodum rei locatæ, ut disponit *Text.
in l. si quis domum*, ubi *Bart. & in l. ex conducto in princ. ff. de re locat. Menoch. con-*
28 *sil.671.num.2.& 3.* ubi quod non valet pactum in contrarium, *Paris. cons.40. num.2.
& 3. Natta cons.449.n.9.& 10. De Castil.
quotidian. controvers. tom.3. cap.3. num.1.
& plurib. sequen. Surd. decis.326. num.17.
& cons.400. n.7. & 8. Rot. decis.235. n.1.*
ibique *Oliver. Beltram. in addit.n.4.dec.11.
n.2. & 3. decis.131. n.8. post Zacchiam de*
29 *obligat. Cameral.* propterea si non sequatur
restaurum impediens usum domus, locator
non potest efficaciter agere; nam in contractibus ultro citroque obligatoriis, ut est locatio, agere volens oportet adimplere im-
30 plenda ex parte sua, aliàs obstabit exceptio
non implementi, quæ semper opponi potest,
etiamsi à statuto omnes exceptiones remittantur, *De Castil. quotidian. controvers.
tom.3. cap.3. à n.6. usque ad 23.* ubi alios
allegat, *Bero. cons.144. n.3. & 4. cum seq.
lib.11. Menoch. cons.471. Rot. decis.177.
n.10. p.13. recent.*

31 Restauratio siquidem domorum in omnibus ad habitandum necessariis incumbit locatori, ut apertè disponit *Text. in l. ex conducto 161.* ibique *gloss. in verbo refertur, & in l. si merces 28. §. si vicina*, ubi *gloss.* pariter notat *in verbo non restituat, & in verbo facere, & in l. Dominus Horreorum 57.
§. in conducto ff. locat. Rol. cons.83. num.1.
& 2. vol.4. Caroc. de locat. tit. de expens. q.4.
n.2. & 3. cum seq. Guidopap. decis.444.n.3.
& 6. Borgnin. decis.44. n.48. & 49. part.1.
Franc. Marc. decis.458. n.35. Cardin. Mantica de tacit. & ambig. convent. lib.5. tit.7.
n.20. Rot. decis.38. n.1 p.14. in recent.* ubi
in puncto domorum, quæ ab Hebræis ha-
32 bitantur: secùs autem pro Restauro, seu
melioramentis ad voluptatem factis ab Hebræis, pro quibus non datur repetitio, sed
interdicta dignoscitur ex *Constitutione Clementis VIII.* ut subdit *Rot. dicta decis. 38.
n.7. part.14. recent.*

Auximana Emphyteusis.

ARGUMENTUM.

Emphyteusis quando est transitoria ad hæredes extraneos ultimus investitus in ultimo vitæ spiritu in extraneos alienare potest: concessa verò pro hæredibus, & successoribus, sine dictione *quibuscunque* non comprehendit hæredes extraneos, & ad manus mortuas transferri non potest, nisi concessa fuerit res ruinosa, Præsumptio beneplaciti Apostolici ex centenaria reservata in constitutione Vrbana quando habeat locum, & differentia inter locationem perpetuam, & Emphyteusim hic traditur.

SUMMARIUM.

1 Emphyteusis Ecclesiastica deficiente lineâ, aliisque comprehensis expirat, & ad Ecclesiam concedentem revertitur.

2 Domino directo competit ob lineam finitam manutentio, & reintegratio rei Emphyteuticæ, constito de identitate rei concessæ, n.3. & de fine lineæ, n.4.

3 Instrumentum facit probationem probatum.

4 Finis lineæ probatur, si nemo compareat prætendens se esse de comprehensis.

5 Emphyteusis concessa pro hæredibus, & successoribus cum Clausula ad habendum, & in perpetuum est transitoria ad hæredes extraneos, etiam si sit ecclesiastica.

6 Emphyteusis si est transitoria ad hæredes extraneos, ultimus investitus de ea disponere potest.

7 Ampl. etiam si sit Ecclesiastica, & relinqui potest alteri Ecclesiæ; præcipuè si non fuerit adiecta prohibitio alienandi, si non ad effectum retinendi, saltem ad effectum vendendi, & pretium retinendi, n.8. Contrarium n.9.

10 Clausulæ ad habendum positæ in concessione emphyteutica præcipuè Ecclesiastica debent intelligi secundùm naturam Emphyteusis.

11 Verba pro hæredibus, & successoribus in emphyteusi Ecclesiastica comprehensa, extenduntur solùm ad hæredes sanguinis, & descendentes ab investitis, & n.12.

13 Emphyteusis concessa pro hæredibus, & successoribus sine dictione quibuscunque non est transmissibilis ad hæredes extraneos.

14 Concessio prima Emphyteutica est omnino attendenda, & ad eam recurrendum tamquam ad matricem.

15 Et si in renovatione apponantur conditiones duriores, redditur nulla.

16 Emphyteusis Ecclesiastica si deveniat ad locum pium, tenetur solvere quindennium.

17 Ecclesia non debet privari acquisitione rei Emphyteuticæ non superstite aliâ personâ comprehensâ.
Reprobatur seu declaratur doctrina Speculatoris, ibidem.

18 Res ruinosa simpliciter concessa pro hæredibus intelligitur etiam pro extraneis.

19 Ex observantia omnis removetur difficultas, & certa resultat voluntatis partium declaratio.

20 Centenaria observantia præbet meliorem titulum de Mundo.

21 Concessio Emphyteutica non sustinetur, si mutatur solitum sine beneplacito Apostolico.

22 Quando ad manus mortuas transferri non potest, si de facto transferatur, non operatur beneficium æstimationis recipiendæ loco rei.

23 Præsumptio beneplaciti Apostolici ex cursu centenariæ reservata fuit ab Urbano VIII. in sua constitutione jurium Ecclesiæ præservativa.

24 Ad hoc ut operetur debet esse completa de tempore editæ constitutionis.

25 Beneplaciti Apostolici præsumptio non egreditur limites subiectæ materiæ, de qua agitur.
Strictè est interpretandum, ut minus lædat Ecclesiam concedentem, ibidem.

26 Beneplacitum Apostolicum est specificè servandum.
Non est extendendum de casu ad casum, nec de contractu ad contractum, ibidem.

27 Verba rescripti sunt de minori præjudicio interpretanda.

28 Beneplacitum Apostolicum non plus operatur, quàm actus confirmatus.

29 Lo-

29 Locatio perpetua de rebus Ecclesiæ est transitoria ad hæredes extraneos.
30 Contractus ille talis censetur, qualis à contrahentibus nominatur.
31 Emphyteusis dicitur ex modica pensione, locatio verò si correspondeat fructibus.
33 De essentia Emphyteusis non est, ut concedatur pro modica pensione.
Et si concedatur pro magna non mutatur ejus natura, ibidem.
34 In Emphyteusi Ecclesiastica pensio debet correspondere fructibus, ut concurrat Ecclesiæ utilitas.
35 Emphyteusis pro minimo canone constituitur, si concedatur res ruinosa, sterilis, vel boschiva.

DECISIO CLXV.

De anno 1563. Ordinarius Auximanus tunc temporis Reverendissimus D. de Cupis concessit in Emphyteusim perpetuam ad renovandum de 29. in 29. annos quondam Vincentio Thomarello stipulanti pro se, & ejus hæredibus, & successoribus Prædium arativum, olivatum, & cannetatum in agro, & Territorio ejusdem Civitatis situm, quod prædium seu ejus utile dominium postea de anno 1574. præfatus Tomarellus vendidit quondam Quintiliano de Honuphriis cum expressa reservatione consensus Episcopi, à quo novam obtinuit investituram.

Verùm cum nuper decesserit Antiochus de Honuphriis ultimus hujus familiæ condito testamento, quo expressè disposuit de supradicto prædio ad favorem Capellæ Sanctarum Reliquiarum in Ecclesia Reverendorum PP. Sancti Philippi Nerii Auximanæ Civitatis orta fuit controversia inter eosdem Patres, & mensam Episcopalem prætendentem prædii devolutionem sub motivo terminationis lineæ, & repugnantiæ, seu obstaculi Emphyteusis Ecclesiasticæ de sui natura non transmissibilis ad hæredes extraneos, & præcipuè in manus mortuas, ad quam controversiam amicabiliter componendam desuper requisitus ab Eminentissimo, & Reverendissimo Cardinali Bichio Episcopo Prænestino, & ejusdem Auximanæ Ecclesiæ Administratore assumpta fuit articuli disceptatio super hujusmodi devolutione, & affirmativè respondendum duxi.

1 Quoniam vulgaris, sed certissima est illa juris conclusio, quòd Emphyteusis Ecclesiastica, deficiente lineâ, generatione, aliisque in investitura comprehensis expiret, & ad Ecclesiam concedentem revertatur, & totaliter resoluta remanet, *§. Emphyteusis Authen. de non alienan. reb. Eccles. Cald. de nominat. Emphyteut. lib. 2 q. 77. à n. 2. Rot. dec. 78. n. 7. post Labyrint. creditor. Salgad. dec. 564. n. 1. coram Cardinal. Cavaler. decis 89. n. 1. p. 9. tom. 1. decis. 536. n. 111. p. 14. decis. 26. n. 1. p. 17. in recent.* Ego ipse *in fori Ecclesiast. decis. 127. n. 1.*

2 Competit propterea domino directo ex capite devolutionis ob lineam finitam manutentio, & reintegratio vigore possessionis civilis ad effectum recuperandi naturalem, cùm tunc utraque consolidetur in ipso domino directo. *Bart. in l. 1. §. quod ait Prætor n. 17. ff. uti possidetis, Bald. in l. 1. n. 38. vers. & nota quòd tenetur ff. de rer. divis. & in l. clam possideres §. qui ad nundinas n. 73. vers. adde secùs de acquirend. possess. Scrader. de feud. p. 3. cap. 2. n. 14. vers. præterea, Argel. de legit. contradict. q. 16. art. 1. n. 12. & 13. Bero. cons. 102. num. 43. & seq lib. 1. Honded. cons. 1. n. 29. lib. 2. Cardinal. Seraphin. decis. 1458. per totam, Burat. decis. 602. num. 1. Amat. Dunoz. dec. 231. à n. 13. usque ad 23. & decis. 493. n. 1.* & rursus *Rot. decis. 92. n. 1. post Labyrint. creditor. Salgad. decis. 29. n. 3. decis. 117. n. 12. p. 5. decis. 291. à n. 5. usque ad 9. decis. 554. n. 12. p. 6. decis. 396. n. 3. p. 18. tom. 1. in recent.*

3 De identitate prædii, ejusque dominio directo, ultra quòd est in confesso apud partes, docetur etiam ex publicis instrumentis concessionum factarum, quæ faciunt probationem probatam, *juribus vulgaribus*, & in puncto dixit Rot. *decis. 602. n. 1. coram Baratto.*

4 Finis lineæ Quintiliani ultimi investiti per obitum Antiochi pariter non controvertitur, & eo ipso probatur, si nemo compareat prætendens, se esse de comprehensis, *Bart. in l. si certus §. si unus n. 1. ff. ad Syllanian. Dec. cons. 652. n. 3. Surd. cons. 530. n. 37.* Rot. *decis. 72. n. 12. p. 5. recent. & decis. 741. n. 11. coram Amat. Dunozet.*

5 Nec urgere videtur motivum ex adverso desumptum ex concessione prædii supradicti stipulata pro se, & ejus hæredibus, & successoribus in Emphyteusim perpetuam additâ clausulâ ad *habendum &c.* quæ tribuit liberam facultatem alienandi, & emphyteusim ecclesiasticam etiam ad hæredes extraneos transitoriam facit, ut tradunt *Doctores in Authen. si quis ruinas C. de Sacrosanct. Eccles. Bald. in cap. fin. de feud. dan. Gab. cons. 76. n. 12. vers. multò magis vol. 2. Curt. jun. cons. 76. n. 12. vol. 2. & cons. 414. in fin. lib. 1 Ladercb. cons. 1. n. 8. & seq. Cyriac. controvers. 146. n. 11. Covar. lib. 2. var. resol. cap. 17. col. pen. ad fin. Cald. de nominat. emphyteut. lib 4. q. 23. n. 29. Gratian. discept. 481. n. 54. tom. 3.* Rot. *decis. 293. n. 2. coram Cardinal. Cavaler. decis. 1290. n. 12. coram Cardinal. Seraphin. decis. 860. n. 3. coram Merlino decis. 76. n. 20. & 21. p. 12. decis. 225. n. 1. & 2. p. 17. in recent.*

6 Et quando emphyteusis est transitoria ad hæredes extraneos, ultimus investitus etiam in ultimo vitæ spiritu uti potest facultate alie-

alienandi in extraneos, ad tradita per *Giovagn. conf.44.n.5.lib.2.Rot. decif.*381.*n.*16.
7 *& 17.p.5.recent.* ac proinde quod sustineatur Antiochi dispositio, & res emphyteutica titulo hæreditario transire potuerit à præfato testatore in dictam Capellam, *Innocent. in cap. in præsentia n.5. vers. emphyteusis etiam de probat.* Ibique *Hostien. n. 8. post med. vers. emphyteusis, Corbul. de jur. emphyteut. tit. de cauf. privat. ob mortem civilem sub n.* 6. *& 8. vers. quia cum Monasterium fol.*38. *Fulgin. eod. tract. tit. de alienat. q.1. sub n.121. in fin.*
8 Eoque magis, quia in investitura non fuit adjecta prohibitio alienandi, utpote quia sola legis prohibitio non sufficit ad reddendam Capellam incapacem hujusmodi acquisitionis, si non ad effectum retinendi saltem ad effectum vendendi, & æstimationem recipiendi, juxta doctrinam *Speculatoris lib.4.in tit. de emphyt. §. nunc aliqua q.*117. *n.*143. *Gratian. discept. forens. cap.*471. *n.*67. *cum duobus seq.* cum aliis relatis *in decis.* 649. *per totam coram Merlino, & in decis.* 261. *num.7. vers. & cessat difficultas part.*1. *in recent.*
9 Non enim obstat objectum, quia emphyteusis ecclesiastica de sui natura non est transitoria ad hæredes extraneos, nec alienari, & relinqui potest alteri Ecclesiæ, vel locis piis, circa quod ponuntur inter personas prohibitas, quia nunquam moriuntur, & reputantur manus mortuæ, *glos. in cap. potuit in verbo prohibetur de locat.* ibique *Abb. n.* 10. *Imol. n.*25. *Bero. conf.*190. *n.* 12. *vers. tertio Bertazzol. conf. civil.*36. *n.*1. *&* 2. *Rot. decis.* 334. *coram Urgellen. decis.*78. *n.*23 *post Labyrint. creditor. Salgad. decis.* 211. 22. *p.*6. *decis.*427. *n.*48. *p.*9. *decis.*79. *n.*1. *decis.*371. *n.4. p.*16. *decis* 26. *n.*5. *p.*17. *in recent.* ego ipse *in fori Ecclesiast. decis.*127. *n.*17. *&* 21. cum aliis allegatis *à Beltram. in addition. ad Gregor. XV. decis.*520. *n.*11. *&* 14.
10 Nec à prætensis clausulis subverti, & mutari potest natura emphyteusis Ecclesiasticæ, cùm clausula *ad habendum, quibus dederit, & in perpetuum* restrictionem recipiant ad limites contractus, cui apponuntur, ejusque naturam assumant; & sibi vindicent, *Gratian. discept. forens. cap.*344. *n.* 11. & sæpe dixit *Rot.* & signanter *in decis.* 60. *n.*12. *&* 13. *p.*5. *tom.*1. *decis.*74. *n.*8. 9. 10. *&* 11. *decis.*211. *n.*12. *p.* 6. *in recent.*
11 Et quamvis concepta sit pro hæredibus, & successoribus, tamen hæredum appellatione veniunt solùm hæredes sanguinis, & intelligitur de iis descendentibus, qui de
12 jure civili succedere possunt, & verbum successoribus, de illis descendentibus, qui de jure Prætorio admitti debent, & non de extraneis, aliisque, quæ manus mortuæ reputantur, & hanc opinionem esse veriorem, & sequendam in consulendo, & judicando, uti securam ab infinitis Auctoribus maxima auctoritatis, testatur *Bero. conf.*102. *à n.*6. *usque ad* 23. & signanter *n.*14. *& conf.*93. *n.* 1. *vol.*1. *Imol. in l. quod dicitur ff. de verbor. obligat. Castren. in l. etiam n.4. ff. solut. matrimi. Bald. conf.* 114. *vers. sed istud lib.* 5. *Ruin. jun. conf.*44. *n.*4. *Gabr. conf.*76. *n.*11. *& conf.*84. *n.*51 *&* 52. *lib.*2. *Honded. conf.* 92. *n.* 19. *& seq. Caldas de nominat. emphyteut. lib.2. q.*22. *n.*27. *Peregrin. de fideicommis. art.*32. *n.*52. *Gratian. discept. forens. cap.* 351. *n.*17. *tom.*2. *Clar. in §. emphyteusis vers. quidquid tamen disputando, Cardinal. Mantica de tacit. & ambig. convent. lib.*22. *tit.* 19. *n.*19. *&* 20. *Surd. decis.*111. *n.*8. *Cardinal. de Luca in Theatro veritatis tom.*1. *tit. de feudis dis.*35. *n.*9. *Rot. decis.*868. *sub n.*2. *coram Cardinal. Seraphino, decis.* 79. *n.* 1. *post labyrint. creditor. Salgad. decis.*583. *n.* 2. *&* 3. *vers. quoniam ista coram Merlino*, repetita *in recent. decis.* 211. *n.*3. *p.* 6. *decis.* 427. *n.*10. *p.*9. *decis.*54. *n.*23. *p.*16. *decis.* 26. *n.*2. *p.*17. pariter *in recent.*
13 Quam sententiam eò faciliùs recipiendam esse in casu præsenti suadetur, non solùm quia in prima concessione emanata de anno 1563. in verbo successoribus non fuit adjecta dictio, *quibuscunque*, nec clausula *quibus dederit*; ac proinde non censetur ad hæredes extraneos transmissibilis; sed solùm restricta ad hæredes sanguinis, ad tradita per *Clar. in §. emphyteusis vers. quidquid tamen disputando prope fin. Cardinal. Mantica de tacit. & ambig. convent. lib.*22. *n.*23. *&* 24. *Rot. decis.*268. *n.*11. *p.*12. ubi ita quoque dictum fuisse *coram Cardinali Cerro, Bichio, Verospio, & Meltio, & decis.*145. *n.*7. *p.*17. & in hoc sensu intelligi debent, qui in contrarium allegantur & allegari possunt.

Verùm etiam quia in eadem fuit specialiter conventum, & provisum, quòd instrumentum extendi ulteriùs possit cum aliis clausulis ad stylum instrumenti emphyteutici ad sensum sapientis, qui stylus, & sensus utique regulari deberet secundùm juris dispositionem, secundùm quam emphyteusis Ecclesiastica non est transitoria ad extraneos, & ad manus mortuas; ex suprà deductis: undè deducitur, contrahentes se conformare voluisse cū eadē juris dispositio-
14 ne, & cum prima concessione, quæ est omnino attendenda, & ad eam recurrendum, tanquam ad radicem contractus, nec in aliis subsecutis erat aliquid apponendum ultra in eadem dispositа, & contra stylum, & sine sensu sapientis, juxta initam conventionem, *Bald. in l.*1.

in l.u. 39. *C. quando non peten. part. Surd. conf.* 5. *n.* 62. *& conf.* 105. *n.* 26. *&* 31. *Rot. decif.* 155. *in fin. p.* 2. *decif.* 176. *n.* 10. *p.* 5. *decif.* 211. *n.* 6. *p.* 6. *decif.* 1. *n.* 11. *p.* 16. cum aliis allegatis in *decif.* 28. *tom.* 1. *recent.*

15 Adeout si in renovatione, vel nova concessione præjudiciales, vel duriores apponantur conditiones, quàm in prima, remanet nulla, & invalida, ut firmavit *Rot. decif.* 39. *n.* 49. *p.* 8. *decif.* 165. *n.* 10. *decif.* 191. *n.* 4. *p.* 13. *decif.* 350. *n.* 15. *p.* 16. *& decif.* 395. *n.* 9. *p.* 18. *tom.* 1. *in recent.* ubi concordantes allegantur.

Obstat ulteriùs pactum de renovando quolibet vigesimo nono anno, quia redderetur

16 frustratorium, si deveniret ad locum pium, dum solum singulis quindecim annis teneretur solvere quindennium, *Cardinalis de Luca in Theat. veritat. tom.* 4. *p.* 2. *tit. de emphyteus. dis.* 28. *n.* 7. ac proinde concessio restricta dignoscitur inter hæredes sanguinis, & quoad personas privatas.

17 Doctrina verò *Speculatoris* in præjudicium Ecclesiæ uti Dominæ directæ communiter non approbatur; quia Ecclesia non debet privari acquisitione, quam affecuta est per mortem ultimi investiti, non superstite aliâ personâ comprehensâ, & capaci, sed tantùm sibi locum vindicat in Emphyteusi laicali, ut subdit *Rot. decif.* 583. *n.* 33. *& seq. coram Merlino*, repetita *in recent. decif.* 211. *p.* 6.

18 Prout nec adversantur aliæ auctoritates in contrarium allegatæ, cùm procedant in Emphyteusi rei penitus sterilis, seu ruinosæ, quæ simpliciter concessa pro hæredibus, intelligitur etiam pro extraneis: quia de sui natura, & speciali privilegio, quo potitur, ad extraneos convolare debet, ita Doctores in *cap. ad aures de reb. Eccles. non alienand. Gabr. conf.* 76. *n.* 10. *&* 14. *lib.* 2. & in his terminis loquitur *Rot. decif.* 225. *n.* 5. 6. *&* 7. *p.* 17. *in recent.*

19 Rursus tollitur omnis difficultas ex observantia contractus, & solito subsecuto de non alienando in locum pium, sed solùm ad personas privatas, à qua quidem observantia omnis penitus removetur ambiguitas, & certa resultat hujus concessionis, & voluntatis partium declaratio, *Soccin. conf.* 145. *n.* 1. *in fin. & num.* 2. *lib.* 1. *Aym. conf.* 201. *n.* 11. *&* 12. *Rot. decif.* 907. *n.* 2. *coram Burat. decif.* 836. *n.* 23. *coram Amet. Dunozet. decif.* 574. *n.* 3. *p.* 1. *diversor. decif.* 261. *n.* 4. *decif.* 301. *n.* 8. *part.* 1. *decif.* 82. *num.* 11. *decif.* 175. *n.* 13. *p.* 8. *decif.* 127. *n.* 21. *p.* 12. *decif.* 48. *n.* 23. *p.* 13. *decif.* 6. *n.* 8. *decif.* 282. *n.* 2. *part.* 14. *decif.* 377. *n.* 5. *p.* 15. *decif.* 54. *n.* 35. *p.* 16. *decif.* 399. *n.* 7. *decif.* 339. *n.* 26. *p.* 17. *in recent.*

Et quoniam cursu centum, & ultra annorum semper in hujusmodi Emphyteusi successerint hęredes sanguinis familię de Honu-

20 friis; Mensa Episcopalis habet ex centenaria observantia meliorem titulum de mundo, quod non sit transmissibilis ad hæredes extraneos, & ad manus mortuas, juxta *Text. in cap. cum in tua* 30. *de decimis, & in l. si quis diuturno ff. si servitus vindicetur, Gozad. conf.* 8. *sub* 37. *Mandos. conf.* 28. *n.* 11. *& conf.* 36. *n.* 10. *Gabr. commun. conclus. in tit. de præscript. conclus.* 1. *num.* 44. *Rot. decif.* 150. *n.* 4. *&* 5. *p.* 5. *decif* 101. *n.* 2. *&* 3. *p.* 11. *decif.* 574. *n.* 10. *p.* 18. *tom.* 2. ego ipse *decif.* 91. *n.* 8.

21 Hinc cum sine novo beneplacito Apostolico fuerit mutatum solitum per dispositionem, & alienationem factam in manus mortuas, eo magis alienatio non sustinetur, juxta *Paulinam Constitutionem*, relatam *in extravag. ambitiosè de reb. Eccles. non alienan. Curt. jun. de feud. p.* 2. *q.* 6. *Clar. in §. Emphyteusis qu.* 6. *vers. secus tamen, & qu.* 28. *vers. aut verò, Cagnol. in Auth. qui rem n.* 58. *C. de sacrosanct. Eccles.* & ibi *Decian. n.* 22. *Alex. conf.* 9. *n.* 2. *lib.* 3. *Rot. dec.* 441. *n.* 12. *p.* 4. *tom.* 2. *decif.* 176. *n.* 43. *&* 44. *p.* 5. *tom.* 1. *decif.* 211. *n.* 15. *p.* 6. *decif.* 243. *n.* 14. *&* 15. *p.* 7. *& decif.* 354. *num.* 9. *part.* 17. *in recent.*

22 Et cum de facto emanaverit, ita nulla, & inefficax redditur, ut neque operari possit beneficium æstimationis recipiendæ loco ipsius Emphyteusis, *Merlin. decif.* 583. repetita *in recent. decif.* 211. *n.* 32. *&* 33. *p.* 6.

23 Beneplacitum enim Apostolicum cum desuper non habeamus expressum, ex quo alienatio de recenti emanaverit, minus deduci potest præsumptum, ex cursu centenariæ reservatæ ab *Urbano VIII. in sua Constitutione jurium Ecclesiæ præservativa, edita sub die* 5. *Junii* 1641. *ut ordine in Bullario Cherubini tom.* 4. *in Append* 47. aliàs 157. de qua tamquam de novo jure *Card. de Luca in Theat. veritat. tom.* 7. *p.* 3. *tit. de alienat. dis.* 1. *n.* 94. *& dis.* 2. *n.* 3. *&* 4.

24 Tùm quia in tempus præteritum centenaria militat ad favorem mensæ Episcopalis, & quatenus etiam esset attendenda à die ultimæ investituræ, neque relevaret ad favorem Capellæ, ex quo de tempore editæ constitutionis prædictæ non erat completa, & deinceps interrupta remansit ab eadem constitutione, ut dixit *Rot. in Romana prætensæ devolutionis Palatii coram Albergato*, quæ est *in recent. decif.* 268. *n.* 22. *p.* 12.

Tum etiam quia ultra seculi cursum deficit observantia quoad manus mortuas copulativè requisita, ut patet in decisionibus

supra

supra relatis : & in omnem casum hujusmo-
di præsumptio non egrederetur limites sub-
jectæ materiæ , de qua agebatur , scilicet
pro alienatione facienda in personam pri-
25 vatam ; undè beneplacitum hujusmodi
præsumptum strictè esset interpretandum ;
ut minùs lædat Ecclesiam concedentem ;
26 propterea specificè tantùm servandum, nec
extendendum de casu ad casum , & de con-
tractu ad contractum , nec de personis pri-
vatis , ad potentiores , præcipuè ubi nec ea-
dem , nec major ratio concurrit , ut decidit
textus in cap. cum dilecta de rescriptis , ibi-
que *Abb.n.5.* & probat *textus in l. pupillo-
rum §. si Prætor , & in l.magis puto §. idem
Prætor ff. de reb.eor. Marescot. var. resol.
lib.1. cap.68.n.5. Sperel. decis.158.n.37.&
seq.p.2. Rot.decis.676. n.5. p.2.* & magis in
nostris terminis *decis.78.n.5. &* 6. ubi quod
27 verba rescripti sunt de minori præjudicio
interpretanda , & concordantes allegantur
p.2.diversor.& decis.356.n.2.4.& 14.p.16.
28 *in recent.* beneplacitum enim , & confirma-
tio Apostolica non plus operantur , quàm
actus confirmatus , *Frec. de feud. lib.2. q.
12.n.14.Rot. decis.106.n.13. & 14.p.12.de-
cis.354.n.14.p.17.in recent.*

Nec juvat replicare quòd potiùs verse-
mur in locatione perpetua, quàm in emphy-
teusi, ac proinde parum intersit mensæ Epis-
copali , si transeat ad locum pium , dum
etiam ab eodem , sicut à privatis recipere
potest conventam pensionem scutorum de-
29 cem , cum etiam locatio perpetua de bonis
Ecclesiæ sit transitoria ad extraneos , *Rain.
cons.161.n.21.& 22.lib.1.Rol.à Valle cons.
96.n.24.lib.1. Cardinal. Mantica de tacit.
& ambig. convent.lib.22. tit.* 19. *n.* 27. *Rot.
decis.334.n.4. coram Burat. decis.* 268. *n.*1.
*p.12.& decis.225. n.50.p.17. in recent.*quia
30 concessio denominata fuit emphyteusis , &
contractus ille talis censetur , qualis à con-
trahentibus nominatur ad *textum in l. qui
fundum 4. §.fundi ff. de contrahen. emption.
Bart.in l.eodem §.qui maximos q.5.ff.de pu-
blic. Bald.in addition. ad Speculat.in tit. de
locat. in prin.* Cravet. *cons.* 20. *n.4. Surd.
cons.366.n 6.*Rot.*decis.212.n.1. coram Car-
dinal. Seraphino,decis.736.n.5.p.4.tom.2.&
decis.268.n.6.p.12.recent.*

31 Ulteriùs quia ex pacto de renovando
quolibet vigesimo nono anno dicitur em-
phyteusis, cum à locatione & venditione
distinguatur, & tertiam speciem constituat,
*Cardinal Mantica de tacit. & ambig. con-
vent.lib.5.tit.1.n.16.tom.1.* per *textum in l.*
1. ubi *Bart.n.2.* C. *de jure emphyteut. & in
§.adeo instit. de locat.& conduct.*

32 Et licèt in dubio ex modica pensione, vel
canone censeatur emphyteusis , & si corres-
pondeat fructibus dicatur locatio , *Clar. in
§. emphyteusis q.1.vers. & adverte,Thesaur.
decis. Pedemont.20.n.5. & in fin. Surd. de-
cis.198.n.1.& 2.Rot.decis.563. n.2. p.1. di-
vers.decis.334.n.1.& 2. coram Burat.decis.
14.n.8.& 24.& seq. decis.110. n.16. p.6.&
decis.268.n.7.p.12.in recent.*

Tamen quidquid sit in præsenti , an pen-
sio scutorum decem Marchiæ corresponde-
33 ret fructibus tempore primæ concessionis,
veritas est , quòd de essentia , & substantia
emphyteusis non exigitur de necessitate , ut
solvatur modica pensio , ita quod si conce-
datur pro magna , nihilominus remanet em-
phyteusis, nec subvertitur ejus natura, *Va-
lasc. de jure emphyteut. q.1. n.8.* Cor[illegible]*. in
casu privat. ob non solut. can. ampliat.* 12.
Surd.decis.198. n.20.

34 Quinimo in emphyteusi Ecclesiastica
pensio debet correspondere fructibus , aliàs
non cederet in evidentem Ecclesiæ utilita-
tem , ut aliis relatis pulchrè tradit *Surd.di-
35 cta decis.198.n.22.& 23.*tunc enim emphy-
teusis pro minimo canone constituitur ,
quando res sterilis , vel boschiva , vel rui-
nosa conceditur , ut latè comprobat Rot.*de-
cis.* 553. *n.* 2.3. *cum pluribus sequen. & per
tot. coram Penia.*

Nullius nullitatis matrimonii.

ARGUMENTUM.

Sententia civilis, seu instrumentum, licèt prætendatur falsum , si judicio civili executioni demandandum sit, causa civilis est præjudicialis criminali . Judex ut de sordibus, & corruptionibus puniri possit, requiruntur probationes luce meridianâ clariores .

Matrimonium non celebratum coram proprio Parocho est nullum ; & proprius Parochus ad hunc effectum, qui dicatur, copiosè explicatur.

SUMMARIUM.

1 Sententia facit transitum in judicatum si non fuerit interposita appellatio .
2 Et facit rem claram , manifestam, & indubitabilem.
3 Sententia civilis , vel instrumentum licèt prætendatur falsum , si judicio civili executioni demandandum sit, causa civilis est præjudicialis criminali .
4 Causarum præjudicialitas oritur ex intricatione processuum , ac sententiarum contrarietate .
5 Causa dicitur alteri præjudicialis quando una est exclusiva alterius .
6 Judex ut puniri possit de corruptionibus ; & sordibus, requiruntur probationes luce meridianâ clariores.
7 Officiales habent præsumptionem pro se .
8 Cautè contra Officiales , & Judices procedendum est .
9 Et omnis scrupulosa inquisitio contra eos rejicitur .
10 Judex , & Officialis bonæ famæ habent præsumptionem pro se .
11 Falsitas non committitur , nisi concurrant tria requisita, quæ referuntur.

12 Falsitas

12 Falsitas non committitur, ubi veritas non mutatur.
13 Dolus non præsumitur.
14 Falsitas, seu mutatio veritatis in accidentalibus non est punibilis.
15 Inquisitio non formatur, & pœna non cadit, ubi non est delictum.
16 Sententiæ validitas resultat, si servatâ fuerunt omnia requisita juxta Veralli decisionem.
17 Causa matrimonialis est citò expedienda absque figura Judicii.
18 Matrimonium non celebratum coram proprio Parocho est nullum.
19 Habitatio qualis esse debeat, ut quis acquirat Parochiam ad effectum celebrandi matrimonium coram proprio Parocho, & 0.20. 29. & 30. Distin. ut n.31.
20 Parochianus non efficitur ex sola mota facta in loco, sed requiritur animus perpetuò permanendi secundùm primam opinionem.
21 Et quod sufficiat habitatio annalis, vel majoris partis anni, tenent alii.
22 Scholaris, vel mercenarius ubi inhabitat Parochianus dicitur, secus si in loco quis reperiatur, recreationis causâ, vel aliâ statim rediturus ad propriam Parochiam.
23 Sed quòd quis Parochianus efficiatur per solam præsentem habitationem etiam absque animo perpetuò permanendi, secundùm alios Doctores.
24 Fugiens de Parochia io Parochiam propter bellum, & pestem animo redeundi, efficitur Parochianus ubi inhabitat.
25 Refertur Sac. Congregationis resolutio secundùm hanc ultimam sententiam, cum o. sequen.
26 Scholaris matrimonium celebratum coram Parocho loci studii tenet.
27 Tenet matrimonium celebratum coram Parocho loci, ubi per mensem moram traxit secundum resolutionem Sac. Congregationis.
24 Similiter de alio matrimonio contracto post quartum habitationis mensem.
30 Parochus habitationis dicitur proprius quoad Sacramenta necessaria scilicet annuæ Confessionis, & Communionis, secùs quoad Sacramenta voluntaria, ut sunt ordinis, & matrimonii, & n.31.
32 Refertur alia resolutio Sac. Congregationis de matrimonio quoad proprium Parochum.
33 Matrimonium validè celebratur vel coram proprio Parocho, vel alio Sacerdote de licentia Ordinarii.
34 Ordinarius non potest concedere licentiam coram Parocho, vel alio Sacerdote solemnizandi matrimonium non suæ jurisdictioni subjectis, nisi habeant animum perpetuò habitandi in sua Parochia, n. 35.
35 Episcopus non censetur proprius ad ordines ratione habitationis conferendos, nisi adsit ordinandi animus perpetuò permanendi.

DECISIO CLXVI.

QUidam Juvenis nobilis amore captus puellæ humilis conditionis, cupiens ad se liberandum à carnali commercio cum eadem matrimonium contrahere, & timens impedimentum à parentibus, obtentis à proprio Ordinario fidibus eorum status liberi, in aliam Diocesim se contulerunt, ibique conductâ domu, & post quam per spatium decem, & octo dierum moram traxerunt exhibitis in Cancellaria Abbatiali dictis fidibus, sub prætextu quod ibi inhabitabant, coram Parocho loci invicem se matrimonio copulaverunt; sed consanguinei præfati Juvenis habitâ notitiâ hujus matrimonji, motoque judicio super illius nullitate, tamquam non solemnizati coram proprio Parocho, lata fuit per Vicarium Generalem sententia declarans matrimonium nullum, quam ægrè ferens amita supradictæ puellæ, sub prætextu quòd sententia per corruptionem, & sordes emanaverit, criminaliter agere curavit, quâ causâ pendente præfati Juvenes matrimonium coram proprio Parocho ratum habuerunt, seu de novo contraxerunt.

Hinc pro hujus causæ expeditione de meo judicio requisitus ab Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinali Abbate Commendatario, & Ordinario, discusso dubio an sit locus absolutioni, & abolitioni processus; affirmativè respondendum censui.

1 Quoniam sententia lata in judicio civili
super invaliditate matrimonii fecit transi-
tum in judicatum, cùm ab eadem non fuit
2 interposita appellatio; undè facit rem cla-
ram, & manifestam, & indubitabilem, *cap. vestra, & cap. fin. de cohabitat. cleric. cap. quoad consultationem de sent. & re judicat. ad textum in l. integrum ff. de Stat. homin. Authent. hodie C. de appel. Bald. in l. 1. in prin. q. t. ff. de novi oper. nunciat.* Rot. *decis. 26. n. 8. coram Burat. decis. 572. sub n. 2. p. 2. decis. 147 n. 6. decis. 210. n. 1. p. 5. tom. 1. decis. 366. n. 2. p. 15. in recent* cum aliis cumulatis per *Scacc. de appel. p. 12. n. 2.*

3 Eoque fortiùs, quia fuit canonizata, & executioni demandata per matrimonium denuo contractum, ac proinde sicut finem imposuit judicio civili, ita etiam parit exceptionem rei judicatæ in criminali, nam quando sententia civilis, vel instrumentum licèt prætendatur falsum, vel usurarium civili judicio executioni demandandum sit, causa civilis est præjudicialis criminali, illamque cessare facit, ut firmavit Rot. *decis. 217. n. 1. & per tot. post 2. vol. cons. crim. Farinac.* ubi *aliæ decis.* allegantur ex *Bart. in l. 2. §. hoc dicto n. 3. ff. de vi bon. rapt. Curt. jun. cons. 341. lib. 3.* & tradunt alii Doctores congesti per *Famian. Centol. in addition. ad cons. 21. Farinac. lit. D. vers. dicitur etiam.*

Valde enim repugnat, & esset absurdum
quòd sententia in civili subsistat, & in cri-
4 minali controvertatur; ex intricatione qui-
dem processuum, ex perplexitate, ac sen-
tentiarum contrarietate causarum præjudi-
cialitas oritur, maximè in præsenti, in quo
prævalet causa, seu sententia civilis, quæ
5 dum suum effectum habuit, multò magis
absorbet, & præjudicium parit criminali ju-
dicio, illudque silere facit, ut pulchrè tra-
dit *Aym. Cravet. cons. 280. n. 1. Anchar. cons. 62. n. 3.* cum aliis relatis per *Famian. Centol. in addit. ad cons. 21. Farinac. lit. D. vers. dicitur enim in fin. & vers. ubi pariter.*

Rursus

Rursus omnis criminalitas cessare animad-
vertebam, quia prætensæ corruptiones, &
sordes criminl datæ nullam concludentem,
6 & relevantem justificationem habent, & ad
earum pænas incurrendam requiruntur
probationes plenæ, ac luce meridiana cla-
riores textus est in l. quod evitandi, ibi indu-
bia probationis luce constiterit C. de condict.
ob turpem caus. facit etiam textus in l. Judi-
ces in verbo convicti C. de dignitat. lib. 12.
bene Amad. de Syndicat. n. 168. in prin.
Bajard. ad Clar. q. 73. n. 16. Mascard. de pro-
bat. lib. 1. conclus. 165. n. 1. Decian. tract.
crim. lib. 8. cap 38. Gram. cons. 35. n. 16. vers.
nec suffragaretur n. 17. 41. & 44. Bertaz.
cons. 71. n. 11. lib. 1. cons. 81. n. 7. Farinac. in
tit. de var. & divers. crim. q. 111. n. 264. Franc.
Marc. decis. 687. n. 1. Anchar. Regin. q. 4.
num. 16.

7 Habent autem Officiales præsumptionem
pro se, cum non præsumantur immemores
eorum salutis, juxta Textum in l. fin. C. ad
l. Iuliam repetundar. ubi Bald. & omnes
scribentes, Bonifac. de Vitalin. in rub. ad l.
Jul repetundor. n. 3. Cataldin. de syndicat.
n. 50. q. 94. Paris. de Put. eod. tract. in verb.
præsumptio officialis cap. 1. n. 2. & 3. Propte-
rea cautè contra Officiales, & judices proce-
dendum est, quia cùm ex eorum debito,
& Officii Incumbentia teneantur jus redde-
re, justitiam facere, castigare & punire, &
8 ob id non omnibus morem gerere, atque
placere queant, sunt propterea quasi signum
ad sagittam positi, ut insinuat Cyrill. in sum.
crim. rub. 33. de pæn. Jud. malè judic. §. fin.
n. 17. pag. 180. Farinac. in tit. de var. & di-
vers. crim. q. 111. sub. n. 261.

9 Quinimo contra Judices, & Officiales om-
nis scrupulosa inquisitio rejicitur, aliàs fran-
geretur nervus justitiæ, & Judicis auctoritas
deprimeretur, atque vilesceret, & à subditis
contemneretur, Gram. cons. crim. 54. num. 3.
quem refert, & sequitur Giachar. in suo
cons. in materia syndicat. n 47. impres. mihi
post prax. Iul. Clar.

10 Quibus adstipulatur bona fama Judicis,
qui ferè cursu quadraginta annorum, quo
diversis tribunalibus secularibus, & Eccle-
siasticis, præfuit, egregiè, & laudabiliter se
gessit, & manus mundas semper habuit, ut
multò magis pro ejusdem Integritate præsu-
mi debeat, Bertaz. cons. 81. n. 7. lib. 1. Ca-
taldin. in tract. de Synd. n. 50. q. 94 Cephal.
cons. 359. n. 71. & 72. lib. 3. Boss. in tit. de
oppos contra testes sub n. 59. Decian. in tract.
crim. lib. 8. cap. 38. n. 5. Farinac. in tit. de
var. & divers. crim. q. 111. n. 262..

11 Cessare pariter visa fuit omnis falsitatis
suspicio, cùm non reperta fuerunt concur-
rere tria requisita copulativè necessaria ad
eam incurrendam, scilicet, quòd veritas sit
Immutata, alteri nocitura, & dolo facta, &
hoc esse vulgatum ore omnlum dicit Fari-
nac. cons. crim. 114 num. 12. & 36. Hond.
cons. 109. n. 55. lib. 1. Bellet. disquisit. Cle-
rical. p. 2. tit. de pæn. Clericor. .44. num. 1.
non enim fuit immutata veritas in judicio
civili, quia verè matrimonium non fuit cele-
bratum coram proprio Parocho, & ubi ve-
12 ritas non mutetur falsitas non committitur,
l. quod sit falsum ff. de fals. Angel. de ma-
lef. in verbo falsario, & ita tenere omnes te-
statur Horded. cons. 109. n. 56. & cons. 99. n.
37. lib. 2. Gabr. cons. 169. n. 14. 15. & 20. Ver-
migliol. cons. 410. n. 6. cons. 245. n. 11. & cons.
499. n. 1.

Nemini præjudicium illatum fuit, quia
judicium instructum fuisse detegitur ad
tollendum peccatum, & ne prætensi sponsi
in figura matrimonii in concubinatu per-
manerent. Dolus verò non probatur, & pro
13 ejus exclusione militat juris præsumptio,
l. quoties §. qui dolo ff. de probat. l. dolum C. de
dol. ubi Alber. sub n. 1. & 2. Fulgos. n. 1. in
2. notab. & Joan. Sicar. n. 1. Aym. cons. 8. n. 1.
& cons. 319 n. 1. Paris cons. 49. n. 28. lib. 1.
Honded. cons. 105. n. 19. & seq. Decian cons.
32. n 4 lib. 3. Mantica de conject. ult. volunt.
lib. 2. tit. 7. n. 1. Mascard. de probat. lib. 1.
conclus. 531. n. 1. & seq. Menoch. lib. 5. præ-
sumpt. 3. n. 14. & 15. Farinac. in tit. de pæ-
nis temperan. q. 89. n. 3. & faciunt per eun-
dem allegata in q. 8 c. n. 1. Vermigl. cons. 188.
n. 2. Surd. decis. 221. n. 11. Rot. decis. 617.
14 n. 7. coram Seraphin. decis. 118. num. 1.
p. 2. recent. falsitas autem. seu mutatio veri-
tatis circa accidentalia non attenditur, nec
est punibilis. ut ex Bald. Anchar. Gab. &
Honded. tradit Vermigliol. cons. crim. 243.
num. 1.

15 His ita urgentibus intrat vulgata conclu-
sio quòd accusatio non recipiatur, inquisitio
non formetur, & pœna non cadat, ubi non
est delictum, Giurb. cons. 32. n. 12. cons. 69.
n. 4. Hippol. Rimin. cons. 327.. n. 29. vol. 3.
Dec. cons. 256. n. 2. Marsil. cons. 128. n. 25. &
in pract. crim. in §. constante n. 100. Cabal.
resol. crim. cas. 1. n. 12. & cas. 151. n. 9. Fari-
nac. in tit. de delict. & pænis q. 17. num. 1.
ubi allegat textum in l. aliud est fraus ff. de
verb. significat. novissimè Vermigliol. cons.
crim 153. n. 1. & dixit Rot. decis. 668. n. 2. &
3. coram Cardinali Seraphino.

16 De validitate sententiæ in judicio civili
latæ dubitari non potest, cùm servata fue-
rint omnia requisita, quæ in tali materia
requiruntur juxta communiter receptam
Veral. decis. 260. p 2. & à Rota canoniza-
tam in decis. 602. n. 1. p. 2. decis. 108. n. 1. p.
4. tom. 2. decis. 292. n. 1. p. 8. decis. 47. n 1. de-
cis. 64.

cisf.64.n.1. decisf.209. n.1.p.8. tom.1. decisf. 368.n.7. eadem p.9. tom.2. & *passim.*

17 Imò causæ matrimoniales sunt citò expediendæ simpliciter, & de plano, absque iudiciorum strepitu, & figura, ne viro, & mulieri fornicationis occasio præbeatur, per *textum* apertum in *cap. quoniam frequenter §.porro ut lit. non contest.*, *& in Clementina dispendiosam de judic.* & docet *Dec.in consf.699.n.11.*

Justitia verò resultabat, quia ex urgentibus probationibus plenè doctum fuit ma-
18 trimonium non fuisse solemnizatum à proprio Parocho contrahentium contra dispositionem *Sacri Concilii Tridentini sess. 24. cap.1. de reform. matrimonii*, irritantis, & nullum declarantis matrimonium aliter celebratum, & nullibi constabat de vero contrahentium domicilio in loco initi matrimonii cum animo deliberato habitandi, sed potius accessisse ad evitanda obstacula consanguineorum, & eludendum proprium Parochum, & Sacrum Concilium, ut ferè in nostris terminis firmavit *Rot. in Mutinen. matrimonii 27.Februarii 1637.coram Amato Dunozett.* quæ est *inter ejus impres.decisf. 451. n.1.& 2. & per totam, decisf.462. ac decisf.456.* dictæ primæ decisionis confirmatoriis, & rursus in *Lauden. matrimonii*, ut in decisionibus desuper emanatis in *recent. decisf.498.n.16. & 17.p.11, decisf.162. n.17. & seq. decisf.305. n. 19. & 20. decisf.250. n. 27.p.16. & decisf.75. n.13. & 14.p.17.* & in una *Romana Sac. Congregat. Concil. censuit dandam esse declarationem in forma sequenti.*

Vir, & Mulier à loco suæ habitationis absque animo illam relinquendi discedentes, & ad locum alterius Parochiæ solo animo illuc matrimonium celebrandi, non autem domicilium contrahendi se transferentes, ubi coram Parocho illius loci matrimonium inter se contraxerunt. Supplicant per Sac. Congreg. declarari an hujusmodi matrimonium sit nullum vel validum. Sac. Congreg. secundùm ea, quæ proponuntur, censuit esse nullum 22. Februarii 1631.

19 Non enim omnis materialis habitatio contrahentium intra Parochiæ fines Parocho subditos facit ad matrimonium contrahendum, quidquid sit quoad alia Sacramenta, sed formale domicilium requiritur, animo ibi perpetuò permanendi, & vivendi tanquam in domo fixa, & determinata, primâ penitus desertâ; adeout ille oves discedendo ab alterius pastoris ovili, alteri ovili se addixerint, & novum pastorem recognoverint in suum, illeque in suas oves; secùs autem si habitatio sit ex causa accidentali, vel ad evitanda obstacula, si matrimonium coram proprio Parocho esset celebrandum, ut eleganter tradit *Cardinal. de Luca in Theatr. veritat. tom. 14. p. 5. in annot. ad Sac. Concil. Trident. disc. 26. n.10. & 11. fol.100. Bossius de matrim. cap.4. §.8. n.16. & in tract.de triplici Jubilei privileg. sect. 4.casf.13.n.34.* ubi contrariis satisfacit, & allegat *Francisc. Molin. lib.2. de ritu nuptiar. diff.11.n.93. Guttier cap.63.per totum*, & præsertim *n. 17. Andræam Valensf.in sum.Decretal. lib.4. tit.3.n.12. Aloysf. Ric.in prax. fori Ecclesiast. decisf.244. n.2. in fin. Zipeu. in tit. de sponsal. n. 13.* & tradunt alii Doctores congesti per *Sanchez de matrimon. lib.3.disput.23. n.11. Barbosf. de offic. & potest. Episcop. alleg. 32.n.59. & in Concil. Tridentin. sess.24.cap.1.de reformat. matrim.n.9.& 16. Gratian. discept. forensf. cap. 75. n.18. tom. 1.* & ita declarasse *Sac. Congreg. Concil.* refert *Garz. de benefic.p.5. cap.7.n.1.ad 4.* & hujus sententiæ fuit *glo. in cap.is, qui*, in figuratione casus, *de sepul-*
20 *tur. in 6.* ubi ait ex sola mora facta in loco non censeri aliquem Parochianum illius loci, cùm oporteat, ut animo sit perpetuæ moræ, ibique *Jo. Andr. in princ. vers. & faciunt hæc ad quæstionem*, & pluribus comprobat *Abb.in cap.in nostra n.10.de sepultur.*

21 Non desunt tamen alii, qui putant ad jus Parochiæ acquirendum sufficere habitationem, quæ sit vel annalis, vel pro majori parte anni; quia in eo loco habitare quis dicitur, ubi majori anni parte habitat: undè
22 quod Parochianus dicatur illius Ecclesiæ in cujus Parochia scholaris, vel mercenarius, vel alius inhabitat, secùs autem si in loco, quis reperiatur causâ recreationis, vel aliâ, statim rediturus ad propriam Parochiam, quæ opinio innititur in *cap.is qui de sepult.in 6.* & profitentur *Innoc.in cap.omnis utriusq.n.6.de pænit. & remiss. Anchar. in c.de uxore n.7.& 8.de sepult. Rosella Confessio Sacramentalis 3.n.40. Selva de benefic. 3.p.q.41.n 7. Rebuf. in repet.super cap.extirpandæ §. qui verò de præbend. vers. contrariam opinionem fol.385. Abb.in cap.cum contingat n.29. de foro competen. Bald. in l. si quis ad declaranda 37. §. in omnibus n.26. C.de Episcop. & Cleric. Petrus de Ubald. de canonica Episcopal. & Parochial. cap.7. §.canonicæ Parochialis n.2. B. Antonin.in tract. de excommunic. cap.54.n.5. Mascard. de probat.lib.3. conclu. 1150. n.1. Menoch. de præsumpt.lib.6. præsumpt.88.n.1.& 2.& in consf.398. n.16.& 17. vol.4.* & ita consuluerunt quidam Patres docti ordinis minorum consulti in casu matrimonii in quodam consilio *n. 32.* quod refertur in dicto *consf. Menoch. 398.* & in hac sententia residet *Sanchez de matrim.lib 3.dis.23.n. 12,*

13. & 14. asserit tamen primam sententiam probabilissimam esse.

23 Et quòd etiam ex sola habitatione licèt non sit annalis, vel pro majori parte anni quis efficiatur Parochianus, dummodo in loco non reperiatur recreationis gratiâ, vel ad ruralia exercenda, aut aliâ brevi causâ statim reversus ad primam Parochiam, fuit originalis sententia *Feder. de Sen. in conf.*

24 254. *incip. quæstio subsequens*, ubi tenet, ad acquirendum jus Parochiale, attendendam esse præsentem habitationem, non domicilium; ideoque in eodem anno quem effici posse Parochianum plurium Ecclesiarum, cùm non requiratur, ut habeat animum perpetuò permanendi, & propterea concludit eum, qui propter bellum, vel pestem fugit de Parochia in Parochiam, & eò se transtulit animo redeundi ad primam bello cessante, censeri Parochianum secundæ, quam *Federici* sententiam commendat, & sequitur *Abb. in cap. extirpandæ §. qui verò n. 11. de præben.* & latè defendit *Anchar. in cap. de uxore n. 7. de sepult.* & *Abb.* sibi contrarius *in cap. omnis utriusque n. 23. de pænit. & remis.* & verissimam putat *Fagnan. in 1. part. 3. Decretal. in cap. significavit de Paroch. à n. 27. cum pluribus sequen. tom. 3 fol. mihi 365. secundùm ultimam impres. Coloniens.* ubi *n. 36.* subdit quòd sententiam *Federic. de Sen.* sæpius secuta sit Sac. Congregatio Concilii in casibus contingentibus.

25 Et in specie *in una Senen. de anno* 1600. in qua cùm juvenis nobilis, & meretrix Senensis cuperent matrimonium contrahere, & dubitarent de consanguineorum impedimento, si ad formam Concilii in Civitate Senensi contraherent, Romam se contulerunt, ibique in Parochia S. Anastasiæ aliquantisper commorati coram Parocho ejusdem Ecclesiæ, & testibus matrimonium per verba de præsenti contraxerunt, & cum de ejus validitate dubitaretur, proposito dubio in Sac. Congregatione *censuit matrimonium esse validum*, de qua etiam *Cardinalis de Luca tom. 14. p. 2. de matrimon. disc. 1. n. 9. & Barbos. de offic. Parochi cap. 21. n. 40. & Bos. de matrim. cap. 4. n. 18. in fin.*

26 Ad cujus resolutionis exemplum pariter censuit valere matrimonium scholaris, qui Patavii quinque, vel sex menses commoratus, timens impedimentum à parentibus, ibi duxit mulierem plebeiam coram Parocho loci, & testibus: idemque respondit de matrimonio alterius, qui ob eandem causam se in Angliam contulit, & ibi aliquantisper moratus coram Parocho habitationis cum meretrice contraxit matrimonium.

27 Prout etiam cùm vir, & mulier Trajectenses timentes impedimentum à parentibus ad vicinam Urbem Aquisgranensem se contulissent, & ibi aliquandiu morati matrimonium contraxerunt, & desuper Sac. Congregat. consulta super validitate.

Censuit exprimendum esse tempus, quo contrahentes Aquisgranæ manserunt, quòd si fuerit saltem unius mensis, dandam esse decisionem pro validitate, aliàs de novo referendum in Congregatione.

28 Et *sub die* 26. *Junii* 1621. pro validitate matrimonii contracti à quadam muliere in loco, in quo ad evitanda scandala relegata fuit, post quartum habitationis mensem *Sac. Congregat.*. respondisse pariter testatur *Fagnan. in citato cap. significavit à n. 16. juncto n. 39. vers. ex quibus non videtur.* de qua etiam *Barbos. de officio Paroch. cap. 21. n. 3.* de quibus opinionibus *Cardinal. de Luca tom. 14. p. 2. disc. 1. n. 11. in tit. de matrim.*

29 Non videtur tamen recedendum à prima opinione tanquam magis conformi dispositioni Sacri Concilii Tridentini, a quo adhibita maximâ articuli discussione summâ providentiâ fuit additum hoc novum impedimentum dirimens, ut matrimonia, ritè, & in forma valida celebrentur, ut latè deducitur à *Cardinali Pallavicino in Historia Sac. Concil. Tridentini*; ac proinde *ly* proprii Parochi est strictè intelligendum, ut non omnis habitatio sufficiat ad Parochiam ac-

30 quirendam; quoad matrimonii celebrationem, latè verò quoad alia Sacramenta, ve-

31 luti Confessionis, & communionis saltem semel in anno, utpote quia hujusmodi Sacramenta censeantur necessaria, voluntaria autem ordinis, & matrimonii, ut in puncto distinguit *Abb. in cap. nullus n. 4. de Parochis*, & *Sylvest. in verbo domicilium n. 2. Tambien. eod. ver ad fi.* & est de mente *Hostien. in summ. in tit. de Paroch. §. 7. in fin.* quos refert *Fagnan. in 1. part. 3. Decretal. in cap. significavit de Paroch. n. 26. tom. 3. fol. mihi 385. secundum impres. Colonien.*

Sed attentis etiam supradictorum Doctorum opinionibus, neque hujusmodi matrimonium redderetur validum, dum constat in loco ejus celebrationis, nec per majorem anni partem, nec per mensem completum juxta citatam *Sac. Congregationis* resolutionem contrahentes inhabitasse, & quamvis

32 in una *Romana nullitatis matrimonii*, in qua *Franciscus diuturnam conversationem retinens cum Cassandra in domo conducta in Parochia Sanctæ Mariæ in Campitello, & intendens eam in uxorem ducere, ne innotesceret patri, in cujus domo vivebat in Parochia S. Augustini, curavit mulier permanere in domo alterius benevolæ mulieris in Parochia*

rochia S. Nicolai in Carcere, & obtenta
licentia à Vicesgerente directa dicto Paro-
cho coram eodem matrimonium celebrave-
runt, sed remissa causæ cognitione *Sacr.*
Congregationi Concilii Trident. super ejus
validitate, à qua sub *die 23. Aprilis* 1667.
prodiit resolutio pro matrimonii validitate.
Non tamen est applicabilis in præsenti, quia
in dicto casu probata fuit habitatio mulieris
per notabile tempus in Parochia S. Nicolai
33 in Carcere, & ulteriùs concurrebat licen-
tia Ordinarii, scilicet Vicesgerentis, quæ
exuberabat, cùm conciliare decretum al-
ternativè loquatur de Parocho, vel de quo-
cunque Presbytero habente licentiam ab
34 Ordinario loci. sed in præsenti utrumque
deficit, dum licentia obtenta ab Ordinario
loci, cum remissione publicationum nullam
habeat subsistentiam, tanquam concessam
personis ejus jurisdictioni minimè subditis:
35 nam sicut Episcopus ut censeatur proprius
ad promovendum ad ordines non sufficit
cujuscunque temporis habitatio, nisi adsit
animus perpetuò habitandi, ita desideratur
verum habitationis domicilium, ut proprius
efficiatur quoad matrimonium, *Sanchez de*
matrim. lib. 3. dis. 23. q. 2. n. 9.
36 Quinimo in dicto casu non obstante re-
solutione Sac. Congreg. concessa fuit nova
audientia, quæ tamen non habuit effectum
per supervenientem mortem viri & in eo-
dem plenè scripsit *Cardin. de Luca in Theat.*
Veritatis tom. 14. p. 2. de matrim. discurs. 1.

De Matrimonio quoad Parochum alia singularia referuntur.

SUMMARIUM.

1 Matrimonium contractum coram Parocho ad aliud finem vocato, & dissentiente, tenet, & n. 2.
3 Episcopus punire potest contrahentes matrimonium contra ejus prohibitionem, & n. 8.
4 Punire etiam potest contrahentes coram Parocho ex causa justa dissentiente, & n. 8
5 Prout etiam qui contrahunt omissis denunciationibus, & num. 8.
6 Et pariter testes intervenientes in supradictis casibus, quatenus fuerint in dolo, & n. 9.
7 Et potest irrogare pœnas pecuniarias in dictis casibus, & num. 10.
11 Matrimonium celebratum coram Parocho habente potestatem delegatam, & non absolutam non servatâ formâ ab Episcopo, vel à Synodo præscriptâ non valet.
12 Limit. si matrimonium contrahatur coram Parocho proprietario, vel delegato ad universam curam, & in forma præscripta non sit adjectum decretum irritant.
13 Parochus, ad hoc ut dicatur proprius, vel alius Sacerdos sufficit quòd habeat licentiam generalem ad exercendam curam.
14 Parochus ruralis ad assistendum Matrimonio non est proprius, & n. 15. 16. & 17. referuntur declarationes Sac. Congregationis.
18 Matrimonium contrahi potest coram Episcopo, & ejus Vicario generali, & n. 20. & in n. 19. contrarium tenentes referuntur.
21 Vicarius Episcopi reputatur Ordinarius.
22 Potest assistere matrimonio, etiamsi non sit Sacerdos. Contrarium, n. 23. sed prima verior, n. 24.
24 Parochus licèt non sit Sacerdos, validè assistit matrimonio.
25 Ampl. etiam si esset primâ tantùm tonsurâ initiatus, & n. 26. & 27.
28 Episcopus, & Parochus non possunt concedere licentiam assistendi matrimonio Clerico non sacerdoti.
29 Possunt verò concedere hanc licentiam Sacerdoti regulari, & n. 30. & n. 31.
32 Parochus potest concedere licentiam assistendi matrimonio Sacerdoti à contrahentibus eligendo.
33 Matrimonium celebratum coram Sacerdote, habente, sed ignorante, licentiam concessam à Parocho, non est validum, & n. 35. ubi declaratur, & n. 36. Limitatur in n. 37.
34 Matrimonium celebratum coram Laico communi tamen existimatione pro Sacerdote reputato, est validum.
38 Nec valet, si celebratum fuerit coram Parocho intruso absque titulo collato tamen à legitimo superiore.
39 Limit. si Parochus possideat Parochiam cum titulo licèt invalido, collato tamen à legitimo superiore; nam tunc validè assistit matrimonio.
40 Gesta per Judicem, Prælatum, vel Parochum habentem titulum coloratum, sed invalidum à legitimò superiore collatum, concurrente communi errore, valent.
41 Matrimonium contractum coram Parocho contradicente valet, etiam si non bene intellexit verba consensus, & n. 43.
42 Contrahentes matrimonium non præmissis publicationibus puniri possunt ab Episcopo pœnis arbitrariis, & num. 44.
45 Mulieres Græcæ nubentes cum viris latinis, servare debent ritum latinum, & n. 46.
47 Matrimonium celebrari debet ad formam Sacri Concilii Tridentini in locis, ubi fuit publicatum tam per Sacerdotes Schismaticos, quàm unitos,
48 Matrimonia contracta coram ministro hæretico, ubi non fuit receptum Sacrum Concilium Trident. non sunt invalida, secùs si fuit receptum, aut per aliquod tempus observatum, & n. 49. 50. & 51.
49 Contractum invalidè ratione metus non convalidatur per cohabitationem, & copulam subsecutam, sed de novo contrahi debet coram Parocho, & testibus.
50 Contracta coram Magistratu hæretico non valent. Contrarium, n. 52. Declara, ut in n. 53.
53 Ad matrimonia contrahenda coram Parocho, & testibus obligantur illi, apud quos fuit publicatum Sac. Concilium, secùs si publicatum non fuit, aut usu receptum.
54 Lex non recepta non obligat.
55 Matrimonium clandestinè contrahens peccat.
56 Cives loci, ubi fuit publicatum Concilium si constituant domicilium in loco, ubi non fuit publicatum, validè contrahunt matrimonium sine Parocho.
57 Limita si in fraudem Concilii alibi se conferant, & n. 58. sublimit, ut in n. 59.
60 Incolæ loci, ubi non fuit publicatum Concilium accedentes ad locum, ubi fuit publicatum ad illius formam matrimonium contrahere debent.
61 Matrimonium censetur validum, si fuerit celebratum coram Parocho viri in Parochia Mulieris. Contrarium, n. 64. Ampl. ut in n. 65.
62 Ad validitatem matrimonii si contrahatur in Parochia Mulieris, sufficit præsentia ejus Parochi, & è contra n. 63. Ampl. ut in n. 66. Declara, ut in n. 67.
68 Captivi, vel commorantes in terris infidelium, vel Hæreticorum, qui non habent tutum accessum ad proprium Episcopum, vel Parochum, possunt contrahere matrimonium non servatâ formâ Sacri Concilii.
69 Sed quod saltem adhibere teneantur duo, aut tres testes & n. 70.
71 Capellani Hospitalium expositorum non possunt eorum matrimonio validè assistere sine privilegio Apostolico.
72 Matrimonia expositorum sunt celebranda coram Parocho, & non coram Capellano Hospitalis, & n. 73.
74 Parocho competunt jura Parochialia etiam in hospitali-

bus existentibus intra limites suæ Parochiæ:
75 Matrimonium contractum sine præsentia Parochi, itaremanet nullum, ut non resolvatur in sponsalia de futuro, etiam si copula subsecuta fuerit.

ADNOTATIO I.

1 Matrimonium contractum coram Parocho licèt dissentiente, & invito, tenet, & validum reputatur, ut censuit Sac. Congregatio Concilii Tridentini, in *una Vlixb nen. die* 19. *Aug.* 1591. scilicet *item censuit motrimonium coram Paroch*, *& testibus contractum, nisi aliud obstet, volidum esse, quamvis Parochus invitus interfuerit, & alia de causa, quàm ut motrimonio interesset à contrabentibus accersitus fuerit; dum tamen ad actum matrimonii verè & formaliter fuerit adhibitus*.

2 Et rursus sub die 15. Junii 1592. *Sacra Congregatio censuit. Vt matrimonium sit validum, sufficere quidem præsentiam Parochi licèt in.iti, vel contradicentis, oportere tamen ut ad contrahendum matrimonium adhibeatur, alioquin illud esset nullum*.

3 Quod si Parochus ex justa causa dissentiat, in *una Florentina* fuit quæsitum. Primò: *An Episcopus possit punire contrabentes matrimonium contra ejus prohibitionem*.

4 Secundò: *An eos, qui contrahunt coram Parocho ex causa justa dissentiente*.

5 Tertiò: *An eos, qui contrahunt omissis denunciationibus*.

6 Quartò: *An possit punire testes intervenientes in supradictis casibus*.

7 Quintò: *An possit in eisdem casibus punire pœnis pecuniariis locis tamen piis applicandis*.

8 Sacra Congregatio die 7. Februarii 1619. *Ad primum, secundum, & tertium respondit Episcopum posse*.

9 *Ad* 4. *quatenus testes fuerint in dolo*.

10 *Ad* 5. *pariter posse*.

11 Sed si Episcopus, aut Constitutio Synodalis Parocho prohibeat certos matrimonio conjungere nisi servetur forma præscripta, & ille contra prohibitionem det licentiam aut conjungat, tunc matrimonium non valet, si Parochus habeat tantùm potestatem delegatam, & non absolutam, sed limitatam; undè si limites mandati excedat, corruit actus; ut tradunt Doctores relati per *Sanch. de matrim. lib.* 3. *dis.* 32. *n.* 1. secùs

12 autem si matrimonium contrahatur coram Parocho proprietario, vel delegato ad universam curam Parochiæ, vel de ejus licentia coram alio Sacerdote, nisi Episcopus, vel Constitutio Synodalis expressè addiderit decretum irritans in forma præscripta. Etenim speciale est in matrimonio, quòd ex simplici prohibitione minimè irritum reddatur: & Parochus sive proprietarius, sive delegatus ad universalem curam, eo ipso, quòd toti Parochiæ præficitur, habet potestatem dandi licentiam alteri Sacerdoti ad assistendum matrimonio per *Concil. Trident. sess.* 24. *cap.* 1. *de matrim.* & hanc sententiam latè comprobat *Sanch. eod. tract. de matrimon. lib.* 3. *dis.* 32. *n.* 2. & firmavit *Rot. decis.* 750. *p.* 1. *diversor. à n.* 1. *usque ad* 4. *& per totam*, ubi refert ita etiam declarasse *Sacr. Congregationem Concilii*, quòd pro-

13 cedit, etiamsi licentia non faciat in speciementionem de celebratione matrimoniorum, dummodo sit generalis de exercendo ea, quæ concernunt officium Curati, cùm hæc licentia generalis pro validitate matrimonii sufficiat, *Dec. in cap.* 2. *n.* 7. *vers. sed considerandum est, de testibus* per *Textum in cap.* 2. *de matrim. contra interdict. Eccles.*

14 Parochus verò ruralis ad assistendum matrimonio non est proprius, nec verus Parochus, ut validè coram eodem matrimonium contrahi possit, ut declaravit *Sac. Congregat. Concilii* in *una Viterbien.* 1. *Dec.* 1642. nempe *Sac. Congregat. inhærendo declarationibus aliàs factis, respondit, Parochum ruralem non esse proprium, & verum Parochum, quando rus itur causà recreationis, vel pro rusticanis negotiis; ideoque matrimonium validè coram hujusmodi Parocho celebrari non posse, partibus tamen dentur declarationes antiquæ f.ilicet*.

15 In *una Hortana*. *Sacra Congregatio &c. censuit, quod Parochus ruralis non est verus Parochus, quando rus itur causà recreationis, vel pro rusticanis negotiis*.

16 In *Florentina*. *Sacra Congregatio &c. respondit Parochum ruralem non esse proprium Parochum; ideoque matrimonium coram eo celebratum fuisse nullum*.

17 In alia *Abulen. Sacra Congregatio &c. censuit non valere matrimonium contractum coram Parocho loci, ubi contrahentes reperiuntur non animo ibi domicilium contrahendi*.

18 Potest tamen matrimonium contrahi nedum coram Episcopo, sed etiam coram ejus Vicario Generali, ut declaravit Sacra Congregatio Concilii sub die 4. Julii 1621. scilicet *Sac. Congreg. &c. censuit, coram Vicario Episcopi matrimonium contrahi posse, ac si coram Parocho*.

19 Et quamvis aliqui Doctores contradicant, & præcipuè *Petrus de Ledesma de matrim. qu.* 45. *art.* 4. *punct.* 3. *dub.* 4. *fol.* 192.

20 verius tamen est, posse Vicarium ex generali institutione interesse matrimonio, & aliis committere, ut intersint, quia in *Concilio Trident.* expressè disponitur *sess.* 24. *cap.* 1. *de*

de matrim. posse matrimonio assistere Parochum, vel alium Sacerdotem de licentia
21 Ordinarii; & nomine Ordinarii venit etiam Vicarius Episcopi, qui propterea comprehenditur in decretis mentionem de Ordinario facientibus, ut latissimè comprobat *Sanchez de matrim. lib.3. dis.29. n.3.* & signanter in nostris terminis *n.18.* ubi alios allegat. faciunt tradita per *Paris. de resignat. benefic. lib.3. q.11. n.20. & 21.* & per *Seguram in Direct. Judic. 2. p. cap.15. num. 46. & cap.16. n.2.* & per *Enriq. lib.11. de matrim. cap.3. n.4.* & per *Spin. in specul. testam. gl.ss.15. n.38.* & de veriori, & tenenda sententia firmat *Bos. de matrimon. cap.4. §.24. n.62. vers. nihilominus vera, Navar. consil.47. n.1. tit. de sponsal. in 1. edit. & consil.14. n.1. de clandest. despons. in 2. edition. Zipeus lib.4. tit. de sponsal. n.12. Ric. in prax. fori Ecclesiast. decis.259. Gratian. discept. forens. cap.8. num.11. usque ad 15. tom.1. Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg.32. n.117. & 118 Narbona de appell. à Vicar. ad Episcop. p.1. n.201* & ita sæpè declarasse *Sac. Congreg. Concil.* refert *Bellarmin. ad cap.21. sess.24. ejusdem Concil. de refor. matrim. in declarationibus.*

22 Quod procedit etiamsi Vicarius Episcopi non sit Sacerdos, cùm nihilominus validè assistere possit matrimonio contrahendo, & ita tenendum esse subdit *Boss. de matrim. cap.4. §.25. n.67. vers. sed tenendum est,* & in hac sententia residet *Barbos. de officio, & potest. Episcopi allegat.32. num.20. Basilius Pontius lib 5. cap.11. n.11.*

23 Contrarium tamen quòd Vicarius debeat esse Sacerdos, ut matrimonio assistere possit, voluerunt *Navar. lib.1. de offic. ordinar. cons.1. in 1. edit. & lib.4. cons.10. in 2. edit. Salzedo ad Diaz. in pract. crim. canon. cap.73. vers. quartodecimo, Hieron. Vener. lib.1. examinis cap.39. n.6. Cevallos tom.1. q.604. n.59. Cenedo q.30. n.46. Ugolin. de potest. Episcopi cap.15. §.10. n.5. Zerula 2.p. praxis in verbo Parochus 1. tertio, Sayrus decis.1. sub tit. de offic. ordinar.*

24 Non est tamen recedendum à prima sententia, quia nec in Parocho beneficium curatum possidente exigitur qualitas Sacerdotalis; adeout Parochus licet non sit Sacerdos validè assistat celebrationi matrimonii, ut de veriori tenent communiter Doctores latè *Sanch. de matrim. lib.3. disp.20 num.2. Joan. Leo in Thesaur. fori Ecclesiast. par.2. cap.9. n.39. Guttier. de jurament. confirmator. p.1. cap.14. n.13. in fin. & in tract. de matrim. cap.62. sub n.16.* latè *Cened. pract. & canonic. quæst. lib.1. quæst.30. n.54. cum seq. Navar. cons.6. n.2. de clandest. desponsat. in 2. edit. & cons.45. de sponsal. in 1. edit. Vega in Sylva lib.6. cas.119. in fin. Petrus de Ledesma in tract. de matrim. q.45. art.5. punct.3. dub.3. concl.3. Sabagun. ad tit. de sponsal. n.88. Ceval. commun. contra communem. q.604. à n.56. Basil. Pont. lib.1. cap.28. n.6. Coninc. dis.27. dub.2. num.21. Bonacin. oper. moral. in tit. de matrim. qu.2. punct.8. n.16. Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg.32. n.112. Bossius de matrim. cap.4. §.37. n.101.* ubi ita sæpè declarasse Sacram Congregationem testatur.

25 Quod procedit, etiamsi Parochus esset in prima tantùm Clericali tonsura initiatus, ut declaravit Sac. Congregatio Concilii in una Marianen. in qua *Sac. Congreg. censuit matrimonium contractum coram Parocho primâ tonsurâ initiato, qui intra annum ad Sacerdotium non fuit promotus, esse validum. Die 29. Martii 1653.*

Ac proinde sicut Parochus, etiamsi non sit Sacerdos, potest assistere matrimonio, ita multò magis Vicarius Generalis, qui est Ordinarius, & facit unum Tribunal cum
26 Episcopo; & ratio est quia etiam Parochus non Sacerdos verè est Parochus, & propriè dicitur actu habere curam animarum, & potest in sua Parochia exercere ea omnia, quæ non dependent à potestate ordinis, donec infra annum promoveatur ad Sacerdotium, prout disponit *Text. in cap. licèt canon cap. cum ex eo, & cap. commissa de elect. in 6.* & sancivit *Sacr. Concil. Trid sess.22. de reform. cap.8.* & cum versemur in materia correctoria, ut est decretum Sac. Concil. quoad præsentiam Parochi in matrimonio, ejus verba sunt strictè intelligenda, ut verisimile non sit Concilium ad hunc actum exigere voluisse qualitatem Sacerdotii in Parocho; utpote quia celebratio matrimonii non dependeat à potestate ordinis, sicut dependet administratio baptismi, pœnitentiæ, & aliorum Sacramentorum, in nihilo refragante, quòd Concilium disposuerit, matrimonium celebrari debere coram Parocho, vel alio Sacerdote de licentia ipsius Parochi; tum quia ex particula illa, *vel alio Sacerdote* non potest desumi sufficiens argumentum ad corrigendum jus commune volens Parochum non Sacerdotem posse exercere omnia munera parochialia non dependentia ab ordine Sacerdotali, & sacro; tum etiam quia quamvis dictio *alio* personam ejusdem qualitatis referre censeatur, non tamen dici debet Concilium voluisse de necessitate Parochum esse Sacerdotem; sed ita locutum fuisse, quia frequentius, & communiter accidit, quòd Parochi sint Sacerdotes, & raro contingit Parochiales Ecclesias conferri non Sacerdotibus, aut aliis, qui intra annum ad Sacerdotium promoveri nequeant,

queant, ut bene animadvertunt, *Barbos. dicta alleg.32. n. 105. & Bossius de matrim. cap.4. §.36. n.102. cum seq.* & ita censuit *Sac. Congregat. Concilii sub die 14. Decembris 1593. in una Abulen.* nempe *Ad 3. respondit: matrimonium contractum coram Parocho non Sacerdote utique valere*; de qua *Garz. de benefic. p.9. cap.2. n.295. & Bellarmin. ad cap.1. sess.24. de reform. in declarationibus in ultima declaratione, & Boss. de matrim. cap.4. §.25. n.67. vers. quia etiam Parochus, & n.102.*

27 Et in alia sub die .... Julii 1610. ad instantiam Archipresbyteri S. Archangeli Sac. Congregatio censuit *Ad 2. Matrimonium validè contrahi posse coram Parocho, quamvis in sacro subdiaconatus Ordine adhuc non constituto: cæterùm an sit eodem modo validum matrimonium contractum coram Clerico, aut Diacono, aut Subdiacono, non Sacerdote, qui tamen non sit Parochus, sed à Parocho licentiam obtinuerit, esse dubiæ quæstionis, nec aliter examinandæ, nisi casus acciderit.*

28 In hac tamen dubia quæstione verior, & recepta sententia est, quòd nec Parochus, nec Episcopus hujusmodi licentiam assistendi matrimonio possint concedere Clerico non Sacerdoti; quoniam licèt assistentia Parochi præstanda in matrimoniali solemnizatione non sit functio Sacerdotalis ordinis; tamen hoc procedit quando ipsemet Parochus non Sacerdos assistat; secùs autem quoad delegationem, cum tunc servanda sit forma sancita à Sacro Concilio Tridentino, ut substituatur Sacerdos, qui de Parochi licentia assistat, non tamen necessarium est, ut sit Sacerdos approbatus, *Navar. conf.6. n.2. in tit. de clandestin. despons. in novis, Petrus de Ledesm. in summa p.1. de Sacrament. Matrim. cap.5. col.4. vers. seguese lo secundo, Guttier. in tract. de matrim. cap.62. n.22. Ceval. commun. contra commun. q.604. n.58. Basil. Pont. de impediment. matrim. cap.26. §.6. vers. iis autem Sabagun. in cap. quamvis n.13. de offic. delegat. & in tit. de sponsal. n.89. Franc. Molin. de ritu nuptiar. lib.2. diss.11. num.133. Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg.32. n.112. Boss. de matrim. cap.4. §.37. nu.106.* ubi quòd ita sæpe declaravit Sac. Congreg. ut videre est apud *Farinac. in declarationibus ad cap.1. sess.24. de reformat. Sanch. de matrim. lib 3. q.20. n.10. & 11.* ubi contrariis respondit.

29 Licentia verò ad assistendum validè matrimonio non solùm ab Ordinario, vel à Parocho dari potest Sacerdoti seculari, sed etiam Regulari, quia Concilium generaliter loquitur de omni Sacerdote, ibi -- *alii Sacerdoti*, & ibi -- *alii Sacerdoti*, & desumitur ex *Clementin.1. de privileg.* in qua

30 dum prohibetur Religiosis sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, ne audeant Sacramenta ministrare, & matrimonia solemnizare absque speciali licentia Parochi, sequitur quòd accedente hujusmodi licentia validè, & licitè, supradicta ministrare possint, ut diffusè tradit *Boss. in tract.*

31 *de matrim. cap.4. §.40. n.111.* & patet ex sequenti declaratione, in qua sub die 12. Januarii 1613. *Sacra Congregatio censuit, si Sacerdos, quo præsente alius Regularis Sacerdos matrimonio interfuit post mortem Parochi, cujus fuerat coadiutor, & in coadiutoris munere de licentia Episcopi perseveravit, utique hujusmodi matrimonium fuisse validum, & talem Sacerdotem Regularem in nullam incidisse suspensionem.*

32 Potest etiam Parochus concedere hanc licentiam Sacerdoti à contrahentibus eligendo; & proposito dubio in Sac. Congreg. Concil. in quo quæsitum fuit: *An licentia contrahentibus matrimonium designatis à Parocho concessa in scriptis, ut matrimonio inter se celebrando quamvis Sacerdotem eorum arbitrio adhiberi possint, censeatur sufficiens ad validitatem matrimonii, cui alius Sacerdos vigore ejusdem licentiæ interfuit.*

Sac. Congregatio censuit sufficere die 15. Junii 1589.

33 Quòd si matrimonium contrahatur coram Sacerdote extraneo, qui habeat licentiam à proprio Parocho unius ex contrahentibus, sed ignorat illam habere, prout etiam ignorat unus ex contrahentibus, dubitatum fuit an sit validum; proposito dubio in Sac. Congregatione Concilii, *Sac. Congregatio* in una *Nullius sub die 15. April. 1628. censuit matrimonium contractum eum supradicta ignorantia non esse validum*, de qua *Barbos. de offic. Parochi cap.21. n.75. & in collect. Bullar. in verbo Matrimonium.*

34 Sed si forte is, cui Parochus dedit licentiam assistendi matrimonio, sit merus laicus, communi tamen existimatione reputatus fuerit pro Sacerdote, valet matrimonium coram eo contractum; utpote quia concurrit titulus præsumptus, licentia scilicet à Parocho facultatem habente concedendi, & communis error: impedimentum verò, ob quod invalida est licentia est solius juris humani, quo casu jus supplet defectum, & gesta per eum redduntur valida, *Guttierez de matrim. cap.62. n.26. vers. secundo quod, Sanch. de matrim. lib.3. disp.22. n.61. vers. valet etiam matrimonium, Bossius eod. tit. de matrimon. cap.4. §.38. n.108. Filinc. tom.1. tract.10. cap.6. n.206. Bonacin. oper. moral. in tit. de matrim. qu.2. punct.8. n.30. idem*

Bossius

Bossius in tract. de tripl. Jubil. privil. sect.3. cas.2. §.3. n.144. cum seq.

35 Cæterùm ut alius Sacerdos ab Ordinario, vel à Parocho delegatus ad assistendum matrimonio facultate suæ delegationis uti, & validè assistere possit, necesse est ut habeat certam, & indubitatam scientiam licentiæ concessæ, præcipuè si à Parocho, vel Ordinario hujusmodi licentia concessa fuerit motu proprio, vel ad instantiam alterius non missi ab eo Sacerdote: imò nec valet matrimonium, si fuerit jam illius licentiæ conscius per alium, quàm per impetrantem, aut ejus, vel Parochi concedentis nuncium; sed si licentia concessa fuerit nuncio ab eo Sacerdote misso, valet matrimonium: siquidem hujusmodi licentia censetur non solum quoddam privilegium, verumetiam quędam species donationis, & licèt propriè jurisdictio non sit, reputatur tamen quasi jurisdictio, seu potiùs quasi jurisdictionis exercitium, quod ignoranti conferri nequit; adeout quandiu quis ignorat jurisdictionem se habere, non valet quod agit, *Bartol. in l. Barbarius in 2. lectura n.18.* ibique *Bald. in 2. lectura n.28. ff. de offic. Prætor. Bertachin. in suo repertorio litt.D. verb. Delegatus, & Vicarius sub num.*140. *Ferret. cons.75. n.4.* & comprobat *Sanch. de matrim. lib.3. dis.36. n.8. Barbos. de offic. Parochi cap.21. num.75. Hurtado de matrim. dif.5. diffic.13. Boss. eod. tit. de matrimon. cap.4. §.49.n.137. cum seq. Basilius Pontius lib.5. cap.29. n.8. Rot. decis.750. num.11. tom.1. divers.* & facit declaratio *Sac. Congregat.* relat. *supra n.33.*

36 Debet propterea Sacerdos esse certus de licentia Parochi, aut Ordinarii de assistendo matrimonio; adeout non debeat credere contrahere volentibus, & asserentibus habere præfatam licentiam ad obviandum fraudibus, quæ præcipuè ad decipiendas fœminas intervenire solent, ut latè rationibus, & auctoritatibus probat *Sanch. de matrim. lib.3. dis.31. n.2. cum seq. Basilius Pontius lib.5. cap.29. n.8. Coninch. dis.27. n.39. Bonacin. oper. moral. in tit. de matrim. q.2. punct.8. nu.38. Valer. Reginal. lib.31. n.181. Tamburin. de jure Abbat. dis.8. q.2. in fin. Bossius de matrim. cap.4. §.50. n.141. Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg.32. n.134. & de offic. Paroch. cap.1. n.76. & ad Concil. Trident. sess.24. cap.1.*

37 *n.46.* qui tamen limitant, si afferantur certa signa, vel afferatur à persona spectatæ fidei, de cujus veritate nullo modo dubitari possit: si autem non esset vera illa licentia, matrimonium cum illa contractum esse nullum censuit *Sac. Congregat. Concilii die 7. Septembris* 1620. de qua *Barbos. de offic. Paroch. cap.21. n.77.*

38 Quòd si Parochus habeat possessionem Parochiæ, & absque titulo collato à legitimo superiore intrusus existat, non valet matrimonium coram eo celebratum, quia in neutro foro valent gesta per illum, licèt adsit communis error facti, & pro Parocho reputetur, ut probat *Sanch. de matrim. lib.3. dis.22. n.49.* ubi alios pleno calamo allegat, & clariùs in puncto *n.6. Boss. eod. tract. c.4. n.100. & in tract. de triplici Jubilæi privil. sect.3. cas.2. §.4. à n.153. usque ad n.163.* ubi latè contra *Basilium Pontium, Guttier. de matrim. cap.62. n.26. vers. primo.*

39 Sed si Parochus possideat beneficium Parochiale cum titulo non vero, & legitimo, sed collato à legitimo superiore nulliter tamen ob vitium occultum, scilicet excommunicationis, irregularitatis, incompatibilitatis alterius beneficii, vel nullitatis concursus, vel defectu examinatorum Synodalium, & similium, vel ob delictum, quo ipso jure privatur beneficio, validè assistit ma-

40 trimonio; quia dum adest communis ignorantia nullitatis tituli, & concurrat ipse titulus coloratus, & putativus, & communis error, verum Parochus utroque foro jurisdictionem habet, & valent per eum gesta, sive spectent ad forum externum, sive ad forum conscientiæ, juxta dispositionem *Textus in l. Barbarius §. si servus ff. de offic. Prætor.* ubi communiter scribentes, & in nostris terminis latè tradit *Sanch. de matrim. lib.3. dis.22. n.5. & 13. & n.60. cum seq. Boss. de matrim. cap.4. §.35. n.96. cum seq. Guttier. cap.26. n.26. Augustin. Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg.32. n.103. & de offic. Paroch. cap.21. n.55. Rodriquez in summ. in 2. edit. cap.219. n.8. Henriq. lib.1. de matrim. cap.2. num.4. Manuel. in summ. tom.1. in 2. edit. in cap.219. num.8. Ægydius Coninchius dis.27. dub.2. num.26. Basilius Pontius lib.5. cap.19. per totum,* & præsertim *n.19. Filiuc. tom.1. tract.10. c.6. n.205. Bonac. oper. moral. in tit. de matrim. q.2. punct.8. n.24.* rursus *Bos.* latissimè *in tractat. de triplici Jubilæi privilegio sect.3. cas.2. §.4. à n.144.* & in una Cæsenaten. *die 31. Julii 1627. Sac. Congregat. Concilii censuit matrimonia celebrata à Parocho, cujus provisio nulla prætenditur ex defectu examinatorum Synodalium, esse pro validis habenda*, de qua *Boss. & Barbos.*

41 Dubitatum tamen fuit in una *Sarzanen*, an matrimonium contractum absque denunciationibus, sine licentia Ordinarii, coram testibus, & Parocho contradicente, qui audivit tantummodo verba consensus per sponsum præstiti, dum præ manibus habens sponsam dixit nonnulla verba, quæ tamen non intellexit, an inquam sit de jure validum.

24 Se-

42 Secundò An quatenus matrimonium prædictum esset invalidum debeat Episcopus ex officio illud declarare invalidum, & contrahentes in foro exteriori puniri, & quibus pœnis.

43 *Sacra Congregatio secundum ea, quæ proponuntur ad primum respondit, sustineri, etiam si Parochus non intellexerit verba sponsæ, dum tamen de illius consensu, ex aliis signis constiterit.*

44 *Ad secundum posse Episcopum tam contrahentes, quàm alios, qui ministerium præstiterunt pœnis arbitrariis punire. Die* 15. *Februarii* 1648.

45 Mulieres Græcæ nubentes cum viris latinis an servare debeant ritum proprium græcum, an verò ritum latinum.

46 *Sac. Congregat. Concilii in una Rossanen. Ad secundum censuit Mulieres Græcas nubentes cum latinis servare debere ritum latinum ipsorum, viros autem sequi non posse ritum mulierum Græcarum.*

47 Si ad contemptum Parochorum Catholicorum Præsbyteri tam Schismatici, quàm uniti assistant matrimoniis omissâ formâ Sacri Concilii Tridentini non sine maximis inconvenientibus, sub prætextu quòd non adstringantur Decreto ejusdem Sacri Concilii si decretum ejusdem *Sac. Concil. in cap.* 1. *sess.*24. *de reform. matrim.* sit publicatum in Parochia, juxta formam ejusdem Sac.Concilii matrimonia pro validitate celebrari debere etiam per Sacerdotes tamSchismaticos, quàm unitos, & si contraveniant puniri posse, ita in *Vilernen. die* 25. *Junii* 1639. *ad quartum censuit Sac. Congregat.Concil.*

48 Et in una Poloniæ quæsitum fuit: An quando Mulier Catholica cum hæretico, vel è contra matrimonium contrahat præsente Ministro hæretico in loco, in quo dubitatur an Sacrum Concilium Tridentinum fuerit publicatum, debeant coram Parocho Catholico iterum contrahere.

Sac. Congregatio respondit, si non constet de publicatione Sac. Concil. in Parochia contrahentium non esse invalida matrimonia coram Ministro hæretico contracta; si verò constet de publicatione Concilii in Parochia saltem ex illius observantia per aliquod tempus tamquam decretum Sac. Concil. ad validitatem Matrimonii requiri, ut coram Parocho Catholico iterum contrahant.

49 Et in alia Constantinopolitana *Sac.Cong. censuit ex Ritualis Romani de Sacramento matrimonii formam decreti Sac.Concil.Trid. continentis observantia per tot annos in singulis Parochijs Civitatis Peræ uti decretum Sac. Concilii, seu summi Pontificis Romani subsecuta induci præsumptionem publicationis ipsius decreti, ita ut in celebrationa matrimoniorum pro illorum validitate servanda sit forma ab eodem Concilio præscripta, matrimonium contractum inter Francischinam, & Pellegrinum ab initio invalidum ratione metus, non fuisse purgato metu ex cohabitatione, & copula convalidatum, sed requiri ut denuo contrahatur adhibita hujusmodi ritualis, & Sac. Concilii Tridentini forma. die* 16. *Decembris* 1634.

50 Ad matrimonii validitatem etiam inter hæreticos adhibenda est præsentia Parochi unà cum testibus, ut declaravit Sacra Congregatio Concilii die 18.Julii 1602. scilicet. *Item censuit nequaquam valida esse matrimonia inter hæreticos coram Magistratu loci hæretico contracta, sed omnino, ut valida sint, coram Parocho, & testibus ab eisdem quoque hæreticis esse contrahenda*, & patet ex aliis *declarationibus à Cardinal. Bellarmino* relatis *ad cap. primum sess.*24. *de reformat.*

51 *matrim.* ubi tamen decretum Sacri Concilii Tridentini publicatum fuit: etenim, quod possit Sacerdos, & Parochus Catholicus assistere matrimonio hæreticorum in sua Parochia habitantium interdictum non videatur ratione evitandi excommunicationem, quia hodie, ut quis teneatur evitare hæreticos, & alios excommunicatos requiritur denunciatio, neque ratione reverentiæ sacramenti, quod hæretici indignè sumunt, quia Parochus assistens Matrimonio non est minister ejus, sed tantùm testis authoritativus, & ita Viennæ. Austriæ, & Pragæ etiam hæreticos contrahere matrimonia coram Parocho Catholico, cui subsunt, refert *Bos. de matrim. cap.* 1. §.28. *n.*78. *per tot.* ubi quid observetur in Gallia.

52 Contrarium tamen tenet *Layman lib.* 5. *tract.* 10.*p.*2. *cap.*4. *n.*7. *vers. denique*, qui putat hæreticorum matrimonia esse valida, etiam si non fuerint celebrata cum Parochi præsentia; & quamvis in locis reperiatur proprius Episcopus, & Parochus, & Tridentinum esset receptum, cum existimandum sit in Civitatibus Germaniæ, in quibus Lutherani cumCatholicis permixti vivunt, Summorum Pontificum voluntatem non esse, ut Tridentini decretum se extendat ad matrimonia illorum sine legitimo Pastore celebrata, ne multa incommoda oriantur, si eorum filii legitimè nati non sint, & sic incapaces officiorum, Dignitatum, & Sacrorum Ordinum; quæ *Layman.* opinio adversatur resolutionibusSac.Congregationis, ac proinde non videtur tuta.

53 Veritas tamen est, quòd ad matrimonium contrahendum coram Parocho, & testibus obligentur illi, apud quos promulgatum fuit Concilium Tridentinum, qua publicatione non factâ, habitatores, & ignorantes

non

non tenentur ad ejusdem observantiam, ut tradit *Petrus de Ledesm. in summ. p. 1. de sacrament. Matrim. cap. 6. col. 4. dub. 5. Gutier. de matrimon. cap. 1. n. 12. Nau. conf. 8. n. 1. sub tit. de clandestin. despons. in novis, Henriquez. lib. 11. cap. 33. §. 8. Cevall. commun. contra commun. q. 604. n. 143. Gallet in margarit. cas. conscien. in verbo matrimonium pag. 163. col. 2. Molfes. in summ. Theolog. moral. tract. 4. cap. 9. n. 19. Basil.* Pontius *cap. 26. §. 2. vers. 4. Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg. 32. n. 152. & de offic. Paroch. cap. 21. n. 90. Sanchez de matrim. lib. 3. dis. 18 n. 1.* ubi subdit, quòd licèt legitimè publicatum fuerit sed non usu receptum, cesset obligatio ad observantiam: sicut generaliter lex non recepta saltem quando decem anni transierunt non obligat, ut tradunt communiter *Doctores in cap. 1. de tregua, & pace,* & ita docet *Petrus Ledesm. de matrim. q. 45. art. 5. punct. 3. Nau. lib. 4. in 1. edit. tit. de spons. conf. 9. n. 1. & conf. 53. n. 1. & conf. 38. n. 2. in 2.* verò *edit. conf. 5. n. 2. Manuel 1. to. summ. 2. edit. cap. 219. n. 2.* peccant tamen illi, qui
55 omnino clandestinè contrahunt, prout peccabant ante Tridentinum ita contrahendo.

56 Si verò cives, & incolæ locorum, in quibus Tridentinum obligat tamquam publicatum, & receptum, se conferant in alium locum, ubi non fuit receptum, animo tamen ibidem constituendi domicilium, possunt ibi absque Parocho, & testibus matrimonium contrahere, cum per electionem novi domicilii, non amplius adstringantur legibus prioris habitationis: ita *Sanchez de matrim. lib. 3. dis. 18. n. 27. Guttier. eod. tract. de matrim. q. 2. punct. 8. n. 2. Hurtado eod. tract. dis. 5. difficult. 4. in prin. Homobonus de Bonis de examine Ecclesiast. tract. 11. cap. 7. q. 17. resol. 3. vers. secundo, Henriquez lib. 11. cap. 8 §. 8. Basilius* Pontius *cap. 26. §. 2. vers. hinc etiam fit, & de matrim. lib. 5. cap. 9. Ægid. de Coninch. dis. 27. dub. 1. n. 14.*

57 Sed si sponsi in fraudem Sac. Concilii Tridentini ex Civitate, & Diœcesi, in qua habitabant, & Sac. Concilium erat receptum, ad aliam hæreticorum alterius diœcesis, in qua non erat receptum, confluant, & matrimonium contrahant; matrimonium redditur nullum, & invalidum, quia fraus nemini patrocinari debet, *cap. sedes, & cap. ex timore de rescriptis*, & in *una Poloniæ proposito dubio in Sac. Congregatione.*

Sac. Congregat. Concil. respondit matrimonium non esse validum inter sic contrahentes cum fraude. Die 16. Aprilis 1639.

58 Et ita etiam censuisse in *una Colonien. 5. Septembris 1626. & in Antuerpien. 16. Decembris 1628. &* refert Barbos. de offic. Parochi cap. 21. n. 92. de quibus etiam Boss. *Part. III. Posthuma.*

sius de matrim. cap. 4. §. 29. n. 80. post med. & tradit *Sanchez de matrim. lib. 3. dis. 18. n. 29.* licèt ipse contrarium sentiat, *Henriquez de matrim. lib. 11. cap. 3. n. 8. Manuel in summ. in 1. edit. cap. 219. n. 2. in fin.* nam eo ipso quòd publicatum fuerit Concilium in aliquorum Parochia, Parochiani contrahunt obligationem servandi Conciliare decretum, quòcunque confluant; præcipuè quia Tridentinum irritat clandestina matrimonia, redditque ipsas personas inhabiles ad ita contrahendum, quæ inhabilitas, cum sit quid personale comitatur personas quòcunque migrent; adeout loci mutatione tanquam per injectum laqueum non cesset.

59 Quod si recessus à loco habitationis fuit factus ad evitanda impedimenta, puta inimicitias, obstacula parentum, & similium validum esse putant Doctores mox citandi matrimonium celebratum in loco, ubi non fuit publicatum, & receptum Concilium, etiam non servatis ejusdem solemnitatibus, cum tunc Contrahentes censeantur uti eorū jure; & in hac sententia resident *Sanchez de matrim. lib. 3. dis. 18. n. 29. vers. cæterum displicet mihi hæc limitatio*, ubi *in n. sequen.* contrariis respondet, *Boss. eod. tract. de matrim. cap. 4. §. 29. sub. n. 79. & 80. Barbos. de offic. Paroch. cap 21. n. 92. Covar. decr. 2. p. c. 8. §. 2. n. 10. Sarmiento l. 1. select. c. 9. n. 8.*

Incola verò loci, in quo non fuit publica-
60 tum Concilium, si pergat ad locum, in quo publicatum existat, tenetur contrahere matrimonium ad formam Sacri Concilii coram Parocho, & testibus; nam ea solemnitas adhibenda est, quam exigunt leges loci, ubi contractus celebratur, latè *Sanchez de matrim. lib. 3. dis. 18. n. 10. juncto n. 26. Barbos. de offic. Parochi cap 21. n. 94. Petrus de Ledesm. de Matrim. q. 15. punct. 3. ad fin. Ægid. de Coninc. dis. 27. dub. 1. ad fin. Bonacin. Oper. moral. in tit. de matrim. q. 2. punct. 8. n. 5. idem Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg. 32. n. 155.*

61 Si autem Parochiæ viri, & mulieris sint in diversis Diœcesibus constitutæ, & matrimonium celebretur in Parochia mulieris coram Sacerdote habente licentiam à Parocho viri, *Sac. Congregatio Concilii in una Aquilanen. die 16. Februarii 1595. censuit matrimonium esse validum.*

Quæ resolutio non videtur concordare cum alia emanata *sub die 15. Novembris* 1574. ad instantiam *Emanuel Sà* per litteras familiares ad eandem Sacr. Congreg. transmissas, quibus respondit.

62 *Ad validitatem matrimonii sufficere præsentiam solim Parochi proprii mulieris, quando matrimonium in Parochia mulieris contrahitur.*

63 *Similiter censuit sufficere præsentiam solius Parochi viri, si modo matrimonium contrahatur in Parochia viri.*

64 *Unde consequens erit, ut si vir unius Parochiæ accesserit ad Domum mulieris alterius Parochiæ, & secum duxerit proprium Parochum suum, & coram eo solo matrimonium contraxerit, absque præsentia, seu licentia Parochi mulieris, vel absque licentia Ordinarii, matrimonium sit nullum &c.*

65 Pro prima tamen resolutione urget, quòd Tridentinum solùm requirit ad matrimonii validitatem præsentiam Parochi proprii, qui jurisdictionem voluntariam, qualis reputatur matrimonii assistentia exercere potest etiam extra limites suæ Parochiæ, sicut confessiones suorum Parochianorum audire potest; præcipuè quia exercitium hujus jurisdictionis contentiosum dici nequit, cùm non exigat causæ cognitionem, *Navar. lib. 4. consf.52. in tit. de sponsal. in 1. edit.* ubi testatur ita decisum à Cardinalibus, *Henriq. lib.11. de matrim. cap.3. n.2. Manuel to.1. in summ. cap.219. n.5. in 2. edit. Petrus de Ledesma de matrim. q.45. n.5. punct.3. dub 3. concl.2. Bart. à Ledesma dub.2. t. de matrim. fol.1331. §. annotare oportet secundo, Segura in direct. Jud. 2. p. cap.15. n. 47. Vivald. in Candelabr. 1. p. de matrim. n.244.* & videtur tenere *Spino in specul. de testament. gloss.15. n.41.* & ita prorsus tenendum esse docet *Sanch. de matrim. lib.3. disp.19. n.11.* juxta *per eum* tradita in antecedenti *n.8.* & *n.17.* subdit quòd Parochus assistens matrimonio extra Parochiam non peccet, cessante scandalo.

66 Alia verò declaratio innititur aliis declarationibus ejusdem Sac. Congregationis relatis per *Sanch. de matrimon. lib.3. disp. 19. n.10.* & comprobatur ratione; quia Parochus, in cujus Parochia contrahitur matrimonium duplici titulo legitimus est, non solùm quia est Parochus unius ex contrahentibus, verùm etiam quia in ejus Parochia contrahitur, undè alter Parochus non debet ponere falcem in messem alienam, & exercere in aliena Parochia hujusmodi actum jurisdictionis, quæ non potest dici merè voluntaria, sed potiùs contentiosa, dum habet alium Parochum contradictorem, & indigeat causæ cognitione, & Sacræ Congregationis resolutione, juxta tradita per *Sanch. dicta disp.19. n.7. & 8.* & in hac sententia videntur residere *Navar. in summ. latina cap.25. in fin. & lib.4. consil.52. in tit. de sponsal. in 1. edit. & in 2. de clandestin. desp. consf.4. Salzedo pract. cap.37. in nova edit. vers.14. Ludov. Lopez 1. part. instruct. cap.86. §. præterea, & 2. p. de matrimon. cap.39. §. præterea advertendum;*

67 sed quòd relatæ pro hac sententia declarationes Sacræ Congregationis procedant de consilio, cùm expediat eum Parochum matrimonium assistere debere, in cujus Parochia celebratur, cum habeat majus jus, & magis ratione consonum videatur, respondit *Sanch. de matrim. lib.3. disp.19. n.12.*

68 Captivi verò, qui sub infidelium tyrannide, & servitute detinentur, validè contrahere possunt matrimonium sine Parocho, & testibus, quamvis in eorum patria, & Parochia ante eorum captivitatem publicatū, & receptum fuerit decretum Sacri Concilii Tridentini; & quamvis ibi inviti repetiantur, & animum permanendi non habeant; nam præfatum decretum ut obligare valeat exigit publicationem in loco, & Parochia, ubi contrahi debet matrimonium, ibi -- *decrevit insuper, ut hujusmodi decretum in unaquaque Parochia suum robur post triginta dies habere incipiat à die prima publicationis in eadem Parochia factæ numerandor* -- ac proinde in loco infidelium, cùm hæc conditio deficiat, contrahentes non tenentur servare solemnitatem à Sacro Concilio requisitam; sed exuberat si contractus celebratur juxta solemnitates loci, & hanc probabiliorem sententiam existimat *Sanch. de matrim. lib.3. disp.18. n.35.*

69 Sed quamvis à præfatis captivis servari non possit forma decreti Sac. Concilii quoad præsentiam proprii Parochi, tamen servari debet saltem quoad numerum duorum, aut trium testium, qui ex eodem decreto adhiberi debent, ut meliori, & opportuniori modo, quo fieri potest, matrimonii clandestinitas evitetur; ita in similibus terminis declaravit Sac. Congregatio Concilii in una *Belgien sub die 27. Martii 1632.* scilicet.

70 *Sac. Congregatio Concilii, inhærens declarationibus aliàs factis, censuit ubi constat decretum ejusdem Sac. Concil. esse publicatum, vel aliquo tempore in Parochia tanquam decretum Sac. Concil. observatum, sed Parochialis Ecclesia utpote vacans proprio Parocho, & Cathedralis itidem Episcopo, atque Capitulum facultate alium Sacerdotem delegandi careat, nullusque alius ibi sit, qui vices Parochi, vel Episcopi suppleat, matrimonium valere absque præsentia Parochi servatâ tamen in eo in quo potest, formâ Concilii, adhibitis saltem duobus, aut tribus testibus; & si existat quidem Parochus, vel Episcopus, sed nullo constituto Vicario, uterque metu hæreticorum lateat, ita ut verè ignoretur ubinam sit, vel eorum metu à diœcesi absint, nec ad alterutrorum sit tutus accessus, validum esse matrimonium contractum absque forma Sacri Concilii Tridentini, adhibitis tamen, ut dictum est, duobus testibus.*

17 Ca-

17 Capellani verò Hospitalium expositorum fungi non possunt officio Parochi, ut validè assistere censeantur expositorum matrimonio, si ex privilegio Apostolico speciali non sit concessum: undè in una Eugubina Gubernatores Hospitalis expositorum dictæ Civitatis asserentes Sacerdotem ibi in Confessarium deputatum cum approbatione Episcopi huc usque puellis expositis administrasse matrimonia prævils denunciationibus in Ecclesia Ipsius Hospitalis, hinc habuerunt recursum ad Sac. Congregationem pro declaratione: an hujusmodi matrimonia celebranda sint coram eodem Sacerdote, & non coram Parocho, seu Rectore Ecclesiæ Parochialis, intra cujus limites dictum Hospitale existit.

73 *Sac. Congregatio censuit matrimonium dictarum Puellarum esse celebrandum coram proprio Parocho non autem coram dicto Capellano Hospitalis. Die 12. Aprilis 1651.*

74 Et subortâ simili controversiâ inter Administratores Venerabilis Hospitalis Sancti Salvatoris ad Sancta Sanctorum Urbis, & Lateranensis Ecclesiæ, seu Basilicæ Curatum, seu Vicarium, & propositâ causâ in *Sacra Congregatione Visitationis Apostolicæ sub die 27. Novembris* 1670. prodiit resolutio Parocho favorabilis *ei scilicet competere jura Parochialia*, de qua *Cardinalis de Luca in Theatro veritatis to.12.p.3. de Parochis dis.38.n.21.*

75 Matrimonium verò sine præsentia Parochi per verba de præsenti contractum, etiam copulâ subsecutâ, irritum, & nullum remanet, & in sponsalia de futuro minimè resolvitur, ut censuit *Sac. Congregat. Concilii in una Nullius die 8. Junii 1595.*

Prænestina Baptismi.

ARGUMENTUM.

INfans pelle secundinâ circumdatus licèt ob periculum mortis baptizari possit, tamen ob dubietatem an ablutus fuerit rebaptizari potest sub conditione. Filii infidelium, & Judæorum an, & quando invitis Parentibus baptizari possint, diversi casus disceptantur.

SUMMARIUM.

1 INfans pelle secundinâ indutus, ob mortis periculum, baptizari potest, dubiè tamen baptizatur, n.2.
2 Baptismus non est validus, si aqua contingat tantùm vestes, vel aliud extra carnes.
4 Dubiè baptizatus rebaptizari potest sub conditione.
5 Traditur forma hujus rebaptizationis.
6 Hoc sacramentum est cum maxima securitate tradendum.
7 Validus esset Baptismus, si vestis secundina esset tenuis, vel porosa, ut aqua ad corpus flueret
8 Baptismus non est tutus, si non abluatur caput, vel alia pars corporis notabilis, sed tantùm manus, vel pes; & tunc est reiterandus sub conditione.
9 Baptismus est necessarius & ratione medii, & ratione præcepti.
10 Parentes curare debent, ut eorum filii, & domestici quàm primum baptizentur.
11 Pueri usum rationis habentes baptizari curare debent.
Salvari possunt, si baptismum habeant in voto, & ob impotentiam suscipere nequeant, ibidem.
Salvantur etiam per martyrium passum pro Christi fide, ibidem.
12 Parvuli infidelium, & Hebræorum, si ad Christianorum manus perveniant, & eorum parentes longè distent, baptizari debent.
13 Limit. si pueri Infidelium sint in potestate parentum; nam tunc baptizari non possunt.
14 Præcipuè si parvuli infidelium non sint usu rationis capaces; nam tunc etiam si baptismum peterent invitis parentibus, non sunt baptizandi: secùs autem si incipiant habere usum rationis; nam tunc possunt induci ad fidem exhortatione non coactione, n.15. Contrarium n.17.
16 Et post usum rationis postulantes baptizari, possunt, completo tamen septennio.
18 Filii infidelium in articulo mortis baptizari possunt.
19 Filii infidelium jam baptizatorum, etiam invitis parentibus baptizari possunt.
20 Filios natus ex uno parente Christiano, & altero infideli reluctante, baptizari potest, & n.21.
21 Filius quo ad fidem sequitur ventrem.
22 Filius natus à parentibus infidelibus, si alter convertatur ad fidem, sequitur parentem innocentem.

DECISIO CLXVII.

BElardinus Ferrus post completam ætatem quatuordecim annorum memor, prout ab ejus parentibus audivit, baptizatum fuisse pelle secundinâ indutū, prout natalitium diem habuit, dubitans de administrati Sacramenti validitate, cupiebat de novo baptizari; recusabat tamen Parochus devenire ad hunc actum absque Ordinarii participatione, & facultate. Re ad me delata, tunc Vicarium Generalem Eminentissimi, & Reverendiss. D. Cardinalis Bichii Episcopi, & animadverso articulo, censui ad cautelam rebaptizandum esse sub conditione.

1 Quoniam licèt infans pelle adhuc secundinâ circumdatus propter mortis periculum baptizari possit, secundùm *Frat. Angel. de Clausio in sua summ. Angelica in verbo Baptismus 6. n. 4. Frat. Bartholomæum Fumum in sua summ. Armil. eod. verbo n.27. in fin. & per summ. Sylvestrinam eodem verb. Bap-*
2 *tismus 4. n.2.* dubiè tamen baptizatur, quia incertum est, an dicatur absolutè, & verè ablutus, ut exigitur ad validam hujus Sacramenti ministrationem, ut in specie tradit *Tamburin. lib.2. de Baptis. cap.1. §.3. n.19.*
3 ex quo fit, ut non sit validus Baptismus, si aqua contingat tantummodo vestes, aut pileum, aut aliquid aliud extra carnes, ut si aliquis corio, vel utre contectus immergatur, quia tunc non potest dici propriè loquendo ablutus, sed solùm metaphoricè,

ita Bonacin. in tit. de Baptismo dis. 2. q. 2. punct. 3. n. 12. tom. 1. fol. mihi 39. ubi allegat Sylvest. Bartholomaeum ab Angelo, Sotum, summ. Coron, Filiuccium, Suar. Valen. & Reginal. Tamburin. in expedita morali explicatione lib. 2. de Baptismo cap. 1. §. 3. n. 12. tit. ablutio certò non sufficiens fol. mihi in folio 7.

4 Ac proinde sic dubiè baptizato, quòd possit iterum Baptismus conferri sub conditione, docet Orman. Busembà in medulla Theolog. moral. lib. 6. tract. 2. de Baptis. cop. 1. n. 4. vers. si infans tinctus sit ex Hurt. de Bapt. & Laym. in locis per eum citatis.

5 Quoties enim probabiliter dubitatur, an quis baptizatus sit, iterum baptizari deber secundùm normam traditam ab Alexandro III. relat. in cap. 2. de Baptismo scilicet; si baptizatus es, non te baptizo, sed si nondum baptizatus es, Ego te baptizo in nomine &c. ibique Abb. & alii scribentes, Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 163. n. 6. & ratio est, quia hoc sacramentum sicuti est summè necessarium, ita cum maxima securitate tradendum, Mastrius in Theolog. moral. dis. 17. de Baptismo q. 2. art. 1. n. 22. vers. & ratio est.

7 Quod si tamen vestis secundina, vel membranà illa esset adeo subtilis, aut porosa, ut aqua ad ipsum corpus permearet, & circa illud flueret, & tunc validus est baptismus, quòd considerabam non fuisse animadversum tempore administrati Sacramenti in praesenti casu; undè cùm res adhuc in sua dubietate versetur, ob majorem securitatem baptismus repeti debet sub conditione, Mastrius in sua Theologia moral. dis. 17. de baptis. & confirmat. q. 2. art. 1. n. 22. vers. addit Laymon, Bonacin. oper. moral. in tit. de baptis. dis. 2. q. 2. punct. 3. n. 21. vers. idem dicendum est vol. 1. fol. mihi 39. Bartholomaeus ab Angelo de baptismo §. 102. Filiuc. tract. 2. cap. 2. q. 5. cum aliis ab eodem Bonacin. testatis.

8 Ita etiam secundùm receptiorem, & communiorem Doctorum sententiam, si non abluatur caput, pectus, scapulae, aut alia pars notabilis corporis, sed manus, digitus, pes, aut alia pars minus notabilis, cùm talis baptismus non sit tutus, & nulla concurrat certitudo quòd sit validus, reiterari debet sub conditione, ad formam allegatae constitutionis Alexandri III. & sancitur in Ritual. Roman: sub Paulo V. in tit. de Sacrament. Baptis. D. Thom. in 4. sententiar. dis. 4. q. 1. art. 1. Mastrius in Theologia moral. dis. 17. de baptis. q. 2. art. 1. n. 22. cum aliis per meipsum allegatis decis. 104. n. 1. tom. 2.

9 Baptismus enim non solùm est necessarius necessitate medii, verùm etiam necessitate praecepti; nam qui non assumit medium sibi necessarium peccat, cùm quilibet teneatur sibi consulere, & omittendo facit contra praeceptum, undè Christus praecepit Apostolis, ut cogerent gentes ad fidem, & ad Baptismum suscipiendum, ut dicitur Matthaei 28. euntes in mundum docentes omnes gentes baptizantes eos &c. Hinc est quòd parentes

10 curare teneantur, ut eorum filii, & Dome-

11 stici quàm primùm baptizentur, immo ipsi pueri usum rationis habentes hoc sacramentum suscipere debent, aliàs non salvantur; nisi baptismum haberent in voto per contritionem, & ob impotentiam suscipiendi, eorum desiderium adimplere nequeant, nam tunc excusantur à praecepto; salvarentur tamen per Martyrium passum pro Christi fide, concurrentibus tamen requisitis conditionibus, ut communiter tradunt Doctores, & latè illis congestis comprobat Bonacin. de Baptismo dis. 2. q. 2. punct. 2. à n. 4. cum pluribus sequen. tom. 1. fol. mihi 36. undè prudenter videbatur agere praefatus puer consulens propriae saluti.

12 Et quod magis est (ut aliud licèt extra casum addam) licitum est Christianis parvulos infidelium, vel Hebraeorum, si in eorum manibus reperiuntur, sive bello, sive furto, sive violentià sublati, sive empti, vel casu inventi sint, in praeceptis, & articulis fidei educare, ac baptizari facere, etiam si habeant parentes longissimè tamen degentes; quia perinde est, ac si essent omni parentum auxilio destituti, & eorum propterea cura demandavit Deus iis, ad quos aliquà ratio-

13 ne pervenerunt, Azor. instit. moral. tom. 1. lib. 8. cap. 27. q. 4. Caieton. in 3. p. summ. q. 68. art. 10. & firmat Suar. in 3. part. D. Thomae tom. 3. dis. 25. sect. 3. vers. secundo infertur, ubi de communi testatur. Secùs autem si pueri Hebraeorum, & aliorum infidelium haberent parentes, & in eorum cura, & potestate subiecti existerent; nam tunc esset contra justitiam baptizare hujusmodi parvulos invitis eorum parentibus, ex doctrina Divi Thomae 2. 2. q. 10. art. 12. in corpore articuli, & 3. p. qu. 68. art. 10. in corpore, quam sequuntur plurimi congesti per Ricciul. de jur. Personar. lib. 2. cap. 32.

14 Praecipuè si parvuli infidelium non adhuc ad aetatem, quae usum rationis habeat, pervenerint; nam tunc etiam si baptismum peterent, nihilominus parentibus reluctantibus baptizari nequeunt, quam opinionem firmat D. Th. 3. p. q. 68. art. 10. & 2. 2. q. 10. art. 11. in corpore articuli, ubi ita loquitur; Undè contra justitiam naturalem esset, si puer ante quam habeat usum rationis à cura parentum subtrahatur, vel de eo aliquid ordinetur invitis parentibus: postquam autem incipit habere usum liberi arbitrii, jam incipit esse

esse suus, & potest quantum ad ea, quæ sunt juris Divini, vel naturalis sibi ipsi provideri
15 *& tunc est inducendus ad fidem non coactione, sed persuasione*, pro ut etiam comprobat *Suarez tom.3. dis. 25. sect.3. vers. secundum dubium*, *Eman. in verbo Baptismus n.11. Henriq. lib.2. cap.26. n.3. Reginald. lib.27. n.68. ad fin. Tolet. in summ. lib. 2. cap. 21. n.2. Azor. tom.....instit. moral. lib.8. cap.25. n.11. Bonacin. in tit. de Baptis. dis. 2. q.2. punct.6. sub n. 12. tom. 1. fol.47.* & ex juris consultis *Abb.* & alii scribentes, *in cap. sicut de Judæis*, ubi *Felin. n.1.* de communi restatur, *Cald. in cons.3. de Jud.* latè *Paris. cons.2. n.38. & 41. lib.4.* ubi de communi *Marquard. in tract. de Iudæis p.3. cap.2. sub n.6. vers. sed D. Abb.* lariffimè *Natta in cons.152. n.14. juncto n.70.* ubi etiam de veriori, & magis communi, *Afflan. Clementin. in tract. de patria potestat. effect.7. n.6.* qui etiam de communi, *Decian. tom.1. tract. crim. lib.5. cap.14. sub n.1. Scappa de jure non scripto lib.2. cap.41. I. el. Zanch. de privil. Eccles. privil.147. num.10. & 13. Menochiac. controvers. illust. cap.8. n.12. Pasqual. de viribus Patriæ potest. p.1. cap. 7. num.3. Cavalcan. decis.21. n.14. Afflict. decis.151.*

16 Pueri igitur infidelium completo septennio cum præsumantur usum rationis habere, etiamsi non sint proximi pubertati baptizari possunt, Sacramentum hujusmodi postulantes, *Emanuel Sà in Aphorism. Confess. in verbo baptismus n.11. Bartholomæus ab Angelo de Baptismo §.33. Riccius. de jure personar. lib.2. cap.33. per tot.* & ex *Vasq. & Sanch.* tradit *Bonac. oper. moral. de Baptismo dis.2. q.2. punct.6. num.12. vers. ego vero puto to.1. fol.47. Sperel. dec 1. n.31. to.1.*

17 Contrarium verò quòd filii infidelium etiam invitis parentibus possint baptizari, falrem quoties non est persona privata is, qui illos baptizare intendit, docent ex nostris Archidiac. *Io: Andr. Præpos. & Card. in cap. qui sincera dis.45. Henriq. Boic. in cap. sicut de Iudæis, Montan. in tract. de reprob. sent. Prælati §. unus inquam num.11. Ferret. cons.76. num.5.* ubi de magis communi, *Restaur. in tract. de Imperator. q.28. n.4. Ceval. tom.2. com. cont. com. q.375. à num.10. Afflict. decis.151. n.4. Syntagm. commun. opinion. tom.1. tit.30. rub. de Iudæis cap.4. vers. Iudæorum filii, & seq.* ubi relatis contrariis hanc dicit esse communem opinionem, ab eaque in judicando, & consulendo non esse recedendum. Et ex Theologis *Nicol. Orbel. in 4. sent. dis.4. q. 7. Nicol. de Nyse super 4. lib. sententiar. tract.6. p.3. de Baptism. q.6. n.11. Franc. de major. in 4. dist.6. q.2. in fin. Scotus in 4. dist.4. qu.9.* ibique *Tataret.*

18 Quæ contraria sententia indubitanter videtur recipienda, quoties filii infidelium etiam infantes in articulo mortis reperiantur; nam tunc remoto scandalo possunt etiam invitis parentibus baptizari; quia hoc casu parentes censentur irrationabiliter inviti, & non solùm cessat periculum perversionis, verùm etiam quia subveniendum est proximo extremè indigenti; tum etiam quia nulla injuria parentibus infertur, cùm brevi filios sint amissuri, *Divus Antoninus in 2. q. summ. tit.12. cap.2. §.4. pueri Hebræorum, & in 4. sentent. tom.1. dist.5. q.15. art.10. in fin. §. septimum autem, Filiuc. tract. 2. cap.6. q.8. n.144. Azor. instit. moral. lib.8. cap.25. q.10.* & ex *Soto, Valentia, Reginal. Coninch. Henriq. Philiarc. Bartholomæo ab Angelo, Vasquez*, tradit *Bonacin. oper. moral. in tit. de Baptism. dis.2. qu. 2. punct.6. n.12. vers. respondeo tertiò tom.1. fol.48. Nald. in verbo Baptismus n.6. Suar. in 3. part. Divi Thom. tom.3. dis.25. sect.5. §. ex iis autem, Pasqual. de vir. patriæ potestat. p.1. cap.7. sub n.11. Ciarlin. controvers.199. num.13. Sperel. decis.1. num.41. tom.1.*

19 Ulteriùs sibi locum vindicat in filiis infidelium jam baptizatorum, ut hæreticorum, & aliorum apostatarum à fide, qui etiam invitis parentibus baptizari possunt; nam sicut Ecclesia ipsosmet parentes compellere potest censuris, & pœnis corporalibus ad servandam fidem, ita etiam ab eisdem potest subtrahere filios, eisque Sacramentum Baptismi ministrare: ita *S. Thom. 4. sentent. dis.6. q.1. art.10.* ibique *Cajetanus, Coninchus, & Nugnus difficultate 2. conclus.2. Vasqu. disput.155. cap.3. Sotus dis.5. quæst. unic. art.7. Valentia tom.4. dis.4. q.3. punct.3.* cum aliis allegatis à *Bonacina in tit. de Baptismo dis.2. q.2. punct.6. n.12. vers. hac doctrina tom.1. fol.48.*

20 Quinimo filium natum ex uno saltem parente Christiano baptizandum esse invitis parentibus, quia hominis filius ex vi suæ originis est subditus Ecclesiæ, & imitari, & sequi debet parentem Christianum, habe-
21 tur in *cap. Iudæo 28. q.1.* ac proinde etiam baptizari potest infans ortus ex Matre Christiana consentiente, quamvis Pater dissentiat; nam infans hoc casu sequitur ventrem, cùm sit melior conditio parentis Christiani,
22 & innocentis, prout etiam filius procreatus à parentibus infidelibus, si alter eorum convertatur; nam tunc filius sequitur parentem innocentem, scilicet conversum, *Bonacin. in tit. de Baptism. dis.2. q.2. punct.6. n.12. vers. respondeo 4. & vers. ex quo deducitur, & vers. tertio baptizandum tom.1. fol 48.* à quo etiam referuntur alii casus, & elegan-

ganter in hac materia scripsit *Sperell.dec.*1. *per totam tom.*1. ubi contrariis respondit.

De damno dato.

ARGUMENTUM.

DAmnum dare est maleficium, ac proinde ejus causa est criminalis; debet tamen plenè probari: & licèt valeat statutnm quòd stetur juramento damni passi, tamen quomodo intelligatur, & in quibus casibus non procedat, & alia singularia in hac materia, & quoad damni æstimationem, prolixè referuntur.

SUMMARIUM.

1 DAmnum dare est maleficium, & causa est criminalis & pœnalis, n.2. Et compsehenditur sub statuto de maleficjis, n.3. sive damnum proveniat ab homine libeso, sive à servn, n.4. & 5.

5 Pro damno dato competunt noxales actiones, vel de ædilitio edicto, vel de pauperie, si damnum detur ab animalibus, n.6.

7 Et sortiuntus forum loci, in quo delinquitur.

8 Delinquens quibus modis subiiciatur jurisdictioni Judicis inquisentis.

9 Damum datum non præsumitur, & est probandum.

10 Præsumptio stat pro delicti exclusione.

11 Statutum quod stetur juramento damni passi sustinetur, & valet, etiam quo ad probationem incidentium n. 12. Contrarium, n.13.

14 Probatio damni dati pes juramentum admittit probationem in contrarium.

15 Statutum quòd stetur juramento damni passi non procedit contra tertium, ut si Universitas uti tertia teneatur emendare damnum.

16 Nec procedit, si fuit juratum in die festivo.

17 Et hujusmodi statuta intelliguntur quoad damni æstimationem. Ampl., us in n.18. Limit. us in n.19.

20 Non procedit si non constet de persona cesta, & certis animalibus, quæ damnum dedesint, & n.21.

22 Statutum disponens quòd credatur jusamento unius, est contsa jus divinum, canonicum, Civile, & æquitatem naturalem, & n.23. & 24.

25 Procedit quando agitus de modico præjudicio.

26 Procedit contra dolo malo damnum inferentem, secùs si concussat tantùm culpa lata.

27 Non procedit contra Fabros, & Operarios conductos, sed contsa dominum; secùs si opesarii excedunt fines mandati, & n 18. & 19. vel eisdem fuisset facta prohibitio, n.30.

31 Damnum datum cum asportatione rei de loco ad locum, dicitur furtum.

32 Possessor illegitimus non est audiendus, nec ejus juramento stator quoad damnum datum.

Juramentum ad formam statuti quoad damnum datum est præstandum à Judice. Contrarium, n.34.

35 Pro damno dato de nocte non est standum juramento accusatosis, vel saltuarii, nisi subdant quod Luna luceret, vel lumen esat accensum.

36 Statutum quòd stetur juramento damni passi, vel Saltuarii non procedit quo ad forenses.

37 Damni dati æstimatio quomodo sit facienda, referuntur Doctorum sententiæ, & n.38. 39. & 40.

41 Damnum si est æstimatum in majori, & minori summa à petitis Judex quid facere debeat.

42 Viator si ingrediatur fundum vicini cum animalibus, eo quod via publica sit diruta, accusari non potest.

43 Via publica si non reficiatus, Domino fundi, ubi ingreditus, ex publico solvi debet pretium.

44 Viatores si comedant vuam, vel spicas in Vinea, vel fundo alieno, accusari non possunt.

45 Et non valet statutum interdicens hanc facultatem, tanquam contra jus Divinum.

46 Quod etiam procedit in herba, quam viator potest capere & pascese suum equum.

47 Dominus non tenetur ad damnum illatum per ejus animal depetditum, nisi sit in culpa.

48 Repesiens animalia damnum dantia in suo fundo, potest propriâ auctoritate capere.

49 Secùs verò extra locum damni dati; sublimita si incontinenti capiantur, n.53. & 54.

50 Animal damnum dans non licèt propriâ auctoritate occidere.

51 Valet tamen statutum tribuens facultatem occidendi.

52 Interficiens verò sine licentia non potest cogere damnificatum ad recipiendam carnem, & coitum ad computum refectionis damni.

DECISIO CLXVIII.

1 DAmnum dare est maleficium, & propterea causa damni dati criminali judicio subjicitur, *l. ex maleficiis ff. de*
action. & oblig. §. ex maleficio, instit. de oblig.
quæ ex delict. nascunt. in princ. Bonifac. de
Vital. de damn. dat. n.62. Boss. in eod. tit.
2 *n.*1 ac proinde pænalis dicitur hæc actio;
quia ex maleficio ex sui natura descendit,
Hostien. in summ. lib.5. rub. de damn. dat.
3 *n.9. vers. & qualis in fin.* adeout compre-
hendatur sub statuto de maleficiis loquen-
4 te, *Magon. decis. Florent.*89.*n.*6. sive dam-
num detur ab homine libero, *l. ex malefi-*
5 *ciis ff. de action. & oblig.* sive à servo, pro
quo sancitæ fuerunt noxales actiones, *in-*
6 *stit. de noxal. in prin.* & aliquando de ædi-
litio edicto, vel de pauperie, si damnum
detur ab animalibus, quæ actiones pariter
sunt pænales, ut probat *textus instit. si qua-*
drup. pauper. fecisse dicat. in prin. juncto §.
fin. in fin. Hostien. in summ. lib.5. rubric. de
*pauper. n.6. Vermigl. cons. crim.*336.*n.*1.*&* 2.
7 Propterea delinquentes, & Dominus ani-
malium damnum dantium sortiuntur ratio-
ne maleficii forum, in quo delinquitur, ut
in puncto tradit *Vermigliol. cons.*336.*n.*3. &
8 regula generalis est, quòd delinquens tri-
bus modis supponitur judicis inquirentis
jurisdictioni. Primò ratione loci commissi
delicti, secundò ratione originis, & tertiò
ratione loci domicilii, *l.* 1. *C. ubi de crim.*
agi oport. & in specie ratione loci commissi
delicti, est *textus* in *l.*1. *C. de jurisdict. om-*
*nium Jud. l.*1. *& l. si cui §. penult. ff. de*
accusat. auth. quia in provincia C. ubi *de*
*crim. agi oport. cap.*1. *de raptor.* ubi *Abb.*
& communiter scribentes, *cap. final. de fo-*
*ro competen. Clar. in pract. q.*38. *in prin. &*
*q.*85. *in prin. & q.*39. *in prin.* disertè, &
eleganter *Didac. pract. quæst. cap.* 11. *n.* 3.
*Ceval. in commun. opin. q.*678. *n.*1. cum
aliis copiosè congestis per *Farinac. in tit. de*
*inquisit. q.*7. *sub n.*1. *vers. facio conclusionem.*
9 Damnum verò datum non præsumitur,
debet

debet propterea probari, cùm condemnatio
ad emendandum damnum non detur, nisi
probato delicto, Bald. in l. qui crimen col.
ult. in prin. vers. si enim agit n.23. C. de his
qui accusar non poss. Rol. cons. 30. n. 18. lib. 2.
Gratian. discept. forens. cap. 525. n. 18. tom.
10 3. siquidem de delicto debet ante omnia
constare, cùm præsumptio stet pro ejus-
dem exclusione, vulgatâ l. merito ff. pro
socio, ad textum in l. 1. §. item illud ff. ad
Syll. & l. cum pater §. rogo ff. de legat. 2.
Clar. in §. fin. q. 4. in prin. ibique Adden. in
his. A. Ambrosin. de modo formand. pro-
cess. inform. cap. 1. n. 2. lib. 1. Crav. cons. 244.
Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 2.
n. 22. Rot. decis. 32. n. 10. p. 6. & decis. 325.
n. 1. p. 9. tom. 2. quæ est coram Bichio inter
ejus impres. decis. 202. tom. 1. cum aliis la-
tè congestis per Farinac. in tit. de inquisit.
qu. 2 n. 1.
11 Valet tamen statutum disponens de
damno illato, quòd stetu: juramento dam-
ni passi, vel relationi custodis damnorum
datorum; nam tunc hujusmodi assertio ha-
betur ioco veræ probationis, ita quod per
eam possit quis condemnari, ac si per testes
probatum fuisset, Dec. in rub. de probat.
col. 14. in fin. & col. 15. n. 11. Aret. in cap.
2. eod. tit. allegati per Gratian. discept. fo-
12 rens. cap. 41. n. 23. tom. 1. ubi n. 24. subdit
quòd etiam incidenter quidquid tangit il-
lam causam, quocunque modo, possit per ju-
ramentum probari, & alios allegat.
13 Contrarium verò quod etiam stante sta-
tuto damnum illatum probari nequeat per
juramentum ipsius damnum passi, docet
Clar. in §. fin. q. 82. n. 2. vers. nunquid stan-
te hoc statuto, ubi de communi allegat Dec.
in cons. 410. post n. 13. vers. quartò princ.
Jas. in l. si quando n. 37. & 38. C. unde vi,
Bertrand. cons. 298. in fin. lib. 8. Grammat.
super constit. Regni fol. 22. col. 4. n. 16. ibi-
dem Afflict. super 1. part. constit. Regni rub.
27. post n. 54. vers. in eadem ibi firmo hic.
14 Vel saltem hujusmodi probatio per jura-
mentum non est talis, ut non admittat pro-
bationem in contrarium, cùm non sit juris,
& de jure, & intelligi debeat, nisi efficacio-
ribus probationibus appareat de contrario,
etiamsi statutum disponat, ut juramentum
damni passi habeatur pro plena probatione,
non enim per hoc venit rejicienda probatio
in contrarium, cùm via probationum sit po-
tiùs amplianda, quàm restringenda, ut plu-
ribus congestis docet Gratian. discept. fo-
rens. cap. 41. n. 24. & 25. Jul. Clar. in §. fi.
q. 82. n. 2. prope fin. vers quinimo licèt sta-
tutum & de communi August. ad Angel. de
malefic. in verbo necnon, & ad denuncia-
tionem n. 16. Joan. Baptist. de Plot. in repe-
tit. l. si quando C. unde vi n. 776.
15 Limit. primò, ut damnum datum quan-
do probatur juramento damnum passi, vel
saltuarii ex forma statuti, procedat si agatur
contra ipsum damnum dantem, secùs con-
tra tertium, scilicet quando ex forma sta-
tuti Villa, Universitas, vel alter tenetur
emendare damnum: nam tunc aliter, quàm
per juramentum damnum probari debet,
ex Bart. in l. ne quid ff. de incend. ruin. &
naufrag. & etiam ex Bald. & Salic. tradit
Aymon Cravet. cons. 196. n. 8 p. 1.
16 Limit. 2. ut statuta, & textus in l. si quan-
do C. unde vi, & tot. tit. de in lit. juran.
& similia jura disponentia credendum esse
juramento alicujus, non procedant, quan-
do esset juratum in die festivo in honorem
Dei, & Beatæ Mariæ Virginis, & Sancto-
rum, l. dies festus & tot. tit. C. de feriis ita
Joan. Baptist. de Plot. in repetit. l. si quando
C. unde vi. n. 756. ubi concordanter allegat.
17 Limit. 3. ut hujusmodi statuta recipiant
interpretationem passivam à jure communi,
& intelligantur quoad æstimationem dam-
ni, non autem quoad ipsum damnum, quod
non probatur per ipsum juramentum dam-
num illatum fuisse; adeout statutum intel-
ligatur, dummodo aliter quàm per juramen-
tum constet de damno dato, & sic de cor-
pore, seu substantia damni aliter quàm per
ipsum juramentum; & ideo damnum passus
agens vigore dictorum statutorum probare
debet per testes, vel per ocularem loci in-
spectionem damnum esse datum, quâ pro-
batione concurrente, postea creditur ejus
juramento super quantitate, & æstimatione
damni, Bart. in l. si quando n. 3. vers. ex hoc
apparet C. unde vi, ibique Jas. n. 6. vers. &
ista, Abb. & Doctores in cap. fin. quod me-
tus caus. Hyppol. de Marsil. singular. 338.
& in pract. criminal. §. principium n. 6. vers.
& adeo & n. 19. Bertacchin. in suo repert. in
verbo damnum vers. damni illatio, Dec.
cons. 38. n. 3. vers. secundo ex alio, & vers.
primo quia, & cons. 669. in fin. & cons. 310.
n. 6. vers. quia ad hoc respondetur, cum aliis
relatis per Joan. Baptist. de Plot. in repetit.
l. si quando C unde vi n. 758. ibique in vers.
18 & istud procedit, subdit quòd prædicta
locum habeant, etiamsi statutum, in prin-
cipio & in rubrica loquatur simpliciter de
damno ad tollendam difficultatem dam-
num probandi; quia nihilominus intelli-
gitur quoad æstimationem damni, non
autem respectu probationis ipsius damni
quod priùs aliter quàm per juramen-
19 tum est probandum; secùs autem si statu-
tum liquidò diceret credi debere juramento
accusatoris, tam quoad damni probationem,
quàm quoad ejus quantitatem; nam tunc
jura-

juramentum habetur loco probationis, &
ipſius damni liquidationis cùm ſtatutum ſit
lex.

20 Limit.4. ut procedat ubi conſtat de per-
ſona certa, ſeu de certis animalibus, quæ
damnum dederint, aliàs non eſt ſtandum
juramento accuſatoris, vel Saltuarii, aut
Camparii, niſi præcedat probatio damni il-
lati ab individuis, & certis perſonis, vel ani-
malibus; nam tunc poſtea ſtatur juramen-
to ſuper quantitate, & æſtimatione damni,
ut communiter tradunt ſcribentes *in l. ſi
quando C. unde vi*, ubi latè *Joan. Bapt. de
Plot. in ejus repetitione n.*761. ubi allegat
*Textum in cap. fin. quod met. cauſ. & in l.*1.
§. item illud ff. ad Syllan. ubi *Doctores*, & in
l. qui accuſare C. de eden. & in l. marito ff.
21 *pro ſocio*; alioquin eſſet abſurdum credi de-
bere juramento intereſſe habentium abſque
alia probatione, cùm ſit contra jus Divinum,
quo cavetur, quod in ore duorum ſtet omne
22 verbum, ac proinde non valere ſtatutum
etiam conditum ab Imperatore, Rege, Du-
ce, & Univerſitate, ſi diſponat, quòd creda-
tur juramento unius, in præmiſſis, vel in
præjudicium alterius, cum ſit contra jus
Divinum, & invitet ad delinquendum, per
ea, quæ habentur *in Evangelio S. Joannis
cap.*8. *S. Matthæi cap.*18. *& S. Lucæ cap.*17.
23 Quinimo non ſolùm contra æquitatem na-
turalem, & modeſtiam, verum etiam con-
tra jus canonicum, ut deducitur in *Textu
in cap. cum omni in cap. licèt univerſis, &*
24 *in cap. in omni negotio de teſtib.* Et ulterius
contra jus Civile attentâ diſpoſitione *Text.
in l. jus jurandum in l. ſolam, & in l. omnibus
C. de teſtib.* ita *Plot. in dicta l. ſi quando C.
unde vi n.*761. *verſ. & ita debet reſtringi*
juncto *n.*762.

25 Limit.5. ut hujuſmodi ſtatuta procedant,
quando agatur de modico præjudicio, ſeu
de parva ſumma, & quantitate, attentâ qua-
litate negotii, & perſonarum, cum in mo-
dica ſumma non præſumitur quis jurare
falſum, utpote quia non infert grave
præjudicium, nec reportetur maximum
lucrum, & commodum, ut comprobat *Jo:
Bapt. de Plot. in repetit. l. ſi quando C. unde
vi n.*763.

26 Limit.6. ut hujuſmodi ſtatutum procedat,
ut jurari poſſit contra dolo malo damnum
inferentem; ſecùs autem contra eum, qui
non eſt in dolo malo, licèt ſit in culpa lata,
propter quam jurari non poteſt, *Dec. con-
ſil.* 83. *col.*3. *verſ. tertio reſpondeo*, & ex
Bal. Alex. Angel. tradit *Plot. in repeti-
tion. l. ſi quando C. unde vi n.*764.

27 Limit.7. ut nec procedat contra Fabros,
Laboratores, Operarios, vel alios accuſa-
tos, qui nomine alieno conducti pretio, vel
prece laboraverunt, aut damnum dederunt,
nempe incidendo ligna, vel alia faciendo no-
mine alieno in ſolo alterius, qui conſtito de
mandato accuſari nequeunt, nec contra eos
jurari in litem, cùm ob mandatum datum
ad prædicta peragenda, excuſantur, nec te-
nentur de damno dato, aut turbatæ poſſeſ-
ſionis propter ignorantiam, & credulitatem,
quod mandans eſſet dominus agri, & bono-
28 rum poſſeſſor; ac proinde contra mandan-
tem, ſi eſſet in dolo, eſſet agendum, & juran-
dum: & ita ab omnibus teneri teſtatur *Plot.
in repetit. l. ſi quando C. unde vi n.*780. ex
gloſſ. in l. in rem §. tignum ff. de rei vindic.
ibique *Bart. & Angel.* cum aliis *ab eadem*
29 *Plot.* relatis, ubi *n.*781. ſublimitat, ut ſe-
cùs ſit, quando operarii excedant fines man-
dati, cum tunc teneantur quoad exceſſum
ex proprio delicto, *Alex. conſ.*36. *n.*3. *vol.*1.
*Soccin. jun. conſ.*18. *num.*33. *vol.*2. *Afflict.
deciſ.*217.

30 Sublimitatur ſecundò, ut non habeat lo-
cum ſi Operariis, vel Laboratoribus fuiſſet
facta prohibitio, vel inhibitio, eáque ſpre-
tâ continuaverint inceptum opus, & labo-
rerium; nam tunc tenentur de damno illa-
to, & poſſeſſione turbata, & contra eos ju-
rari poteſt in litem, ut comprobant Docto-
res plenè relati per *Joan. Bapt. de Plot. in
repetition. l. ſi quando C. unde vi n.*782.

31 Limit.8. ut concluſio ſit attendenda, quan-
do illatum ſit damnum in genere, ſeu ſpecie
ſimplicis damni cum patrimonii diminutio-
ne, vel corruptione; ſecùs autem ſi infera-
tur etiam cum rei amotione, aſportatione,
& contrectatione de loco ad locum, nempe
ſi quis incidit ligna, vel fructus recollectos
aſportavit; quia tunc non dicitur ſimplex
damnum, ſed damnum cum qualitate furti;
undè procedendum eſt actione furti, quæ
non comprehenditur ſub dicta ſtatuti diſpo-
ſitione, quod pro damno dato ſtetur jura-
mento accuſatoris, Saltuarii, vel Campa-
rii, niſi ſtatutum expreſsè diſponat, etiam
in caſu amotionis, & rei aſportationis, *l. ſi
ſervus ſervum*, ubi notat *Bald. in §. olim
ff. ad l. Aquil.* & ex *Dec. Alex.* ac *Rom.*
de communi teſtatur *Joan. Bapt. de Plot.
in repetit. l. ſi quando C. unde vi n.*823.

32 Limit.9. ut non procedat in poſſeſſore il-
legitimo, doloſo, vel Turbatore, aut Spo-
liatore alienæ poſſeſſionis, qui non eſt au-
diendus, nec ejus juramento ſtandum eſt,
*Plot. loco citato n.*821. qui *concordantes* al-
legat.

33 Limit. 10. ut juramentum præſtandum
ſit à Judice deferente, ſecùs ſi Accuſator,
Camparius, vel alius Cuſtos juraverit ſuo
arbitrio, & ſponte; nam tunc non valet di-
ctum juramentum, ad *Textum in l. videa-*

mus

mus §. *deferre ff. de in lit. juran. Soccin. cons.* 120. *colum.* 3. *vers. quinto fortiùs lib.* 1. *Bart. cons.* 97. *in fin.* & de veriori testatur *Plot. in repetition. l. si quando Cod. unde vi n.* 826. licet *Corn. in cons.* 196. *num.* 2. *in fin.*
34 *lib.* 1. dicat, quòd in hoc non facit magnam vim, quia ubi statur juramento ex forma statuti, non videatur necessaria Judicis delatio.

35 Limit. 11. ut non procedat quando agitur de probando delicto, vel damno dato de nocte; nam tunc non est standum juramento Accusatoris, vel Saltuarii, nisi subdat, se cognovisse delinquentem; quia luna lucebat, vel lumen erat accensum: & aliter tales testes nec in civilibus, nec in criminalibus probant, sed sunt de falso suspecti, ex naturali ratione, quia de nocte non videtur, nec cognoscitur, ut in terminis statuti, & constitutionis disponentis quòd stetur juramento damni passi, vel Saltuarii, tradit *Plot. in repetition. l. si quando C. undè vi n.* 840. ex *Oldrad. Jas. Bald. Angel. Felin.* & aliis, quos allegat, quibus addo eundem *Plot. de in lit. juran.* §. 51. *n.* 16. *Farinac. cons. crim.* 34. *n.* 4. *tom.* 1. *& in tit. de testib. q.* 62. *limit.* 2. *n.* 39. *Brun. cons. crim. diversorum* 115. *n.* 2. *tom.* 2. *Menoch. de arbitrar. quæst. lib.* 2. *cas.* 79. *n.* 35. *Mascard. de probat. lib.* 2. *conclu.* 1109. *n.* 3. *lib.* 3. *& conclu.* 1385. *n.* 21. & rursus *lib.* 1. *conclu.* 496. *n.* 14.

36 Limit. 12. ut non procedat contra forenses negantes damnum dedisse; & sic declinantes forum uti non subditi jurisdictioni statuentium loci, ubi accusari fuerunt; nam tunc ad firmandam jurisdictionem Judicis ratione delicti, seu damni dati, non sufficit juramentum præstari contra forensem, sed aliunde per testes, & alias legitimas probationes illatum damnum est justificandum; cùm statutum de stando juramento pro probatione procedat, si agatur inter subditos statuto subjectos, secùs autem contra forenses, contra quos, probato damno, tunc standum erit juramento damni passi, seu accusatoris quoad æstimationem tantùm, *Joan. Andreas in cap. Romana col.* 1. *vers. & sciendum de foro competen. in* 6. ibique *Franc. & Gemin.* cum aliis per *Joan. Baptist. de Plot. in repetion. l. si quando C. unde vi n.* 846.

37 Damni verò dati in segete, & herba est facienda æstimatio pro frumento verisimiliter colligendo, & percipiendo tempore messium, secundùm *Speculat. in tit. de injur. & damn. dat.* §. 2. *n.* 2 t. ibique *Joan. And. in*
38 *addition.* Et secundùm alios æstimatio facienda est attento tempore, quo datum fuit habità tamen consideratione dubii eventus perceptionis; & recollectionis, *Jacob. de*

Aret. in l. certè ff. de arbor. furt. Cæsar Florian. de Sancto Petro in l. ex hac lege ff.
39 *si quadrup. pauper. fecisse dicat. Afflict. super constit. pervenit rub.* 36. *n.* 5. *lib.* 3. *Alter. de statut. q.* 78. *Cæsar Cassan. in consuet. Burg. rub.* 1. §. 6. *col.* 280. *Vivi. decis.* 200. *n.* 4. *l.* 2. & *in n.* 6. advertit quòd per tres vices damni æstimatio facienda sit, primà vice in herba ad recognoscendam quantitatem fundi damnificati; secundà vice ante tempus messium, ut sciatur an renatum sit illud frumentum in totum, vel in parte, vel nullo modo; & pro tertia vice tempore messium, expectato scilicet fructuum perceptionis eventu.

40 Et si damnum datum fuerit in frumento quod erat in herba, puta de mense Martii, vel in planta valde juvene, æstimari non debet prout si esset maturum, nec arbor juvenis prout esset magna, sed solùm dubius eventus, nempe quanti vendi posset ille dubius eventus perceptionis frumenti, & & fructuum arboris, *Joan. Baptist. de Plot. in repetition. l. si quando C. undè vi n.* 873. *Aymon Cravet. in cons.* 40. *n.* 10. *circa med. p.* 1. ubi reddit rationem, quia multa evenire possunt, ne frumentum ad opportunam maturationem deveniat; & sic quòd damnum æstimari debeat de tempore, quo datum est, non habito respectu, quòd messis matura fieri poterat, sed solùm ad dubium eventum.

41 Quod si damnum æstimatum fuerit à pluribus æstimatoribus electis, & alius 20. & alter 30. æstimaverit: hoc casu omnes prædictæ summæ per Judicem coacervandæ veniunt, & per eum liquidari æstimationem in tertia parte totius summæ, *Gomez sing.* 25. *Cassan. in consuetud. Burg. rub.* 1. §. 6. *sub glo. intellige n.* 5. *col.* 280. relat. per *Fulvium in annotat. ad statut. agriculturæ Urbis in cap.* 44. *lit. D. in fin.*

42 Si verò via publica esset diruta, & viator ingrediatur fundum vicini etiam cum animalibus accusari non potest, nec agi ad pœnam de ingressu, nec actione injuriarum conveniri, cùm tunc necessitas non habeat legem; ita quod hoc casu non habeat locum pœna statuti contra transeuntes per fundum alienum, *Bal. in l. per agrum C. de servit. & aqua, Alex. in l.* 1. *de itin. actuque privat. Bertachin. in repertor. lit. V. in verbo via vers. via publica si sit destructa, & in verb. transitus vers. transiens per fundum alienum, Plot. in repetit. l. si quando C. un-*
43 *dè vi n.* 818. Et si via publica non reficiatur, ex publico solvi debet pretium viæ domino fundi, ut subdit *Bartachin. loco citato,* qui alios allegat.

44 Prout etiam viatores si comedant spicas,

 seu

ſeu uvam in agro, & vinea aliena, non di-
cuntur damnum dare, cùm hoc ſit licitum
etiam de jure divino, quamvis non urgeat
neceſſitas, qua extante licita quoque eſt
earum tranſportatio, *Rip. in l. domuum*
col.3. de damn. infect. per cap. 13. in Deu-
teron. in verbo ingreſſus, cap. diſcipulus 5. de
conſecrat. Felin. in cap. omnes col. fin. n. 31.
verſ. adde alium caſum diſ. 1. Cagnol. in l.
quæ propter n.6. de regul. jur. Cepol. de ſer-
vit. ruſtic. prædior. cap.20. tit. de meſſe, &
vendem. n.3. Covar. pract. quæſt. cap. 37. n.
3. verſ. octavo, ubi quod ſit privilegium via-
toris, *Cepol. de ſervit. ruſtic. prædior. cap.*
9. tit. de ſervit. jure patien. n. 12. verſ. 5.
45 *acquiritur.* Immo quòd non valeat ſtatu-
tum interdicens hujuſmodi facultatem via-
toribus, tanquam contra jus divinum, *Ripa*
in l.2. n.3. ff. de damn. infect. Didac. in re-
lect. cap. peccatum in 2. part. §.1. n.5. Surd.
de aliment. tit.8. cap. 39. n.8. Gratian. diſ-
cept. forenſ. cap.8. à n. 16. uſque ad 19. tom.1.
46 Quod etiam procedit in herba, quam li-
cet capere peregrinanti, & in via manenti
pro equo; ita quod viator ſi depaſcat ſuum
jumentum in fundo alieno, non tenetur ad
damnum, *cap. quoniam frequenter §. fin. de*
pace tenen. Ruin. ſingular. 232. aliter 135.
Caſſan. in conſuetud. Burgund. rub. 1. col.
182. n.25 verſ. & intellige, Veronen. de ſer-
vit. ruſtic. prædior. cap.20. de meſſe, & ven-
dem. Covar. practic. quæſt. cap.34. n.3. verſ.
octavo probatur, Fulvius ſulvi in annotat. ad
ſtatut. agriculturæ Urbis in cap. 44. lit. C.
Gratian. diſcept. forenſ. cap.79 n.20. tom.1.
47 Non tamen Dominus tenetur ad emenda-
tionem damni illati per ejus animal deperdi-
tum; quia miſit illud ſine cuſtode, *Alber.*
in tractat. de ſtatut. agricultur. Urbis lit. C.
48 Reperiens verò animalia damnum dan-
tia in eo, poteſt propriâ auctoritate capere,
& reportare in hoſpitio, vel domi ſuæ reti-
nere, donec ſibi damnum emendetur, *Plot.*
49 *in repetitione l. ſi quando C. unde vi n. 874.*
extra locum tamen damni dati non ſunt ca-
pienda, vel arreſtanda, ut diſponitur in
ſtatuto agriculturæ Urbis in cap. 48.
50 Sed ſi reperiatur animal damnum dans,
non licet ſine licentia occidere, vel fugan-
do perdere, vel præcipitare, *Cepol. de ſer-*
51 *vit. jure paſcen. n. 30.* Valet tamen ſtatu-
tum permittens licentiam occidendi, *Saly-*
cet. in l. Gracchus verſ. ex prædictis habes
C. de adult. Marſil. ſingular. 225. Dec.
conſ. 199. ſub n.4. undè occidi poteſt non
ſolùm in loco, ſed etiam extra, dummodo
incontinenti occidatur, *Bart. in l. quod ait*
lex §. quod ait ff. de Adult. Angel. in l.
nemo carcerem verſ. item extra prædictorum
C. de exact. Tribut. Adden. ad Bertaz. in
conſ. crim. 117. lib. 1. Marſil. in pract. §. ul-
terius n.3. Caſſan. in conſtit. Burg. rub. 1. §.
6. col. 182. n. 15.
52 Interficiens tamen animal inventum ad
damnificandum ſine licentia, non poteſt co-
gere damnificatum, ut ad computum refe-
ctionis damni recipiat carnem, & coirum,
& hoc in odium delinquentis, *cap. 2. de in-*
jur. & damn. dat. Alber. in tract. de ſtatut.
q. 74.
53 Et quamvis vigore ſtatuti agriculturæ, ut
diximus *n. 49.* extra locum damni dati non
ſint capienda animalia; hoc tamen ſtatutum
recipere debet paſſivam interpretationem
à jure communi, ex cujus diſpoſitione licet
incontinenti capere animalia damnum dan-
tia etiam extra locum, ad tradita *per Sali-*
cet. in l. Gracchus C. de adul. & per *Caſſan.*
in Conſtit. Burgun. rub. 1. §.6. col. 282. n. 15.
54 undè ſi quis equum in loco damnificato non
capiat, ſed fugientem proſecutus eſt, rectè
pignus etiam extra locū recipere poteſt, jux-
ta tradita per *Alex. conſ. 24. n. 20. & 31. lib. 2.*

Dominus an, & quando teneatur
pro damno illato à ſuis anima-
libus, & pro delicto ſui
famuli.

SUMMARIUM.

1 Dominus animalium damnum dantium tenetur ſatiſ-
facere damnum, vel dare animal pro noxa.
2 Ut competat hæc actio, animalis ferocia debet eſſe ſpon-
tanea, & ex ſe commota, secùs ſi ab aliis incitata
fuerit, n.3. & 4.
5 Dominus non tenetur pro damno animalis, ſi fugam ar-
ripiat, & noceat; secùs ſi iterum recipiat.
6 Competit actio noxalis, quando animal faciens paupe-
riem eſt generis manſueti.
7 Equi, qui ſunt generis manſueti, ſi unus percutiat alium,
dominus equi offendentis tenetur actione noxali, ſive
equus ſit calcitroſus, ſive non, n.8.
9 Et etiam ſi dominus receperit equum, ut curetur a Me-
neſcalco.
10 Sed ſi ignoretur quis ex dictis equis fuit aggreſſor, nemo
tenetur.
11 Animal ſi contra conſuetudinem ſui generis fecerit tibi
damnum, teneor actione directâ, ſed secundùm con-
ſuetudinem, ut ſi comedat carnem in domo, teneor
actione utili: secùs ſi animal reperiat cibaria in loco
aperto, n.12.
13 Dominus regulariter non tenetur pro delicto famuli.
14 Pro delicto unius alter puniri non debet, ſi non ſit in dolo
vel in culpa.
15 Dominus pro delicto famuli, commiſſo extra officium
non tenetur: secùs ſi delinquat in officio, num. 16.
17 Famulus quidquid facit, de voluntate domini feciſſe præ-
ſumitur.
18 Præcipuè ſi ad domini utilitatem deliquerit.
19 Sed hæc præſumptio ad effectum civilem non ſufficit ad
condemnandum.
20 Dominus ad hoc ut teneatur pro delicto famuli commiſ-
ſi in officio non exigitur doceri de ejus deputatione
21 Publicus officialis tenetur de delictis commiſſis per ejus
miniſtros in officio, secùs extra officium, n.23.
22 Epiſcopus tenetur pro delictis commiſſis in officio per
ſuum

suum Vicarium, & Officiales.

23 Familiaris publici Officialis, vel Prætoris, vel ejus notarius, si extorqueant pecuniam, ut dans obtineat gratiam, non censentur delinquere in officio, ut dominus teneatur. Contrarium, n.24.

25 Officialis quando dicatur delinquere in officio.

26 Dominus non liberatur, si exhibeat famulum delinquentem.

27 Liberatur tamen si famulus sit solvendo.

28 Vel si non doceatur de culpa Domini in mala electione. Liberatur tamen dominus, si doceat de bona conditione, & fama sui famuli de tempore electionis, ibidem.

29 Dominus tenetur pro delicto famuli commisso ad utilitatem ejusdem domini; secùs si tendat ad utilitatem ipsius famuli.

30 Dominus pro delicto famuli commisso in officio tenetur civiliter, & non criminaliter.

31 Dominus solutum pro delicto famuli potest repetere.

32 Dominus pro famuli delicto commisso extra officium non tenetur.

33 Tenetur tamen, si retineat famulos improbos.

34 Mala enim electio imputatur domino.

35 Dominus quando tenetur pro delicto famuli, non eâdem pænâ, sed arbitrariâ puniri debet.

36 Culpa mitiùs punitur.

37 Pœna ordinaria delicti imponi non potest, ubi non est dolus.

38 Mitior pœna est imponenda, quando ex præsumptionibus quis condemnari debet.

39 Dominus quando non tenetur pro delicto famuli, tenetur tamen eum exhibere, aliàs punitur.

40 Et declarari potest pro confesso, & convicto.

41 Limit. si Dominus non habeat commoditatem famulum exhibendi, ut si aufugerit.

42 Sed si dolo desiit possidere, habetur ac si possideat.

43 In dubio præsumitur Dominus dolo famulum desiisse possidere.

44 Stari tamen debet ejus juramento quòd sine dolo possidere desierit.

45 Debet tamen liberari, si constet de diligentia facta pro reperiendo, ad effectum exhibendi.

ADNOTATIO I.

1 DOminus animalium facientium pau-
periem, scilicet damnum, habet fa-
cultatem satisfaciendi damnum, vel
loco hujusmodi satisfactionis tradendi ani-
mal pro noxa domino, qui offensam recepit,
*l.1.§.1. ff. si quadrupes pauper. fecisse dicat.
in princ. & §. pauperies instit. eod. tit.* ubi
latè *Oinotim. Andreas de Alferiis inter
cons. crim. divers. collect. per Joan. Bapt.
Zilet. cons.27. n.3. tom.1.*

2 Ad hoc autem, ut sit locus huic actioni,
oportet ut animalis ferocia sit spontanea, &
ex se commota, *l.1.§.4. ff. si quadrupes pau-*
3 *per. fecisse dicat.* sed si ab aliis bestia instiga-
ta fuerit, aliæ actiones, & præcipuè *l. Aqui-
liæ* competunt, ut declarat *Textus* in dicta
l.1. §.4. & tradit *Oinotim. instit. sub tit. si
quadrupes pauper. fecisse dicat. num.5. vers.*
4 *oportet autem:* actio enim noxalis competit si
bestia præter genitalem feritatem commota
nocuerit, *dicta l.1. ff. si quadrupes pauper. fe-
cisse dicat. & instit. eod. tit. in princ.* & juxta
l. duodecim Tabularum, adeout si genitalis
sit feritas, huic actioni locus non est, eadem
*l.1. §. in bestiis 10. ff. si quadrupes pauper.
fecis. dicat. & instit. eod. tit. §. animalium
vers. cæterum si genitalis*, ibique *Oinotim.
num.5.*

5 Hinc est quòd si bestia puta Ursus fugam
arripiat, & noceat, non potest dominus
conveniri, quia desinit esse dominus, ubi
fera evasit, *eadem l.1. §. in bestiis, Oinot.
loco citato n.5.* ubi *vers. quod si recipiat* sub-
dit quòd si dominus iterum recipiat bestiam
post damnum datum, teneatur hac actione
utiliter tantùm.

6 Regulariter verò hujusmodi actio proce-
dit, quando animal faciens pauperiem est
generis mansueti, & gregatim pascitur,
quia talia animalia non sunt generis feroci-
tatem habentis, *l.2. ff. ad l. Aquil.* & ita
loquitur *Textus in §.1. instit. si quadrupes
pauper. fecis. dicat. cap. si culpa*, ubi *gloss.
in verbo animalia de injur. Andreas Alfer.
cons.27. n.4. & 5. inter cons. crim. diversor.
collect. per Joan. Bapt. Zilet. tom.1.*

7 Ac proinde equi, qui sunt generis man-
sueti, & juxta eorum communem consuetu-
dinem non habent ferocitatem, si unus per-
cutiat alium, dominus equi offendentis te-
netur domino equi offensi ad emendationem
damni, vel dare equum pro noxa, idest pro
damno, ut apertè disponit *Text. in l.1. §.1.
ff. si quadrupes pauper. fecisse dicat. & in
princ. instit. eod. tit. Andreas de Alferiis
dicto cons. crim. 27. n.6. & 7. & n.8.* ampliat,
8 ut hoc procedat sive equus sit calcitrosus, ut
loquitur textus, sive non sit calcitrosus, sive
aliàs calcitrare consuetus, cùm inspicienda
sit natura communis generis, cujus est ani-
mal offendens, non autem natura ipsius indi-
9 vidui, & *n.9.* subdit, hoc militare, etiamsi do-
minus receperit equum percussum ab alio
equo, ad effectum tradendi Menescalco, ut
curetur, propter quod non censetur sibi
præjudicare, si interim moriatur, sed potest
agere contra dominum equi percutientis
hac noxali actione.

10. Quod si ignoretur, quis ex dictis equis
fuerit aggressor ob incertitudinem nemo te-
netur, *l.1. §. cum arietes ff. si quadrupes pau-
per. fecisse dicat.* ubi *gloss. in verbo sibi, Ti-
raquell. in tract. de pœn. cau.62. Andreas de
Alferiis cons.27. in addit. lit.B. inter cons.
crim. divers. collect. per Joan. Bapt. Zilet.
tom.1.*

11 Sed si fortè animal meum contra consue-
tudinem sui generis fecerit tibi damnum,
teneor emendare damnum actione directâ
de paupertate: sed si secundùm consuetu-
dinem, & naturam, tunc teneor actione
utili, ut quando animal comedit carnem,
vel alia cibaria, quæ reperit ingrediens in

domo tua *Prosper Caravita inter consf.crim. Joan. Bapt. Ziletti cons.*116. *n.*40.*tom.*2. hoc
12 tamen non procedit si animal carnem reperit in loco aperto tua domus absque custode; nam tunc propter culpam tuam dominus animalis non tenetur hac actione noxali, & hoc esse summè notandum dicit *Prosper Caravita* loco proximè citato.

13 Regulariter verò Dominum non teneri pro delicto famuli, probat *Text. in l.*1.*§.decessisse*, *& §. quoties*, *& in l.*3. *ff. de vi*, *& vi armata*, *& in cap. cum ad sedem de restit. spoliat. & in cap. cum quis de sentent. excommunicat. in* 6. *& in cap. notum* 2. *q.*1. *Bart. in l. ne quid n.*1. *ff. de incend. ruin. & naufrag. Joan. Fab. instit. de noxal. action. in princ. Clar. in pract. q.*86. *vers. hinc infertur quarto*, *Honded. consf.*96. *n.*15. *lib.*2. *& n.*24. de recepta Doctorum sententia, *Franc. Marc. decis. Delphinat.*423. *n.*11. *&* 12. *& decis.* 425. *n.*1. *p.*1. cum aliis allegatis per *Farinac. in tit. de delict. & pœnis quæst.*24. *num.*48.

14 Et ratio est quòd pro unius delicto alter puniri non debet; nam pœna tenet suos auctores, nec ulteriùs contra eos progreditur, qui non sunt in culpa, vel dolo, quibus cessantibus cessat etiam pœna, *l. sancimus C. de pœn. l. si quis in suo §. legis C. de inoff. testam. l. maritorum C. ne uxor pro marito*, *l. si pœna*, *l. crimen ff. de pœnis*, *l. fin. ff. ad Syllan. cap.*2. *de constit. cap. quæsivit de iis, quæ fiunt à majori part. Capitul. Soccin. in l. cum filiusfamiliat ff. de verbor. oblig. n.*17. *Gig. in tract. de crim. læsæ majestat. lib.*3. *rub.*1. *q.*1. *n.*3. *Clar. in pract. crim. q.*86. *n.*1. latè *Covar. var. resol. lib.*2. *cap.*8. *n.*1. *Magon. decis. Lucens.*27. *n.*1. *p.*1. & ex auctoritate Sacræ Scripturæ in *Ezechiel. cap.*18. comprobat *Farinac. in tit. de delict. & pœnis q.*24. *n.*1. *cum seq.*

15 Ampl. præcipuè procedere si famulus delinquat extra officium, in quo à Domino deputatus non fuit; nam tunc pro ejus delicto minimè tenetur, ex doctrina *Bart. in l. ne quid in princ. ff. de incend. ruin. & naufrag. Abb. & Anton. de Butr. in cap.*1. *de restit. spoliat. Felin. in cap. Petrus n.*10. *de homicid. Monticell. in sua prax. crim. reg.*7.*n.*41. *Addens ad Capel. Tholos. decis.*196. *n.*4. *prope fin. vers. si delinquat extra offic. Bero. q.*39.*n.*2. *Franc. Marc. decis. Delphinat.*425. *n.*6. *vers. ubi vero famulus delinqueret extra officium p.*1. *Farinac. in tit. de delictis*, *& pœnis q.*24. *n.*49. & magis recenter *Vermigliol. consf. crim.*334. *n.*6.

16 Secus autem si famulus delinquat in officio, in quo deputatus fuit; nam tunc Dominus pro ejus delicto tenetur, ut probat *Text. in l.*1. *in princ. juncto §. familiæ ff. de publican.* ubi *Bart.* & communiter scribentes, *& in l. ne quid ff. de incend. ruin. & naufrag.* ubi etiam *Bart.* & alii Doctores, *& in l. ait Prætor ff. de vi, & vi armat. Archidiac. & Doctores in cap. si Episcopus de Offic. Ordinar. in* 6. *Felin. in c. Petrus n.*8. *de homicid. Adden. ad decis. Tholos.*196. *n.*1. *&* 2. *Bero. q.*39. *n.*1. *Franc. Marc. decis.*423. *sub n.*12. *vers. isto casu delinquunt in officio*, *Menoch. de arbitrar. quæst. lib.*2. *cas.*345. *n.*3. *centur.*4. *Mascard. de probat. lib.*2. *concl.*892. *n.*7. *Farinac. in tit. de delict. & pœnis q.*24. *n.*50. ubi in *fin.* deducit ex *Mascar.* quòd si incendium in domo oriatur culpâ stabularii in stabulo, vel coqui in coquina, teneatur dominus de tali incendio orto culpâ dictorum famulorum, quia deliquerunt in officio, in quo sunt præpositi; secus verò si incendium ortum sit culpâ alterius, in quo officio deputatus non erat.

17 Siquidem quidquid facit famulus, seu familia occasione domini, de ejus voluntate fecisse præsumitur, cùm famulorum conditionem scire debeat, si tamen delinquat in officio, in quo deputatus fuit, ut de communi testatur *Curt. sen. consf.*41. *n.*10. *Gram. consf. crim.*8. *Jul. Clar. in prax. §. fin. q.*86.

18 *n.*2. *circa med.* præcipuè si ad domini utilitatem delictum commiserit, *Decian. in tract. crim. lib.*9. *cap.*37. *n.*10. ubi præcipuè ad effectus civiles, id tamen intelligit quando alia concurrunt, ut in *fin. dicti n.*10. *vers. sed dicas*, *Vermigliol. consf.*335. *n.*11. *&* 12.

19 ubi *n.*14. subdit quòd hæc præsumptio ad effectum civilem non sufficiat ad condemnandum, sed solùm ad effectum inducendi suspicionem contra dominum, ut ex *Text. in cap. cùm ad sedem de restitut. spoliat.* firmat etiam in civilibus *Honded. consf.*97. *n.*11. *ante fin. & seq. lib.*2.

20 Ad hoc autem ut Dominus teneatur pro delicto famuli commissi in Officio, in quo deputatus fuit, non est necesse quòd constet de deputatione ad dictum officium per scripturam, seu alio modo, cum regulariter conducantur famuli, operarii, laboratores, & similes solo verbo absque ulla scriptura; sed sufficit doceri famulum, seu laborantem visum fuisse laborare cum aliis famulis, & servis illius exercitii, & officii, in quo deliquit, etiamsi fuerit præpositus, seu conductus à Præfecto, quem Dominus tenet in illo exercitio, cùm Dominus pro omnibus teneatur, & ad hunc effectum exuberat scientia ipsius domini, *l.*1. *§. magistratum il* 2. *ff. de exercit. Bart. in l.*1. *§. familiæ ff. de public. Bero. q.*39. *n.*2. *Farinac. in tit. de delict. & pœn. q.*24. *n.*51.

21 Publicus verò Officialis tenetur de delictis, & excessibus commissis per ejus ministros,

stros, & familium, & dum in Magistratu esset ejus Dominus, ut probat *Text. in l. 1. C. ad legem Jul. repetund. & in l. 1. §. familiæ ff. de publican.* ibique *Bart. & Doctores, Dec. in l. 2. ff. quod quisque jur. Felin. in cap. Petrus n. 2. de homicid. Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. cent. 4. casu 345. n. 1. & 2. Alciat. de præsumpt. regula 3. præsumpt. 40. in fin. Adden. ad Capel. Tholos. decis. 196. vers. item fuit quæsitum n. 3. Bos. de Offic. & corrup. sub n. 32. Farinac. in tit. de delict. & pœnis q. 24. n. 53.* & faciunt allegata per *eundem in tit. de var. & divers. crimin. q. 111. n. 141. & seq. Rot. in antiq. in tit. de Offic. Vicar. decis. 6.* aliàs 132. *incip.*
22 *nota utrum Episcopus*, ubi Episcopum teneri pro delictis commissis per suum Vicarium, & Officiales.

23 Quæ tamen habent locum, quando famulus, seu minister publici officialis delinquant in Officio; secùs autem extra officium, ac ministerium sibi à Prætore commissum; ac proinde si Potestas, vel alius Officialis habeat aliquem familiarem, vel Camerarium in suo servitio, qui aliquam simoniam commiserit, & pecuniam receperit, ut Potestatem rogaret pro obtinenda gratia, non tenetur Potestas, vel Prætor de tali pecuniarum extorsione, nec pro ejus Notario, si aliquid recipiat, ut eundem rogaret; quia prædicti Servitores non sunt deputati ad aliquod officium, & Notarius extorquens brevi manu pecuniam censetur delinquere extra officium, cùm hoc non faciat uti Notarius; & Potestas non tenetur pro suo Notario de eo, quod extra Notariatum commisit, *Franc. Marc. decis. Delphinat. 425.*
24 *num. 7. part. 1.* Contrarium tamen quòd hujusmodi Servitores, & Notarii committentes similes extorsiones dicantur delinquere in officio, adeout Prætor teneatur,
25 deducitur, quia quando auctoritas officii est in causa, ut Officialis delinquat vel favore, vel prætextu, vel contemplatione, vel colore officii, dicuntur delinquere ratione officii, & pecunias extorquere sub colore, & auctoritate Notariatus, & Aulici famulatus, cujus intuitu alliciuntur dantes pecuniam, ut ipsis intercessoribus, gratiam, & favorem consequi valeant, & ita dixisse *Rot. in Romana Notariatus* 11. *Octobris* 1583. *coram Cantucio* testatur ipso scribente *Farinac. in tit. de delict. & pœnis qu. 24. n. 58. & 59.* & ad tradita per *eundem in tit. de var. & divers. crim. q. 111. n. 141. & seq. Paris. de Puteo in tract. de Syndicat. tit. Judices ad Syndicat. qui fiat cap. 1. n. 8. vers. & dixit pag. 129. & in verb. Officialis offensa n. 6. vers. nisi adulterasset fol. 250. Guliel. de Cuneo in l. nulli C. quorum appell. non recip. Bald. in l. 2. in fin. Cod. de ratiocin.* ibique etiam *Salycet.* latè *Prosper Caravita super ritu magn. Cur. rit. 49. col. fin. vers. unum tamen adverte.*

26 Et licèt in casu, quo dominus tenetur pro delicto famuli, non liberetur exhibendo ipsum famulum delinquentem, si officium sit privatum, quamvis secùs si sit publicum, *l. unica ff. nautæ, Caup. Stabul. l. 1. §. quod novissimè l. si post, & l. cum exhibuissent ff. de publican. Gram. voto 29. n. 11. Boss. in tit. de furt. n. 59. Joan. Maria Monticell. in pract. crimin. reg. 7. num. 4. Franc. Marc. decis. Delphin. 435. n. 6. Addit. ad Capell. Tholos. decis. 196. n. 4.* Bero. *quæst. 32. n. 3.*
27 Hoc tamen non procedit, quando famulus delinquens est solvendo; nam tunc Dominus liberatur, & actio contra ipsum famulum est dirigenda, *Vermigliol. cons. 334. n. 9. idem inter cons. Farinac. cons. 230. n. 4. lib. 3.*
28 Nec procedit, nisi probetur culpa Domini in mala familiaris, seu Officialis electione, & deputatione, *Castren. in l. videamus ff. locat. Escobar. in tract. de ratiocin. cap. 19. num. 52.* Bald. *cons. 222. lib. 2. Vermigliol. cons. 335. num. 3. Cardin. Seraphin. dec. 527. num. 2.*

Ac proinde si à domino probetur, quòd deputatus ab eo in officio, in quo deliquit, erat persona bonæ conditionis, & famæ, cognitus, & solitus cum omni integritate se gerere; tunc enim non tenetur pro ejus delicto; cùm præter opinionem, & bonam existimationem deficiat, & de bono efficiatur malus, *Felin. in cap. Petrus sub n. 10. de homicid. Castren. in l. videamus ff. locat. Gabr. cons. 8. num. 62. lib. 7.* Bald. *cons. 222. lib. 2. Joan. Maria Monticel. reg. 7. num. 42.* cum aliis allegatis per *Farinac. in tit. de delict. & pœn. q. 24. n. 61.* ubi refert Rotæ Decisiones, licèt videatur aliter disponi in *Bulla Pauli IV. ex ordine* Bullar. *veter. 85. p. 1. fol. 779. vers. nec substitutos recipiant, emanata super reformat. Tribunal. Urbis.*

29 Insuper procedit quando delictum rendat ad solam domini utilitatem, cùm tunc præsumatur de mandato domini famulum, Ministrum, vel Officialem deliquisse; secùs autem si Officialis utilitas concurrat, *Hieronymus de Federic. post 2. vol. cons. crim. Farinac. resol. 42. n. 2. ante med. vers. circa aliquam ipsius utilitatem, Vermigliol. cons. crimin. 335. n. 13.*

30 Nec etiam procedit ad effectum criminaliter agendi contra dominum pro delicto commisso à famulo in officio, in quo deputatus fuit, sed tantùm ad effectum civiliter agendi pro interesse partis, *glos. in l. observare §. proficisci ff. de offic. Proconf. & Legat.* Bart. *l. si quid ff. de incend. ruin. &*

nau-

naufrag. Felin. in cap. Petrus n. 13. *de homicid. Honded. conf.* 96. *n.* 16. *&* 17. *lib.* 2. *Joan. Maria Monticel. in pract. crim. reg.* 7. *n.* 46. *Franc. Marc. decis. Delphinat.* 23. *n.* 13. & latè *Vermigliol. inter conf. Farinac.* 230.
31 *seu ultimo tom.* 3. Et in omnem easum, quando dominus aliquid solvit pro delicto famuli, potest ab eodem repetere, vel pro repetitione retinere mercedem, ut per *Speculat. in tit. de jure jurand. & damn. dato* §. *fin. verf. penult. Joan. Faber, & Angel. Aretin. in* §. *item exercitor navis instit. de obligat. quæ ex quasi delict. nascunt. Addit. ad Capell. Tholos. decis.* 196. *in fin. Farinac. dicta quæst.* 24. *n.* 90.
32 Quando verò famulus delinquit extra officium, Dominus nec actione in factum, nec aliâ civili tenetur ad damnum reficiendum, *l.* 1. §. *dejecisse, &* §. *quoties, & l.* 3. *ff. de vi, & vi armat. Honded. conf.* 96. *n.* 15. *lib.* 2. *Vermigliol. conf. crim.* 335. *n.* 2. *Afflict. decis.* 28. *n.* 2.
33 Tenetur verò dominus ad reficiendum damnum, & puniri potest si retineat famulos, vel familiares improbos, malæ vitæ, & diffamatos, eùm tunc de eorum conditione informatus præsumitur, & sibi imputare debet, si diligentem inquisitionem de eorum vita, qualitate, & moribus non adhibuit, dum in suum servitium recepit, vel ad exercendum officium admisit, ad *Textum in l. fin. . in servorum ff. nautæ, Caup. Stabul. & in l. fin. ff. de abig. & in cap. in agro* §. *porro in quarto notab. de stat. Monachor. Petrus Fer. in pract. in form. inquisit. in verbo transeat n.* 6. *Clar. in pract.* §. *fin. q.* 86. *verf. hoc infertur post principium Duen. reg.* 203. *in prin. Petr. à Plancha in Epit. delictor. lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 1. *in fin. & n.* 3. *Franc. Marc. decis. Delphinat.* 325. *n.* 8. *Tiraquel. de legib. connub. glos.* 6. *n.* 6. *Farinac. in tit. de delictis*, & *pænis q.* 24. *n.* 91. ubi ita sensisse Rot. *in antiq. decis.* 6. aliàs 432 *incip. nota utrum*
34 *Episcopus n.* 2. mala enim electio imputatur culpæ eligentis, ad *Textum in l. videamus* cum ibi notatis per *glos. in prin.* & per *Doctores ff. locat. & in l. si vendita ff. de peric. & commod. rei vendit.*
35 Veritas tamen est quòd dominus hoc easu puniri non debeat eâdem pænâ, quâ famuli mulctari possunt pro delicto in officio commisso, sed mitiùs Judieis arbitrio: in actione enim subsidiaria, prout est, quando unus tenetur pro alio, recceditur à rigore juris, *Duen. regu.* 303. *in prima limitatione, Petrus à Plauc. in Epitom. delictor. cap.* 14. *n.* 3. *prope fin. verf. quam communi consensu, Alciat. de præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 40. *n.* 3. *Menoc. de arbitrar. quæst. lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 345. *n.* 13. quæ opinio comprobatur ex duplici alia ratione, tum quia hoc easu dominus non tenetur de dolo, sed de culpa,
36 quæ mitiùs plectitur, *Bald. in cap. veritatis n.* 5. *de dolo, & contumac*, nam ubi non concurrit dolus, ibi imponi non potest pœ-
37 na ordinaria delicti, *l.* 1. §. *divus ff. ad l. Cornel. de Sicar. l. absentem* §. *fin. l. Metrodorum, & in l. respiciendum* §. *delinquunt ff. de pænis.*
38 Tum etiam quia dominus pro delicto improborum, & diffamatorum, quos conduxit, vel ad officium præposuit, præsumitur de eorum conditione informatus: & ubi quis ex præsumptionibus tantùm condemnari debet, semper Judex debet temperare sententiam, & mitiorem imponere pænam benigno arbitrio regulatam, animadversâ personarum, & delicti qualitate, *cap. quia verisimile de præsumpt. ibique Innocen. Abb. Felin.* & communiter scribentes, *Dec. in cap. tertio loco n.* 6. *de probat. Jas. in l.* 1. *n.* 28. *C. de ser. fugit. & in l.* 1. *n.* 21. *ff. si cert. petat. Gram. decis.* 43. *n.* 13. *Farinac. in tit. de delictis, & pænis q.* 24. *n.* 92. *&* 93.
39 In casu verò, quo dominus non tenetur pro delicto sui famuli, non tamen eximitur ad instantiam damni passi ab exhibitione famuli delinquentis, ad effectum ut puniri valeat, & si plures habeat famulos, omnes exhibere debet, si omnes deliquerunt, sin minus ad effectum, ut recognoscatur delinquens, & propterea tenetur exhibere cum vestibus consuetis, ut meliùs recognoscatur: quod si exhibere recusaret, etiam si dominus non sit in culpa, tenetur pro delicto famuli, sive sit servus, sive liber, *l. cum si exhibuissent* §. *an autem ff. de pub.* ubi *Bart. l.* 3. § *si quis noxali ff. ad exhibend. Joan. de Imol. in dicta l. cum si exhibuissent* §. *an autem; Paul. de Castr. in l.* 1. §. *quod novissimè ff. de publican. Franc. Marc. decis. Delphin.* 424. *n.* 6. *verf. verum tamen ordo debet teneri, & n.* 9. *in princ. & decis.* 426. *n.* 1.
40 *&* 2. *p.* 1. Et concurrente renitentiâ, & contumaciâ domini in non exhibendo famulo, declarari potest pro confesso, & convicto de delicto per famulum commisso, secundùm *Jas. in l.* 1. *ff. ex noxali causa agatur, Farinac. in tit. de delict. & pæn. q.* 24. *à n.* 95. *usque ad* 101.
41 Limitatur tamen hæc conclusio, ut procedat, quando dominus habeat commoditatem, & potestatem exhibendi suos servos, & familiares; secùs autem si servus aufugerit; quia tunc non dicitur esse in sua potestate, nisi dominus talis fugæ sit particeps;
42 nam si dolo desiit possidere, habetur ac si
43 possideat, in ejus præjudicium: & in dubio præsumitur dominus dolo desisse possidere,
44 si tempore litis contestatæ possidebat; debet pro-

propterea stari ejus juramento, quòd sine dolo desierit possidere, & si jurare recusaverit condemnandus est: debet tamen liberari, si constet de ejus diligentia, quòd non
45 potuit habere, & exhibere famulum, *l. quoties §. in potestate ff. de noxal. l. si bona fide ff. eod. tit.* ibique *Florian.* faciunt tradita per *Joan. Fab. instit. de noxal. in princ.* & notata per *gloss. & Doctores in cap. ab adversario de except.* Farinac. *in tit. de delict. & pœn. q. 24. à n. 102. usque ad n. 106.* Franc. *Marc. decis. Delphin. 425. n. 4. 5. & 9. prope fin. part. 1.*

Communitas, Civitas, Villa, an & quando teneatur de damno dato in ejus Territorio.

SUMMARIUM.

1 STatuta ut unus teneatur pro delicto alterius, videntur iniqua, & propterea non servanda, n. 2.
3 Secùs autem si promulgentur cum aliqua rationabili causa.
4 Valet statutum, vel constitutio quòd Villa, vel Universitas teneatur de damno dato, furto, & incendio commisso in eorum Territorio.
5 Præcipuè in statu Ecclesiastico vigore constitutionum B. Pii V.
6 Amplia procedere etiam in damno dato in confinibus duarum Villarum, seu Civitatum.
Et tunc utraque Villa, & Civitates tenentur, ibidem.
7 Et vigore bullæ Pii V. datur electio damnum passo cum facultate variandi.
8 Datur tamen hæc actio, quando nescitur quis damnum dederit, vel si sciatur, non sit solvendo.
9 Ad hoc ut Villa teneatur, priùs est facienda investigatio de inveniendo malefactorem.
10 Et asserens non inveniri, hanc negativam probare tenetur.
11 Limit. in statu Ecclesiastico vigore constitutionum Pii V. & generaliter quando statutum simpliciter loquatur num. 12.
13 Damna soluta ab Universitate invento malefactore repeti possunt ab eodem, secùs contra damnificatum.
24 Si ab Universitate fuerit imposita collecta pro damni emendatione, & interim inveniatur malefactor, non est ulteriùs procedendum.
15 In collecta imponenda à Communitate pro reficiendo damno, de jure collectari non possunt infirmi, senes, Infantes, & miserabiles personæ.
16 Contrarium tamen servatur in praxi.
17 Villa, quæ non habet quinque Patres familias non tenetur resarcire damnum.
18 Nec tenetur, si villa, vel Communitas non sit in aliqua culpa in illatione damni facti in ejus territorio. Contrarium, n. 19.
Et ad hunc effectum sufficit culpa præsumpta ex negligentia in non bene custodiendo territorium, ibidem.
20 Unde custodias continuas retinere debet.
21 Et ex bulla Pii V. ad hoc ut Communitas teneatur, sufficit culpa præsumpta absque alia probatione.
22 Recipit tamen probationem in contrarium, ut si Villa resistere non potuit multitudini latronum.
23 Damnum datum ab inimico, & non à latronibus, Communitas non tenetur emendare.
24 Nec etiam tenetur, si damnum illatum fuerit furtivè, & de nocte. Limit. ut in n. 25.
26 Dictio *quæcunque* est universalis, & comprehendit etiam alia, licèt impropria, nihil excepto, ultra proprietatem verborum, quæ venire solent.
27 Communitas ut teneatur ad emendandum damnum, non est standum juramento damnum passi.
28 Non obstante quod ita à statuto disponatur, cum intelligatur quoad quantitatem damni illati, non quoad illationem ipsius damni.
29 Agens ad rem furto subtractam aliter quàm per juramentum docere debet de damno passo.
30 Sed quia est difficilis probationis, probatur per testes inhabiles, familiares, & socios in itinere.
31 Ex bulla Pii V. videtur standum esse juramento damni passo tam quoad furtum, quàm quoad valorem.
32 Contrarium, nisi id suadeat personarum qualitas, & pro furto concurrant aliquæ conjecturæ.
33 Juramentum Pauperi damnum passo non defertur.
34 Ad hoc ut deferatur, concurrere debet optima qualitas personæ.
35 Referuntur Doctores agentes de materia damni dati.

ADNOTATIO II.

LIcèt enim non videatur rationabile, & juri consonum, quòd unus teneatur de damno, vel pro delicto ab alio
1 perpetrato; undè primâ facie videntur iniqua statuta imponentia hanc obligationem, tanquam contra jus divinum, naturale, & humanum, ut dixit *Bald in l. sancimus C. de pœnis, & in cap. cognoscentes col. 1. circa med. de constitut. Lucas de Penna in l. jure provisum C. de Fabricen. lib. 11. idem Bal. in l. si qua pœna in 2. lectura ff. de his, qui sunt sui vel alien. jur. Calcan. cons. 1. n. 4. Barbat. cons. 66. n. 1. & 2. inter cons.*
2 *ejusdem Calcanei.* Et propterea tanquam iniqua, & continentia odium irrationabile, minimè valere, & servanda esse, *ad textum in cap. erit autem lex dis. 4. in cap. consuetudo §. 1. dis. 1.* cum notatis in *l. fin. C. si contra jus, vel util. publ. & in Clement. Pastoralis de sent. & re judic. in cap. quæ in Ecclesiarum de constit.*
3 Attamen si hujusmodi statuta, consuetudines, & constitutiones promulgentur cum aliqua rationabili causa, valent, & servanda sunt, cùm tunc cesset iniquitas, & odium irrationabile; secùs si sine causa condita essent, *Bart. in 1. constitut. Digestorum n. 4. Jas. in §. actiones instit. de action. n. 83. & 85. Joan. de Anua in cap. 2. de delict. pueror. Dec. in cap. cognoscentes n. 8. de constitut. Marc. Anton. Eugen. cons. 69. n. 2. Alberin. §. statutum p. 47. n. 8. Gabriel lib. 3. commun. conclus. in tit. de jure quæsit. non tollen. concl. 2.* ubi de communi, *Augustin. de Angelis de malefic. verbo dictum Sempronium n. 16. Viv. in commun. opin. vers. statutum disponens, quòd pater teneatur solvere post mcd. Flam. Chartar. in tract. de execut. sententiæ cap. bannit. n. 71. & seq.*
4 Valet propterea statutum, vel constitutio, ut Communitas, Civitas, vel Villa teneatur de damno dato, furto, incendio, seu rapina commissa in eorum territoriis, & quòd æquitati nitantur dixit *Bald. in l. si*

quis

quis non dicam rapere sub n. 10. *C. de Episcop. & Cleric.* facit textus *in l. ne quid §. facinora ff. de incend. ruin. & naufrag.* Cepol. *conf. crim.*18. *Calcan. conf.* 39. *& conf.* 63. *Grammat. conf.* 22. *in crimin. Parif. conf.* 158. *n.*17. *lib.*4. *Tiraquel.de pœn.temperan. conf.*23. *n.*11. *Menoch. de præsumpt. lib.*5. *præsumpt.*31. *n.*19.*&* 20. *Farinac. in tit. de delict. & pœnis q.*24.*n.* 197.

5 Quod in Urbe, & Statu Ecclesiastico fortiùs locum habet,attentâ constitutione *B. Pii V.* emanata *de anno* 1566. 3. *nonas Julii* sub rubrica *contra homicidas,bannitos,& alios facinorosos prope fin.* ex ordine *Bullar. Cherubin.*10.*tom.*2.*fol.*141. & alia *sub die* 8. *Junii ejus anni sub rubrica confirmatio litterarum Julii II. & Leonis X. contra dominos Locorum,Communitates non custodientes eorum Territoria &c.* in quibus expressè disponitur quòd Barones,Domicelli,& Universitates teneantur custodire eorum Territoria, tuta,& libera facere à latronibus, sicariis,& furibus, aliisque delinquentibus; ita quòd si prædicti latrones, & delinquentes cuiquam damna aliqua intulerint, & delinquentes impunè invaserint, Communitates; & Universitates hujusmodi non solùm ad damnorum quorumcunque sic illatorum parti læsæ, & damna patienti, eorumque hæredibus plenariam satisfactionem, & restitutionem omnino facere teneantur, sed etiam ad tantundem, quantum damna illata æstimata fuerint.

6 Ampl. ut procedat etiamsi damnum datum fuerit in confinibus duarum Villarum, seu Civitatum, tunc enim utraque Villa, seu Civitas tenetur ad damni refectionem, secundùm communem Doctorum opinionem, ut ex *Alb. & Afflict.* testatur *Jul. Clar. in prax. §. fin. qu.*82. *statutum primum circa damna data vers. sed quid si damnum*, *Farinac. in tit. de delict. & pœnis q.*24.*num.*199. & secundùm hanc communem opinionem

7 disponit etiam *Bulla Pii V.* in qua ulteriùs in hujus casus contingentia tribuitur facultas damnum passo agendi ad recuperationem rerum ablatarum contra alterutram Civitatem, & Universitatem, quam elegerit; ita quòd ab actione intentata possit discedere, & variare, & contra aliam agere, reservato tamen jure solventi repetendi.

8 Competit tamen hæc actio in subsidium, quando scilicet non habeatur notitia, & ignoretur quis damnum intulir, vel si scitur non sit solvendo; secùs autem si damnum dantes non ignorentur, & sint solvendo; tunc enim cessat dispositio statuti, vel constitutionis, *Angel. in §. quoniam verò n.*3. *in Auth. ut nulli Jud. collat.*7. ubi ita de consuetudine servari testatur, *Calcan. consil.*63. *post n.* 4. *vers. & eodem modo*, *Rolan. de Curte consil.* 64. *in ultimis verbis*, & ibidem *Barbat. cons.* 66. *numero* 6. *Claudius Battandier. in reg. crimin.* 102. *Bonacossa in quæst. crim. de damn. & incend. clam datis in princ. vers. hoc statutum etenim habet locum pagin.*207. *verbo Villa in fin. Steph. de Feud. in tract. de interpret. jur. p.*2. *sub n.*36. *Moder. in tract. de jure, & æquitat. tit.*14. *n.*17. *Menoch. de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 31. *num.*23. *&* 24. *Ossasch. decis. Pedemont.*88. *n.*31.

9 Prius igitur, ad hoc ut Villa teneatur, est facienda investigatio, & diligens perquisitio de inveniendo malefactore, argumento eorum, quæ tradit *Afflict. in constitut. Regni de homicid. clandest. n.*10. 11. *&* 54. ubi quòd Judex hoc casu inquirens incipere debeat à Custodibus, *Bajard. ad Jul. Clar.*

10 *q.*82. *n.*8. *&* 9. ac proinde qui dixerit malefactorem non inveniri, tenetur hanc negativam probare, quia est fundamentum suæ intentionis, ut scripsit *Corn. conf.*123. *volum.*2. *litt.M. Aym. cons.*12. *lib.*1. *in fin. Alex. cons.*47. *n.*2. *vol.*6. *Bonacossa quæst. crimin. de damn. & incend. clam datis in princ. pag.*58. *à tergo vers. & si statutum, & vers. debet probari*, *Mascard. lib.*1. *de probat. concl.*471. *n.*1. Sed apud nos in practica hæc sententia minimè reciperetur stante generalitate rationis consideratæ in Bullis Summorum Pontificum supra allegatis, ut nempe euntes, & redeuntes ad Urbem, ac cœteras Terras S. R. E. securè, & liberè sine incursione, offensione, & invasione latronum, furum, & sicariorum, & aliorum malè viventium stare, ire, & redire possint, quæ ratio semper urget etiamsi malefactores non ignorentur, & pariter sint solvendo; ac proinde ex identitate rationis cum simpliciter loquatur, simpliciter etiam

11 intelligi debet; sed si statutum expressè disponat, quod Villa, seu Communitas teneatur ad emendationem damni malefactore non invento; tunc enim si malefactor inveniatur cessat statutum, cùm ejus verba sint restricta, & limitata; secùs autem si statutum simpliciter loquatur; nam tunc etiam simpliciter intelligi debet, ut procedat etiam malefactore invento, & existente solvendo: ita *Farinac. in tit. de delict. & pœnis q.*24. *n.*23.

12 Quando verò Universitas solverit damna, si postea inveniatur delinquens, ab eodem solutum recuperare potest tanquam à relevatore indemnitatis, ac proinde contra eundem habet regressum, & actionem, etiam absque ulla cessione jurium reportata ab eo, cui emendatum est damnum, non tamen hanc emendationem potest ipsa Universitas

retra-

tertractare, *Alber. in tract. statut. 2.p.q.7. Bonacoss. quaest. crimin. de damn. & incend. clam dat. pag.59. à tergo, Afflict. in constit. Reg. de homicid. clandestin. num.22. Paul. de Castr. in l.2. §.si res ff. ad legem Rhod. de jactu, Gram. in constitut. Regni si damna clandest. n.10. & 11. Farinac. in tit. de delict. & pœn. q.24. n.214. Bajard. ad Clar.*
14 *q.82. num.6. & 7.* ubi quòd hoc casu si ab Universitate fuerit imposita collecta pro damni emendatione, & antequam fieret aestimatio, doceatur de damno dante, non sit ampliùs procedendum ad executionem dictae collectae, nec Universitas ampliùs ad emendationem teneretur; haec tamen in Urbe, & Statu Ecclesiastico vigore supradictarum Bullarum ex supra deductis forsan non obtinerent in praxi.

15 Quando igitur esset imponenda collecta per aes, & libram, vel per capita, ad effectum emendandi damnum illatum; utpote quia Communitas non possideat bona in communi, de jure collectari non debent absentes, Infirmi, senes, ac infantes, *Cepol. cons. crim. 10. num.17. Menoch. cons.101. n.43. vol.1. & de praesumpt. lib.5. praesumpt.31.n.25. Marsil. de banuit. in verbo Villa n.27. & 28.* ubi etiam de Viduis, Pupillis, & aliis miserabilibus personis, *Bonacossa in suis quaest. crimin. in verbo Villa vers. ex forma statuti pag.207. & in verbo de damn. & incend. clam dat. in vers. item limitatur hoc statutum pag.58. in fin. & pag.59. vers. an*
16 *dominus pro incendio.* Tamen quidquid sit de jure, quòd in praxi contrarium servetur, testatur *Farinac. in tit. de delictis, & pœnis qu.24. n.200. in fine*, quia etiam absentes tempore maleficii tenentur, ut insinuat *Alb. in 2. part. Statutor. q.83. Jul. Clar. in praxi q.82. statutum primum vers. item quaero nunquid absentes.*

17 Villa verò, quae non habet quinque Patres familias non debet imponere collectam, nec tenetur resarcire damnum, quia non dicitur Villa, ut ex *Alex. in l. fin. num.7. C. de testam.* & ex *Marsil. sing.232.* tradit *Bajard. ad Jul. Clar. q.82. n.1.*

18 Prout etiam nec tenetur si Villa, vel Communitas non sit in aliqua culpa in illatione damni facti in ejus Territorio, cùm statutum, & constitutio debeat hanc passivam interpretationem, & aequam temperamentum recipere, aliàs statutum redderetur odiosum odio irrationabili, *Bart. in l. ne quid n.2. ff. de incend. ruin. & naufrag.* & de communi dicit *Abb. in cap.1. num.8. de restit. spoliat. Marsi. in tract. de Bannit. in verbo Villa n.7. & 8. & n.11. Gram. decis.47. in princ. Ossasc. decis. Pedemont.88. n.5. & seq. & decis.138. n 24.* faciunt tradita per *Calcan. Part III. Posthuma. cons.63. num.12. & Menoch. cons.27. n.53. vol.1.*

19 Contrarium, & verius, quia Villa, & Communitates ex dispositione Statuti, vel Constitutionis tenentur custodire eorum Territoria, illaque tuta, & secura reddere à furibus, latronibus, aliisque facinorosis personis; ac proinde satis dicuntur in culpa, & maximae negligentiae imputatur secutis rapinis, & derubationibus, cum non adimpleverint ea, quae à statuto injuncta, & demandata fuerunt; nam si bene eorum Territoria custodissent, fures, & latrones non habuissent opportunitatem promptam ad delinquendum; & haec culpa etiam praesumpta exuberat, ut Villa, & Universitas teneantur ad damnum emendandum vigore statuti, vel constitutionis, quae aliter redderetur frustratoria, cùm ferè semper furta, & rapinae, à furibus, & latronibus, in via clam, & secretè, & ab omnibus ignorantibus, & praeter omnium praesentiam, & expectationem perpatrentur, argumento *Textus in l. dolus*, ubi *Bart. in Summario in l. si procuratorem §. dolo ff. mandat.* cum aliis per *Ceph. cons.230. n.4. & cons.265. n.8.* rursus argumento eorum, quae scripsit *Carrer. in pract. in tract. de indic. §. decimum octavum indicium est, Mascard. lib.3. de probat. concl.1421. n.21. in*
20 *fin. vers. si tamen appareret*, ubi quòd quando Universitas tenetur custodire agrum suum ab incursione latronum, custodias continuas habere debet, aliàs dicitur in culpa, ita quod si ex incursione damnum detur, tenetur Universitas resarcire, ex *Vulpel. consil.90. n.2.3. & 4.*

21 Et vigore praefatae *Constitutionis Pii V. confirmatoriae litterarum Julii II. & Leonis X.* eo ipso quòd hujusmodi furta, & latrocinia perpatrata reperiuntur, culpa absq; dubio praesumitur, ibi — *cum domini confinium praedictorum illos non custodiendo in praemissis culpâ non careant* — & ubi constitutio praesumit culpam, non requiritur alia probatio, nec ulteriùs quaerendum est, ut in terminis consideravit *Ossasc. decis. Pedemont.88. in fin. princ. & n.19. 23. & 27. in fin.* ubi alios allegat, & sequitur *Farinac. in tit. de delict. & pœnis q.24. n.204. 205. & 206.*

22 Haec tamen culpae praesumptio recipit probationem in contrarium: hinc si à Villa, vel Communitate doceatur, quòd furtum, & rapina contigerit non obstante solitâ custodiâ, quam adhibet in suo Territorio, & praecipuè quòd resistere non potuit multitudini, & copioso numero illorum latronum, & grassatorum, excedentium homines ipsius Villae, vel Universitatis validos ad re-

pellendam vim, & resistendum; tunc enim cum cesset omnis culpa, & negligentia à statuto, vel Constitutione præsumpta, ob quam tenetur damnum emendare, cessare etiam debet ipsa emendatio, cùm ad impossibile nemo teneatur, *Bonacos. in quæst. crim. de damn. & incend. elam dat. post princ. vers. item limita hoc statutum pagin.*58. *à tergo*, *Bart. Bald. & Angel. in l.*1. *§. occisorum ff. ad Syllan. Osasch. decis. Pedemont.*178. *n.*34. *Farinacc. in tit. de delict. & pœn. q.*24. *num.*207.

23 Sed quando adest fama unà cum aliis conjecturis, damnum datum fuisse ab inimicis damnificati; tunc Villa, & Communitas non tenentur damnum, vel incendium reficere, tanquam illatum, & secutum odio particulari, & non ex incursione latronum, aut ex facinorosis personis deprædantibus, de quibus propriè loquitur statutum, & constitutio, ut comprobat *Bertaz. in consf.*481. *per totum vol.*2. quem refert, & sequitur *Bajard. ad Jul. Clar. in §. fin. quæst.*82. *num.*19.

24 Et quamvis si damnum illatum fuerit clam, furtivè, & de nocte, videatur Villam, vel Communitatem ad emendationem minimè teneri vigore Statuti, seu Constitutionis, secundùm *Bart. Bald. & Angel. in l.*1. *§. occisorum ff. ad Syllan. Roman. conf.*7. *col.*2. *vers. advertendum tamen eos*, *Barbat. consil.*66. *n.*5. *&* 6. *inter consil. Calcanei*, *Aret. consil.*57. *col.*2. *in fin. Dec. cons.*64. *col.*3. *in princ. Mars. in tract. de bannit. in verb. Villa n.*10. *& n.*23. *Bertaz. cons.*45. *lib.*1. *Boss. in tit. de captur. n.*42. *Menoch. de præsumpt. l.*5. *præsumpt.*31. *n.*26 *Novel. reg.*241. *Masc. l.*3. *de probat. concl.*1421. *n.*21. *circa med. vers. idem est quando de nocte*, *Osasch. decis. Pedemont.*88. *num.*11. *& decis.*138. *num.*24. *&* 34.

25 Tamen conclusio non procedit, vel quoties statutum ulteriùs procederet præsumendo damna illata ab illis de Villa, seu Communitate; vel quoties statutum, seu constitutio utatur verbis universalibus, scilicet verbum *aliqua*, *& quævis damna*, & similia, cùm ex præfatorum verborum generalitate damna sic universali signo adiecta in quolibet damno etiam minimo, & quocunque tempore illato verificentur, ut latè tradita per *Tiraquel. in l. si unquam in vers. omnia*, *vel partem aliquam n.*14. *& seq. C. de revocan. donat. Natta cons.*525. *n.*6. *&* 7. *lib.*3. *Osasc. decis. Pedemont.*88. *n.*32. *&* 33. *Farinac. in tit. de delict. & pœnis q.*24. *n.*209. *& seq.* ubi quòd apud nos prædicta absque ullo dubio procedant, attentis verbis *Bullæ Pii V. contra Homicidas*, *Bannitos*, *& alios facinorosos*, ibi — *præter hoc quod damnorum quorumcunque sic illatorum* dictio enim *quæcunque*; seu *quorumcunque*

26 est ita universalis, & effrœnata, ut non solùm importat, & comprehendit ea, quæ secundùm proprietatem verborum venire solent, verum etiam indistinctè omnia alia, quamvis impropria, nihil excepto, *cap. solitæ de majoritat. & obedient. gloss. in cap. quæcunque in verbo quicunque de sentent. excommunicat. in* 6. *Jas. in l. quodcunque n.*1. *ff. de verbor. obligat. Mar. Anton. var. resol. lib.*2. *resol.*40. *n.*2. *Grat. cons.*5. *n.*72. *& seq. lib.*2. *Honded. cons.*92. *n.*17. *&* 18. *lib.*1. *Decian. cons.*44. *num.*5. *lib.*4. *Soccin. cons.*453. *n.*7. *in fin. & num.*8. *Valenzuel. cons.*88. *n.*47. *Dec. cons.*599. *n.*2. *&* 3. *Alex. cons.*118. *n.*5. *Ruin. cons.*18. *num.*19. *lib.*2. *Rot. decis.*1. *n.*5. *de verbor. significat. coram Cæsare de Grass. & decis.*791. *n.*10. *p.*1. *diversor.*

27 Villa verò, seu Communitas hujusmodi contingente casu, cum teneatur ad emendationem damni non ex proprio, sed ex alieno delicto, & dolo, & sic ex quasi delicto, non est standum juramento ejus, qui furtum passus est, super æstimatione rerum subtractarum, cùm hoc juramentum deferatur in odium delinquentis, quod odium cessat in Villa, seu Communitate, ob delictum ab eadem non commissum, ac proinde cessare debet delatio hujusmodi juramenti, *Bart. in l. si quando n.*4. *C. unde vi*, *& in l. ne quid n.* 3. *vers. quæro nunc ff. de incend. ruin. & naufrag. & in l. Divus ff. de re militar. Dec. cons.*410. *post n.*13. *versic. quartò principaliter*, *Bertran. cons.*298. *in fin. lib.*8. de communi, *Fannc. de in lit. juran. in* 2. *memb.* 2. *part. principal. n.*78. ubi plures allegat, *Jul. Clar. in pract. q.*82. *statutum primum circa damno data vers. quæro nunquid*, *Marsil. in tract. de bannit. in verbo Villa n.*29. *Anchar. Rhegien. q.*61. *n.*1. *p.*1. *Mascard. de probat. lib.*1. *concl.*472. *n.*21. *& seq. & concl.*934. *n.*17. *&* 19. *lib.*2. ubi latè.

28 Quod procedit etiamsi statutum disponeret, quod de damno dato, & de rebus furto subtractis, stetur juramento damni passi contra Communitatem, seu Villam; quoniam debet intelligi quoad quantitatem damni illati, ac valorem rerum subtractarum, non quoad illationem ipsius damni, & furtum commissum; aliàs esset in potestate cujusque asserere, se derubatum in nemore, sylva, aut alio loco non frequentato, & ex solo suo juramento actionem dirigere, & intentare contra Communitatem, seu Villam, quod non est præsumendum esse de mente statuentium, dum præberent occasionem delinquendi, pejerandi, & frau-

& fraudes committendi, *Farinac. in tit. de delict. & pœnis quæst.24. n.217.* ex *Bart. in l.Divus n.3. vers.item sunt statuta ff. de militar. testament. Bal. in l. si quando num.2. & 3. C. unde vi, Marsil. in tract. de bannit. in verbo Villa n.40. Boss. in tit. de captura n.45. Matth. de Afflict. in tit. de pace jurament. firmand. §. illicitus num.4. Mascard. lib.1. de probat. conclus.472. num.24. & 25.*

29 Tenetur propterea agens ad rem furto subtractam aliter quàm ex juramento docere de furto passo; verùm quia talia furta, & damna, ut plurimum committuntur in locis abditis, & secretis, & in viis, & locis non valdè freqnentatis, in quibus non adest, nec reperiri potest testium copia, & consequenter delictum redditur difficilis
30 probationis; idcirco levioribus probationibus justificari potest, etiam per testes aliàs inhabiles, per familiares, & socios in itinere, aut alios similes, qui intervenire potuerunt; cùm ex natura actus veritas aliter haberi non possit, *Bart. in l. si quando n.4. C. unde vi, Paris. cons.74. num.12. vol.1. Mascard. lib.2. de probat. concl.831. num.35.* ubi plures allegat, *Anton. Gomez. tit. de probat. delict. n.21. vers. item adde tom.3. suarum variar. resol. Franc. Herc. in tract. de negativa n.16. & 17. Farinac. in tit. de delict. & pœnis quæst.24. num.218.* juncto *n.220. & 221.*

31 In Statu verò Ecclesiastico stante *Constitutione Beati Pii V.* confirmatoria litterarum *Julii II. & Leonis X.* licèt videatur primâ facie stari debere tam super furto, quàm super ejus valore juramento damnum passi, ibi -- *furta, & valor rerum subtractarum, &c. stetur declarationi præsidentium, & Clericorum Cameræ Apostolicæ, qui diligenter consideratâ qualitate personarum spoliatarum, &c. exposita quantitate furtorum, & aliis circumstantiis, & conjecturis, recepto juramento ipsarum personarum derubatarum seu Mercatorum, quorum bona ablata existebant, &c. furtum, & ejus valorem declarare debeant* -- tamen bene ani-
32 madversis verbis præfatæ Bullæ, deducitur non esse standum juramento damnum passi super furto, & rerum derubatarum valore, primò nisi id suadeat personarum qualitas, quæ afferuntur derubatæ, secundo quòd pro furto concurrant aliquæ circumstantiæ, seu conjecturæ, quibus deficientibus à Præsidentibus, & Clericis Cameræ Apostolicæ juramentum non defertur damno passo contra Communitatem, vel Villam, ita *Farinac. in tit. de delictis, & pœnis q.24. n.222. & 223.* ubi comprobat, & alios allegat.

33 Pauper igitur non est admittendus ita facile ad jurandum, cùm statutum quod credatur juramento damnum passo, semper in-
34 telligendum est, concurrente legalitate, & optimâ qualitate ejus, cui juramentum deferendum est, *Roman. in l. damnum la 3. ff. de damn. infect. Curt. in l. admonendi n.201. ff. de jur. juran. Marsil. in tract. de bannit. in verbo Villa n.46. Mascard. de probat. lib.1. concl.471. n.29. & 30. Paris. cons.164. n.2. vol.4. Vivian. commun. opinion.988. n.3. vol.3. Bajard. ad Clar. in §. fin. q.82. n.33.*

35 Alia ad materiam facientia latè tradit *Bonacos. in suis quæst. statutar. crim. litt. D. rub. de damn. dato pag.52. & in tit. de damn. & incend. clam datis pagin.58. & in verbo Villa pag.206. Marsil. in tract. de bannit. in verbo Villa, Bos. in tit. de captura reorum num.42. & seq. Bajard. ad Clarum in §. fin. q.82. à n.1. cum aliis sequent.*

De Animalium cura, & interitu, & Caprariorum, seu Custodum negligentia, & culpa.

SUMMARIUM.

1 Damnum animalium contingere solet ex natura, ex fortuna, & culpa.
2 Ex natura, & fortuna pertinet ad dominum animalium, ex culpa ad custodem, & n.4. & n.8.
3 Rei periculum spectat ad dominum.
5 Rusticus si rei custodiam suscepit mercede acceptâ, tenetur etiam de levissima culpa; secùs si gratis custodiret, n.6.
7 Custos animalium non tenetur de casu fortuito, si sine sua culpa contingat, & n.8. Contrar. n.10. declar. n.11.
9 Culpa probanda est ab allegante.
12 Custos tenetur tum de lata, tum de levissima culpa, n.13.
14 Culpa levissima criminaliter non punitur.
15 Custos animalium tenetur probare interitum evenisse sine sua culpa, & n.16.
17 Nec sufficit quòd Custos, vel Caprarius deferat tantùm pelles animalium demortuorum.
18 Socius, vel accipiens animal ad usum mercenarium non tenetur de interitu; secùs si se obligavit de custodia; nam tunc tenetur probare interitum sine sua culpa, num.19.
20 Animal si in pascuis sine pastore dimittatur, dimittens tenetur dammum reficere, si pereat, nisi adsit consuetudo in contrarium. Amp. ut in n.21. limit. ut in n.22. & 23.
24 Custos animalium nunquam excusatur, si pereant in casibus, qui contingere non solent sine culpa.
25 Dicitur in culpa, qui non facit id, quod facere tenetur.
26 Accipiens boves, seu vaccas ad soccitam, si morte naturali decedant, ad nihil tenetur.
27 Socius minor si mittat ad fontem equam receptam in soccitam per puellam, quæ timens equam dimittat, & equa pereat, tenetur de interitu.
28 Equus conductus si decedat, præsumitur morte naturali decessisse, & locans prætendens contrarium tenetur probare.
29 Conductor veró tenetur docere de interitu, & de identitate equi, & n.30.
30 Animal per mercum cognoscitur cujus sit.
31 Conductor equi ad certum iter, non tenetur de interitu, si locans misit unà cum equo famulum.

32 Declara procedere si famulus sit datus rei, secùs si sit datus personæ.
33 Tenetur verò ad interesse, si equum nimis oneravit, vel non præstitit bonos sumptus, unde deterior sit effectus.
34 Pro ut etiam si deterioretur ob percussionem cum ligno secùs si calcaribus.
35 Conducens equum ad determinatum locum, si alibi se transferat, & Victurinus unà cum equo fugam arripiat, an & quando teneatur de furto, & n. 36.
37 Victuralis si faciat iter per vias insolitas, & incidat in latrones, Villa, & Communitas non tenetur damnum reficere.
38 Probatio obitus animalis non debet esse generica, sed specifica, & concludens, ejus obitum evenisse ex tali causa.

ADNOTATIO III.

1 Periculum animalium ex triplici causa contingere solet, nempe ex naturâ, ex fortuna, & ex culpa: damnum, seu periculum ex natura, est mors naturalis, vel infirmitas; ex fortuna est casus fortuitus, ut si animalia à latronibus occisa fuerint, Damnum verò ex culpa est, si animal pereat sive latà, sive levi culpà, & ineuriâ, vel ex dolo Soceidarji, Caprarji, vel custodis, ut communiter tradunt scribentes *in l. pascenda C. de pactis*, *Paitel. expedit. causar. civil. expedit. seu annot.* 23. *n.* 4.

2 Damnum ex natura, & fortuna pertinet ad dominum animalium; damnum verò ex culpa ad foceidarium, vel ad custodem, ad *Textum in l. cum duobus §. damna ff. pro socio*, *Bald. in l.* 1. *C. pro socio*, juxta vulga-
3 rem juris regulam, quod rei periculum spectet ad dominum, *l.* 1. & 2. *C. de peric. & comm. rei vendit. Rot. decis.* 18. *n.* 4. *coram Amato Dunozet.* undè si animalia casu for-
4 tuito pereant, rusticus non tenetur domino, *l. si pascenda C. de pact.*

5 Sed si rusticus rei custodiam suscepit mercede acceptâ, etiam de levissimâ culpâ tenetur, *glos. in l. si mercedem ff. locat. Paitel. expedit. caus. civil. annot.* 48. *n.* 7. Sed si gra-
6 tis custodiret, non tenetur de culpa levi, & levissima, *ad notata in l. si ut certo §. nunc videndum ff. commodat. Corn. conf.* 242. *in prin. lib.* 1. eum aliis collectis per *Joseph. Ludov. decis. Perus.* 10. *n.* 12. *p.* 1. vide alia tradita per *Carocc. in tract. de locat. & conduct. p.* 4. *tit. de imperit. Caprar. fol. mihi* 170.

7 Regulariter verò custos animalium non tenetur de casu fortuito, si absque sua culpa contingat, *l. si mercedem*, ibique *Castr. ff. locat. l. cum duobus §. damna ff. pro socio, Cardinal. Tusch. in verbo custos animal. con-*
8 *clus.* 1218. *n.* 4. *tom.* 2. *fol.* 418. nam Custos habet regulam pro se quòd periculum interitus spectet ad dominum rei, & non ad detentorem, vel possessorem rei, ut notatur in *l. quæ fortius C. de pignorat. action.*

9 Et sic ut reus de interitu asinæ, bovis, seu alterius animalis teneatur, ad ipsum actorem id allegantem incumbit onus probandi culpam custodis, cùm regulariter dolus, & culpa non præsumatur; ac proinde non probata culpâ, rusticus absolvi debet, constito de morte bovis, Asinæ, vel alterius animalis *l. quoties §. qui duo ff. de probat. Sylv. conf.* 46. *n.* 1. *Afflict. decis.* 13. *n.* 18. *Paitel. expedit. caus. civil. annot.* 23. *n.* 9. & 10. & *expedit.* 48. *n.* 3. 4. 12. & 13. qui alios allegat.

10 Contrarium quòd rusticus, vel custos teneatur de morte, furto, vel perditione animalium; quia præsumitur culpâ custodis casum evenisse; ita quod tenetur etiam de levissima culpa, nisi ab eodem ad culpam
11 excludendam probetur diligentia, & bona custodia, est *Textus in l. si quis ex argentariis §. penult. ff. de eden.* ubi *Bart. & omnes scribentes*, *glos.* est notabilis, quam comprobat *Bart. ibidem* alia est *glos.* & idem *Bart. in l. si quis fundum §. Imperator ff. locat. Ludov. Bolog. in l.* 4. §. *Cato ff. de verbor. signific. n.* 146. *vers. secundo limita*, *Bald. conf.* 476. *n.* 5. *lib.* 1. *Corn. conf.* 136. *col.* 1. *in fine lib.* 5. *Cardinal. Tusch. in verbo custos animalium conclus.* 1118. *n.* 6. *Sylvan. conf.* 46. *post num.* 8. *vers. minus etiam obstat*, *Mascard. de probat. lib.* 1. *conclus.* 468. *n.* 16. & in dubio militat præsumptio contra custodem, *l. penult. C. de custod. reorum*, *l. ad commentariens. ff. eod. tit. Mascard. lib.* 1. *de probat. conclus.* 470. *sub num.* 7. *Alex. conf.* 158. *n.* 4.

12 Qui propterea non solùm tenetur de lata culpa, ut colligitur ex responso *Iuris Consulti* in *l. milites ff. de custod.* & *exhib. reor.*
13 *Gram. voto* 29. *n.* 6. & 7. sed etiam de levissima, pro quâ puniri debet, ut tradit *Gram.*
14 *voto* 29. *n.* 1. & 2. ubi licèt culpa levissima non puniatur criminaliter, ut ait *Cyn. in l. si quis non dicam rapere C. de Episcop. & Cleric.* tamen hoc esse præcipuum in custode Carceris fubdit; ac proinde non eximitur Custos quin etiam teneatur de levissima culpa, *Mascard. lib.* 1. *de probat. conclus.* 470. *n.* 3. 4. & 5.

15 Custos autem, qui tenetur ad custodiam ratione publici, vel privati officii, vel promissionis, ad ejus excusationem non sufficit simpliciter probare interitum, sed etiam casum, sive interitum evenisse sine sua culpa, sed divino judicio, *glos. in l. cum ita loquar §. species ff. de legat.* 2. & *Ias. in l. pascenda pecora n.* 4. *C. de pact.* ibique *Dec. n.* 19. *Grat. conf.* 100. *num.* 2. & 3. *vol.* 2. *Alex. conf.* 158. *n.* 3. *tom.* 2. *Medic. de casu fortuit.* 2. *par. q.* 10. *n.* 2. *Caroc. de locat. & conduct. in tit. de imperit. Caprar. n.* 3. *Paitel. expedit. caus. civil. expedit.* 23. *n.* 2. & *annot.* 48. *n.* 6.

Mascard.

Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 471. n. 2.

16 Et generalis regula est, quòd quando quis convenitur de furto, seu amissione rei, incendio, vel captivorum, vel animalium fugà, quæ susceprit custodienda, si velit se excusare, non est absolvendus probatâ tantùm amissione, seu peremptione, & interitu, nisi etiam probet, quòd absque ejus culpa res perierit, animal aufugerit, vel obierit, vel non inveniatur; nam hujusmodi amissio causata ex furto, incendio, vel fuga, infert præsumptione juris culpam contra eum, apud quem res est amissa; ideo debet docere de non culpa, nisi velit succumbere, & teneri ad damni æstimationem, *l. si quis ex argentariis §. fin. ff. de eden. l. si quis damnum §. Imperator ff. locat. l. fin. ff. de constit. reor. Ias. Bald. Dec. & Doctores* communiter *in l. si pascenda C. de pact. Caroc. de locat. & conduct. p. 4. q. 4. de imperit. Caprar. n. 6. Sylv. conf. 29. n. 2. lib. 1. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 239. n. 2. & 3. Paitel. expedit. caus. civil. expedit. 48. n. 3. 4. 12. & 13. & expedit. 23. n. 3. & 4. Ioseph. Ludov. decis. Perus. 10. n. 20.*

17 Nec sufficit custodi, seu caprario deferre pelles animalium ad domum domini ad se exonerandum; quia nihilominus tenetur probare casum mortalitatis, vel alium casum fortuitum, ex quo doceatur de eorum interitu, absque sua culpa secuto, ratione publici, vel privati officii injuncti ad animalium custodiam, *Bald. in l. cum ita §. species ff. de legat. 2. Bart. Alex. Jas. & Doctores in l. si quis ex argentariis §. at verò ff. de edendo, Ursil. ad Afflict. decis. 150. n. 28. in fin. & n. 29. Boer. decis. 216. n. 2.* cum aliis allegatis per *Paitel. expedit. causar. civil. expedit. 48. n. 1. 8. & 10.*

18 Declara ut hæc procedant in custodibus, & caprariis, quibus principaliter custodia injungitur: secùs in socio, seu in eo, qui accepit animal ad socciam, seu ad usum, mercenarium, vel ad collaticum, qui propterea non tenetur probare interitum evenisse sine ejus culpa, & eidem sufficit, ut constet de interitu; itaut actori alleganti incumbat onus probandi, quòd animal dolo, & culpâ socii, seu mercenarii perierit, ut notatur in *l. quæ fortius C. de pignoratit. action. Paitel. expedit. causar. civil. expedit. 48. n. 5. & 14. eum pluribus sequen. ex Joan. de Imol. & Sylvan.* & aliis quos allegat.

19 Sublimit. si soccidarius, seu mercenarius fecerit promissionem, & pactum de diligenti custodia: nam tunc gravatur ad probandum, casum sine ejus culpa evenisse, quæ probatio licèt non sit necessaria in tacita custodia à lege resultante; secùs autem quando adest pactum, & hominis conventio, ut declarat *Negus. in Sylv. resp. q. 222. n. 8. & 9.* relat. per *Paitel. expedit. caus. civil. annotat. 23. n. 12.* ubi quòd cum hac distinctione intelligi debet *Gomez. var. resol. in tit. de locat. & conduct. cap. 3. n. 22. usque ad fin. & Sylvan. in cons. 29. part. 1.*

20 Equus, Asina, Bos, & simile si in pascuis sine pastore dimittatur, & moriatur, puta si terra sub pedibus deficiat, in foveam decidat, & pereat, rusticus tenetur domino ad æstimationem, nisi probetur consuetudo loci dimittendi scilicet in pascuis animalia sine custodia; quia tunc mors casu fortuito evenisse dicitur; ac proinde damnum animalis pertinet ad dominum, & non ad rusticum, *Paitel. expedit. caus. civil. expedit. 48. n. 17 & 21. vers. non obstat.*

21 Prout etiam famulus, qui dimisit equum in pascuis, quem lupus comedit, vel fures abegerunt, tenetur domino ad æstimationem: secùs si esset consuetudo in loco dimittendi equos sine custodia, *Bald. in l. nemo deinceps in fin. C. de sacrosanct. Eccles. Dec. in l. si pascenda n. 21. in fin. C. de pact. Sylv. conf. 29. n. 6. in 1. vol. Ruin. jun. conf. 210. n. 12. vol. 2. Paitel. expedit. caus. civil. expedit. 48. n. 22. & annotat. ad eandem n. 1 Franc. Marc decis. 887. n. 6. Magon. decis. Florent. 56. n. 11.*

22 Sec si rusticus, vel famulus sciebat in loco, in quo dimisit equum, vel asinam; foveam adesse, & sic potuerit prævidere casum mortis animalis, dimittendo sine custodia in loco periculoso, & nihilominus dimisit, tenetur domino de interitu animalis, *Caroc. de locat, & conduct. p. 4. q. 3. de imperit. Caprar. n. 2. Paitel. expedit. caus. civil. expedit 48. n. 23.*

23 Non tamen rusticus tenetur, si dimisit equum, vel asinam in loco, ubi alii solent dimittere, & ponere ad pascendum sine custodia; nam tunc cùm adhibuerit solitam diligentiam, quam cæteri ejusdem conditionis, & exercitii, ac professionis in rebus propriis adhibere solent, utique excusatur, *Paitel. expedit. caus. civil. expedit. 48. num. 24.*

24 Nunquam enim excusatur custos animalium in casu interitus, vel alterius generis, si casus sit talis, qui non solet contingere sine culpa custodis, & sua negligentia in

25 non faciendo id, quod facere tenebatur; secùs autem si casus sit talis, qui regulariter sine culpa contingere solet, ut est aggressura latronum, incursus hostium, vis grandinis, tonitrui, venti, inundatio aquarum, vel mors naturalis animalium; nam tunc ad favorem custodis militat contingentia casus facti notorii, & onus probandi culpam præcessisse in partem adversam transmit-

transmittitur, ut probat *textus in l. si creditor*, ibique *Doctores ff. de pignorat. actione Sylvan. conf.29. n.4. in primo vol. Paitel. expedit. causar. annot. 48. n.2. & 4.*

26 Accipiens verò boves, seu vaccas ad soccitam, si morte naturali moriantur, non tenetur socius accipiens ad medietatem, etiam si praecesserit aestimatio, reficere damnum socio, ex quo eodem modo perituræ erant penes dominum, *Petrus de Ubald. de duob. fratrib. in 5. part. q. 24. sub n. 27. & in 8. part. q.19. n.20. in prin. Borgnin. in tract. de tutor. & curat. n.239. & decis.37. n.23. in tit. de contract. p.1.* relat. per *Paitel. expedit. causar. civil. expedit. 23. n.11.* ubi etiam firmat, quòd bos datus ad soccitam si in arando ceciderit sub jugo, & paulò post decedat, rusticus fit absolvendus, & quòd non teneatur ad solutionem aestimationis, si probetur decessisse morte naturali, puta epydemiâ.

27 Socius minor, qui à socio majori recepit unam equam ad soccitam, & eam si sub custodia puellæ relinquat, seu mittat ad bibendum ad fontem convicinum, & puella timens dictam equam; finit eam liberè ire ad fontem, quæ in sua libertate posita per indirectam viam pergens prope quandam rupem cadens, mortua remaneat, est condemnandus ad emendationem damni socio majori; cùm socius minor hoc casu dicatur in culpa in dimittendo equam sub custodia puellæ, quæ propter ejus imbecillitatem quidquid videt ignorare præsumitur. *l. 1. circa fin. C. de falsi. m net.* cum poterat hunc casum prævidere, & consequenter non adhibuit illam diligentiam, quam quilibet diligens paterfamilias adhibuisset in rebus suis, ad notata in *l. si quis fundum §. si colonus ff. locat. & in l. si servus §. Proculus ff. ad l. Aquil. Joseph. Ludov. decis. Perusin. 10. per totam* & signanter *n. 12. vers. sed negari usque ad fin. p.1.*

28 Equus conductus si decedat, præsumitur m ote naturali decessisse, ita quòd locatori alleganti meâ culpâ mortuum esse, vel ob impositionem majoris ponderis, vel ob applicationem equi ad alium usum, ad quem conductus fuit, vel quia in itinere indiscretè defatigatus plus laborare coactus fuerit, incumbit onus probandi; quia dolus, & culpa non præsumitur, & ab allegante est probanda, ut habetur in *l. qui culpam*, & ibi *glo. & Doctor. ff. locat. Caucer. lib. 1. var. resol. cap.14. n.52. & n.53.*

29 Et conductor ad se liberandum à solutione equi, non sufficit probare equum conductum in tali loco obiisse, sed etiam debet docere de identitate equi, scilicet, quòd equus demortuus erat illemet, quem conduxerat, per signa, colorem, & similia, & satis dicitur justificare, si testes examinare faciat ad perpetuam rei memoriam de morte equi in loco, ubi decessit, quibus hoc casu est credendum etiam parte non citatâ: *ita Caucer. lib. 1. var. resol. cap. 14. n. 54. & 56. Natta conf.80. n.4.* pulchrè *Menoch. lib. 6. præsumpt. 15. n. 27. & 28.* ex *Joan. Andrea in cap. auditis de præsumpt. Felin. ibidem n. 27. vers. nec obstat, Alex. in conf. 119. n.3. lib.1. Ruin. conf.65. n.3. lib. 5. Soccin. conf. 127. n.29. lib.3. Alexander Raudensis in commentariis de Analogis cap. 30. n.133.*

30 Et ad magis justificandam equi identitatem, & pluralitatem excludendam, conductor docere debet de mercu, & stigmate equi conducti demortui, cùm animal per mercum, & stigma cognoscatur cujus sit, *cap. si Judex de senten. excommunicat. in 6. l. penul. §. pen. ff. de aquæduct. lib. 11. l. 1. in fin. ff. de serv. fugit. l. stigmata C. de fabric. lib. 10.* ibique *Lucas de Pen. Bald. in l. 1. C. quæ res pignor. dar. poss.*

31 Sed si locator equi dedit unà cum equo famulum pro bona equi custodia, tunc conductor equi ad victuram ad certum iter, non tenetur de periculo, etiam si contingat equum mori in itinere, vel deteriorari, cùm tunc conductor non susceperit in se custodiam, sed famulus, *Bart. in l. si ut certo §. si de me in fin. ff. commodat. Bald. in l. eadem.* & ibi *Imol. & Jas. n.8. C. locat. Caroc. de locat. & conduct. p.4. de casib. q.12. n.45. fo. mihi 181. Paitel. expedit. caus. civil. expedit. 31. per tot.* & *ibidem Annot. n. 2.*

32 Quod procedit si famulus sit datus rei, & pro ipsa re reconducenda, cùm tunc locatoris damno cedit; quia per appositionem custodis videtur in se periculum suscepisse, ita quod si animal pereat, sibi dominus imputare debet, si malam famuli electionem fecerit: secùs autem si famulus sit datus personæ, & conductori, qui tunc tenetur reddere rationem equi demortui, & concurrente culpâ ad damnum emendandum, prout etiam si equus deterior effectus fuisset, & ad vecturam locare dominus per multos dies non potuerit, cùm tunc teneatur de lucro cessante, *Paitel. expedit. caus. civil. expedit. 41. n. 3. 4. & n. 7. Magon. decis. Florent. 56. n. 5. 12. & 13.* qui alios allegat.

33 Hinc est, quòd conductor equi, vel muli, si eum oneravit ultra solitum, & consuetum, & ex hoc efficiatur deterior, prout etiam si non præstiterit bonos sumptus in itinere, tenetur ad interesse, *Bart. in l. publici, & in l. animalia C. de caus. publ. lib. 12. Cagnol. in l. contractus n. 48. ff. de reg.*

reg. jur. Corset. in suis singular. in verbo unus, Bonacos. de equo q.62. Paitel. expedit. caus. civil. annot.41. n.8.& 9.

34 Insuper conductor equi tenetur de deterioratione si severè percutiat virgâ ligneâ, secùs si flagello, vel calcaribus; quia equus solet sollicitari calcaribus, seu flagello, non autem virgâ ligneâ, *Bart. in l. 1. C. de caus. publ. lib. 12. Carset. in suis singular. in verbo conductor*, & tradunt alii, quos refert *Paitel. expedit. causar. civil. annot. 41. n.6.*

35 Ulteriùs conductor utens equo conducto ultra destinatum, & determinatum locum juxta conventionem initam cum locatore, scilicet si locetur equus usque ad Civitatem Florentiæ, & ducatur ad Civitatem Bononiensem, & famulus transmissus à locante deinde cum equo aufugiat, tenetur ipse conductor ad damna locatoris, & etiam

36 ad pœnam furti, ob transgressionem conventionis initæ invito domino, ad notata in *l. qui fundum ff. de condict. furt. & in l. si ut certo §. plenè ff. locat. & conduct.* Secùs autem si conductor putaverit, vel crediderit magis gratam rem locatori facturum, si ultra destinatum locum equo uti voluit, accedente consensu famuli, seu victurini, qui præsumitur, prout solent caupones, ex voluntate domini equos relocare, ex qua victuralium consuetudine interpretativa contractus resultat, ut excusari debeat conductor, *Magon. decis. Florent. 56. n.2. & 3. & per totam.*

37 Victuralis verò, vel alius, si faciat iter per vias insolitas, & damnum patiatur, vel spolietur à furibus, & facinorosis, Villa, seu Communitas non tenetur; quia suâ culpâ incidit in latrones, qui ut plurimum solent se recipere in locis insolitis, & non ita frequentatis, *Bart. in l. 1. n. 2. ff. de his qui ejec. vel effud. Ripa in tract. de quæst. n. 85. Baiard. ad Jul. Clar. in §. fin. q.82. n.2.*

38 Probationes autem interitus animalium, quæ gregatim non pascuntur, ut sunt boves, & vaccæ, non debent esse generales, sed plenè, & concludentes, interitum casu fortuito evenisse, ita quòd testes desuper deponentes non concludant, si simpliciter mortem bovis enunclent, illiusque pellem fuisse domino delatam, nisi etiam reddant rationem casus obitus animalis, *Jas. in l. si pascenda n.4. C. de pact.* ibique *Dec. n. 19. Alex. cons. 158. n. 3. Caroc. de locat. in tit. de imperit. Caprar. n. 23. Paitel. expedit. caus. civil. expedit.23. n.4. & 5.*

De funere, & sepulturis.

ARGUMENTUM.

Nemini licet in aliena Parochia jurisdictionem exercere; & funeralia dirigere spectat ad Parochum, eaque associantes in Parochia convenire debent, & incedere sub unica Cruce, etiam si interveniant Regulares, & Confraternitates Laicorum, & Crux debet esse illius Ecclesiæ, ubi cadaver sepelliri debet; cessat verò jurisdictio Parochi super cadavere statim atque ingreditur Ecclesiam Regularium, ad quos spectat facere officium, & an saltem Parochus indutus pluviali, & stolâ possit ingredi dictam Ecclesiam, & an ad eum, vel ad Capellanos Confraternitatum spectet facere officium super cadavere tumulando in eorũ Oratorjis, & alia singularia in hac materia fusè demonstrantur.

SUMMARIUM.

1 Parochiarum divisio fuit facta à Summis Pontificibus, & Sacris Conciljis, ut nullus alterius Parochiæ terminos, aut jus invadat.

2 In aliena Parochia nemini licet jurisdictionem exercere invito Episcopo, vel Rectore.

3 Funeralia dirigera spectat ad Parochum.

4 Et ad cadaveris associationem vocare alios Sacerdotes, si ab hæredibus destinati non fuerint, & n.5.

6 Funus comitantes sive sit Clerus secularis, sive Regulares, & Confraternitates convenire debent.

7 Et ad Parochum spectat declarara per quam viam defunctus exportandus sit, & n.46.
Parochus, si defunctus sepeliri debeat in Ecclesia Regularium, usque ad januam eorum Ecclesiæ omnia axplere debet; officium verò facere super cadavere spectat ad Regulares, ibidem, & à n.28. usque ad 47. in quibus Resolutiones Sac. Congreg. referuntur, & num.84.

8 In funere una tantùm Crux est deferenda, & illius Ecclesiæ, ad quam corpus transfertur.

9 Ordo incedendi in funeribus, & præcedendi.

10 Regulares habent jus sepeliendi, sed non possint ingredi cum Cruce in alienam Parochiam, & cadaver efferre.

11 Confraternitates laicorum in funeribus non possunt deferre Crucem, limit. ut in n.24.

12 In funeribus omnes etiam Regulares sub unica Cruce incedere debent, & n.39.

13 Crucis delatio est signum jurisdictionis, & majoritatis.

14 Incedens sub vexillo alterius censetur minor, & subiectus.

15 Major, & superior semper præferri debet præsertim in propria domo, & functionibus.

16 Clerus, & Parochus semper est præferendus.

17 In funeribus quando intervenit Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, omnes sub Cruce Capituli incedere debent.

18 Et ita etiam servari debet, quando intervenit Capitulum Collegiatæ, & contrarium tenentes recensentur.

19 In Ecclesia verò Parochiali officium facere super defuncto spectat ad Parochum, etiam si adsit Capitulum Cathedralis.

20 Ita etiam si cadaver tumulari debeat in Oratorio Confraternitatis existente inter Parochiæ fines, in quo Parochus, & non Capellani debet facere officium. Contrarium, n.22.

21 Parochus habet intentionem fundatam, & assistentiam juris pro exercitio actuum Parochialium in omnibus Ecclesiis non exemptis intra fines suæ Parochiæ. Contrarium, n. 22. limit. ut in n. 24.

23 Rota Romana resolutionibus Sacrarum Congregationum reverenter defert.

24 Confraternitates Laicorum ex privilegio, vel ex antiqua consuetudine in funeribus possunt deferre crucem, & eorum Capellani facere officium super cadavere in eorum Ecclesia sepeliendo.

25 Consuetudo irrationabilis non est attendenda, ut est si præferatur minus dignus majori digno.

26 Limit. si esset præscripta spatio 40. annorum.

27 Limita 2. si in aliquo particulari actu concurreret aliqua legitima causa.

28 Regulares, & non Parochus debent facere officium super cadavere in eorum Ecclesiis sepeliendo, & referuntur resolutiones Sacrar. Congregat. usque ad n. 47. & n. 53.

Ecclesiæ Regularium sunt exemptæ à quacunque jurisdictione, ibidem.

29 Episcopus non potest visitare Ecclesias Regularium, nisi alicala, ubi inest animarum cura.

31. Stolæ delatio est signum denotans jurisdictionem.

32 Archiepiscopus solùm in Ecclesiis suæ jurisdictionis potest uti Pallio.

33 Stola operatur inter Sacerdotes, quod operatur pallium inter Archiepiscopos.

35 Hæredes defunctorum ad eos associandos possunt vocare numerum Religiosorum eis bene visum, & n. 36.

37 Regulares non possunt efferre cadavera mortuorum humandorum in eorum Ecclesiis invito Parocho; secùs si adesse recusaverit, & n. 48. & 49. & n. 67. juncto num. 77.

47 Parochi jurisdictio supra defunctum durat, donec transeat in aliorum jurisdictionem.

49 Parochus proprius in funere excludi non potest, etiam si à defuncto demandatum fuerit.

50 Parochus potest etiam ingredi Ecclesiam Regularium superpelliceo, & stolâ indutus, dummodo non faciat officium super cadavere delato ad dictam Ecclesiam, & etiam deferre Crucem.

Et referuntur resolutiones Sacr. Congregat. a num. 57. usque ad 61.

Parochus habet jurisdictionem voluntariam in suos subditos, ibidem.

51 Potest in alieno Territorio, & Diœcesi audire confessiones suorum subditorum.

52 Jurisdictio voluntaria exerceri potest extra territorium; secùs autem coactiva, & contentiosa sine licentia superioris.

54 Parochus, & Canonici etiam in Ecclesia Regularium possunt facere officium super defuncto ex immemorabili consuetudine.

55 Immemorabilis consuetudo habet vim tituli, & privilegii.

56 Et affert meliorem titulum de mundo.

57 Parochus potest ingredi Ecclesiam Regularium occasione funerum superpelliceo, & stolâ indutus, sed non potest facere officium supra cadavere.

58 Et non possunt prætendere præcedentiam.

62 Cadavera possunt ab hæredibus deponi in aliqua Ecclesia usque ad tempus illa processionaliter deferendi, & num. 72.

63 Et Regulares, & alii in hac tertia Ecclesia convenire debent, & n. 73.

64 Non debent priùs transportari ad Parochialem, & n. 74.

65 Regulares cadavera sepelienda in eorum Ecclesiis possunt exportare ad ejus fores, & n. 75.

66 Parochus tenetur associare cadavera sepelienda in Ecclesia Regularium usque ad ejus januam, & n. 75.

67 Parocho nihil est dandum ultra solitum, si cadavera sepeliantur in alia Ecclesia, & n. 78.

68 Regularis processionaliter deferens sacras Reliquias potest deferre Pluviale, & Stolam, si non interveniat Clerus Secularis, & n. 79.

69 Regularibus, & Augustinianis licet facere generales processiones de licentia Ordinarii, & n. 80.

70 An possint exponere sanctissimum diebus festivis, Sacra Congregatio Rituum remisit ad ordinarium, & n. 83.

71 In processionibus generalibus solitum servari debet, & num. 82.

83 Cadavera mortuorum si non sepeliantur in Ecclesia electa, sunt restituenda cum pompa funerali.

85 Confraternitates Laicorum, earumque Capellani possunt recitare officium defunctorum super cadavere absque Stola, & Aspersorio post absolutum officium à Parocho.

DECISIO CLXIX.

QUoniam frequenter funerum occasione inter Clerum secularem, & Regulares, ac laicales Confraternitates, & Societates diversæ excitantur controversiæ, & altercationes, ad has dirimendas, & presto esse, diversa singularia, & decreta in hac materia emanata referre curavi.

1 Ut autem dominici gregis oves sub suavi Christianæ, & Apostolicæ Religionis jugo, ac felici regimine proprium Ecclesiasticum recognoscerent pastorem, fuit sancita Ecclesiarum divisio, nedum ab Apostolis, dum Christianus populus augebatur, secundùm *Baronium in suis Annalibus tom. 3. an. 325.* quam etiam à *Dionysio Papa*, ut patet ex ejus *epistola 2. ad Severum Episcopum*, relat. in *can. Ecclesias 13. q. 1.* in quo habetur *Ecclesias singulas singulis presbyteris dedimus, Parochias, & Cæmeteria eis divisimus, & unicuique jus proprium habere statuimus, ita videlicet, ut nullus alterius Parochiæ terminos, aut jus invadat, sed sit unusquisque suis terminis contentus*, prout etiam statutum fuit *in Concilio Ancyran. can. 13. in Niceno 1. can. 60. in Nannatense can. 8.* & rursus *in Concilio Tridentino sess. 24. de reformat. cap. 13. vers. in iis quoque Civitatibus*.

2 Nemini propterea licet in aliena Parochia jurisdictionem exercere, & jura parochialia sibi arrogare, aut aliquod officium exercere invito Episcopo, vel Rectore, *can. Episcopus 27. q. 1. can. 1. 6. qu. 3. Lavorius var.*
3 *lucubrat. tit. 2. cap. 11. n. 72.* Propterea funeralia dirigere spectat ad Parochum, nec potest funus levari absque ejus licentia, & antequam per eum dicatur antiphona *Subvenite, Imol. in Clement. dudum colum. 16. ante med. n. 66. vers. nota bene*, ibique *Card. in §. hujusmodi in fin. de sepultur. Oldrad. cons. 82. n. 2. vers. nam & portare, Theodor. Rub. singular. p. 3. in tit. de præcedentiis in funeribus n. 12. pag. mihi 470.*

4 Et pro funebri cadaveris associatione Parochus potest ad libitum vocare Clericos, & alios Sacerdotes juxta demortui qualitatem, si ab hæredibus destinati non fuerint, *Barbos. de offic. Parochi cap. 26. n. 59.* ubi quòd ita censuit *Sac. Congregat. Rituum in una Ferrarien. 7. Septemb. 1613.* & dixisse *Rot.*

in

in Alexandrina funeralium 1. Julii 1630.
5 coram Merlino, secùs verò si ab hæredibus
destinati fuerunt; cùm tunc Parochus alios
vocare non debet, ut censult eadem Sacr.
Congreg. Rituum in Lauden. 20. Aug. 1601.
Barbos. in dicto cap. 26. n. 58. ex Joan. Sanc.
in select. dis. 47. n. 24.
6 Funus verò comitantes sive sit Clerus secularis, sive sint Regulares, vel Laicorum sodalitates in Parochiali Ecclesia, vel in alia juxta loci consuetudinem omnino convenire debent, & nullo modo permittendùm expectari per vias, vel ad domum defuncti; non obstante contrariâ consuetudine, Sac. Congr. Rituum in Tropien. 8. Februarii 1631. de qua Lezan. in sum. quæst. Regular. tom. 1. cap. 12. à n. 41. & plurib. seq. & in alia Thelesina 12. Februarii 1663. & in Liman. 15. Decembris 1632. Barbos. de jure Eccles. universal. lib. 3. cap. 10. n. 63. & 64. & in sum. Apostolic. decis. collect. 245. n. 10. collect. 393. n. 5. & collect. 645. n. 8. ubi de Regularibus, & de offic. Parochi cap. 26. num. 63.
7 Et Parocho spectat declarare per quam viam sit exportandus defunctus, qui in alia Ecclesia sibi sepulturam elegit; & si sit Regularium, usque ad januam Ecclesiæ omnia necessaria à Parocho expleri debent: & ita censuisse Sac. Congreg. Episcop. & Regular. in Brixien. 18. Junii 1591. & in Castellaneten. 3. Januarii 1594. & in Nicoteren. 4. Junii 1615. de quibus Barbos. de officio Paroch. cap. 26. n. 74.
8 In funere una tantùm Crux deferri debet, & illius Ecclesiæ, ad quam corpus transfertur Theod. de Rubeis singularium part. 3. sub n. 87. & 88. fol. 478. Maron. respons. 51. n. 1. Passarin. de statu hominum to. 2. q. 187. art. 4. sub n. 186. vers. de jure autem scripto, ubi plures Sac. Congreg. declarationes
recenset, Dian. oper. moral. tom. 7. tract. 1.
resol. 239. vers. tum quia Crux unica, juxta
ultimam impressionem coordinatam, Barbos. de offic. Paroch. cap. 26. n. 78. ubi refert
ita censuisse Sac. Congreg. Rit. in Baren.
Terræ Medugni 2. Augusti 1631. & in
Messan. 12. Februar. 1633. Lavor. var. lucubr. tit. 2. cap. 11. n. 72. & habetur in Statuto Cleri Romani cap. 7. §. 4. Cardin. Sanctorius major Pœnitentiarius, vulgò nuncupatus S. Severina in suo Sacerdotali in cap.
9 de delatione corporis ad Ecclesiam, ubi scriptum reliquit, quòd in processionibus pro associandis cadaveribus ad sepulchrum præcedant Confraternitates laicales, & post ipsas deferens crucem, & deinde sequatur Clerus Regularis, & Secularis per ordinem, & ultimo loco Parochus indutus superpelliceo, & stolâ, eumque de verbo ad verbum refert Theodos. de Rubeis singular. p. 3. in tit. de præceden. in funeral. n. 87. fol. 478. Gratian. discept. 298. n. 87. Barbos. de jure Ecclesiastico universali lib. 2. c. 10. sub n. 56. vers. nihilominus, & de offic. Paroch. c. 26. sub n. 56. sub vers. nam licet, ibi -- nihilominus tamen -- Lezana in sum. quæst. Regular. tom. 3. in verbo Crux n. 2.
10 Undè Regulares licèt habeant jus sepeliendi, & defunctus elegerit sepulturam in eorum Ecclesiis, nihilominus non possunt irrequisito Parocho ingredi cum cruce in alienam Parochiam processionaliter, & cadaver efferre: quod si hoc sibi vindicare præsumant, licitum est Parocho auferre cruces, ut probat Oldrad. in cons. 82. de sepultur. Fusch. de visitat. lib. 1. c. 25. n. 8. Ugolin. de officio Episcop. cap. 17. n. 8. Lavor. var. lucubrat. tit. 2. cap. 11. n. 72. facit textus in cap. dum ad sedem de restit. spoliat. Barbos. de jure Ecclesiast. universal. lib. 2. cap. 10. n. 67. & 82. Sess. decis. Aragon. 413. n. 2. & 3.
11 Et multò magis interdictum est laicalibus Confraternitatibus deferre crucem in funeribus, ut sancitur in Rituale, sive Sacerdotali Cardinalis Sanctæ Severinæ, loco supra citato, & ulterius ex statuto Cleri Romani cap. 7. §. 4. & ita sæpe declaravit Sacra Congregat. Rituum, & præcipuè in una Adriensi 22. Novembr. 1631. scilicet Sac. Cong. Rituum ad secundum nempe an Confraternitates Laicorum vocatæ ad funus possint associare cadavera cum propria cruce. Respondit Confraternitates Laicorum in actu associationis cadaveris nullo modo posse erigere crucem propriam, de qua Barbos. de offic. Parochi cap. 26. n. 61. & Samuel de sepultur. tract. 1. dis. 3. cont. 3. n. 8.
12. Hinc est quòd sub unica cruce omnes tam de Clero Seculari, quàm Regulari, & laicales Confraternitates in funeribus incedere debent, ut rursus dixit Sac. Congreg. Rit. in Narnien. Sancti Gemini 30. Septembris 1614. de qua Lezana in sum. quæst. Regular. tom. 3. in verb. crux n. 2. & in Camerinen. 21. Novembris 1637. ita etiam censuit Sac. Congreg. Concilii in Baren. Terræ Medugni 2. Augusti 1631. & in Messanen. 12. Februaris 1633. & in alia Florentina 9. Aprilis 1633. de quibus Barbos. in sum. Apostolic. Decis. in verbo crux collect. 234. n. 3.
13. Et ratio prædictorum est, quia delatio crucis, ejusque vexillum erectum gerere, est signum jurisdictionis, majoritatis, & superioritatis, per Textum in cap. antiqua de privileg. & in Clement. Archiepiscopo eod. tit. Abb. in cap. 1. sub n. 7. ibique Butr. n. 6. ut lit. pendent. Cardinal. Zabarell. in

dicta clement. Archiepiſc. ſub n.5. verſ. dic, quod delatio, Decian. in conſ.67. n.7. lib.2. Paſſariu. de ſtatu hominum tom. 2. q. 187. art.4. ſub n.186. verſ. quia cum, Bonac. in tit. de contract. diſ.3. q.21. puncto 5. ſub n. 2. verſ. ratio eſt, propterea ſi Regulares, & Laicorum Confraternitates in funeribus poſſent erigere crucem, & vexillum, eſſent majores, & ſuperiores ipſo Parocho incedente cum pluviali, & ſtola; nam incedens
14 ſub vexillo alterius minor, & ſubjectus eſſe cenſetur illi, ſub cujus vexillo incedit. Decian. conſ.67. ſub n.6. verſ. tertio præſupponitur cum ſeq. lib.2. Cardinal. de Luca in Theat. veritat. tom.14. in tit. de Regular. diſ.19. n.23. Rot. deciſ. 320. n.27. p.
15 11. recentior. quod tanquam abſurdum à jure, & à ſacris canonibus improbatur, cùm major, & ſuperior ſemper præferri debeat præſertim in propriis functionibus, in domo propria, in propria juriſdictione, & dum exercet officium ſuum, prout exercet Parochus in funere defunctorum, Chaſſanæus in Cathalog. glor. mundi p. 4. conſiderat. 81. Salgad. de regia protect. p. 2. cap.9. n.34. & ſeq. ac n.54. & 55. Ferrus Manriquez de præceden. q. 32. n.1. & 2. Rot. deciſ. 261. n.9. & 10. coram Penia, & faciunt
16 diſpoſita à Clemente III in cap. omnes Principes, & Innocen. III. in cap. ſolitæ de majoritat. & obedien. & Boniſac. VIII. in extravag. unam ſanctam eodem tit. & Clerici, & Parochi tanquam digniores ſemper ſunt præferendi, & non poſtponendi ſecularibus, illiſque ſubjiciendi, latè Ferrus Manriquez de præcedentia q.32. n.1. & ſeq.

17 Quinimo quando in funeribus intervenerit Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, Parochus ipſe non poteſt erigere proprium crucem, ſed omnes ſub unica cruce Capituli incedere debent non ſolùm ratione ſuperioritatis, & dignioris prærogativæ; verùm etiam quia Cathedralis dicitur Parochia univerſalis totius Diœceſis, cui cæteræ aliæ uti filiales ſubjiciuntur, Moron. reſponſ. 51. ſub n.21. Paſſarin. de ſtatu hominum q. 101. vol.4. n.187. Barboſ. de offic. Parochi cap.20. ſub n.78. verſ. ubi intelligit, & de jure Eccleſiaſtico univerſal. lib.2. cap.10. ſub n.74. verſ. ubi intelligit, & in collect. Apoſtolic. deciſ. in verbo defunctus collect.245. n.3. & ita declaraſſe Sac. Cong. Rituum in Adrien. 22. Novembris 1631. refert Sell. in ſelectis canon. cap. 10. n. 82. cum aliis à me ipſo latè deductis in deciſ.1. annot. 9. n. 21. p.1.

18 Et hoc idem ſervandum videtur, quando in funere intervenit Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ, ut patet ex auctoritatibus, & reſolutionibus Sacr. Congregat. per me ipſum allegatis in deciſ. 1. annot. 9. à n. 12. uſque ad 20. ubi contrariis reſpondetur; longâ tamen, ac prolixâ verborum, & rationum ſerie Theodoſius de Rubeis ſingularium p.3. tit. de præcedent. in funerib. per tot. conatur probare quòd in funeribus Parochus præcedere debeat Clericos omnes, & etiam ipſum Capitulum: utpote quia jus funerandi ſpectet ad Rectorem, & ipſe ſolum miniſtrare, & ſuo officio fungi debeat habitu ſacerdotali, & ſtolâ indutus.

19 Veritas tamen eſt, quòd officium facere ſuper corpora defunctorum, poſtquam pervenerunt ad Eccleſiam Parochialem, ſpectat ad Parochum; etiam ſi adſint Canonici Eccleſiæ Cathedralis, cum tunc Parochus fungi debeat ſuo officio, & explere actum ſpectantem ad ſuam juriſdictionem privativè quoad alios, non obſtante majori prærogativâ Capituli quoad alios actus, & ita cenſuiſſe Sac. Congr. Rituum in Præneſtina Cavorum 18. Auguſti 1618. relat. per Barboſ. in ſumm. Apoſtolic. deciſ. collect. 533. n.2. & in alia Viterbien. 25. Junii 1611. apud Sell. in ſelect. canon. cap. 69. num. 45.

20 Ita etiam ſi cadaver tumulari debeat in alia Eccleſia, vel Oratorio Confraternitatis exiſtente intra Parochiæ fines, officium facere ſpectat ad Parochum, & non ad Sacerdotes illius Eccleſiæ, nec ad Capellanum, ſeu Sacriſtam illius Confraternitatis, Barboſ. de offic. Parochi cap. 26. ſub n. 80. verſ. officium facere, ubi refert ita fuiſſe reſolutum per Sac. Congregat. Rituum in Mediolanen. 29. Novembris 1632. & idem tradit de Canonicis, & dignitat. cap. 18. n. 62. & in ſumma deciſion. Apoſtolic. in verbo officium defuncti collect. 533. n.1. Nicol. in ſuis floſcul. in verbo ſepultura n. 14. ubi ita cenſuiſſe Sac. Congr. Epiſcopor. & Regular. in Lauden. 10. Auguſti 1601. Gavant. in manual. Epiſcopor. in verbo Confraternitates n. 20. ubi refert aliam reſolutionem Sac. Congregat. Epiſcopor. 20. Auguſti 1601. Paſſarin. de ſtatu hominum tom. 2. q.187. art. 4. ſub n. 194. Lovar. Elucubrat. Eccleſiaſticarum tit.2. cap.9. n.120. & cap.41. n. 107. Marg. de ſepultur. tom. 1. tract.8. diſquiſit. 2. dubit.25. n. 5. & 6. Samuel eod. tit. de ſepultur. tract.1. diſ.5. contr.10. in 4. concluſione, ubi refert ita declaraſſe Sacr. Congregat. in Lauden. referente Cardinali Taberna, & reſolutionem eſſe regiſtratam in ejus Synodo, Bonacina oper. moral. in tit. de contract. diſ.3. q.21. punct. 5. ſub n.2. in fin. verſ. ſi verò cadaver, ubi refert tres reſolutiones Sac. Congregat. Lezan. oper. moral. tom.2. cap. 15. ſub n. 22. verſ. 7. ubi dicit ita fuiſſe reſolutum per

Sac.

*Sac. Congreg. Episcopor. & Regular. Donat. in prax. Regular. tom.*3.*tractat.*8.*q.*38. *n.*1.*verf. ubi addit, Sperel. decif.*87.*in fine.*

21 Et ratio eft, quia Parochus habet jurifdictionem in omnes fuos Parochianos, & cadavera eorundem defunctorum, ad latè tradita per *Pignatel. confult. canon.* 47. *à n.* 20. *& fequen. tom.*3. tum etiam quia Parochus habet intentionem fundatam, & afsiftentiam juris pro exercitio omnium actuum Parochialium in omnibus Ecclefiis non exemptis exiftentibus intra fines fuæ Parochiæ, *cap. dilectus de Capel. Monach. cap. ftatuimus, cap. in facris* 16. *q.* 1. *cap.*1. *cap. fraternitatem de fepultur. Clementin. dudum* §. *verum eod. tit. Barbof. de offic. Parochi p.*3. *cap.* 26. *n.*66. *Rot. decif.* 101. *n.*1. *coram Cardinal. Cavaler. decif.* 37. *n.*3. *decif.*552. *n.*17. *p.*5. *decif.* 391. *n.*6. *& 7. p.*8. *decif.* 124. *n.*1. *&* 2. *p.*12. *& decif.* 321. *n.*2. *& feq. p* 13. *in recent.* cum aliis à *me* allegatis *in decif.* 1. *annot.* 9. *n.* 1. *& feq. tom.*1.

22 Et quamvis *Rot. in Averfana funeralium coram Coccino inter ejus impref. decif.* 2089. repetita *in recent. decif.*552. *p.*5 *tom.* 2. latè firmaverit, officium fuper cadaveribus tumulandis in Ecclefiis intra fines Parochiæ fpectare ad Presbyteros dictarum Ecclefiarum, non autem ad Parochos, & nullam Ecclefiam, præter Cathedralem, fundare intentionem fuam de jure fuper fubjectione alterius Ecclefiæ, licèt fundatæ exiftant intra limites Parochiæ: nihilominus cùm dicta decifio fit unica, & contrarium, fcilicet quod in dictis Ecclefiis, & Oratoriis officium explere debeat à Parocho, refolutum, & declaratum fuerit à Sacra Congregatione, ejus refolutiones, & non dicta decifio attendendæ funt, cùm
23 etiam ipfa Rota declarationibus Sacrarum Congregationum reverenter deferat, *Cardinal. de Luca tom.* 15. *p.*2. *in tit. relat. Curiæ difc.*32. *n.*67. *& tom.* 12. *p.*3. *in tit. de Parochis difc.* 6. *n.* 6. *& difc.*7 *n.* 3. & dixit *eadem Rota decif.* 5. *n.* 12. *decif.* 60. *n.*4. *coram Cardinali Celfo, & decif.*459. *n.* 1. *coram Bichio, & decif.* 510. *n.* 7. *coram Gregorio XV.* & fundamenta, & rationes hujus Coccini decifionis excutiuntur, illifque folidè refpondetur à *Carolo Maranta refponf.*21. *p.*4.

24 Poffunt tamen vel ex privilegio, vel ex antiqua hactenus obfervata confuetudine Laicorum Confraternitates in funeribus deferre crucem, & earum Capellani in Oratoriis, vel alii Rectores aliarum Ecclefiarum exiftentium intra fines Parochiæ officium facere fuper corpore defuncti ibidem fepeliendi: debet tamen hujufmodi obfervantia, & confuetudo effe uniformis; fecùs verò fi ex actibus contrariis fit difformis; nam tunc non attenditur, *Dec. conf.* 225. *n.*2. *Caftren. co f.* 102. *n.* 13. *Cravet. conf.* 313. *n.* 4. *Rolan. conf.* 13. *n.* 2. *lib.* 4. *Rot. decif.*464. *n.*6. *coram Burat. decif.* 99. *n.*6. *coram Merlino, decif.* 19. *p.* 2. *decif.* *decif.*366. *n.*3. *p.*4. *decif.*365. *n.*2. *p.*2. *decif.* 455. *n.*9. *in fine p.*4. *recent.*

25 Et quando eft contra jus, cenfetur irrationabilis, prout redditur, fi minus dignus præferatur majori, & laicus Clerico; & tunc vel nullo modo attendi debet, ex latè deductis per *Abb. in conf.*21. *lib* 1. *Ruin. conf.*155. *n.*11. *lib.*4. *Cravet. conf.* 96. *n.* 3.

26 *Rot. decif.* 310. *n.* 5. *coram Gregor. XV.* vel debet effe præfcripta fpatio 40. annorum, ut ex *Purpurat. & Andr. Sicul.* tradit *Gratian. difcept. forenf. cap.* 298. *n.* 8. *& feq.* ibique *Theodof. Rub. n.*99. *& feq. Ferrus Manriquez de præceden. q.* 18. *n.*7. *& 8. & in Calagnritana præeminentiarum* 14. *Martii* 1668. §. *quoad præeminentiorem coram Ottalora*, quæ eft *in recent. decif.*212. *n.*8. *&* 9. *p.*15. Etenim aliquando in aliquo
27 particulari loco, & actu non eft incongruum, quòd minus dignus præferatur digniori, præcipuè concurrente aliquâ qualitate, vel aliâ rationabili causâ; quia tunc confuetudo non cenfetur irrationabilis, prout redditur, quando confuetudo abfolutè, & in omnibus cafibus, & locis fine legitima causa præferret minus dignum, magis digno, *Menoch. conf.* 2. *n.*00 *& feq. Beltraminus in annot. ad Gregor. XV. decif.* 124. *fub n.*3. ubi quòd hujufmodi confuetudo non teneat, etiam fi effet immemorabilis, *& in annot. ad decif.*310. *n.*10. ubi ita dixiffe *Rot. in Seguntina præcedentiæ coram Pamphilia*, & quòd in his terminis fubfiftat *decifio Seraphini* 964. *n.*2. iterum *Rot. decif.*212. *n.*11. *&* 12. *p.* 15. *Doctores in cap.*1. *de major. & obedien.* præfertim *Butr. n.*11. & conciliando contraria *Gregor. XV. decif.* 310. *n* 6. *Cardinal. Ottbobon. decif.* 4. *n.*36.

28 Ceffat verò jurifdictio Parochi fuper cadavere ftatim ac ingrediatur Ecclefiam Regularium, in qua electa fuit fepultura, quia ingreditur in locum exemptum, & in alienum territorium, cùm Ecclefiæ Regularium fint prorfus exemptæ à quacunque jurifdictione, ex privilegiis Summorum Pontificum conceffis diverfis Religionibus, & præcipuè à *Sixto IV.* ut in ejus Bulla nuncupata *Mare magnum*, quæ eft prima ex
29 relatis *à Confeff. in collect. privileg.* undè nec poffunt ab Epifcopo vifitari, etiam fi exiftant intra limites fuæ Diœcefis, exceptis altaribus, in quibus incumbit animarum

cura personarum secularium, & ita posita *Constitutione Gregorii XV. incip. scrutabili sub die 9. Februarii 1622.* decisum fuisse testatur *Barbos. in Concil. Trident. sess. 7. cap. 8. de reform. n. 15.*

30 Ac proinde eo ipso quòd cadaver pervenerit ad Ecclesiam Regularium, officia mortuorum, aliaque, quæ in hac pia defunctorum tumulatione adhiberi solent, ab ipsis Regularibus expleri debent, aliàs Parochus ingrediens in Ecclesiam Regularium, & cum superpelliceo, cruce, & stola exerce-

31 ret jurisdictionem in loco exempto, cùm stola sit signum propriè denotans jurisdictionem, & officium sacerdotale, per *glos. in l. unica in verbo fibulis C. nulli liceret:* facit *textus in cap. cum sit de auctoritat. &*

32 *usu pall.* ubi quòd Archiepiscopus solùm in Ecclesiis suæ Diœcesis uti potest pallio;

33 secùs extra; & quòd operatur pallium inter Episcopos, operatur stola inter Sacerdotes, *Theodosius Rubeus singularium p. 3. in titul. de præcedentiis numero 64.* repetit. penes *Gratian. discept. forens. in cap. 298. tom. 2.* & ita passim declaratum fuit à Sacris Congregationibus, & signanter in *Camerinen. Terræ Matelicæ,* ut infra:

Eminentissimi, & Reverendissimi Domini.

34 *Regulares Terræ Matelicæ Camerinen. Diœcesis proponunt Eminent. Vestris, infrascripta dubia, eaque petunt humiliter*

35 *declarari. Primo, an possint hæredes defunctorum vocare numerum Religiosorum sibi bene visum in deferendis cadaveribus ad Ecclesiam.*

2. An cadavera efferri, seu tolli possint ab aliis etiam Regularibus, non vocato, nec expectato Parocho, nisi ipse Parochus permiserit, vel adesse recusaverit.

3. An cadavera quotiescunque ad Ecclesias Fratrum Mendicantium, aliorumque Regularium efferuntur, officia mortuorum, aliaque munia, quæ in hujusmodi ministerio adhiberi solent, fieri debeant à Canonicis, & Clero, vel ab ipsismet Regularibus ipsius Ecclesiæ, ubi cadaver sepelitur.

4. An Crux Parochialis deferri etiam debeat, vel sola Crux illius Ecclesiæ, ad quam corpora deferuntur.

Sacra Rituum Congregatio supradictis dubiis sic respondendum censuit.

36 *Ad primum posse hæredes defunctorum vocare numerum Religiosorum sibi bene visum.*

37 *Ad 2. negativè.*

38 *Ad 3. Non à Canonicis, nec ab aliis, sed ab ipsismet Regularibus in propriis eorum Ecclesiis officia super cadaveribus peragi debere.*

39 *Ad 4. Unicam tantùm crucem in cadaveribus efferendis esse deferendam, & illam esse debere illius Ecclesiæ, ad quam corpus defuncti defertur. Die 21. Novembr. 1637.*

C. Episcop. Cardinal. Pius.

✝ *Loco Sigilli.*

C. Facbinettus Secret.

Quæ etiam refertur à *P. Lautusca in Theatro Regularium in verbo exequiæ n. 7.*

40 Et in alia *Lycien. apud Peregrin. in compend. privil. Regul. pag. 106. Sacra* &c. *censuit non licere Capitulo, & Clero Lyciensi quovis prætextu, etiam associandi ad sepulturam defunctorum cadavera in Ecclesia Sancti Irenei Clericorum Regularium missam, aut alia divina officia, ipsis Regularibus invitis, celebrare, aut psallere, sed associato funere, ad Ecclesiæ portam debere Parochum, vel illum ex Capitulo, & Clero penes quem animarum curæ exercitium existit ad populum converti, eique benedictione impertitâ, recedere relicto cadavere in Ecclesia dictorum Clericorum, ad quos dumtaxat peragendi cura spectabit.*

41 Et in Firmana sub die 11. Novembris 1641 *Sac. Congregat.* Rituum respondit, *officium facere super cadaveribus in Ecclesiis Regularium ad ipsos Regulares spectare, & pertinere, non obstante contrariâ consuetudine, & ita omnino in casu proposito in Civitate Firmi servari mandavit.*

42 Et in *Civitaten. Civitatis Platiæ* die 12. Novembris 1619. *Sac. Congregatio Concilii censuit quòd Officium facere super cadaveribus defunctorum domi, & per vias spectet ad Parochum, etiamsi in Ecclesia* Regularium *sepeliendum sit, usque quo intus eorum Ecclesiam collocetur,* de qua *Aldan. in compend. canon. resol. lib. 2. tit. 22. n. 19.*

43 Et rursus *S. Rituum Congregatio juxta aliàs resoluta respondit, officium super cadaveribus in Ecclesiis Regularium spectare, & pertinere ad ipsos Regulares, non autem ad Curatos defunctorum, & ita inposterum servari mandavit non obstante contrariâ consuetudine.*

C. *Episcopus Portuen Cardinal.* *Pius*

✝ loco sigilli

Julius Cincius Secretarius

44 Ac in *Toletana loci de Baraxas die 19. Julii 1636. Sac. Congregatio Concilii censuit quòd defunctorum cadavera non liceat* Parochis *sepelire, nec officia facere in Ecclesiis* Regularium, *absque expressâ licentiâ Superioris Ecclesiarum ipsorum Regularium, non obstante contrariâ consuetudine,* de qua *Barbos. decis. Apostolicar. collect. 245. n. 9. & collect. 558. n. 2.* ubi ita etiam declaratum fuisse in *Engubina* 12. *Martii 1612. & 5. Julii 1614.*

45 Et

45 Et in *Nicoteren. 5. Julii* 1615. *Sac. Congregatio negotiis Episcoporum, & Regularium præposita* respondit—*Parochi defunctorum in Regularium Ecclesiis humandorum possunt eorum corpora usque ad easdem Ecclesias associare, ac etiam in illis permanere; absque tamen eo quod in officia decantanda ullatenus se intromittant, nisi contraria adsit consuetudo*, de qua *Barbos. de offic. Paroch. p.4. cap.26. n.80.*

46 Ac in *Castellaneten.* 3. *Junii* 1594. *Eadem Sac. Congregat. censuit, quòd Parocho spectet declarare per quam viam sit exportandus defunctus, & facere omnia necessaria usque ad januam Ecclesiæ Regularium, ubi sepeliendus est*, de qua *Novar. in Lucerna Regular. in verbo defunctus n.4.* & *Barbos. de officio* Parochi *p.3. cap.26. n.74.*

47 Et ratio prædictorum est, quia jurisdictio Parochi supra defunctum durat quousque transeat in aliorum jurisdictionem, non tamen transit in Regularium jurisdictionem, nisi quando pervenit ad januam Ecclesiæ ipsorum Regularium, *Lezana in summ. in verbo defunctus n. 4. Aldan. in compend. Canon. resol. lib.4. tit.17. n.4. Barbos. de jure Eccles. lib.2. cap.10. n.82. & seq. & in compend. Bullar. in verbo Officium*, & firmavit *Rot. in Veronensi jurium Parochialium coram Cardinali Virili*, quæ est penes *Pofitium de manutent. decis.*260. *n.*1. & 2.

48 Recusante verò Parocho associare defunctum sepeliendum in Ecclesia Regularium, hoc casu emanavit hæc resolutio.

Sacra Congregatio Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præposita censuit, defunctorum cadavera in Ecclesia dictorum Fratrum sepelienda, ab ædibus defunctorum ad eorundem fratrum Ecclesias directo tramite deferre licitè posse, monito tamen, prius, & requisito, ac expectato proprio defunctorum Parocho, à quo benedictionem, & ultimum vale recipere possint, quo venire expressè recusante, possint iidem fratres etiam ipso invito dicta cadavera ad suas Ecclesias transportare &c. Romæ die 14. *Junii* 1639.

49 Proprius tamen Parochus excludi non potest sub quovis prætextu, etiam si à defuncto accersiri tantùm Regulares demandatum fuerit, cùm non sit in facultate testatoris auferre jus, quod Parocho de jure competit; undè hujusmodi dispositio tanquam irrationabilis, non est attendenda, nec servanda, & tantùm sibi locum vindicare potest, si Parochus permittat, vel adesse recusaverit, & ita servandum esse, non obstante quacunque contrariâ consuetudine decisum refert *Bartholomæus Corset. in prax. sacr. rit. in tit. de exequiis num.*11. *fol.*358.

50 Non desunt tamen alii tenentes, licere Parochis ingredi Ecclesias Regularium cum Cruce, superpelliceo, & stola occasione associationis funerum, & super cadavere sui Parochiani officium peragere, eâ potissimâ ratione, quia Parochus habet in suos parochianos jurisdictionem voluntariam, quam etiam exercere potest in alieno territorio, ad

51 *Textum in l.*2. *ff. de offic. Proconf.* ubi *scribentes, & in cap. no. it de offic. leg.* & notat *Bart. in l. unica n.* 6. *ff. de confess. Covar. lib.*3. *var. resol. cap.*20. *n.*8. asserens omnes ita sentire, *Sanchez lib.* 3. *de matrimon. disf.* 19. *n.* 8. *Oldrad. conf.*85. *Navar. conf.*24. *n.*3. *de clandestin. desponf. cum* aliis allegat. per *Jacob. Piguatel. consultat. canon.*47. *n.*20 & 21. *tom.*3. undè Parochus sicuti potest in alieno territorio, & Diœcesi audire confessiones suorum subditorum, *Suarez de Sacrament. disf.*28. *sect.*6. *n.* 4. *Hostien. in tit. de pænit. & remiss.* §. *cui confitendum, Imol. in Clement. dudum n.* 22. & 23. *de sepultur.* ibique *Cardin. in* §. *statuimus q.* 5. *dub.* 3. *Capyc. decis.* 202. *n.* 15. ita etiam videtur posse peragere officium in suum subditum sepeliendum in Ecclesia regularium.

52 Sed hoc fundamentum facile diluitur, quia ubi agitur de officio faciendo super defuncto delato in Ecclesiam Regularium, non versamur in terminis exercitii voluntariæ jurisdictionis, sed potiùs contentiosæ, & necessariæ, dum Regulares, hoc casu reclamare, & se opponere consueverunt, & in Judicium Parochos vocaverunt, & favorabiles à Sacris Congregationibus resolutiones reportaverunt; ac proinde Parochus hanc jurisdictionem exercere minimè potest sine licentia Superioris, vel Judicis illius alieni territorii, licèt secùs sit in voluntaria, ad tradita per *Sanchez de matrimon. lib.*3. *disf.*19. *n.*7. & 8. ubi alios allegat.

Nec relevat quòd possit audire confessiones suorum subditorum in aliena jurisdictione; quia sacramentum pænitentiæ tanquam omnino necessarium ad salutem, ubique exercere potest, sed facere officium in defunctum in Ecclesia Regularium non reputatur actus necessarius à Parocho explendus, dum ab ipsis Regularibus expleri, &

53 ministrari potest, & ex eorum exemptione eisdem hoc jus competat, ut ultra supra allegatos à *n.* 28. *usque ad* 48. voluerunt, & tenent alii Doctores allegati *à Barbos. in Concil. Tridentin. sess.*25. *cap.*13. *de reform. n.*32. & 33. *Anton. Flamin. in prax. Vicar. Capitular. p.*3. *tit.*40. *n.*27. & 28. *Gallet. in margarit. cas. conscient. in verbo sepultura* §.3. *Ioan. Anton. Novar. in summ. bullar. in tit. de offic. super cadaver. defunctorum ad Ecclesias Mendicantium delatorum faciendo*, & patet ex decretis *Sac. Congregat.* confirmaris

matis ab *Alexandro VII.* ut ex ejus literis in forma brevis emanatis *die* 30. *Aprilis* 1660. relat. *à Patre Lantusca in Theatro Regularium in verbo sepultura n.* 3. & aljis confirmatis à *Clemente X. sub die* 18. *Ianuarii* 1672. relat. *à Francisc. Anton. Iannoni in supplement. ad dictum Theatrum Regular. in verbo associatio cadaverum fol.*620.

54 Possunt tamen Parochi, & Canonici etiam in Ecclesia Regularium, seu Mendicantium, quando cadavera deferuntur ad eorum Ecclesias, facere officium, & exequias, ac funeralia explere, stante immemorabili consuetudine, dummodo legitimè probetur; nam Sacra Congregatio per declarationes ad favorem Regularium factas non censetur derogasse huic consuetudini immemorabili, ut censuit. *Sac. Congregatio Cardinalium negocijs Episcoporum, & Regularium præposita R. mæ die... anno* 1639. & 12. *Martji* 1660. quæ decreta per extensum referuntur *A.P. Lantusca in Theatro Regularium in verbo sepultura* una cum Litteris confirmationis emanatis *sub die* 30. *Aprilis* 1660. *sub annulo Piscatoris ab Alexandro VII.* & signanter *in §. nec non Sacra Congregatio & in §. nec Capitulo, & Clero, Lezana in sum. quæst. Regular. tom.* 3. *in verbo defunctus n.*4. *Ioan. Maria Novar. in Lucerna Regular. in verbo defunctus n.*4. *Barbos. in summ. Apostolic. decis. collect.* 392. *n.*1. *& collect.* 558. *n.* 2. latè *Gratian. discept.* 492. a *n.*1. *cum plurib. sequen.* & signanter *n.* 10. 11. *&* 27.

55 *& per totum tom.*3. ubi reddit rationem, quia consuetudo immemorabilis habet vim tituli & privilegii, *cap. super quibusdam §. præterea de verborum significat.* ibique *glos. in ver. bo non extat, & Hostien. in verbo notat diligenter*, & tradunt Doctores pleno calamo relati per duas columnas à *Gabr. commun. conclus. lib.*5. *in tit. de præscript. n.* 1. *&* 2. *Ruin. jun. cons.*26. *n.*8. *vers. quinimo lib.*1. *Thesaur. jun. quæst. forens.*27. *n.* 17. *Rot. decis.*155. *n.*9. *p.*16. *recent.*

56 Tum etiam quia immemorabilis affert meliorem titulum de mundo, latè *Thesaur. jun. quæst. forens.* 27. *n.*15. *lib.*2. *Minsinger. obser.* 29. *n.* 13. *centur.* 5. *Decian. cons.* 24. *n.*550. *Gabr. cons.*88. *n.*18. *lib.*1. *Soccin. jun. cons.* 76. *n.* 95. *& plurib. sequen. lib.* 1. *Ias. cons.*209. *n.*2. *lib.*2. *Cephal. cons.* 403. *lib.*5. *Fontanel. decis.*217. *n.*59. & 20. *lib.*1. *Rot. decis.*346. *n.*3. *coram Merlino, decis.*34. *n.*4. *p.*1. *decis.*224. *n.*26. *&* 27. *p.*6. *decis.*271. *n.*8. *p.*9. *dec.*70. *n.*1. *& dec.*155. *n.*5. *p.*16. *recent.*

57 Quinimo quòd liceat Parochis ingredi Ecclesiam Regularium, occasione funerum, cum superpelliceo, & stola, & exequiis assistere, dummodo non faciant officium, patet ex diversis declarationibus *Sac. Congregat. Episcopor. & Regular.* tenoris, ut sequitur.

58 *In Cathacen.* 8. *Maji* 1595. *Parochi si velint possunt exequiis assistere, etiam in Ecclesia Regularium, dummodo non faciant officium, nec prætendant præcedentiam.*

59 *In Firmana* 29. *Novembris* 1641. *Parochi occasione funerum possunt ingredi Ecclesiam Regularium cum superpelliceo, & stola, dummodo officium super cadavere peragant ipsi Regulares, nisi adsit concordia, vel consuetudo immemorabilis in contrarium.*

60 *In Placentina mense Junio, & sub* 9. *Novembris* 1663. *Parochis in associatione, sive occasione associationis cadaverum, licere ingredi Ecclesiam Regularium, etiam cum stola, & superpelliceo, dummodo Ecclesiam ingressi nullum super cadavere officium peragant*, & in eadem 7. *Decembris* 1668.

61 Et hoc idem censuisse in *Gallipolitana* 21. *Novemb.* 1601. *in Cervien.* 26. *Jun.*1615. *in Gravinen.*22. *Januarii* 1616. *in Ravennaten.* 28. *&* 31. *Augusti* 1616. *in Cassinen. Abbatis Montis Casini* 20. *Septembr.*1594. *in Montis Pelusii* 15. *Novembris* 1580. *in Neritonensi* 16. *Maji* 1588. *in Nicoterensi* 5. *Julii* 1615. *in Turritana* 24. *Novembr.* 1617. *in Cremonen.* 9. *&* 16. *Augusti*, *ac* 6. *Septemb.* 1604. *&* 1. *Julii* 1606. *&* 31. *Julii* 16 6. refert per extensum *Jacob. Pignatel. consult. canon.*47. *à n.*28. *usque ad* 38. *tom.*3. ubi *n.*39. refert ita etiam censuisse *Sac. Rituum Congreg. in una Eugubina* 12. *Maji*, *&* 5. *Julii* 1613. *& in Cataven. Civitatis Platiæ* 12. *Octobris ejusdem anni.*

Ulteriùs ad dirimendas alias differentias occasione funerum subortas inter Parochos, & Regulares fuerunt in *Sac. Congreg. Rituum proposita infrascripta dubia in una Senogallien.*

62 Primò. *An hæredes defunctorum sint cogendi ad retinendum domi cadavera usque ad tempus illa sepeliendi, an verò eisdem hæredibus liceat pro libito asportare dicta cadavera è propriis domibus ad quamcunque aliam Ecclesiam per modum depositi, usque ad horam illa tumulandi, etiamsi sepelienda essent in Ecclesiis Regularium, non obstante dissensu Parochi, seu prohibitione ab eodem facta uti Vicario foraneo.*

63 Secundò. *An illatis Cadaveribus privatè ab hæredibus ad aliquam tertiam Ecclesiam per modum depositi, Regulares convenire, & congregari debeant in dicta tertia Ecclesia, aut in Parochiali, ad effectum illa associandi ad Ecclesiam, ubi sunt tumulanda.*

64 Tertiò. *An cadavera sepelienda in Ecclesia Regularium, antequam ad eorum Ecclesiam deferantur, debeant priùs asportari*

tari ad Parochialem, & in ea permanere per aliquod tempus.

65 Quartò. *An Regulares possint cogi ad associanda cadavera in eorum Ecclesiis tumulanda, an verò possint expectare in dictis propriis eorum Ecclesiis: Et an in casu, quo Regulares non accedant ad associandum dicta cadavera amittere debeant intortitia, uti Parochus prætendit.*

66 Quintò. *An Parochus teneatur associare cadavera in Ecclesiis Regularium sepelienda usque ad januas ejusdem Ecclesiæ, etiam ipsis Regularibus non associantibus, & an Parocho associanti liceat ingredi Ecclesias Regularium cum stola, & cruce.*

67 Sextò. *An si Parochus requisitus, intervenire recuset funeribus defunctorum in Ecclesiis Regularium sepeliendorum, possint hæredes, imò ipsi Regulares asportare cadavera ad Ecclesiam Sepulturæ electæ, Parocho non interveniente, ac prædicti Regulares eadem cadavera sepulturæ tradere, & an Parochus in funeribus dictorum defunctorum majorem eleemosynam solito prætendere possit.*

68 Septimò. *An in processionibus menstruis Sanctæ Monicæ, & Rosarii, quæ à fratribus Augustinianis fiunt juxta præscriptum hujus Sacræ Congregationis sub die 4. Augusti 1674. liceat Sacerdoti ejusdem ordinis deferenti crucem cum sacris reliquiis incedere indutus stolâ, & pluviali.*

69 Octavò. *An Processiones generales, quæ quotannis fieri solent ex antiqua consuetudine, & Populi devotione cum interventu Cleri, Regularium, & Confraternitatum laicorum, & Magistratus &c. possint impediri etiam indirectè à Parocho renuente iisdem processionibus interesse, & an isto non interessente liceat dictis fratribus Augustinianis eas juxta solitum facere.*

70 Nonò. *An liceat dictis Patribus Augustinianis singulis dominicis, & diebus festivis de præcepto horâ decimâ nonâ exponere in majori altare eorum Ecclesiæ Sanctiss. Eucharistiæ Sacramentum, & cum eo benedicere populo, non obstante quòd post motam litem Archipresbyter, & Canonici eadem horâ facere cœperunt dictam expositionem in Ecclesia Collegiata &c.*

71 Decimò. *An in Processionibus generalibus, quæ fiunt in Vigiliis Pentecostes, & Sancti Ubaldi debeat servari solitum circa intonationem Hymni &c. & an pariter debeat servari solitum circa processiones Rogationum &c. non obstante innovatione postremò factâ per Parochum, & Canonicos illas terminando singulis diebus in propria Ecclesia Collegiata.*

72 Ad primum. *Sac. Congregatio respondit, quoad tempus humationis cadaverum servandam esse Synodum, & in reliquis, petitâ, & etiam non obtentâ licentiâ, posse cadavera deponi arbitrio hæredum in qualibet Ecclesia usque ad tempus illa processionaliter deferendi ad Ecclesiam Sepulturę.*

73 Ad 2. *Sacra Congregatio inhærendo aliàs decretis, respondit Regulares debere congregari in illa Ecclesia tertia, ubi cadaver fuit depositum, ut supra.*

74 Ad 3. *Sac. Congreg. respondit negativè.*

75 Ad 4. *Sac. Congregatio respondit Regulares non posse cogi ad exeundum à propriis Ecclesiis, ad effectum associandi cadavera in eisdem sepelienda, sed sufficere, quòd illa expectent ad januas. Quo verò ad intortitia, remisit causam ad Judices suos.*

76 Ad 5. *Sac. Congregatio respondit, Parochum teneri associare cadavera in Ecclesiis Regularium sepelienda. Quo verò ad ingressum Parochi cum stola, & Cruce distulit resolutionem.*

77 Ad 6. *Sac. Congreg. respondit, vocato Parocho, & ipso renuente intervenire, vel alterum mittere, tunc Regularibus licere absque Parocho deferre cadavera in eorum Ec-*

78 *clesiis sepelienda. Quo verò ad emolumenta per Parochum prętensa, nihil dandum ultra solitum.*

79 Ad 7. *Sac. Congregatio respondit, licere Sacerdoti Augustiniano deferenti Reliquias in omnibus processionibus, in quibus non intervenit Clerus secularis, incedere cum stola, & Pluviali, non autem cum stola tantùm.*

80 Ad 8. *Sac. Congregatio respondit, licere Augustinianis facere supradictas processiones generales per Terram Corinaldi de licentia Ordinarii.*

81 Ad 9. *Sac. Congregatio remisit partes ad Ordinarium.*

82 Ad 10. *Sac. Congregatio respondit, ut Episcopus mandet servari solitum. Die 22. Junii 1675.*

V. Episcopus Portuen. Card. Carpineus.

Loco ✝ Sigilli

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congr. Secret.

Eadem dubia in eadem Sac. Rituum Congregatione circa Cadaverum associationem fuerunt etiam postea discussa ad instantiam Ordinis Minor. Observantiæ Sancti Francisci sub die 13. Julii 1675. quæ in authenticam formam referuntur à *Francisco Anton. Jannoni in supplemento Theatri Regular. Lantusc. in verbo Associatio Cadaverum fol. 633.*

83 Quòd si cadavera mortuorum alibi tumulentur, quàm ubi defunctus sibi sepulturam elegerit, restituenda sunt Ecclesiæ electæ sepulturæ, ut censuit *Sac. Congreg. Episcopor.*

por. & Regular. in una Calaritanensi per hæc verba, *Sac. Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, reque, partibus, tàm verbo, quàm scripto informantibus auditis, Eminentiss. Sanctacrucio referente, diligenter, ac maturè examinata, & discussa, censuit cadaver, de quo agitur, restituendum esse; prout unà cum funerali pompa restitui mandat, & præcipit Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Jesu Fratrum Minorum Ob-*
84 *servantiæ Sancti Francisci. Nec Capitulo, & Clero Metropolitanę Ecclesię Calaritanę Funeralia in dicta Ecclesia Sanctę Marię, neque in Sancti Mauri eorundem Fratrum exercere, & celebrare super Defunctorum ibidem sepeliendа cadavera licere, reservato tamen jure eidem Capitulo, & Clero probandi prętensam immemorabilem, & ita declaravit, prout præsentium tenore declarat, & decernit, in contrarium allatis minimè obstantibus. Romæ 12. Martii 1660.*

M. Cardinal. Ginettus.

Quod decretum confirmatum fuit ab *Alexandro VII.* ut ex ejus literis in forma brevis sub annulo Piscatoria, emanatis *die* 30. *Aprilis* 1660. & referuntur *à P. Lantusca in Theatro Regularium in verbo Sepultura, vers. alias pro parte.*

85 Possunt tamen Confraternitates Laicorum, ejusque Rectores, & Capellani ad funus incedentes, post absolutum à Parocho officium funeris in sua Ecclesia Parochiali, in qua cadaver delatum sepeliendum est, iterum funebre officium peragere super eodem cadavere, absque tamen stola, cum tantùm Parocho debeatur, & sine aspersorio; nam officium funeris non est velut Baptismi Sacramentum, quod reiterari non possit, ita censuit *Sac. Congregatio Rituum in una Cavarum sub anno* 1665. scilicet *posse Capellanos sodalitatum recitare Officium Defunctorum super cadavere Parochiani, absque tamen stola, & aspersorio.*

Sepultura an possit impediri à Creditoribus Defuncti, donec sibi satisfiat de eorum credito.

SUMMARIUM.

1 Jus sepulchri nec divino, nec naturali jure impediri potest.
2 Sepultura cadaveribus non est deneganda, & n. 17.
3 Creditores cadavera suorum debitorum sequestrare facientes, & sepeliri impedientes, mulctantur pœnâ sepulchri violati. Contrarium, n. 16.
Amittunt creditum, & quadraginta libras auri Fisco solvere tenentur; & si solvere non possunt, corporaliter puniuntur, ibid.
4 Appellatio ne cadaver sepeliatur, non est recipienda. Cadaver dilationem non admittit, ibidem.
5 Non valet statutum quòd corpora mortuorum sepeliri nequeant, nisi satisfactis creditoribus.
6 Accedens ad domum moribundi, & illum, suosque vexans pro suo credito, jus suum amittit, & tantundem vexatis restituere tenetur.
7 Creditores post mortem debitoris intra novem dies non possunt petere debitum, & omnis cautio, si extorqueatur, redditur nulla.
8 Non tamen amittitur actio.
9 Sepultura impediri non potest etiam, si agatur vigore instrumenti guarantigiati.
10 Creditor debitorem infirmum excommunicari faciens, & impediens exequias, privatur suo debito.
11 Creditor non potest impedire sepulturâ, etiamsi debitor defunctus condemnatus fuisset per sententiâ ante obitû.
12 Cadaver Judæi impediri non potest, ne sepeliatur.
13 Judæi sub defensione, & protectione Romanæ Ecclesiæ recepti sunt.
14 Et dicuntur Cives, & vivunt sub statutis, & legibus Civitatis, ubi inhabitant.
15 Judæi confugientes ad Ecclesiam gaudent ejus immunitate.
18 Sepultura Ecclesiastica quibus deneganda sit, & à n. 19. usque ad 30.
30 Infans pelle secundinâ indutus, & baptizatus si decedat an debeat in loco Sacro sepeliri, referuntur opiniones
31 Sepeliens in loco Sacro eum, qui privatus Ecclesiasticâ sepulturâ, quam pœnam incurrat.
32 Excommunicatus non est vitandus, nisi sit denunciatus.

ADNOTATIO I.

1 Jus sepulchri nec divino, nec naturali jure prohiberi debet, ut admonent exempla in Sacra Scriptura, *Genes. cap.* 23. *Thobiæ* 1. 2. & 12. *Ecclesiast. cap.* 7. & 38. & 2. *Regum cap.* 2. de jure naturali patet etiam apud omnes gentes observatum fuisse, ex aliis exemplis à scriptoribus, & tam Fidelibus, quàm Ethnicis traditis, quæ exactè colligere, & referre curavit *Covar. var. resol. lib.* 2. *cap.* 1. *sub n.* 10. *vers. nam se-*
2 *cundùm naturam*; propterea cadaveribus non esse denegandam sepulturam, statutum fuit in *Concilio Triburiensi can.* 16. *relat. in can. in Ecclesiastico* 13. *q.* 2. & *in Concilio Toletano* 3. *can.* 22. *relat. in can. qui divina in fine ead. caus.* 13. *q.* 2. *ubi*, *sic enim Christianorum per omnem Mundum humari oportet corpora defunctorum.*

3 Enixè etiam prohibetur de jure civili; adeout sepulchri violati pœnâ mulctentur creditores cadavera suorum debitorum sequestrare facientes, & sepeliri impedientes, donec de eorum credito satisfiat; propterea amittunt creditû, & quinquaginta libras auri Fisco solvere tenentur; & si hanc pecuniarum summam solvere nequeant, corporaliter arbitrio Judicis puniri debent, ut sancivit *Justinus Imperator in l. final. C. de sepulchro violat.* ubi communiter Doctores, latè *Bologn. ad l. omnes populi n.* 52. *ff. de just. & jur. Brunor. à Sole in suis quæst. legal. q.* 29. *n.* 1. & *per totam*, *Menoch. de arbitrar. cas.* 387. *n.* 16. & *seq.* fusè *Covar. var. resol. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 10. ubi de communi testatur, *Brun. de cess. bonor.* 3. *quæst. prin. n.* 8.

n.8. ubi quòd etiam efficiuntur infames, Ripa *in tract. de peste in* 1. *remed. præservativo n.*101. *vers. & primò quæro*, *Farinac. in tit. de delict. & pæn. q.*20. *n.*139. *Bonacin. oper. moral. in tit. de contract. dis.* 3. *q.* 21. *punct.* 3. *n.*4. *tom.*2. *fol.*810. ubi allegat *Lavor. cap.*10. *Malsef. in summ. tom.*2. *tract.* 13. *cap.*8. *n.*74. *Boer. decis.*287. *n.*2. & 3.

4 Et creditoris appellatio, ne debitoris cadaver sepellatur, minimè est recipienda, ut communiter tenent *Doctores in cap. ex parte il.* 1. *de sepultur.* Ibique *glos. in verbo post appellationem & in l. fin. cum Authen. item C. de sepult. violat. Speculat. in tit. de appel.* §. *in quibus vers.*8. *Duen. reg.* 397. *vers. & primò*, *Joan. And. in dicto cap. ex parte il* 1. *de sepult. Arcbid. in can. sunt quorum vers. si quis etiam ausus* 2. *q.* 6. *Bellincin. de charit. subsid. q.* 55. *n.* 5. *Covar. var. resol. lib.*2. *cap.*1. *sub n.*10. *in prin. vers. ima creditoris appellatio*, Remia *de Conny. in tract. de charit. subsid. q.* 68. *n.* 5. *Gram. decis.*82. *col.*1. *n.*2. *Brunor. à Sole in suis quæst. legal. q.*29. *n.*6. *Farinac. in tit. de delict. & pæn. q.*20. *n.*139. *sub prin.* cùm cadaver dilationem non admittat ob facilem sui corruptionem, *Bonacin. in tit. de contract. dis.*3. *q.*21. *punct.* 2. *sub n.*6. *tom.*2.

5 Propterea non valet statutum, quòd corpora mortuorum non possint sepeliri, nisi priùs satisfactum sit Aromatariis, vel aliis creditoribus, etiam si debitum esset contractum ex causa infirmitatis, cùm sit evidenter injustum, non solùm quia adversatur Christianæ, ac Ecclesiasticæ pietati, & religioni, sed etiam contra apertam dispositionem juris communis in *l. fin. & Authen. ibidem positam C. de sepult. violat.* & docet *Salic. in l.*2. *C. ubi, & apud quem*, *Joan. Bologn. in repetit. l. omnes populi n.* 53. *in fin. vers. item non valet ff. de just. & jur.* quos refert, & sequitur *Brunor. à Sole quæst. legal.*29. *n.*12.

6 Quinimo qui accedit ad domum moribundi, & illum, vel suos vexat, pro consequendo credito, non solùm suum jus amittit, sed tantundem vexatis restituere tenetur, ut expressè disponitur in *Auth. item qui* quæ est *post l. final. C. de sepulc. violat. Farinac. in tit. de delict. & pæn. q.* 20. *n.* 141. ubi subdit quòd procurator bene notare, & oblivioni demandare non debeat pro liberando debitore à molestiis ei per creditores illatis in tempore infirmitatis; infirmus enim proximè moriturus non temporalibus curis, sed spiritualibus auxiliis est coadjuvandus, & disponendus ad bene

7 moriendum, & in *Authen. sed neque*, quæ est *in fine C. de sepulcbr. violat.* additur, quod creditores post mortem debitoris intra novem dies non debent petere debitum, & aliam molestiam inferre, habito respectu ad personam defuncti, ejusque intuitu, & interim si aliqua promissio, vel cautio extorqueatur, inutilis redditur, nec execu-

8 tioni demandari potest; actio tamen non amittitur, secundùm *glos. ibidem in verb. inutile erit*, *Menoch. de arbitrar. cas.* 387. *n.*22. *Farinac. dicta q.* 20. *n.* 144. Ripa *in tract. de peste tit. de remed. præservat. n.* 104.

9 Ampl. conclusionem procedere, etiam si agatur de credito liquido, & vigore instrumenti guarentigiati, vel obligatione camerali vallati, quia nihilominus sepultura impediri non potest, quia lex abhorret impietatem creditoris, ejusque animum à charitate christiana alienum, *Abb. in cap. ex parte il primo de sepultur. Felin. in cap. sicut Judæi col.*2. *vers. item nota eod. tit. Guillelm. de Benedict. in cap. Raynutius in verb. mortuo itaque testatore il primo n.*56. *de testam. Covar. var. resol. lib.*2. *cap.*1. *n.* 10. *Menoch. de arbitrar. cas.* 387. *n.* 20. *Duen. reg.*397. *vers.* & *primo quia interdicta est appellatio* ibi – *quod etiam procedit &c. Brun. de cess. bonor. in* 3. *quæst. principal. n.*8. *Sebastian. Medices in tract. de sepult. p.*4. *q.*4. *n.*9. *Farinac. in tit. de delict. & pæn. q.*20. *n.*142. *Brunor. à Sole in suis quæst. legal. q.*29. *n.*8. *Gram. decis.*82.

10 Ampl. quando creditor solicitus sit curando exequias impedire per excommunicationem contra infirmum obtentam, vel alio modo ne sepeliatur; nam tunc etiam privatur suo debito, & est mulctandus, ad formam *Auth. item qui domum C. de sepulcbr. violat. & in Auth. ut defunct. seu funera* §. *sancimus il primo*, & §. *si verò collat.* 5 Ripa *in cap. cum M. Ferrariensis n.*147. *de constit. Petrus Duen. reg.* 397. *vers. quinto qui exequias*, *Farinac. in tit. de delict. & pæn. q.*20. *n.*143.

11 Ampl. ut procedat, etiam si defunctus ante obitum fuerit per sententiam condemnatus ad debitum solvendum, cùm hujusmodi sententia executioni demandari non possit super cadavere; nam postquam anima separatur à corpore, non censetur ampliùs homo, sed cadaver liber, & immune ob omni personali obligatione; ac proinde respectu ejusdem cadaveris extinguitur omnis actio, non tamen contra hæredes, & bona hæreditaria, & quòd ita servet communis practica, dicit *Brunor. à Sole in suis quæst. legal. q.*29. *n.*10. ex *Anton. & Felin.* quos allegat *Farinac. in tit. de delict. & pæn. q.*20. *sub n.*141. *vers. ubi*, & *n.* 8. licèt aliud dicat *Arcbid.*2. *q.*1. §. *sunt quorum.*

12 Ampl. ut procedat etiam in cadavere Judæi, cui nec sepultura deneganda est, & corpus sepultum vexari non debet, *Felin. cap. ficut Judæi col.* 1. *n.*2. *de Judæis, Brunor. à Sole in suis quæst. legal. q.* 29. *n.* 6. *Farinac. in tit. de delict. & pæn. q.* 20. *sub n.*141. ubi ampliat etiam in cadavere Judæi.
13 Etenim Judæi sub defensione, & protectione Romanæ Ecclesiæ recepti sunt, *cap. sicut de Judæis, Prosper Fagnan. in* 2. *part.* 3. *decretal. in cap. inter alia de immunit. Eccles. n.*62. *tom.*3. *fol. mihi* 382. *secundùm*
14 *impres. Coloniens.* Et insuper dicuntur Cives, & vivunt sub Legibus, & statutis Civitatis, ubi tolerantur, *Cardinal. de Luca in Theat. veritat. tom.*2. *in tit. de Regal. dis.*160. *n.*30. *&* 32. *dis.* 182. *n.* 9. *& tom.* 4. *p.*1. *tit. de servit. dis.*70. *n.* 3. *& tom.* 6. *tit. de dot. dis.*132. *n.*9. *&* 10. *& tom.* 7. *p.* 3. *dis.*60. *n.*4. *in tit. de alien. & tom.*8. *tit. de credit. disc.*101. *n.*3. *& tom.*9. *p.*3. *tit. de legit. disc.*14. *n.*7. *& tom.*15. *p.*1. *tit. de Judic. disc.*35. *n.*42. ex relatis per *Cyriac. controvers.* 231. *n.* 37. *Farinac. in fragment. crim. in verbo Judæi, Surd. decis.*133. *Rot. decis.*414. *p.*1. *decis.*269. *n.*18. *cum seq. p.*4.
15 *tom.*2. *in recent.* imò confugientes ad Ecclesiam etiam timore pænarum, non autem zelo fidei, vel religionis gaudent ejus immunitate, & invìti inde extrahi non possunt, ut ex *Butr. Cardin. Gulielm. de monte Laud. Anchar. Imol.* & aliis concludit *Fagnan. in dicto cap. inter alia de immunit. Eccles. n.* 60. *vers. tu verò dicas tom.*3. *fol.* 381.
16 Non desunt tamen alii Doctores docentes cadavera insepulta detineri debere, donec æs alienum solvatur; adeont mortuo debitore, ipse creditor possit Judicis auctoritate facere retinere corpus mortuum sui debitoris, ne sepeliatur, quousque sibi satisfiat de suo debito, præcipuè si agatur vigore obligationis guarentigiatæ *Angel. in Anthen. ut defunctor. seu funer. eor. in prin. col.*1. *vers. item per hanc legem*, quod dictum refert *Felin. in cap. sicut Judæi col.*1. *post med. de Judæis, Marsil. in l. fin. ff. de quæst. col. antepenult. in parvis n.* 64. & clariùs *in sing.* 199. *per tot. Segura in repetit. l. si ex legati causa n.* 73. *ff. de verbor. obligat.*
17 Sed hæc opinio communiter reprobatur, & tanquam inhumana, & à charitate christiana aliena nullo modo est admittenda, quid quid sit de rigore juris, ut bene comprobat *Brunor. à Sole in suis quæst. legal. q.* 29. *n.*4. *&* 5. ubi quòd non sit recedendum à prima sententia communiter servata, & à Rota Romana canonizata: & ita etiam semper in magna Curia Vicariæ judicatum fuisse dicit *Gram. decis.* 82. *Farinac. in tit. de delict. & pæn. q.* 20. *n.* 142. *circa med. vers. non per hoc tamen recedas à prima opinione*, ubi testatur, ita in practica servari, & nunquam vidisse in Urbe debitorum cadavera sequestrata fuisse, quamvis ad favorem creditoris adesset obligatio guarentigiata, vel in forma Cameræ.
18 Sepulturæ verò jus in multis casibus amittitur, & denegatur, & præcipuè per simoniam, occisionem Rectoris, hæresim, & ob crimen læsæ majestatis, de quibus *Lambert. de jurepatronat. lib.*3. *q.* 8. *art.* 2. *Barbos. de offic. Parochi p.*3. *cap.* 26. *n.* 39. & *n.* 40. ubi quòd etiam Ecclesiasticâ sepulturâ carent, nec in Parochia, nec in alio loco sacro sepeliri debent primò excommuni-
19 cati notoriè, & denunciati, & in *n.*41. in-
20 terdicti notoriè, & denunciati, & in *n.*42. publici, & manifesti usurarii, nisi alienum restituerint, vel præstiterint idoneam cautionem de restituendo, & si fuisset sepultus, Episcopus etiam in monasteriis exemptis exhumari, & procul projici demandare potest, *Clement.*1. *de sepultur.*
21 Insuper Infideles, Pagani, Judæi, Hæretici, etiam si post mortem appareat de hæresi, *Barbos. loco citato n.* 43. item in *n.* 44. Manifesti raptores, nisi restitutione secutâ & in *n.*45. decedentes in torneamentis, & duellis *cap.*1. *&* 2. *de torneament.* & in *n.*
22 46. qui semel in anno confessus non est, & in Paschate Eucharistiam non recepit, nisi de consilio Confessarii prorogasset, & in *n.*
23 47. Religiosi utriusque sexus proprietarii, si moniti à Superiore impænitentes decesserint, & in *n.*48. peccator notorius decedens
24 impænitens, nullo dato signo contritionis,
25 & in *n.* 49. Occidentes se ipsos ex industria secus si quis se præcipitem dedit, non ad effectum se interficiendi, sed ad effugiendum imminens malum, quod aliter evitare non poterat; ita etiam si aliquis reperiatur suspensus, vel mortuus in puteo, cùm in dubio præsumatur per insidias, aut per vim in puteum projectum, aut suspensum fuisse, aut ex furore, seu mentis alienatione
26 id perpatrasse, & in *n.*50. non restituentes Ecclesiæ decimas, & in *n.*51. Parricida, &
27 in *n.*52. publicè blasphemans Deum, si in-
28 junctam pænitentiam non egerit, & in *n.* 53. Clericus notoriè concubinarius perseverans usque ad mortem sine pænitentia.
29 Quibus addendum est quod publicis meretricibus, quæ ad meliorem vitæ frugem non redierunt non Ecclesiastica, sed asinina datur sepultura, ut aliis congestis tradit *Bonacina in tit. de contract. dis.*3. *q.* 21. *punct.*2. *n.*2. *vers. quarto meretrices tom....*
30 Baptizatus verò indutus pelle secundinâ

si

si decedat, an sepeliri possit in loco sacro duplex est Doctorum sententia, utramque probabilem dicit *Bonacin. loco citato n.2.* de qua materia alibi supra latius egi.

31 Sepeliens autem in loco sacro quem Ecclesia privat Ecclesiasticâ sepulturâ, peccat mortaliter, quia facit contra prohibitionem Ecclesiæ in materia gravi, & si sepeliat excommunicatum, interdictum, vel notorium usurarium, incidit in majorem excommunicationem, si is, qui sepelitur, sit vitan-

32 dus, nam post Concilium Constantiense in *Extravag. ad evitanda* non tenemur quemquam evitare, nisi denunciatus sit, *Bonacin. dicta dis.3.q.2 t. punct.2.n.3. Jul. Lavor. var. elucubrat. tit.2. cap.12.*

Prænestina Cavarum delationis stolæ.

ARGUMENTUM.

CLerus secularis potest exerecre jus honorificum in Ecclesiis Regularium vigore consuetudinis observatæ per tempus immemorabile, vel centum annorum, aut 40. cum titulo, non obstante earum exemptione. An Capellani incedentes cum Confraternitatibus laicorum in processionibus, in quibus intervenit Clerus secularis, & Regularis possint deferre stolam, disceptatur.

SUMMARIUM.

1 DIgnior est magis honorandus, & præferendus.
2 Archipresbytero, & Canonicis Collegiatæ debetur præcedentia ubique supra Parochos, etiam in associandis funeribus.
3 Jus tamen faciendi officium circa corpus defuncti spectat ad Parochum.
4 Stola dicitur Orarium, & Oratoribus, & prædicatoribus conceditur.
5 Sacerdos Augustinianus deferens in processionibus sacras reliquias, in quibus non intervenit Clerus secularis, potest incedere cum stola, & Pluviali.
6 Dignitates Collegiatarum in processionibus sine Sanctissimo incedere debent cum suis Capitulis sine pluviali
7 Ordo servandus in processionibus ad formam Ritualis Romani.
8 Rituale Romanum constituit jus.
9 Parochus habet assistentiam juris pro exercitio omnium actuum Parochialium.
10 Vexillum, & Crucem erigere est signum jurisdictionis, & majoritatis.
11 Stolæ delatio sine exercitio est signum Sacerdotale, & non jurisdictionis.
12 Minus dignus ex aliqua justa causa in aliquo actu præferri potest majori digno.
13 Capellanus Confraternitatis ex Statuto Cleri Romani potest incedere superpelliceo, & stolâ indutus cum sua Confraternitate.
14 Centenaria observantia præbet meliorem titulum de Mundo.
15 Clerus secularis ex aliqua legitima causa, vel ex centenaria, aut immemorabili consuetudine potest exercere jus honorificum in Ecclesia Regularium.
16 Privilegia recipiunt interpretationem à consuetudine, vel à jure particulari.
17 Habens privilegium latum si strictè utatur, ad latitudinem redire non potest.

DECISIO CLXX.

PArochiales Ecclesiæ, in quibus exercetur cura animarum in Terra Cavarum, una est sub invocatione Collegiatæ Sanctæ Mariæ, altera Divi Stephani, quæ olim administrabantur sub regimine duorum Archipresbyterorum, inter quos usque de anno 1295. nonnullis subortis differentiis, & desuper inito compromisso in Vicarium Generalem Prænestinum tunc temporis, fuit ab eodem inter alia ordinatum, Archipresbyterum Sanctæ Mariæ cum suis Clericis in aliquibus præcipuis quotannis recurrentibus solemnitatibus accedere debere ad Ecclesiam Sancti Stephani, ibique unà cum primis Vesperis solemniter celebrare; & pariter in aliis totidem solemnitatibus Archipresbyterum Sancti Stephani divina in Ecclesia Sanctæ Mariæ eodem modo peragere.

De anno verò 1395. animarum cura, & regimen Ecclesiæ Divi Stephani remoto Archipresbytero, & Clericis secularibus concessum fuit Patribus Ordinis Sancti Augustini, non tamen per hujusmodi status Ecclesiæ mutationem, recessum fuit ab observantia præfati mutui accessus in statutis solemnitatibus, ut est in confesso apud partes.

Verùm quia Archipresbyter Sanctæ Mariæ occasione solemniter celebrandi præscriptis diebus festivis, accedit unà cum suis Canonicis, & ingreditur Ecclesiam Divi Stephani superpelliceo, & stolâ indutus, & vice versâ controvertitur, & prætenditur ab Archipresbytero in processionibus, quæ ex loci consuetudine, & devotione circumferuntur, in quibus intervenit Clerus secularis, Regulares, & Confraternitates laicorum, Parochum Regularem Sancti Stephani associantem uti Capellanum Confraternitatem Sanctissimi Crucifixi, & consequenter Capellanos aliarum Confraternitatum laicorum non posse deferre stolam, sed tantùm superpelliceum, utpote quia hujusmodi delatio ipsi soli debeatur, eum habeatur loco primæ dignitatis Collegiatæ Sanctæ Mariæ: ad quas controversias dirimendas Patres Sancti Stephani humiliter supplicaverunt declarari per Sacram Rituum Congregationem.

Primò. *An Capellani Laicorum Confraternitatum incedentes cum confratribus in processionibus, in quibus intervenit Clerus secularis, Regulares, & Confraternitates possint deferre stolam, vel hæc delatio sit tantùm debita Archipresbytero Sanctæ Mariæ.*

Secundò, *An præfatus Archipresbyter possit deferre stolam per limites, & ingredi Ecclesiam Parochialem Regularium Sancti Stephani, occasione ibidem solemniter celebrandi statutis, & consuetis solemnitatibus.*

Pro quorum resolutione, seu informatione, ab eadem Sacra Congregatione ad me tunc Vicarium Generalem Prænestinum preces transmissæ fuerunt; undè desuper auditis partibus, ex mox dicendis, quæ ad rem faciunt, referre curavi.

Ad primum pro affirmativa quòd soli Archipresbytero in processionibus, in quibus intervenit Clerus secularis, Regulares, & Confraternitates Laicorum debita sit stolæ
1 delatio, suadetur, quia Archipresbyter Collegiatæ Sanctæ Mariæ habetur tanquam prima dignitas, ac proinde gaudere debet majori prærogativâ, & tanquam dignior est magis honorandus, & præferendus, ad *Textum in cap. statuimus de majoritat. & obedien. & in cap. ex ore de privileg. Rot. decis.*1223. *n.*2. *coram Cardinal. Seraphin.* cum aliis à me allegatis *decis.*1. *Annot.* 9. *à n.*14. *cum plurib. sequent.* & in nostris ter-
2 minis aliàs ab hac *Sacra Congregatione in Prænestina Cavarum. In causa præcedentiæ inter Archipresbyterum, & Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Mariæ, & Parochum Sancti Stephani declaratum fuit præcedentiam semper, & ubique competere Archipresbytero, & Canonicis supra Parochum prædictum, etiam in associandis funeribus defunctorum propriæ ipsius Parochiæ;
3 jus tamen faciendi officium circa corpus defuncti, ad Parochum in sua Parochiali Ecclesia spectare. Die* 14. *Augusti* 1618.

Tum quia Archipresbyter in dictis publicis processionibus post decantatas litanias majores, ipse solus debet orare, scilicet recitare orationes, & non cæteri Capellani; ac proinde ipse solus debet deferre stolam,
4 quæ dicitur Orarium, & Oratoribus, & Prædicatoribus conceditur, *Theodosius de Rubeis singularium p.*3. *tit. de præceden. in funer. n.*56. ex Concilio Toletano 4. & habetur *in can. unum dist.*25. *Beda in Collectaneis de septem ordinibus, Gavant. in commentar. in rubric. Missalis Rom. p.*2. *tit.*1. *de preparat. Sacerdotis celebraturi vers. accipe stolam fol. mihi* 74.

Quibus adstipulatur resolutio hujus Sacræ Congregationis in una *Senogallien.* in
5 qua ad septimum Sac. Congreg. respondit: *licere Sacerdoti Augustiniano deferenti reliquias in omnibus processionibus, in quibus non intervenit Clerus secularis, incedere cum stola, & Piuviali, non autem cum stola tantùm;* quæ in authenticam formam refertur à *Francisco Antonio Jannoni in supplemento Theatri Regularium P. Lantusc. in verbo associatio cadaverum fol.*633. propterea quando intervenit Clerus secularis, hujusmodi delatio denegatur.

Et in alia *Coloniensi*, in qua expositum fuit, *Dignitates, & Canonici Ecclesiæ Coloniensis narrantes in processionibus, quæ fiunt per annum absque Sanctissimo Sacramento, convenire omnia Capitula aliarum Ecclesiarum Collegiatarum ejusdem Civitatis, quorum Præpositi cum conveniant induti pluvialibus, petierunt, an sic induti debeant admitti cum Canonicis dictæ Metropolitanæ, prout admittuntur quando in processione cum Sanctissimo Sacramento dignitates etiam Metropolitanæ, induuntur pluvialibus, vel definiri quid in posterum servandum sit.*
6 Et *Sacra Rituum Congregatio* respondit *in processionibus sine Sanctissimo Dignitates Collegiatarum incedere debere cum suis Capitulis sine pluvialibus, Die* 29. *Januarii* 1628. & consequenter multò magis Capellani cum suis Confraternitatibus debent incedere sine stola.
7 Suffragatur ulteriùs *Rituale Romanum in tit. ordo servandus in Litaniarum majorum processione*, ubi disponitur, *quòd Sacerdos pluviali cum Ministris, vel saltem superpelliceo, & stola &c. sit indutus &c. cæteri verò Sacerdotes, & Clerici superpelliceis induti sequentem antiphonam stantes*
8 *concinant*. Rituale enim constituit jus, cùm fuerit editum à Summo Pontifice, qui mandavit ab omnibus observari, ut ex *Constitutione Pauli V.* desuper emanata *die* 17. *Junii* 1614. quæ habetur in principio ejusdem Ritualis.

Nec relevat quòd Parochus Sancti Stephani fungatur officio Capellani Societatis Sanctissimi Crucifixi; quia in processionibus non incedit uti Parochus, sed uti Capellanus; undè non debet gaudere majori prærogativâ, cùm officium Capellani non sit annexum Officio Parochi Ecclesiæ S.Stephani; quoniam Societas est libera, & ad libitum potest constituere Capellanos, etiam
9 de Clero seculari, & etiam uti Parochus habet tantùm jurisdictionem in suos Parochianos, & assistentiam juris pro exercitio omnium actuum Parochialium, inter quos non veniunt processiones consuetæ quoad Confraternitates incedentes cum suis Capellanis, juxta tradita per *Barbos. de officio Parochi cap.*26. *n.*66. *Rot. decis.*37. *num.*3. *decis.*552. *n.*17. *p.*5. *decis.*391. *n.*6. *&* 7. *p.*8. *decis.*124. *n.*1. *&* 2. *p.*12. *decis.*231. *num.*2. *&* 3. *p.*13. *recent.*

Pro affirmativa verò ad favorem Confraternitatum, nempe licere Capellanis incedenden-

dentibus in processionibus cum suis Confraternitatibus stolam deferre, militat quòd in publicis processionibus exceptâ prærogativâ præcedentiæ, unusquisque utitur jure suo, cum non minus Clerus secularis, quàm Regularis, & Confraternitates Laicorum incedunt seorsum, & independenter unus ab
10 alio, sub proprio Vexillo, & Cruce, quod est signum jurisdictionis, & majoritatis, ad *Textum in cap. antiqua de privileg. & in Clementina Archiepiscopo eod. tit.* ibique *Cardinal. Zabarel. sub. n.5. verf. dic quod delatio, Abb. in cap.1. sub n.7.* ibique *Butr. sub num.6. ut lit. penden. Passarin. de statu hominum tom.2.q.187.art.4. sub n.186. vers. quia cum, Bonacin. oper. moral. in tit. de contract. dis. 3.q.21. punct.5. sub n.2. vers. & ratio est tom.2.*

11 Propterea multò magis Capellani Confraternitatum possunt deferre stolam, cujus delatio sine exercitio non est signum præcipuum jurisdictionis, sed tantùm vestis sacerdotalis, ut deducitur ex *Concilio Bracarensi* 3. relat. *in cap. Ecclesiastica dist.* 23. *Divus Thomas* 3.p.q. *supplem. à n.7. in corpore.*

12 Non enim incongruum reputatur quòd aliquando ex rationabili causa minus dignus gaudeat eâdem prærogativâ, vel etiam præferatur digniori, *Menoc. conf.* 52. *n.*99. *& seq. Adden. ad Gregor. XV. decis.*124. *sub. n.*3, *& decis.*310. *n.*10. ubi ita dixisse *Rot. in Seguntina præcedentiæ coram Pamphilio.*

13 Confert ulteriùs dispositio *statuti Cleri Romani in cap. 7. §. 7.* in quo habetur quòd *Capellanus cujuscunque Confraternitatis Cottâ, & Stolâ indutus longè post eandem Confraternitatem tanquam illius Moderator, & Rector immediatè subsequatur.*

Ad secundum affirmativa videtur capienda resolutio, quia Archipresbyter S. Mariæ habet jus accedendi unâ cum suis Canonicis, & solemniter celebrandi statutis solemnitatibus in Ecclesia Sancti Stephani, etiam ante quam dicta Ecclesia concessa fuerit Regularibus Ordinis Sancti Augustini, & pro ut hactenus longè ultra centum annorum cursum post concessionem observatum fuit, ex qua centenaria, & antiquissima obser-
14 vantia, Archipresbyter habet meliorem titulum de Mundo accedendi, & ingrediendi Ecclesiam Sancti Stephani superpelliceo, & stolâ indutus, & solitum servandi, ex latè congestis per *Gabr. in tit. de præscrip. conclus.*1. *n.*45. *& per Thesaur. junior. quæst. forens.*27. *n.*15. *lib.* 2. *Fontanel. decis.* 217. *n.*19. *&* 20. *lib.*1. *Rota decis.*346. *n.*3. *coram Merlino decis.*38. *n.*4. *p.*1. *decis.*224. *n.*26. *& seq. p.*6. *decis.*271. *n.*8. *p.*9. *decis.*70. *n.*1. *& decis.*155. *n.*8. *p.*16. *recent.*

15 Nec adversantur privilegia exemptionis Regularibus concessa; quia ipsis non obstantibus Clerus secularis, vel ex aliqua legitima causa, vel consuetudine observata per quadraginta annos cum titulo, aut per tempus immemorabile potest habere, & exercere jus honorificum in Ecclesia Regularium; ut sæpissimè à Sacris Congregationibus, & à Rota declaratum fuit; privilegia enim recipiunt interpretationem à consuetudine, vel à jure particulari, ut dixit, *Rot. decis.*29. *n.*2. *p.*3. *in recent.* per *textum in cap. quod dilecto de consanguinit. & affinit. Cardinal de Luca in Theat. veritat. tom.*12. *p.*3. *de Parochis dis.*38. *num.*7. cum aliis apud *Mantic. decis.*320. *n.*5. *Ottbobon. decis.*165. *n.*10. *Capyc. Latr. consult.* 12. *n.*5. *& seq.* ubi quod habens privilegium latum, si strictè utatur, ad latitudinem redire non potest, juxta doctrinam *Bald. in l. usum aquæ n.*2 *C. de aquæduct. lib.*11.

De furto domestico: Casus Legalis moralis.

ARGUMENTUM.

Furtum domesticum commissum ab uxore, filiis, & è contrà, si sit leve est impunibile, si sit grave datur actio rerum amotarum; tenentur tamen in quantum facere possunt: commissum verò ab aliis familiaribus mulctatur pœnâ ordinariâ, Uxor an possit aliquid surripere ex bonis viri causâ ludendi, faciendi eleemosynam, vel subveniendi filios primi matrimonii egentes, utiliter differitur.

SUMMARIUM.

1 Furtum domesticum non est punibile Contrarium, n.8 declara, ut furtum domesticum leve non sit punibile, secùs si grave, n.10.

3 Uxor res mariti surripiens, & è contra, non tenetur actione furti, sed rerum amotarum. Ampl. ut in n.4. Et quando teneatur actione furti, n.5.

6 Si surripiat res viri ope, & consilio adulteri, quomodo puniantur.

7 Si restituere noluerit res viro subtractas, datur juramentum in litem pro æstimatione.

8 Filius subtrahens res Patris, tenetur ad restitutionem, & è contra, & datur actio Patri, si habeat peculium castrense, vel quasi.

9 Monachus surripiens res Abbatis committit furtum domesticum.

11 Pro furto domestico commisso à filio, vel ab Uxore proceditur tantùm per viam inquisitionis.

12. Furtum domesticum reputatur grave, & leve secundùm qualitatem personarum, & rei quantitatem.

13 Plura, & reiterata furta in rebus levibus, coacervata, possunt constituere magnum furtum.

14 Furtum ut sit peccatum mortale, & intret obligatio ad faciendam restitutionem, quæ quantitas reputetur sufficiens.

15 Famuli servitores furantes res domini puniuntur pœnâ furti, sive sit magnum, sive leve.

16 Uxor surripiens ex bonis viri notabilem quantitatem

pec-

peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem. Declara, ut in n.17.

18 Non tamen tenetur nisi in quantum facere potest.

19 Uxor bona paraphernalia alienare potest; secùs dotem, ejusque fructus constante matrimonio, n.20.

21 Potest etiam ex bonis viri aliquid surripere ad faciendam eleemosynam, ad ludendum, & ad honestam recreationem. Ampl. ut in n.22. & 23.

24 Uxor, filius, & socius voventes rem insolitam requirentem notabilem expensam, quomodo adimplere debeat.

25 Uxor potest aliquid accipere ex bonis viri ad emendum necessaria pro domesticarum rerum sustentatione.

26 Mater habens filios primi matrimonii ægenos, 20, & quomodo possit subvenire ex bonis secundi viri.

27 Tenetur alere filios ægenos, & pauperes, & n.28.

29 Mater alenda est à filiis primi matrimonii, si à secundo viro ob ejus paupertatem ali non possit.

30 Vitricus non potest repetere alimenta præstita filiis primi matrimonii, quando à matre alendi sunt.

DECISIO CLXXI.

QUædam Mulier nobilis non habens nisi parvam bonorum paraphernalium quantitatem, sæpè sæpiùs aliquid ex bonis viri eo inscio accepit, vel causâ ludendi, vel eleemosynas faciendi, vel emendi necessaria pro rebus domesticis, vel etiam causa sublevandi alios filios ex primo matrimonio procreatos ægestate laborantes. Soluto matrimonio per obitum viri, & dubitans an prædicta licitè perpatrare potuerit, ad sedandam conscientiam re ad me delata, assumpta fuit disceptatio infrascriptorum dubiorum.

Primò *An uxor peccet, & teneatur ad restitutionem, accipiendo bona Mariti in notabili quantitate*.

Secundò, *An Uxor possit tutâ conscientiâ aliquid elargiri ex bonis viri causâ faciendi eleemosynam, vel surripere causâ ludendi, seu ob aliam honestam recreationem*.

Tertiò, *An uxor peccet, accipiendo aliquid ad emendum ea, quæ rebus domesticis sunt necessaria inscio viro*.

Quartò, *An uxor possit aliquid ex bonis secundi viri accipere ad sublevandum filios primi matrimonii ægestate laborantes*.

1 Quo ad primum. Animadvertebam, quòd licèt furtum domesticum videatur impunibile esse, secundùm *Joan. Fab. in §.11.q.1. instit. de obligat. quæ ex delict. nascunt.* ubi etiam *Aretin. n.3. vers. uddas quod idem videtur, glos. in l. fin. in verbo plerunque ff. de furt. Alex. cons.135. n.2. lib.1. Cephal. cons.26. n.11. Didac. Cantera in quæst. crim. cap.8. rub. de furt. n.4. Bonifac. in tr. de furt. §. animo lucri faciendi n.157. in princ. n.217.*

2 Contrarium tamen verius, pro ut de facto servatur, imò quod magis puniantur domestici fures, quàm extranei, scripserunt *Didac. in pract. crim. canon. cap. 90. in verbo fures sub.1. vers. si autem contingat, Clar. in pract. crim. §. furtum n.23. vers. posse etiam allegare, Petrus Gregor. Syntag. juris lib.37. cap.12. rub. de furt domesticis n.5. & cap.14. n.9. Bonifac. in tract. de furt. §. animo lucri faciendi num.165. Adden. ad Alex. in cons. 135. n.2. lit. C. lib.1.* faciunt tradita per *Pet. Cabal. resol. crim. cas.204. n. 24. & seq.* cum aliis congestis per *Farinac. in tit. de furt. q.174. n.96.*

3 Inter enim domesticos fures venit etiam uxor res mariti surripiens, & è contra, quæ non actione furti, sed rerum amotarum tenetur, est *Textus in l. si quis uxori in princ. ff. de furt.* & ibi *gloss.* & *Doctores*, est etiam *Textus in l. uxor ff. de crimine expilat. hæredit. Azo in summ. rub. de furt. num.18. vers. item vir, Sanctes de Aretio cons. crimin. divers.50. n.1. tom.1. in parvis*, quæ

4 actio rerum amotarum datur contra uxorem, & è contra pro rebus à conjugibus surreptis, sive durante matrimonio, sive finito per obitum unius conjugis ante aditam hæreditatem, ut tradunt etiam *Joan. de Platea in §. si quis vers. sed datur actio in factum inst. de oblig. quæ ex delict. nascunt.* ibique *Mynsinger. n.3.* per *textum in l. 1. ff. rer. amot. Gandin. in rub. de furib. & latron. n.24. Belvis. in pract tit. eodem de furib. & latron. n.32.* ubi bene declarat quando contra uxorem datur actio in factum, quando rerum amotarum, quando certi condictio, & quando condictio sine causa, & quando alia actio, & quæ, *Corrad. in pract. rub. de furib. n.9. in 4. limit. Goffred. in summ. rub. de furib. n.17. Petrus Gregor. Syntag. jur. lib.37. cap. 9. rub. de expilator. hæreditat. n.3. & cap.11. rub. de crim. rerum amotar.* ubi latissimè, *Bonifac. in tr. de furto, §. animo lucri faciendi n.182. Farin. in tit. de furt. q.174. n.103. 104. & 105.* subdit, quòd si mulier furtum fecerit viro

5 suo constante matrimonio, præcipuè quando vir laborat in extremis, & postea res furatas facto divortio, vel soluto matrimonio contrectet, teneatur viro, aut suis hæredibus actione furti, secundùm *textum in l.3.* & ibi *Fulg. ff. rerum amot.* & alios allegat.

6 Quòd si uxor, prout sæpe contingit, bona aliqua subtraxerit marito, ope, & consilio adulteri, tunc & propter adulterium, & propter furtum mulctanda esset exilio, aut aliâ pænâ arbitrio Judicis, & adulter capitaliter, non tamen pænâ mortis, secundùm *Jodoch. in pract. crim. cap. 110. n.45. Menoch. de arbitrar. quæst. lib.2. cas. 580. n.3. Farinac. in tit. de furt. q. 174. n. 107.*

7 ubi in *n.108.* addit, quòd si uxor rem subtractam restituere noluerit, dari potest contra eandem pro æstimatione rei furatæ juramentum in litem per *textum in l. si cùm das §. fin. ff. rerum amotarum*, & tenet *Petrus*

Gregor.

Gregor. Syntagm. jur. lib. 37. *cap.* 11. *rubric. de crim. rerum amotar. n.*9.

8 Furtum domesticum pariter reputatur, si perpatretur à filio, vel servo; & contra filium datur actio patri, si habeat peculium castrense, vel quasi; & è contra filius potest agere contra patrem, si ejus peculium surripuit, per *textum* expressum in *l. si quis uxori §. sed si filius ff. de furt.* ubi *glos. & Doctores*, qui declarant hoc casu non dari actionem furti famosam, sed actionem in factum, *glo. in l. nec cum filiofamilias in glo.* 1. *vers. sed fallit in castrense ff. de furt. Petrus Gregor. Syntag. jur. lib.*37. *cap.*11. *rub. de crim. rerum amotarum n.*8. *Azo in sum. rub. de furt. n.*18. *Odofred. in l. si non dum post n.*2. *C. de furt. Bonifac. de furt.* §. *animo lucri faciendi n.* 157. *vers. quod tamen limitatur*, cum aliis congestis per *Farinac. de furt. q.*174. *n.*99. juncto *n.*101.

9 Pariter inter furta domestica connumerari possunt furta facta à Monacis eorum Abbati, secundùm *Joan. Fabr. in* §. *ii, qui n.*1. *in fin. instit. de obligat. quæ ex delict. nascunt.* ibique *Nicaf. n.*1. *vers. quod dicitur hic de filio*, *Farinac. de furt. q.* 174. *n.* 109. Monaci enim respectu Abbatis reputantur filii spirituales; & ad instar filiorum naturalium veniunt judicandi, dum eandem obedientiam, & obsequium Abbati præstare tenentur, & quidquid acquirunt, Monasterio acquirunt, latè *Bonacin. in tit. de restitut. in particular. dis.*2. *q.* 10. *punct.* 3. *n.*2. *cum seq. tom.*2. *fol.*546.

10 Domesticum enim furtum non est punibile si sit leve; secùs si grave, ut expressè disponit *textus in l. repudiandum* §. *furta ff. de pœnis*, *Angel. in Authen. sed novo jure n.* 7. *C. de serv. fugit.* ibique *Fulgos. n.* 12. *Paul. de Castr. n.*9. *Cepol. n.* 53. *ante fin. vers. aut est fur domesticus*, *Angel. de malefic. in verbo etiam vestem cælestem n.* 33. ibique *Augustin. in addit. n.* 34. *Beluif. in pract. tit. de furib. & latron. à n.*6. *usque ad n.* 15. *Anton. Gomez de delic. cap.* 5. *rub. de furto n.*3. *Bonifac. in tract. de furt. in* §. *animo lucri faciendi n.* 164. *Cardinal. Tusch. pract. conclus. in verbo furtum conclu.* 555. *n.*30. latè *Petrus Cabal. resol. crim. casu* 204. *n.*1. & 2. *Boss. in tit. de furt. n.*

11 24. & 27. ubi declarat quòd in furto uxoris, filii, vel servi, etiam si sit magnum, non possit agi per viam accusationis, sed Judex bene possit procedere per viam inquisitionis, *Farinac. in tit. de furt. q.*174. *n.*112.

12 Reputatur verò furtum domesticum grave, & leve secundùm qualitatem personarum, & quantitatem rei subtractæ, scilicet si res sit vilis, parvi valoris, vel pretiosa, magni, vel considerabilis pretii, *Angel. Aret. in* §. *ii, qui n.*4. *instit. de oblig. quæ ex delict. nascunt. & in tract. maleficiorum in verbo etiam vestem cælestem n.* 33. *Sanctet de Aretio inter cons. crim. diver. for.* 50. *n.*2. *tom.*1. *in parvis*, *Clar. in* §. *furtum n.*22. *vers. posset etiam*, ubi plura refert exempla, *Petrus Caball. resolut. crim. cas.*204. *n.*15. 16. 17. & *n.* 18.

13 Possunt tamen plura, & reiterata furta diversis temporibus etiam in rebus domesticis modicis, & vilibus constituere coacervata magnum furtum, tum ex rerum cumulatarum æstimatione, tum ex assuefactione, & consuetudine furandi, ad effectum ut possit criminaliter procedi, *Boss. in tit. de furtis n.*26. *Clar. in prax.* §. *furtum n.*23. *vers. posset etiam allegare in fin.* ubi ita servari vidisse testatur, *Baiard. ad eundem eod.* §. *n.* 88. *Cardinal. Tusch. pract. conclus. in verbo furtum conclus.* 553. *n.* 30. *Afflict. in* §. *injuria in* 3. *notab. n.* 18. *de pace jurament firman. Petrus Cabal. resol. crim. cas.*19. *n.*10. & *cas.* 204. *n.*19. & *seq. Farinac. in tit. de furt. q.*174. *n.*115. *Buer. decis.*316. *post n.*7.

14 Et ad hoc ut furtum sit peccatum mortale, illa quantitas reputatur sufficiens, quæ omnibus consideratis infert domino grave præjudicium, vel notabili privet utilitate; & sic quòd unus aureus, aut duo aurei sint absolutè materia gravis respectu Regis, aut personæ valde divitis, quia dicta summa sufficeret ad solvendum salarium infimi famuli: & unum reale licèt non sit materia sufficiens respectu divitis, respectu verò pauperis quòd sit sufficiens tradit *Bonacin. in tit. de restitut. in particular. dis.*2. *q.* 8. *punct.*1. *n.*7. *tom.*2. *fol.*536. ubi latè distinguit personarum statum, conditionem, & qualitatem, ut res ab eis ablata obliget ad restitutionem, ex *Navar. Clavi Regia*, *Lessio*, *Molina*, *Filiuc. & Vasquez* quos allegat.

15 Quamvis tamen in furto domestico commisso ab uxore, filio, nepote, & similibus mitiùs procedatur, cùm in eo aliquod lato modo familiaritatis jus animadvertatur, & verisimiliter concurrat credulitas, virum, & patrem permissurum; secùs autem in aliis famulis, servitoribus, ancillis, pedissequis, aliisque mercenariis, qui si domino furati fuerint, tam pro magno, quàm pro parvo furto puniendi sunt, prout jura disponunt; & ita apud nos servari, testatur *Farinacc. in tit. de furt. q.* 174. *n.* 96. *vers. alii verò famuli*, disertè *Doctor Baert. in addit. ad Belvis. in pract. in rub. de furibus, & latronibus, in verbo domesticis, & familiaribus*; & ita pluries judicatum fuisse, testatur *Clar. in pract.* §. *furtum n.* 23. *vers. posset etiam alle-*

allegare, & refert, multos fures domesticos fuisse corporaliter, etiam pœnâ mortis punitos, *Bonifac. in tract. de furt. §. animo lucri faciendi n.165. Petrus Cabal. resolut. crim. cas.204. n.24. & 25. Petrus Gregor. in Syntagm. jur. lib.27.cap.12. rub. de furt. domesticis n.5. & cap 14.n.9.* siquidem qualitas domesticitatis magis aggravat delictũ, & graviùs puniendum, cùm habeat in se speciem proditionis propter fidem, quæ à dominis habetur talibus personis, quibus cura, custodia, & studium rerum suarum committitur, ut animadvertunt citati Doctores: faciunt tradita per *Bonacin. in tit. de restit. in particular. disp.2. q.10. puncto ult. num.1. tom.2.*

16 Quibus ita præmissis, resolvitur primum dubium, quòd uxor accipiens notabilem quantitatem ex bonis mariti, vel ex bonis, in quibus maritus habet administrationem, & usumfructum, peccat mortaliter peccato furti, & tenetur ad restitutionem, si hoc perpatraverit absque expresso, vel præsumpto consensu mariti, juxta vulgarem regulam juris, quòd qui accipit rem alienam

17 invito domino committit furtum: veritas tamen est, quòd major quantitas requiritur ad peccatum mortale furti uxoris, quàm ad furtum servorum, vel extraneorum: quinimo uxor nec tenetur ad restitutionem, quando verisimiliter præsumere potest virum condonaturum, vel nolle sibi restitutionem fieri, ita *Bonacin. in tit. de restitution. in particular. disp.2. q.10. punct.2. n.2. tom.2. fol.545.* ex *Clav. Reg. lib.9. cap.16. Molina de contract. disp.274. n.7. vers. quando, Filiucc. tract.32. q.6. cap.10. num.263.*

18 *Turian. disp.35. dub.2.* in hac tamen dubietate, & isto casu uxor non tenetur ultra quod facere potest, *Petrus Greg. Syntagm. juris lib.37. cap.11. rub. de crimin. rerum amotarum n.2.* ubi latissimè de hac actione, & ex eodem *Farinac. in tit. de furt. q.174. n.104. in fin.*

19 Non tamen uxor committit furtum, nec ejus peccato peccat, capiendo, donando, vel expendendo inscio viro aliquid ex bonis, quorum habet dominium, usumfructum, & administrationem: potest propterea capere paraphernalia, illaque pro suo libito distrahere, cùm non accipiat rem alienam invito domino, sed rem propriam quoad dominium, & administrationem, non tamen potest distrahere dotem, ejusque fructus; ut-

20 pote quia horum administratio, & usufructus pertinet ad virum, qui sustinere debet onera matrimonii, juxta communem Doctorum sententiam, & docet *Bonacin. in tit. de restitut. in particulari disp. 2. qu. 10. punct.2. n.3. juncto n.5. tom.2. fol.545.*

21 Ad *Secundum* respondetur, quòd uxor possit elargiri ea, quæ mulieres sui status, & conditionis elargiri consueverunt, nedum ad contribuendam eleemosynam pauperibus, & ægenis, quàm etiam ad honestam recreationem suscipiendam, quorum respectu vel maritus non censetur invitus, vel irrationabiliter invitus censetur; adeout etiamsi maritus sit austerus, & contradicat hæc permittere uxori, nihilominus ratione traditæ dotis, non peccat contra justitiam impendendo circa ea, quæ conveniunt ad

22 suæ familiæ conditionem; quoniam maritus tenetur præbere uxori non solùm ea, quæ pertinent ad convenientem sustentationem, nempe ea, quæ spectant ad victum, & vestitum, verùm etiam ea, quæ concernunt honestam recreationem, & decentes eleemosynas, ita ex *Molina*, *Less. Filiuc. & Navarra* docet *Bonacin. de restitut. in particulari disp.2. q.10. punct.2. n.6. tom.2. fol.545.*

23 Et quamvis uxor regulariter non possit facere eleemosynam de bonis mariti, de pane tamen, ac vino, & rebus similibus, quæ ex approbato more consueverunt ad curam mulierum pertinere, potest aliquid pauperibus dare, sub probabili ratione, maritum hoc ratum habiturum fore, licèt ore aliquando hæc prohibuerit ad terrorem, ut uxores si non in totum, saltem parcè, & moderatè se contineant in eleemosynarum contributione, *Michalor. de fratribus p.2.*

24 *cap.32. n.12. & 13.* ubi idem esse de filiisfamilias, & *n.14.* subdit quòd si votum factum ab uxore, à filiisfamilias, & à sociis concernens opus pium rei tamen insolitæ, ac respicientis maximam impensam, ut est votum proficiscendi ad Divum Jacobum de Galitia, nimis grave putat velle filium gravare Patrem, Uxorem Conjugem, Socium Consocios, ac propterea credit id remittendum esse arbitrio Judicis, qui ex voti qualitate, personarum conditione, facultatum valore perpenso, dijudicare debeat, an votum de communi, vel de proprio adimplendum sit, si alii non consenserint in voti emissione.

25 Ad *Tertium* respondetur, uxorem non peccare mortaliter, accipiendo aliquid ex bonis viri ad providendum, seu ad emendum ea, quæ Marito, filiis, & familiæ quoad rerum domesticarum sustentationem necessaria sunt; quia maritus non censetur in his rationabiliter invitus; dum ipse, & tota familia recipit commodum, & utiliter administratur, ut ex *Tarriano disp.35. dub.2. n.4.* tradit *Bonacin. de restitut. in particulari disp.2. q.10. punct.2. n.9. tom.2. fol.545.* undè uxor potest accipere aliquid pro necessariis

riis

riis sibi, & familiæ, scilicet pro victu, vestitu, & medicamentis, cùm hæc à marito denegari non possint, ut subdit idem *Bonacin. loco citato num.* 10. *vers. sexto potest uxor*.

26 Ad *Quartum* respondetur, quòd quando
filii primi matrimonii sint adeo pauperes, &
tali ægestate laborant, ut non possint de proprio se alere; tunc Mater binuba, si non habeat bona propria, vel paraphernalia potest præfatos filios sublevare, & consulere eorum ægestati non solùm de necessariis quo ad vitæ sustentationem, sed etiam quoad statum, & conditionem, petitâ prius licentiâ à viro, cùm ipso invito æquum non sit ad ejusdem bonorum distractionem devenire, quod si forte hujusmodi licentia à viro denegetur, potest illis subsidium præstare ex dote, ejusque fructibus, cùm maritus injustè impediat, ne uxor adimpleat obli-
27 gationem, quam habet alendi filios ex primo matrimonio susceptos indigentes, ob naturalem instinctum, *l.* 1. *§. jus naturale ff. de just. & jur. l. fin. § filiis C. de bonis, quæ lib.* qui fortior est quàm civilis obligatio, *l. eas obligationes ff. de capit. diminut. §. sed naturalia instit. de jur. natur. gen. & civil. Michalor. de fratrib. p.* 3. *cap.* 32. *n.* 27. *Cardinal. Mantica de tacit. & ambig. conven.*
28 *lib.* 13. *tit.* 12. *n.* 3. & dato etiam quod hoc non sit de jure naturæ, saltem dicendum esset conducere bono Reipublicæ, & charitati conservandæ; uxorem autem teneri conferre in suam partem, & dotem ea, quæ tradidit filiis in hujusmodi contingentia, dicit *Bonacin. in tit. de restitut. in particular. disp.* 2. *q.* 10. *punct.* 1. *num.* 10. *vers. secundus quando tom.* 2. *fol.* 545. *& Navar. cap.* 12. *n.* 161. *Clavis Regia lib.* 9. *cap.* 16. *n.* 8. *Less. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 89. quos allegat.
29 Quibus etiam addendum est, quòd quando secundus vir est adeo pauper, ut non habeat modum alendi uxorem, cogi possunt filii primi matrimonii ad alendam matrem binubam, *Surdus de alimentis tit.* 1. *q.* 108. *n.* 3. ubi allegat *Text. in l. fin. §. ipsum autem filium Cod. de bon. quæ lib.* & ex *Bald.*
30 *Crav. in consil.* 189. *n.* 7. *in fin.* ac proinde è converso mater tenetur alere filios primi Thori agentes, & vitricus non potest à privignis alimenta repetere, quando à matre illi alendi sunt, ut probatur in *l.* 2. *C. de negoc. gest.* ubi communiter Doctores, *Surd. de aliment. tit.* 6. *q.* 11. *n.* 16.

DE LUDO.

Casus Moralis, Legalis.

ARGUMENTUM.

Ludus de jure prohibetur propter infinita propemodum mala, quæ ex eodem resultant; perdens propterea in Ludo prohibito potest repetere solutum, & non tenetur solvere quod amisit, quæ, quomodo, & quando procedant, & an votum de non ludendo intelligatur etiam de Ludo licito, & alia singularia in materia Ludi explicantur.

SUMMARIUM.

1 Ludus de jure prohibetur, & n. 2. ubi redditur ratio
3 Ludere non licet tam in ludo consistente in mera fortuna, quàm mixto consistente in fortuna, & ingenio.
4 Non valet statutum, & consuetudo ludi permissiva, & de non repetendo amissum in ludo. Contrarium, num. 5. Declara, ut in n. 7. 8. & 9.
6 Ludus de jure Divino, & gentium non prohibetur sed de jure positivo.
10 Perdens in ludo prohibito potest amissam pecuniam repetere, & non datur actio ad consequendam, si non sit soluta.
11 Pater, Dominus, Maritus, Ecclesia possunt repetere pecuniam amissam in ludo à filio, servo, uxore, & ab administratore Ecclesiæ, vel à Religioso: & è contrà si vincant, datur adversus Dominos repetitio, ibid. in fine.
12 Acquisita in ludo non tribuunt titulum, nec bonam fidem.
13 Vincens in ludo etiam si non repetatur lucratum, tenetur restituere, vel pauperibus erogare.
14 Contractus, & promissiones factæ in ludo non valent, etiam si juramento firmentur, n. 15.
16 Ludens ludo permisso non tenetur restituere lucratum.
17 Limit. si per vim victus coactus fuit ad ludendum etiam in ludo permisso.
18 Attrahens ad ludendum non tenetur pecuniam victam restituere. Contrarium, n. 19.
20 Ludens ludo prohibito tenetur in foro conscientiæ vincenti solvere amissam pecuniam. Contrarium, n. 21. Etiam si juramento promissio facta fuerit, n. 22:
23 Juramentum non debet esse vinculum iniquitatis.
24 Iuramentum de re licita servandum est.
25 Episcopus ex justa causa potest relaxare juramentum absque partis citatione.
26 Contractus ludi non valet, etiam si fuerit renunciatum legibus eum irritantibus.
27 Compellens consocium ad persistendum in ludo animo recuperandi amissam pecuniam, si multò plus vincat, non tenetur ad restitutionem, & à Confessario excusari posse. Contrarium, n. 28. Declara, ut in n. 29. & 30.
31 Ludens ludo illicito creditâ pecuniâ, si perdat, non tenetur solvere amissam summam, secùs in ludo licito, & num. 34.
32 Perdens aliquid ludo vetito non potest repetere quod soluit, quando ludentes cesserunt juri suo. Contrarium, n. 33.
35 Fingens se minus peritum in ludo, ut alios pertrahat ad ludendum, si vincat, tenetur ad restitutionem. Ampl. ut in n. 36.
36 Fraus, & dolus nemini debet patrocinari, & in contractibus servanda est æqualitas, ibidem.

37 Ludens moraliter certus se lucraturum ob suam peritiam non potest lucrum acquisitum retinere.
38 Ludens adhibendo fraudes tenetur ad restitutionem rei lucratæ tam in ludo prohibito, quàm permisso.
39 Nec statutum, vel consuetudo in contrarium valet.
40 Limit. in adhibendo fraudes juxta ludentium consuetudinem, & traduntur exempla.
41 Votum de non ludendo intelligitur de ludo illicito, & non de licito, nisi aliter conijciatur de voventis intentione.
42 Juramentum restringi debet, ut minus obliget.
43 Juramentum, seu votum de non ludendo, etiam de ludo licito servari debet.
44 Votum, & juramentum de non nubendo tenet.
45 Ex fine jurantis, seu voventis colligitur ejusdem intentio.
46 Vovens, seu jurans se abstinere à ludo ob timorem bonorum jacturæ, tenetur abstinere à ludo licito, & ab illicito.
47 Juramentum est servandum etiam in materia parva.
48 Jurans absolutè non ludere, neque nomine alieno ludere potest.
49 Potest tamen facere sponsiones, & tradere alteri pecuniam, ut sui nomine ludat, & inspicere socium ludentem.

DECISIO CLXXII.

DEsiderius juvenis peritus in ludo, fingens se tamen minus peritum recreationis gratià induxit Antoninū ad ludendum ludo prohibito alearum: & licèt probabiliter certus esset ludendo se lucraturum, adhibitis tamen fraudibus superavit Antoninum, à quo notabilem pecuniarum summam, etiam oppignorata fide extorsit; Antoninus, ægrè ferens jacturam passam, solvere recusabat, imò emisit votum ampliùs non ludendi; sed deinde dubitans an teneatur ad solvendum pecuniam credità fide deperditam, & an votum intelligi debeat de ludo non licito, vel etiam de licito, mihi disceptandum proposuit.

Primo *an ludens ludo prohibito teneatur in foro conscientiæ perditam pecuniam solvere.*

Secundò, *An amittens in ludo maximam pecuniarum quantitatem, & cogendo socium ad persistendum in ludo: undè postea deperditam pecuniam recuperavit, & multò plus vicit, teneatur ad restitutionem.*

Tertiò, *An ludens creditâ fide teneatur in conscientia solvere quod perdidit, & si nolit solvere, Confessarius an possit absolvere.*

Quartò, *An fingens se minus peritum in ludo, & alios pertrahit ad ludendum, teneatur vel excusari possit à restitutione.*

Quintò, *An inter ludendum adhibens fraudes, excusari, & retinere possit lucrum.*

Sextò, *An qui vovit non ludere possit ludere ludo licito.*

1 Pro quorum dubiorum resolutione præmittendum est, quòd omnis ludus, in quo agatur de lucrando, vel perdendo pecuniam, de jure prohibitus sit, per *Textum* in *l. solent §. Senatus consult. ff. de alea lusu, & aleator.* ibi *Senatus consultum vetuit in pecunia ludere*, & ibi bene *Odofred.* casum figurat, *Bonifat. de Vitalin. de ludo azardi vers. ideo omnis ludus, & n. 4. in prin. vers. & omnes regulariter sunt probibiti. Paris. de Puteo eod. tract. n. 2. in fin.* ubi quòd prohibitio ludi est quid religiosum ergà Deum, *& n. 10. vers. & dixit Bald. Caccialup. eod. tract. de ludo n. 9. vers. dicit etiam Bald. Stephan. Costa eod. tract. n. 24. vers. & sic principaliter traditur regula in 2. artic. Joan. Bonifac. in tract. de furt. §. 10. n. 96. Clar. in §. ludus in prin.* ubi de communi, *Troil. Malvet. in tract. de sortib. p. 2. n. 4. in fin. vers. aut loquitur in laicis, Corrad. in pract. in tit. de lusor. n. 1. in prin. & in fin. vers. probatur autem ista regula*, ubi de communi, *Amad. de Syndic. n. 91. vers. ad officium, Menoch. de arbitrar. cas. 399. n. 1.* cum aliis relatis per *Farinac. in tit. de var. & divers. crim. q. 109. n. 6.*

2 Ludi quippe usum detestabilem esse omnia jura clamant, propter plura, & infinita propemodum mala, quæ ex eodem resultant, scilicet propriæ substantiæ dilapidatio, furta, sacrilegia, blasphemiæ, ac falsitates, undè multis, maximisque rationibus non modò antiquis Romanorum legibus, ac recentioribus, quàm etiam jure Pontificio christianæ fidei cultoribus prohibitum fuit, ut animadvertit *Menoch. de arbitrar. jud. lib. 2. cas. 399. n. 1.* per optimum *Textum in l. fin. C. de Relig. & sumptib. funer. Hostien. in cap. inter dilectos n. 2. de excess. Prælat. idem in summ. C. eod. n. 5.* ubi latè *Lopez in addit. ad Diaz in pract. crim. canon. cap. 70. lit. B. Corrad. in pract. tit. de lusor. sub. n. 1. & n. 14. in fin. in 8. limit. Steph. Costa in tractat. de ludo art. 2. n. 38. & seq. Malvet. in tract. de sortibus p. 2. n. 5. 6. & n. 23. Paris. de Puteo in tract. de ludo n. 1. & seq. Caccialup. eod. tract. n. 11. & seq.* ubi latissimè, *& n. 83. & seq. Farinac. in tit. de var. & divers. crim. q. 109. n. 2. & 3.* ubi latè *Vivi. opin. 468. n. 3. & 4. & opin. 469. n. 5. & seq.* ubi recenset diversa miracula propter ludum occursa.

3 Ludere propterea non licet non solùm ludo consistente in mera fortuna, sed etiam mixto consistente scilicet in fortuna, & ingenio, seu peritia, ac scientia: ita *Florian. in l. quod in convivio §. si servus n. 4. ff. de aleæ lusu, & aleat. Imol. in cap. Clerici il 2. n. 15. col. 6. post medium vers. sed adverte, de vita, & honestat. Cleric.* ubi de communi testatur, *Burs. cons. 116. n. 1. & 2.* ubi quod ita tenent omnes, *Stephanus Costa de ludo art. 4. n. 4.* ubi de communi, *Paris. de Put. eod. tract. de ludo n. 11. vers. aut consistit*

sistit

sistit mixtas, & n.39. & seq. Caccialup. eod. tract. n.10. vers. aut consistit mixtum, & n.26. vers. vel partim, Jodech. in pract. criminn. cap.126. sub n.15. ad med. Amad. de syndic. post n.91. Clar. in §. ludus n.2. vers. hæc autem conclusio, ubi de communi, *Farinac. in tit. de var. & divers. crimin. q.109. n.31.* Contrarium tamen tenet *Bald. in l. advocationis n.2. vers. alius est persona præexercitator C. de condict. ob turpem caus. Fab. à Monte Leon. in sua prax. arbitrar. fol.31. a.16.* qui loquuntur de ludo taxillorum cum tabulis.

4 Et quòd non valeat statutum, vel consuetudo ludi permissiva, & quòd amissum in ludo non repetatur, secundùm *Alber. in l. fin. in fin. num.3. ff. de alea lusu, & aleat. Abb. in cap. Clerici il 2. n.14. vers. ego plus dico, de vita, & honest. Clericor. Troil. Malvet. in tract. de fortib. p.2. p. st num.18.* ubi testatur de veriori, & à contrariis defendit: & ratio est, quia hujusmodi statuta reputantur contra bonos mores, & nutritiva peccati, & permittentia mala, cujus respectu ludus à jure communi prohibetur, & ut istiùs comprobat *Caccialup. in tract. de ludo n.73.*

5 Contrarium, quòd immo valeant statuta, & consuetudines tam super permissione ludi, quàm super non repetitione amissæ pecuniæ, tenent *Florian. in l. fin. §. si servus n.5. ff. de alea lusu, & aleator. Salycet. in l. fin. n.7. C. de relig. & sumpt. funer.* ibique *in addit. lit. D. in fin. Henric. Boic. in cap. inter dilectos n.7. vers. nisi forte contraria consuetudo prævaleat, de excess. Prælat.* latissimè *Steph. Costa de ludo art.4. per tot. Capra cons.86. n.43. & seq.* ubi *n.7.* testatur de communi opinione omnium Doctorum, & ab eadem nec consulendo, nec judicando recedendum esse dicit *Clar. in §. ludus n.9. vers. item vincens*, ubi quod ita tenent communiter Canonistæ, Legistæ, & Theologi, *Anton. Scap. in tract. de jure non nonscript. cap.167. n.10. & seq. Troil. Malvet. in tract. de fortib. p.2. n.13. vers. aliquid autem, & n.18.* ubi de communi, *Bonacos. quæst. crim. in verbo ludus vers. item statutum potest negare*, & tradunt alii Doctores relati per *Farinac. in tit. de var. & divers. crim. q.109. n.48.*

6 Nam ludus ex sui natura est actus indifferens, nec de jure divino, & gentium prohibetur, prout furtum, sacrilegium, & rapina, usura, & similia, sed ex humana constitutione, & de jure positivo, non principaliter propter se, sed propter accidens, cùm ex ludo ut plurimum provenient multa mala, nempe patrimonii dissipatio, furta, blasphemiæ, rapina, & alia pejora; ac proinde si quis totâ die luderet, & non perderet, nec vinceret, non blasphemaret, nec aliud detestabile committeret, non faceret magnum malum, ut animadvertit *Bald. in cap. Clerici il 2. n.1. de vita, & honestat. Cleric.* & ibidem *Imol. num.15. col.6. in fin. vers. item pondera*, ex Divo Thoma in loco per eum relato, & quod ita teneant omnes Theologi, dicit *Claud. ad Bertaz. in consil.370. lit. B. in princ. Menoch. de arbitrar. quæst. lib.2. cas.399. n.8. Stephan. Costa in tract. de ludo n.5. vers. ad quod facit art.4. & art.3. n.5.* latè *Troil. Malvet. in tract. de fortibus p.2. n.1. & seq. Farinac.* qui alios allegat *q.109. n.84.*

7 Pro quarum contrariarum opinionum conciliatione, una fuit Doctorum distinctio, ut valeat statutum, vel consuetudo ludi permissiva, si agatur de ludo mixto ingenii simul, & fortunæ, ut est ludus alearum, tabularum, & similium; secùs si agatur in ludo consistente in sola fortuna, secundùm *Joan. Andr. in cap. Clerici il 2. n.13. vers. aliquibus videtur de vit. & honestat. Clericor.* ibique *Anton. de Butr. n.14. ad med. Bald. n.5. in fin. Anchar. n.10. Imol. n.12. vers. si autem sint personæ col.3. & 4. vers. aut non intervenit dolus, & vers. item adverte, & vers. fallit etiam, Cardinal Zabarell. n.11. vers. alii extra gloss. dicunt, & vers. sic per consuetudinem, Stephan. Costa in tract. de ludo art.2. n.35. vers. nam maximè, Barbat. cons.66. n.6. lib.3. Farinac. in tit. de var. & divers. crim. q.109. n.50.*

8 Et secundùm alios Doctores, altera fuit conciliationis distinctio, quòd consuetudo, vel statutum valere possit quoad non repetitionem pecuniæ amissæ; secùs autem ad faciendum licitum ludum alias illicitum, *Marian. Socin. in cap. inter dilectos n.36. & 37. & usque ad n.44. in 6.q. per totam de excess. Prælator. Caccialup. in tract. de ludo n.71. cum seq. usque ad n. 79.* ubi quod ita communiter tenent Canonistæ, *Stephan. Costa eod. tract. art.4. n. 4. in fin. & 5. Capra cons.86. n.52. & 53. Bursat. cons. 116. n.6. Vivi. opin.468.* ubi de communi, *Farinac. in tit. de var. & divers. crim. q.109. num.52.*

9 Quibus addi potest alia distinctio, quòd forsan valere possit consuetudo, vel statutum disponens non posse dare repetitionem à vincente in ludo gesto absque falsitate, & fraude, secùs verò si cum fraude, & falsitate, quæ uti crimina, & delicta mulctanda sunt, & non permittenda, *Paris. de Put. in tract. de ludo n.40. vers. & adverte, & n.51. Caccialup. eod. tract. n. 79. vers. nisi statutum, Bonacoss. quæst. crim. in verbo ludus, in vers. etiam statutum potest negare,*

re, Clar. in pract. § Ludus sub n.9. vers. item vincens, Corrad. in prax. in tit. de lusor. sub n.11. in 3. limitatione, Capra cons. 86. n.60.

10 Hinc est quòd ludens, & perdens in ludo prohibito potest amissam pecuniam repetere, si sit soluta; & si soluta non fuerit, victor caret actione ad eam consequendam cùm ex ludo vetito nulla oriatur actio, & nulla actione quis conveniri potest pro pecuniis, quarum in ludis de jure vetitis jacturam fecit, est textus expressus in l. fin. §. commodis C. de Relig. & sumpt. fun. glo. in cap. Clerici il 2. in verbo ad aleat vers. sed non quid, de vita, & honest. Clericor. ibique Hostien. n.8. Anton. de Butr. n.14. Anchar. n.10. Imol. n.12. in princ. & ante fin. Card. Zab. n.11. in princ. Hier. Boic. n.13. Abb. n.13. vers. aut nulla fraus, ubi de communi Archidiac. in c. Episcopus n.3. dist.35. Capra cons.86. post n.53. ubi etiam de communi, Vivi. commun. opin. 468. n.18. Ant. Scapp. de jure non script. cap.167. n.8. ubi pariter de communi, Angel. de malefic. in verbo Meritor de mal. dat. n.18. ibique Aug. in addition. num.22. & 23. ubi quod ita tenent omnes Doctores, Paris. de Put. in tract. de ludo n.20. vers. & communis conclusio, Caccialup. eod. tract. n.40. vers. quando verò, qui de communi, Steph. Cost. eod. tract. art.3. n.1. & 9. Farinac. in tit. de delict. & pœnis q.109. num.175. & dixit Rot. decis.47. n.2. coram Gregor. XV. & decis.283. n.3. & 4. p.5. tom.1. in recent.

11 Quinimo si filiusfamilias, Servus, Minor, Pupillus, Surdus, Mutus, Cęcus, Religiosus, Uxor non habens bona Paraphernalia, Clericus habens administrationem Ecclesiæ, amittant in ludo, datur eorum dominis, Parentibus, Tutoribus, Curatoribus, Monasterio, Marito, & Ecclesiæ repetitio pecuniæ amissæ adversus victores, ad Textum in l. fin. §. si servus ff. de alea lusu, & aleat. l. fin. §. commodis igitur, ibi vel patribus C. de Relig. & sumpt. funer. gloss. in cap. Clerici il 2. in verbo ad aleat in fin. de vita, & honestat. Cleric. pulchrè Odofred. in l.1. post n.3. vers. si quis ludat, & perdit ff. de aleæ lusu, & Aleat. Hostien. in cap. Clerici il 2. n.8. de vita, & honest. Cleric. ibique Anton. de Butr. sub n.14. Imol. n.12. in princ. vers. sed quando perderetur col.3. & col.4. post med. vers. secundo casu, & n.12. col.5. ante med. in eodem verbo secundo casu, Card. Zabarell. n.11. col. penult. in fin. vers. in hoc itaque dic, Henric. Boic. n.13. in princ. & in vers. & idem dicas de Religioso, Abb. n.13. Parif. de Puteo in tract. de ludo n.20. vers. quod est verum, Caccialup. eod. tract. n.38. vers. & hoc verum esse intelligas, & seq. Stephan. Costa eod. tract. art.3. n.4. vers. quod autem intelligo, & n.6. in fin. & n.7. Capra consil.86. n.15. 16. & n.59. Tiraquell. de legibus connub. gloss.5. num.200. ubi de marito repetente pecuniam amissam ab uxore contra vincentem, Corrad. rub. de lusor. n.11. vers. limita 11. Farinac. de var. & divers. crim. q.109. n.177. & num.180. ubi quod è contrà, si is, qui vicit, fuerit servus, vel filiusfamilias, detur adversus parentes, & patronos repetitio ejus, quod lusum fuit, quatenus tamen in eorum peculio victa pecunia remanserit, & ex ea fuerit is factus locupletior, juxta Textum in l. fin. § item si servus, & §. adversus ff. de aleæ lusu, & aleator. ibique gloss. in verbo adversus.

12 Acquisita enim in ludo non tribuunt acquirenti nec titulum, nec bonam fidem, & malæ fidei possessor dicitur is, qui contra legis dispositionem percepta mercatur, l. quemadmodum C. de Agric. & censit. Adden. ad Azo in summ. C. de relig. in verbo
13 lusor lit. H. adeout vincens in ludo si ab eo victus victam pecuniam repetere non curat, tenetur in foro conscientiæ victo restituere, vel pauperibus erogare, ut tradunt Doctores plenè relati per Farinac. in tit. de var. & divers. crim. q.109. n.182.

14 Hinc est, quòd contractus, & promissiones factæ in ludo prohibito, vel ejus occasione, non valent, nullamque merentur executionem textus est in l. quibus in fin. ff. de aleæ lusu, & aleat. & in l. fin. in verbo instrumenta C. de relig. & sumpt. funer. Odofred. in l.1. n.3. vers. verius est, ff. eod. tit. Bald. in dicta l. fin. vers. nota de instrumentis, quæ fiunt in ludo C. de relig. & sumpt. funer. ubi etiam Salycet. n. 1. vers. nota quod instrumenta obligatoria, Azo in summa C. de relig. n. 26. in fin. vers. aliàs autem, Paris. de Puteo in tract. de ludo sub n.15. & n.21. & n.40. ubi testatur ita obtinuisse, & judicatum fuisse in casibus per eum relatis, Caccialup. eod. tract. de ludo n.34. in fin. vers. octavus casus est, & n.63. in fin. vers. item punitur aliâ pœnâ, Amad. de Syndicat. n.93. Franc. Aret. cons. 81. visa consultatione n.1. Farinac. in tit. de var. & divers. crim. q. 109. n.203. & n. 213.
15 subdit, quòd hujusmodi contractus nec juramento confirmentur, ex Paris. de Puteo in tract. de lude n.16. in fin. qui tamen hoc cogitandum relinquit, & dixit Rot. decis. 47. n.1. & seq. coram Gregor. XV. decis.283. n.3. & 4. p.5. tom.1. in recent.

16 Ludens verò ludo permisso non tenetur restituere pecuniam in eodem ludo, purà scaccorum, victam, immo habet actionem ad consequendam pecuniam, quam vicit, & non habuit, Flor. in l. quod in convivio §. si ser-

si servus n.2. vers. pro cujus solutione ff. de aleæ lusu, & aleator, *Imol. in l. si quis cum sciret n.5. vers. primo casu ff. pro emptore*, ubi declarat *Bald. in cap. Clerici il 2. n.5. in fin. vers. alii dicunt, de vita, & honest. Clericor.* ibique *Imol. n. 12. col. 4. ante med. vers. primo casu, & n. 13. col. 5. in prin. vers. primo casu*, ubi littera est corrupta, dum ponit de ludo azardi, & vult dicere de ludo scaccorum, *Card. Zab. n. 11. col. penult. ante fin. vers. primo dic*, *Abb. n. 12. vers. circa primum*, *Marian. Soccin. in cap. inter dilectos n.33. vers. quod tamen de excess. Prælat. Capra cons.86. n. 56. Corrad. in prax. rub. de lusor. n.12. & n.18. in fin. vers. ampliari potest*, *Paris. de Puteo in tract. de ludo n.20.* ubi de communi, *Steph. Costa eod. tract. art. 3. n.3. in fin. & vers. hinc etiam, & n.4. vers. ex quibus potest concludi*, cum aliis allegat. per *Farinac. in tit. de var. & divers. crim. q.109. n.196. &*

17 *seq.* & *n.198.* subdit quòd hujusmodi conclusio non procedat in eo, qui alterum compellat per vim, vel per nimiam importunitatem ad ludendum, etiam ad ludum permissum; nam hoc casu compellens tenetur restituere id, quòd vicit, ex *Capra in cons.86. n.6.*

18 Quod si quis ad ludendum attractus, & provocatus fuerit ab altero collusore, si vincit, non tenetur victam pecuniam amittenti restituere, secundùm *Florian. in l. quod in convivio §. si servus n.4. vers. secùs è contra ff. de aleæ lusu, & aleat. Salyc. in l. fin. n.7. in discursu, C. de relig. & sumptibus funer. Cardin. Zabarel. in cap. Clerici il 2. n.11. ad fin. col. fin. in prin. vers. si verò alter, de vita, & honest. Cleric.* ibique *Abb. n.13. in fin. Capra cons.56. n. 39. Guid. Pap. decis. 81. n.2. vers. si autem ille, qui perdit, Vivi. opin. 468. n.17.* & tradunt alii Doctores congesti per *Farinac. in tit. de var. & divers. crim. q.109. n.199.*

19 Contrarium verò quòd detur repetitio etiam ab eo, qui attractus ad ludendum collusorem attrahentem superavit, & vicit, adeout nulla sit constituenda differentia inter attrahentem, & attractum, sive unus eorum vincat, sive perdat; alias indirectè ludus prohibitus permitteretur, & ex eodem daretur actio; & ita de veriori dixit *Marian. Soccin. in cap. inter dilectos n. 49. 50. & seq. de excessib. Prælat. Farinac. in tit. de var. & divers. crim. q.109. n.201.* & in *duobus sequen.* declarat.

20 Ex quibus ita præmissis, patet responsio ad primum dubium, quòd disceptatur inter doctores, & pro affirmativa, scilicet ludentem ludo prohibito, si perdat notabilem pecuniæ quantitatem teneri in foro conscientiæ solvere vincenti; utpote quia contractus ludi est ultro citroque obligatorius, & jure naturæ cum sit promissio mutua obligat in conscientia, præcipuè quia promissio facta in ludo nullo jure positivo irritatur, sed solùm jure civili interdicitur, & jure naturæ quilibet tenetur promissa adimplere, etiam si agatur de ludo, qui jure naturæ est justus, & validus, & vim habet transferendi dominium secutâ traditione, & consequenter jure naturæ contrahitur obligatio solvendi victam pecuniam, & solutam nõ restituendi, *Bonacin. oper. moral. in tit. de restitution. in genere dis. 2. q.2. punct. 3. n. 1. vers. dixi stande juri Cæsareo tom.2. fol. mihi 513. Azor. part.3. lib.5. cap.24. q.7. Bannez 2.2. art.7. Valent. tom.5. dis.5. q.6. punct.5. dub.8. Solonius in 2.2. q.62. art.6. q.5. de dominio, Garzias de contract. lib.2. cap.19.*

21 Negativam tamen sententiam tanquam probabiliorem amplectendam esse censui, nempe quod qui ludo lege humanâ vetito perdit, non teneatur in conscientia solvere, quod perdidit; quoniam versamur in ludo prohibito ob publicam utilitatem, ad evitandas rixas, blasphemias, bonorum jacturam, prodigam, & reprehensibilem dilapidationem, quæ cùm adversentur tam juri naturali, quàm civili, & politico, nullam possunt tribuere actionem ad lucrum lusorium consequendum: ludus enim est contra bonos mores, & nutritivus, & causa peccati, ac proinde ex ejus contractu conscientia non ligatur, juxta dictum *Bartoli*: *quos natura non obligat, conscientia non ligat*; immo adversatur juri naturali, eo quia tendit ad supplantandum socium, & alienum quærendi; & hanc sententiam tuentur *Covarru. ad regulam peccatum p. 2. n.8. Sanchez in summ. lib.3. cap.23. n.144. & lib.6. de matrim. dis.38 n 33. & 34. Malder. in 2.2. tit. 1. cap.12. dub.3. Lessius lib. 2. cap.26. dub.4. Medina in summ. lib. 1. cap. 14. §. 29. Tolet. lib. 5. cap.27.* cum aliis congestis per *Bonacin. in tit. de restit. in genere dis. 2. q. 2. punct. 3. n.2. tom. 2. fol. mihi 513.* & per *Dianam resol. moral. p. 2. tract. 17. & 3. miscellan. resol.8. vers. & contrarium fol. mihi 267.*

22 Quod procedit etiam si juramento promissa fuerit solutio amissæ pecuniæ in ludo, quia juramentum factum de re prohibita per legem civilem, quæ primariò dirigatur ad bonum publicum, ad evitanda mala, & concernentia præjudicium tertii, non obligat, *cap. quamvis de pact. in 6.* alioquin obligaret ad rem injustam, & certi juris est, quòd juramentum non debet esse vinculum

23 iniquitatis; & ita de communi Doctorum sententia testatur *Bonacin. oper. moral. in tit. circa secundum Decalogi præceptum dis.4.*

dif.4. q.1. de juramento punct.5.n.1. tom.2.
24 *fol. mihi* 261. juramentum verò de re lici-
25 ta servandum est, nisi obtineatur relaxatio juramenti, quam Episcopus ex justa causa potest absque partis citatione concedere, ut subdit idem *Bonacin. in tit. de restitution. in genere dif.2. q.2. punct.3. n.1. verf. dixi nisi forte circa fin.* ex *Henriqu. lib.7. de indulgentiis cap.* 36. *n.6. lit. G.* qui refert *Navarrum, Cordub. Sotum, & Pennam.*

26 Rursus conclusio procedit non obstante, quòd ludentes cesserint juri suo, & renunciaverint beneficio legis irritantis contractus occasione ludi celebratos, & concedentis repetitionem pecuniæ deperditæ; quia hujusmodi renunciatio tanquam facta de re à jure prohibita, redditur invalida; cùm hæc legis prohibitio, & facultas repetendi non est solùm concessa ad favorem perdentis, sed ad favorem Reipublicę, & ad bonum Civium regimen, ut fœliciter regantur, & gubernentur, ut ex *Rebel. & Covar.* subdit *Diana resol. moral. p.2. tract.* 17. *& 3. miscellan. resol.8. verf. secundo intelligenda sunt, p.2.*

27 Ad secundum dubium, juxta unam Doctorum sententiam negativa emanavit resolutio, nempe compellens consocium ad persistendum in ludo sub spe recuperandi pecuniam inter ludendum amissam, si multò plus quàm perdiderat vincat, non teneri ad restitutionem, & ab eadem à Confessario excusari posse; ea moti ratione, quia contractus ludi validus reputatur, cùm uterque socius, & ludentes tam attrahens, quàm attractus se exponant periculo lucrandi, & perdendi; undè licitè, & validè attrahens victor retinere potest pecuniam lucratam, sicut è contra attractus si adversarium superavisset; propterea debet esse par utriusque, conditio, & æqualitas: in nihilo refragante quòd attrahens minis, vel importunis precibus socium ad persistendum in ludo induxerit; quia per hoc non efficitur deterioris conditionis, dum etiam poterat lucrum facere, & socium denuo superare; & consequenter ob incertitudinem jacturæ, & victoriæ non resultat inæqualitas inter contrahentes, ex qua oriatur obligatio ad restituendum, *Lessius lib.2. cap.26. dub.2. n.9. Adrianus de restitut. q. de ludo, Garzias de contract. p.2. cap.19. Molina de just. & jure tract.2. dif.*516. *n.* 2. & probabilem dicit *Diana resol. moral. p.2. tractat.17. & 3. miscellan. resol.27. verf. & mihi.*

28 Secundùm verò aliorum Doctorum sententiam affirmativè dubium resolvendum esset, scilicet cogentem consocium ad persistendum in ludo teneri ad restitutionem illius tantùm partis, quam supra quod perdiderat lucratus est; nam socius involuntariè, & invitò ad ludendum coactus fuit, minis, vel importunis precibus, quæ violentiæ æquivalent, & ex contractu per violentiam inito nulla resultat obligatio ad consequendum lucrum, si non fuerit solutum, & ad restitutionem tenetur, quatenus exactum fuerit, & hanc sententiam in praxi sequendam esse ait *Reginald. tom.1. lib.10. cap.25. n.385. Cardinal. Tolet. in instructione Sacerdot. lib.5. cap.27. sub n.4. verf. tertius casus, & verf. unde evenit, Clavis Regia lib.11. cap.13. n.1. Megala 2.2. lib.2. cap.19. q.3. n.16. Molfes. in summa tom.2. tract.12. cap.21. n 59. Bannes 2.2. q.32. art.7. summa Corona de restitut. n.17. Salas de Ludo dub.6. n.2. Turrian. dif.55. dub.11. num.4.* cum aliis allegatis à *Bonacin. oper. moral. in tit. de restitut. in particulari dif. 1. q.3. punct.2. n 9. tom.2. fol. mihi* 511.

29 In hac sententiarum contrarietate distingendum censui, quod cogens ad persistendum in ludo non teneatur ad restitutionem pecuniæ, seu rei lucratæ, si agatur de Ludo licito, cum hoc casu ex contractu lusorio oriatur obligatio, & actio ad consequendam rem victam, & ad eandem licitè retinendam; ac proinde tam in foro fori, quàm in foro poli, seu conscientiæ excluditur actio repetitiva; & in his terminis sustineri potest prima negativa Doctorum sententia, juxta superiùs tradita.

30 Quoties verò versamur in ludo illicito, tenetur ita cogens ad restitutionem; cùm ex contractu ludi illiciti nulla oriatur obligatio ad licitè percipiendam pecuniam lucratam, immo competit repetitio, quatenus soluta fuerit; ut pote quia contractus censetur nullus, & illicitus, & inefficax ad lucri consecutionem, ejusque retentionem, juxta præmissas conclusiones, & secundam Doctorum affirmativam sententiam suprà firmatam.

31 Ad tertium, eum supradicta distinctione dubium resolvi posse visum fuit; quoniam ubi agitur de ludo prohibito, datur actio ad repetendum quod solutum fuit; ac proinde multò magis competit exceptio nullitatis contractus, & obligationis, ad solvendam creditam pecuniam, cùm melius sit non solvere, quàm indebitè solutum repetere; potest propterea Confessarius absolvere pœnitentem absque onere solvendi pecuniam creditâ fide amissam; & hanc sententiam tenent decem, & octo Doctores, quos citat, & sequitur *Salas in tract. de contract. dub.20 n.2.* & ex *Tannero* probabilem dicit *Diana resol. moral. p.3. tract.5. miscellan. resol.94. verf. sed contrariam sententiam, Bonacin. oper. moral. tit. de restitutione in particulari dif.2. q.3. punct.3. n.4. tom.2. fol. mihi* 514.

32 Quod

32 Quod licèt indubitanter procedat ad evi-
tandam solutionem pecuniæ creditæ; tamen
quoad repetitionem solutæ controvertitur
inter Doctores; & quod repeti nequeat præ-
cipuè quando ludentes cesserunt juri suo, &
beneficio legis concedentis repetitionem,
tanent *Salas dub.*28. *Azor.* 3. *p. lib.*5.*c.*24.
*q.*7. & ex *Filiuc. Lessio*, & *Soto* comprobat
*Bonacin. de restit. in particular. dis.*2. *qu.*2.
*punct.*3. *num.*5. *tom.*2. ubi reddit rationem,
quia favore Reipublicæ ludus interdictus
fuit, ad evitanda mala, & facultas repetendi
concessa sit proximè ad favorem perdentis,
non verò Reipublicæ: ac proinde stante
jurium renunciatione parum referat Reipu-
blicæ pecuniam pertinere potiùs ad unum,
quàm ad alium. Ulteriùs quia leges vel non
intendunt obligare ad restitutionem pecu-
niæ solutæ, vel si intendunt, non fuerunt in
eo sensu receptæ, *Rebell. lib.*12. *q.*2. *n.*8.
& docent alii relati per *Dianam resol. moral.*
*p.*3. *tract.*5. *miscel. resol.*94. *sub vers. igitur*
33 *Confessarius*: sed hæc ratio facilè subverti-
tur, quia leges ad evitanda mala denegave-
runt actionem ad consequendam rem, & pe-
cuniam amissam in ludo, & attributa fuit
facultas repetendi solutum: quando enim
agitur de malo evitando, redditur inefficax
ludentium renunciatio eorum juri, & in
alio sensu leges recipi non possunt, ne per-
mittatur, quod fieri prohibetur.
34 In ludo verò licito ludentes oppignoratâ
fide tenentur in conscientia id, quod ami-
serunt solvere; quia tunc ex contractu, &
promissione lusoria oritur obligatio, etiam
vigore juris naturalis, quæ adimpleri debet
*Azor. tom.*3. *lib.*2. *cap.*24. *qu.*7. *Valentia*
*tom.*3. *dis.*5. *q.*6. *punct.*5. *§.*2. *Layman. in*
*Theolog. moral. lib.*3. *sect.*5. *tract.*4. *cap.*21.
*num.*3.
35 Ad quartum respondetur negativè, nem-
pe excusari non posse à restitutione, qui se
fingit minus peritum in ludo, ut alios per-
trahat ad ludendum, qui alioquin non lu-
sissent; quia ob ejus peritiam latentem lu-
crum faciendo censetur causa damni, & rei
lucratæ per fraudem: fraus autem nemini
debet patrocinari, nam inter ludentes æqua-
lis conditio esse debet, sicut in contractibus
servanda est æqualitas: ita *Bonacin. in tit.*
*de restitutione in particulari dis.*1. *q.*3. *pun-*
cto 2. *n.*3. *tom.*2. *fol.*511. ex *Rebellio*, *Azor.*
- *Filiuc. Salon. Valentia*, *Lessio*, *Clavi Re-*
36 *gia lib.*11. *cap.*12. *n.*18. quos allegat, &
subdit, quòd ita etiam dicendum sit de illo,
qui sinit, vel permittit se vinci in primo,
vel secundo jactu, ut deinde faciliùs vincat.
37 Hinc est, quòd qui ob suam peritiam
moraliter certus sit, se ludendo lucratu-
rum, non potest sibi lucrum acquisitum re-
tinere, si alter socius ignorabat consocii
peritiam, quam si scivisset, utique non se
manifesto periculo perdendi exposuisset; se-
cùs si eidem adversarii peritiam innotesce-
bat, cùm tunc sibi imputare debeat, si vo-
luntariè se periculo exposuit, *Rebel. lib.*12.
*q.*3. *n.*3. *Molina dis.*517. *n.*4. *Sum. Corona*
*de restitutione n.*17. *Henriquez lib.*7. *de in-*
*dulgentiis cap.*35. *n.*6. *Emanuel Sà in ver-*
*bo ludus n.*8. *Lessius lib.* 2. *cap.* 26. *dub.* 5.
Filiucius tract. 37. *cap.*8. *q.*7. & 8. *n.*139.
& *seq. Bonacin. in tit. de restitutione in*
*particulari dis.*1. *q.*3. *punct.* 2. *n.* 4. *tom.* 2.
fol. 511.
38 Ad quintum respondetur, omnes ad-
mittere ludentem, & vincentem adhibitis
fraudibus, & falsitatibus, tam in ludo pro-
hibito, quàm permisso, teneri tam in foro
poli, quàm in foro fori lucratam rem, vel
pecuniam restituere, & dari repetitionem;
ita *Florian. in l. quod in convivio §. si ser-*
*vus n.*4. *ff. de aleæ lusu*, & *aleator.*. *Saly-*
*cet. in l. fin. sub n.*7. *in discursu* C. de *Re-*
lig. & *sumpt. funer. Imol. in l. si quis cum*
*sciret n.*5. *vers. quod intellige verum*, &
vers. interdum autem ille, & *n.* 6. *in fin.*
*vers.*3. *casu ff. pro emptore*, & *in cap.* Cleri-
*ci il*2. *n.*12. *colum.*4. *ad med. vers. inter-*
dum autem ille, & *colum.*6. *in prin. vers.*
tertio casu, de vita, & *honestat.* Clericor.
ibique *Cardinal. Zabarel. post n.*11. *col. pe-*
nult. ante med. vers. item si quis induxit,
& *in fin. vers. secundo casu*, *aut vincens*;
*Abb. n.*13. *vers. haud habet liberam admi-*
nistrationem, *Marian. Soccin. in cap. inter*
*dilectos n.*34. *vers. item in quantum dixi de*
exces. Prælat. & ibidem *n.*35. ponit exem-
pla, quando quis per fraudem vincere di-
catur, & *n.*47. *Caccialup. in tract. de ludo*
*n.*39. *vers. præterea*, *Paris. de Put. eodem*
*tract. n.*20. *vers.* & *communis conclusio*, ubi
ponit exempla fraudis commissæ, *Stephan.*
*Costa eodem tract. art.*3. *n.*4. *vers. nisi for-*
san deceptio, & *n.*7. *vers. quod autem*, *Vi-*
*vius opin.*468. *n.*13. & hanc conclusionem
esse de indubitabili concludit *Farinac. in*
tit. de var. & *divers. crim. q.*109. *n.*70. &
39 *n.*71. subdit non valere consuetudinem,
seu statutum disponens non dari repetitio-
nem à vincente cum falsitate, & fraude,
*Capra cons.*86. *n.*60. *Jul. Clar. in §. ludus*
*sub n.*9. *vers. item vincens.*
40 Sed quòd aliquando excusari possint, qui
in ludo adhibent eas fraudes, quæ juxta
ludentium consuetudinem adhiberi solent,
tradit *Bonacina oper. moral. in tit. de resti-*
*tut. in particulari dis.*1. *q.*3. *puncto* 2. *n.* 2.
*tom.*2. ubi ponit exempla, nempe ut si quis
videat socium errantem in numerandis si-
gnis, vel si inter ludendum agnoscens se
lucra-

lucraturum, invitet socium ad augendam, t
sponsionem, vel objiciat pactionem restan-
tis pecuniæ; quamvis simulet timorem ex-
oris, & vultus mutatione, & reddit ratio-
nem, quia nemini infertur injuria, adhiben-
do fraudes consuetas inter ludentes; nam
tacitè videntur consentire, & allegat *Re-
bellium, Azor. 3.p. lib.5. cap.24. Filiuc. So-
lon. Valent. Lessium, Clav. Reg. lib. 11.
cap.12. n.21.*
41 Ad sextum responderi potest cum *Bona-
cina oper. moral. in tit. circa secundum De-
calogi præceptum dis.4. q.1. punct.6. num.4.
tom.2. fol. mihi* 272. docente, quòd jura-
mentum, seu votum non ludendi intelli-
gatur de ludo illicito, non autem de licito,
qui recreationis gratiâ suscipiatur, nisi ali-
ter conjiciatur de jurantis, aut voventis
intentione; & pro hac sententia allegat
*Navar. cap.12. n.11. Reginal. lib. 18. n.
47. Rodriquez 1.p. cap.189. n. 10. Sanchez
in summa lib.3. cap.18.* utpote quia hæc vi-
deatur benigna interpretatio mentis juran-
42 tis, aut voventis; tum etiam quia jura-
mentum restringendum est, ut quantum
fieri possit minus obliget; nam ubi agitur
de obligatione contrahenda, stricta inter-
pretatio facienda est, *cap.1. de jure juran.
in 6. l. quidquid adstringendæ ff. de verbor.
obligat. Abb. in cap. Clerici de verbor. si-
gnificat. Sanchez in summa lib.3. cap. 17. n.
9. & cap.18. n.6. & in tract. de matrimon.
lib.1. dis.9. sub n.11.*
43 Quod si jurans, vel vovens non ludere
voluerit se obligare de abstinendo etiam à
ludo licito, tenetur ex vi juramenti, aut
voti se abstinere; nam quamvis ludus ho-
nestus causâ recreationis susceptus sit actus
virtutis Eutrapeliæ, nihilominus ejus omis-
sio melior reputatur, cùm ludus non tra-
ducat mentem ad divina, sed ad res terre-
nas; & consequenter est materia voti, &
44 juramenti, prout etiam quamvis matrimo-
nium licitè contrahatur, ejus tamen omissio
est perfectior, & consequenter tenet vo-
tum, & juramentum de non nubendo, tan-
quam factum de meliori bono, *Bonacina in
tit. circa secundum Decalogi præceptum
dis.4. q.1. punct.16. n.4. vers. dixi nisi aliter,
Sanchez de matrim. lib.1. dis.4. n.6. fol. mi-
hi 7.* teste *Divo Thom. 2.2. q.168. art.2. in
corpore.*
45 Ex fine autem, quo quis ductus fuit ad
jurandum, seu vovendam abstinentiam à
ludo, colligenda est voventis, seu jurantis
intentio; adeout qui hujusmodi abstinen-
tiam vovit, ut divinis faciliùs operam dare
possit, vel ad se privandum temporali ludi
oblectatione, tenetur sub mortali à ludo
etiam licito abstinere; ita *Bonacina circa 2.
Decalogi præceptum dis.4. q.1. punct.16. n.
4. vers. secundo colligi potest tom.2.* ubi al-
legat *Sanchez* tenentem non graviter hoc
casu peccare, qui per modicum tempus lu-
do vacaret, licèt magnam pecuniarum sum-
mam ludo exponeret.
46 Ita etiam qui timore jacturæ facultatum,
& proprii patrimonii dilapidationis juravit
abstinentiam à ludo, tenetur se abstinere
tam à ludo prohibito, quàm à ludo licito,
cùm bonorum jactura eodem modo, sicut in
47 uno, ita in alio fieri potest, etiam si agatur
de materia parva, in qua etiam juramen-
tum servandum esse contra *Sanchez* proba-
bilius putat *Bonacin. circa 2. Decalogi præ-
ceptum dis.4. q.1. dub. 16. n. 4. vers. tertio
enim tom. 2.*
48 Jurans propterea absolutè non ludere,
non solùm non potest nomine proprio lu-
dere, sed neque etiam alieno; quia ludus
factus nomine alieno est propriè ludus; adeo
ut ipsemet ludere videatur, dum ludi artem
industriam, & calliditates exercet, ut con-
tra *Sanchez* tenet *Bonacina circa 2. Deca-
logi præceptum dis. 4. q. 1. punct. 16. n.4.
vers. hinc colligi potest tom. 2.* putat tamen
49 quòd possit facere sponsiones, tradere al-
teri pecuniam ad ludendum suo nomine, &
inspicere socium ludentem; quia in supra-
dictis non videatur emisisse votum, sed tan-
tùm de non ludendo, nisi aliter de ejus
mente in actu emissionis voti, vel præstiti
juramenti deducatur, *Sanchez in summa
lib.3. cap.18. n.7. & 8.*

*Ludentes an, & quando, & quâ
pœnâ mulctentur.*

SUMMARIUM.

1 Ludus inter crimina publica connumeratur, & grave delictum reputatur.
2 Lusores judicis arbitrio puniuntur, & quomodo vigore Bannimentorum status Ecclesiastici, n.5.
3 Ludens verò de jure communi tenetur restituere id, quod vincit, & denegatur actio ad consequendam pecuniam lucratam, & criminaliter mulctatur, si luserit cum filiofamilias, servo &c.
4 Et ultra restitutionem alia pœna arbitraria imponitur.
6 De jure Canonico laici lusores moniti excommunicantur, & ab Episcopo possunt etiam aliâ pœnâ arbitrariâ puniri, & frequentantibus ludum interdicenda sit administratio suorum bonorum, n.7.
8 Ludens committens fraudes in ludo, tenetur pœnâ falsi, & furti extra ordinem; & procedit etiam in ludo permisso, n.9.
10 Et quòd pœna extendi possit usque ad mortem, si ludens replicatis vicibus inter ludendum committat falsitates, pro ut de committente tria furta. Contrarium n.11. & quomodo attentis bandimentis status Ecclesiastici, n.12.
13 Clericus lusor, & inspector de jure Civili quomodo puniatur.
14 Sed pœna civilis, tanquam non approbata à jure canonico, non est inferenda.

15 Leges

15. Leges Civiles, & Imperiales etiam ex causa licita emanatæ non ligant Ecclesiasticos.
16 Laici exercere possunt jurisdictionem in Ecclesiasticos ex Pontificis auctoritate concessa.
17 Clerici lusores de jure Canonico quomodo puniantur.
18 Et si sunt publici lusores, efficiuntur inhabiles ad beneficia obtinenda, & privantur obtentis.
19 Sed pœna Clerici lusoris de veriori est arbitraria.
20 Et ab ejus impositione non datur appellatio suspensiva.
21 Ampl. in Religiosis, & regularibus quibus eo magis ludus interdicitur.
22 Clericus mulctatur pœnâ ludi, si sit solitus ludere, secus si per paucas vices.
23 Clericis licitum est ludere omni ludn permisso.
24 Non debent tamen ludere in magna quantitate. Et quæ sit magna quantitas in nobilibus, & plebeis, declaratur.
25 Ludus licitus fit illicitus causâ lucrandi in magna quantitate.
26 Et competit etiam repetitio magnæ quantitatis amissæ etiam in ludn licito. Contrarium, n. 27.

ADNOTATIO I.

1 LUdus inter crimina publica connumeratur, & non leve, sed grave delictum reputatur, & propterea bannitus pro ludo dicitur bannitus pro crimine, secundùm *Bart. & Bald.* relat. per *Parif. de Puteo in tract. de ludo num.* 83. *Stephan. Costa eod. tract. art.* 2. *n.* 37. *Foller. in pract. crim. in verbo Nicolaus Episcopus num.* 112. *in fin. Vivi. opin.* 468. *n.* 1.
2 Lusores propterea Judicis arbitrio pœnâ extraordinariâ puniuntur, aut exilio, aut pœnâ pecuniariâ, & aliis juxta personarum, & facti qualitatem, & circumstantias, utpote quia de jure communi non reperiatur statuta pœna, *Jodoc. in pract. cap.* 126. *n.* 17. *Bonifac. de Vitalin in tit. de ludo azardi num.* 3. *vers. sed quia*, *Amad. de syndicat. n.* 93. *in fin. vers. & potuerunt puniri*, *Joannes Lopez in addit. ad Diaz in pract. crim. can. cap.* 70. *lit.* C *vers. hoc de Clericis prope fin. Parif. de Puteo in tract. de ludo n.* 45. *in fin. prin. Julius Clar. in pract. §. ludus n.* 8. *vers. sed quæro, quæ sit pœna*, *Conrad. rub. de Lusor. sub n.* 20. *Farinac. in tit. de var. & divers. crim. q.* 109. *n.* 57.
3 Sed attentâ etiam juris communis dispositione, licèt expressè non sit constituta pœna criminalis, tamen mulctatur ludens, quòd teneatur restituere id, quod vincit, & denegatur actio ad consecutionem pecuniæ victæ, & non solutæ, ut supra in decisione dictum fuit; ac proinde quòd vincens non conveniatur nisi civiliter, præterquam si luserit cum servo, filiofamilias, institore, aliisque personis ludentibus pecunias alienas, tradit *Alciat. de præsumption. reg.* 3. *præsumpt.* 29. *n.* 6. *& n.* 81. *Marian. in cap. inter dilectos n.* 73. *vers. aut loquitur in laicis de excess. Prælator. Parif. de Puteo in tract. de ludo n.* 45. *vers. pœna ludentis*, *Caccialup. eod. tract. n.* 61. *in fin. vers. si verò laicus*, *Menoch. de arbitrar. quæst. cas.* 399.
4 *n.* 7. ubi quod aleator præter lucri restitutionem pœnâ etiam arbitrariâ puniendus sit, *Farinac. in tit. de var. & divers. crim. q.* 109. *num.* 58.
5 Et vigore Bannimentorum Status Ecclesiastici, editorum de anno 1645. *n.* 8. *& seq.* ludentes ludis prohibitis, & retinentes Barattarias, & *Biscazze* publicas, seu secretas, ultra omissionem rerum, & pecuniarum, quæ in ludo inventa fuerunt, pœnâ trium ictuum funis mulctantur, & Biscazzerii pœnâ triremium ad quinquennium, & amissionis domus, in qua Barattarias, & Biscazzias exercebant, & Spectatores pariter pœnâ trium ictuum funis plectuntur.
6 De jure autem Canonico laici Lusores moniti, & non desistentes à ludo excommunicantur, per *Text. in cap. Episcopus dist.* 35. ibique *Præposit. Alex. in summ.* Card. *Zabarell. in Clement.* 2. *§. sed & tales n.* 10 *in fin. de vit. & honestat.* Clericor. *Ignat. Lopez in addit. ad Diaz in pract. crim. canonica cap.* 71. *in verbo aleatores lit.* C. *sub vers. hoc de Clericis*, *Summa Silvestrina in verbo ludus n.* 10. *vers. & ut ibi patet*, *Menoch. de arbitrar. quæst. lib.* 2. *cas.* 399. *n.* 6. *Farinac. in tit. de var. & divers. crim. qu.* 109.
7 *n.* 59. *&* 60. ubi ampliùs quòd ab Episcopo laicus lusor pœnâ arbitrariâ puniri debeat; & rursus cùm assiduè ludo operam dantes, bonorum lapidatores reputentur, interdicenda sit administratio, sicut prodigis, & male utentibus eorum substantiâ interdicitur, secundùm *Bal. in Authen. quod locum C. de collatio. in fin. Ripa in l. is, cui bonis num.* 21. *ff. de verbor. obligat.* & ibi *Conrad. num.* 20. *Joan. Bonif. in tract. de furt. §.* 10. *num.* 92. *Augustl. ad Angel. de malefic. in verbo Metitor de mal. dat. n.* 7. *ante fin. vers. item adde*, *Conrad. in pract. rubric. de lusor. num.* 16.
8 Lusores verò, adhibentes in ludo fraudes, & falsitates, in chartis, taxillis, & similibus, furtum, & falsum dicuntur committere, & tenentur pœnâ furti extra ordinem, & crimine stellionatus Judicis arbitrio juxta facti, & personarum qualitatem; ita communiter apud Doctores receptum videtur, *Bald. in l. advocationis n.* 2. *vers. ideo dico C. de condict. ob caus. Jodoc. in practic. cap.* 126. *n.* 3. *Amad. de syndicat. n.* 93. *vers. nam ludentes*, *Parif. de Puteo in tract. de ludo n.* 45. *Caccialup. eod. tract. n.* 62. *vers. sciat etiam*, *Angel. de malefic. in verbo Metitor de mal. dat. n.* 1. & ibidem *Augustin. in addition. Menoch. de arbitrariis quæst. lib.* 2. *cas.* 399. *n.* 10. *&* 11. *Farinac. in tit. de var. & divers. crimin. q.* 109. *n.* 63. *&* 64.
9 *& num.* 69. ubi ampliat quòd hoc procedat

etiamsi fraus, & falsitas commissa fuerit in
ludo permisso, cùm indulgentia ludi per-
missiva non qualificet falsitatem, ut deli-
ctum non censeatur, ut ultra supradictos
Doctores citatos, docet etiam *Card. in cap.
Episcopus num.6. ad med. vers. item ratione
modi dist.35. Capra cons.83.n.6.in 1. fallent.*
ubi loquitur de ludo scaccorum, & de com-
muni testatur *Caccialup. in tractat. de ludo
n.8. in princ. vers. dummodo non misceatur
dolus, Conrad. in tit. de lusor. n.13. vers.2.
limita.*

10 Quinimo quòd pœna Ludentis, qui re-
plicatis vicibus adhibeat fraudes, & falsita-
tes extendi possit usque ad mortem, prout
de committente tria furta, docet *Paris. de
Puteo in tract. de ludo n.45. in fin. prin.* ubi
refert tempore suo fuisse suspensum quen-
dam de Caranellio; qui per hospitia, & nun-
dinas cum falsitate ludere consueverat: &
ita etiam servatum, & suspensum fuisse ju-
venem Senensem ob frequentiam falsitatis
per eum commissæ in chartis, & taxillis in
Urbe sub Pontificatu *Beati Pii V.* pariter
refert *Farinac. in tit. de var. & divers. cri-
min. q.109. n.65. circa fin.*

11 Verùm quòd ludens cum falsitate non di-
catur propriè committere furtum, sed im-
propriè; ac proinde non habeat locum ju-
ris regula, quòd pro tribus furtis fur su-
spendi possit, sed attendenda sit alia juris
conclusio quòd excepto furto hodie de con-
suetudine propter iterationem delicti non
imponitur pœna mortis, & huic æquiori opi-
nioni adhærendum esse præcipuè in dubio,
admonet *Farinac. in tit. de var. & divers.
crim. q.109. n.66.* juxta notata per *August.
in addit. ad Angel. de malefic. in verbo Men-*
12 *titor de mal: dat. post n.2.* In bannimentis
autem generalibus Status Ecclesiastici ema-
natis de anno 1645. *in n.9.* utens pro se, vel
pro aliis chartis, & taxillis falsis, & simili-
bus lusoriis instrumentis mulctatur pœnâ
etiam furti arbitrio Eminentissimi D. Cardi-
nalis Status Ecclesiastici superintendentis.

13 Clericus verò lusor, aut ludi inspector,
quòd secundum dispositionem juris civilis
in triennalem Monasterii detrusionem, & in
suspensionem per tantundem tempus ab al-
taris ministerio, reservato Judicis arbitrio
dictum tempus minuendi, si, dum in Mona-
sterio permanserit, se pœnitentem ostende-
rit, condemnetur, est *Textus* expressus in
Authent. interdicimus, ibique *gloss.1.* &
communiter omnes *C. de Episcop. & Cleric.
gloss. in cap. Clerici il 2. in verbo ad aleas*,
ibique *Anton. de Butr. n.13. de vit. & ho-
nest. Cleric. Caccialup. in tract. de ludo n.61.
vers. dicit etiam text. Diaz in pract. crim.
can. cap.70. alias 64. in verbo aleatores n.5.
Menoch. de arbitrar. quæst. lib.2. cas.399.
sub n.3.*

14 Sed hæc pœna minimè esset inferenda,
tanquam non approbata à jure canonico, ut
animadvertit *Ignat. Lopez ad Diaz in ad-
dit. in cap.70. alias 64. in verbo Aleatores*
15 *lit.C.* Etenim leges Civiles, Imperatoriæ
in *ff. & Cod. Authent. & Novellis*, quam-
vis ex causa licita latæ fuerint, non tamen
Ecclesias, & personas Ecclesiasticas ligare
possunt defectu potestatis legislatoris, quam
Principes, & Judices laici, ac statuentes
in Ecclesiastico exercere non possunt sine
indulto, & speciali concessione Summi Pon-
tificis, ut latè comprobat *Thom. del Bene
de Immunit. Ecclesiast. cap.1. dub.2. sect.6.
per tot.* & signanter *à n. 20. usque ad fin. Ho-
stien. in cap. quæ in Ecclesiarum num.11. de
constit.* ibique *Abb. n.1. Card. Zabarel. n.7.
Sard. cons.2. n.33. vol.1. & cons.301. n.15.*
16 *Menoch. cons.291. n.25. vol.3.* Et laici exer-
centes jurisdictionem in Ecclesiasticos, id
facere possunt ex potestate tantùm eis à
Summo Pontifice concessa, & sic tanquam
Pontificis Judices delegati, uti docent *De-
cian. tract. crim. lib.4. cap.9. n.66. Thomas
Valasc. tom.1. alleg.15. n.29. Gretsens con-
tra Theologos Venetos lib.2. cons.13. Stepha-
nus Barberius in confutat. contra Fulgen-
tium p.4. n.71. Fagnan. de justitia censurar.
Pauli V. p.4. fol.16. Beltram. de Guevara
in propugnat. libert. Eccles. assert.1. §.7.
num.24.*

17 Sed attentâ dispositione juris Canonici in
cap. Episcopus 35. dist. Subdiaconos, & alios
inferioris ordinis lusores à communione
privandos esse statuitur, attamen ibidem
Præpositus Alexandrin. in summ. censuit
Episcopum, Presbyterum, vel Diaconum
in ludo alearum perseverantes deponendos
esse, Subdiaconos verò, & alios inferiores
Clericos excommunicandos esse: videnda
tamen sunt circa hanc materiam tradita per
*Card. Zabarell. in Clementina 2. §. sed &
tales n.10. de vita, & honestate Clericor.
Paris. de Put. in tract. de ludo post num.94.
Diaz in pract. crim. canon. cap.70. aliàs 64.
in verbo aleatores sub n.2. vers. si autem mo-
nitus, Summa Sylvestrina in verbo Ludus
num.10.*

18 Quinimo Clericus publicus aleator effici-
tur inhabilis ad beneficia obtinenda, & pri-
vatur beneficiis obtentis, prævià tamen
præcedente monitione, quæ tamen ad obti-
nenda non requiritur, *gloss. & Hostien. in
cap. Clerici il 2. n.6. vers. & licet publicus
aleator*, ibique *Anton. de Butr. num.13.
Henric. Boic. n.1 vers. & qui publicè alea-
tor est, Abb. n.11. de vita, & honest Cle-
ric. Archidiac. in cap. Episcopus n.1. vers.*
ex se-

ex secundo, ibique *Præposit. Alexandrin. n.3. circa med. vers. quid si duxerit dis.35. Bonifac. de Vitalin. in tit. de ludo, Azardi n.9.* Paris. *de Puteo in tract. de ludo post n.61. vers. & tunc, aut loquitur in Clericis; Troil. Malvet. de fortibus p.2. n.16. vers. quinimo, Diaz in prax. crim. canon. cap.70. aliàs 64. in verbo aleatores n.2. Foller. in pract. crimin. canon. cap.33. n.27. vers. hoc tamen intelligendum est, Conrad. in pract. in rub. de lusor. n.25. Menoch. de arbitrariis quæst. lib.2. cas.399. n.3. Summa Armilla in verbo ludus n.40. Summa Sylvestr. eod. verbo ludus n.10. in fin. vers. secundo quòd priùs moneatur.*

19 Verum quòd pœna Clerici lusoris sit arbitraria, de veriori dicit *Farinac. in tit. de de var. & divers. crimin. q.109. n. 97.* secundùm *Diaz. in pract. crim. canon. cap.70. aliàs 74. n.2. vers. ego verò*, & ibi *Ignat. Lopez in addit. lit. C. Menoch. de arbitrar. quæst. lib.2. casu 399. n.9. in fin.* & cum hac sententia videtur concordare *Sac. Concil. Trident. sess.22. de reformat. cap.1. sub vers. cum igitur.* ubi quoad pœnas Clericorum lusorum confirmat pœnas aliàs sancitas à Summis Pontificibus, & Sacris Conciliis, dando insuper facultatem Ordinariis imponendi etiam majores eorum arbitrio, & quod à tali condemnatione non detur ap-
20 pellatio suspensiva, utpote quia agitur de correctione morum.

21 Quæ etiam magis procedunt in Religiosis & Regularibus, quibus interdicitur etiam ludus licitus, & honestæ recreationis nec cum aliis, nec inter se, quia cum mundanis voluptatibus renunciaverint, & Deo famulari promiserint, eorum conversatio, & recreatio esse debet quoad cœlestia, à quibus non debent animum avertere, *cap. placuit il 2. 16. quæst. 1. Henric. Boic. in cap. Clerici il 2. n.6. de vita, & honest. Clericor. Conrad. in rub. de lusor. n. 2. vers. multò magis in Monachis, & n.19. Troil. Malvet. de fortibus p.2. n.18. vers. aut loquitur de Religiosis, Ignat. Lopez in addit. ad Diaz in prax. crim. canon. cap. 70. sub lit. A. Costa in tract. de ludo n. 14. & 15. vers. ratio differentiæ in 2. art. Sum. Sylvestrina in verbo ludus n.2. vers. quarto est aliquando, Summa Angelica* pariter *in verbo ludus n.2. vers. tertio prohibetur ratione personæ.*

22 Declara quòd Clericus pœnâ ludi mulctetur, dummodo sit solitus, & consuetus ludo vacare; secùs si per paucas vices, ut videtur de mente *textus in cap. Episcopus in verbo deserviens, & in verbo desinat 35. dist. Diaz in pract. crim. canon. cap.70. aliàs 64. in verbo aleatores n.1. Menoch. de arbitrar. quæst. lib.2. cas.399. n.19. Summa Sylvestrina in verbo ludus n. 10. vers. primo quod habet ludum*, cum aliis per *Farinac. in tit. de var. & divers. crim. q. 109. n. 102.*

23 Declara secundò, quòd Clericis licitum sit ludere omni ludo permisso, consistente scilicet in virtute corporis, & ingenii acumine, etiam si pecunia ludatur, per *textum* expressum in *l. solent §. Senatus Consultus ff. de alea lusu, Marian. in cap. inter dilectos n.30. de excessibus Prælator. Paris. de Puteo in tractat. de ludo n.12. vers. quando ludus, Caccialup. eod. tract. n. 15. in 2. artic. Conrad. in pract. rubr. de lusorib. n. 18. post med. vers. si hanc conclusionem* cum aliis latè congestis per *Farinac. in tit. de var. & divers. crim. q. 109. n. 103.* juncto *n.106.*

24 Non tamen licet ludere in magna quantitate etiam causâ comestionis, seu pro convivio, in ludo permisso, nempe pilæ, scaccorum tam Laicis, quàm Clericis; & magna dicitur quantitas, si excedat summam unius aurei per totum tempus, quo ludo opera datur; etenim ludendo maximam quantitatem, præsumitur quis ludere ex avaritia, & animo spoliandi proximum, & hoc procedit sive ludens sit dives, & nobilis, sive pauper, & ignobilis, *textus* est in *l. fin. §. sed nemini C. de Religios. & sumptib. funer. Troil. Malvet. in tract. de fortibus p.2. n.10. vers. item intellige, & n. 12. & n.13. & n.25.* ubi quid in Principe, *Jodoc. in pract. crim. cap. 16. post n. 16.* ubi quòd pauper non possit ludere unum aureum, sed tantùm unum grossum; sed contrarium defendit *Summ. Sylvestrina in verbo ludus n.2.* ubi quòd possit ludere unum aureum, *Bursat. consil.116. n. 1. Claud. ad Bertaz. cons.379. lit. B. Conrad. in prax. rub. de lusor. n.13. & post n. 18. Farinac.* qui alios allegat, *in tit. de var. & divers. crim. q.109. n.130. & n.136. vers. limita 5.*

25 ubi quòd ludus licitus fiat illicitus ex causa avaritiæ, & cupiditatis lucrandi in magna quantitate.

26 Ultra quòd competere repetitionem magnæ quantitatis pecuniarum amissæ etiam in ludo licito, & non valere consuetudinem in contrarium, voluerunt *Paris. de Puteo de ludo n.4. & 5. Troil. Malvet. in tract. de fortibus p.2 n.22. vers. & per prædicta.*

27 Contrarium tamen docent alii Doctores allegati per *Farinac. dicta q.109. n.134. Capra consil.86. n.10.11. & 13.* ubi de communi quoad Laicos, licèt secùs credat quoad Clericos, *Summa Sylvestrina in verbo ludus n.2. in fin. Bursat. consil.116. n. 6. Jul. Clar. in §. ludus n.4. vers. sciat tamen.*

Ruben. Matrimonii.

ARGUMENTUM.

Conjugibus post contractum matrimonium datur bimestre ad eligendum meliorem statum, & deliberandum de ingressu ad Religionem: quod si copula pendente dicto tempore per violentiam extorqueatur, an censeatur consummatum matrimonium, & sponsa vim passa possit ingredi Religionem, & an tempore feriarum licita sit traductio sponsæ ad domum, & matrimonii consummatio, referuntur Doctorum sententiæ.

SUMMARIUM.

1 Conjuges post contractum matrimonium habent bimestre ad deliberandum meliorem statum, & n.2.
3 Quo tempore pendente, neuter alteri tenetur reddere debitum, secùs eo transacto, & tunc nec possunt ingredi Religionem. Contrarium, n.4.
4 Matrimonium ratum dirimitur per ingressum Religionis.
5 Conjuges si ab initio contracti matrimonii non habeant animum ingrediendi Religionem, consummare tenentur matrimonium etiam pendente bimestre. Contrarium, n.6.
7 Temporibus, quibus interdicuntur nuptiæ, licet prohibeantur solemnitates nuptiarum, non tamen est prohibita privata traductio sponsæ ad Domum. Contrarium, n.8.
9 Et dicto tempore ulteriùs prohibetur copula carnalis, & consummatio matrimonii, & n.11. & 12. & num. 13. refertur resolutio Sac. Cong. Concilii, & n.14. decretum Concilii Toletani. Contrarium, n.10.
11 Matrimonium omni tempore contrahi potest.
15 Matrimonium per copulam vi extortam intra bimestre non consummatur. Contrarium, numero 16. & sequen.
17 Conjuges ex copula vi extorta efficiuntur una caro.
18 Affinitas oritur etiam ex copula violenta.
19 Sponsus lethaliter peccat, si intra bimestre violenter à sponsa copulam extorqueat.
20 Sponsa per vim cognita intra bimestre non potest transire ad Religionem. Contrarium, n.21. & 22. ubi redditur ratio.
23 Ampl. procedere si sponsa metu cadente in constantem virum a sponso oppressa fuerit.
24 Limit. quod sponsa vi oppressa impediri potest à Religionis ingressu ob subsecutæ prolis educationem, secùs si aliter educari possit.
25 Limit. quo ad virum opprimentem, qui sponsâ invitâ non potest transire ad Religionem. Contrarium secundum Doctorum sententiam.

DECISIO CLXXIII.

Contracto Matrimonio inter Sylvestrum, & Eugeniam paris conditionis, & nobilitatis, adhuc tamen non elapso bimestre à jure canonico concesso ad eligendum perfectiorem Religionis statum, & pendente tempore Adventus, quo nuptiæ interdicuntur, Sylvester exegit conjugale debitum, utpote quia ab initio animum ingrediendi Religionem minimè fovebant: & licèt Eugenia denegaverit, nihilominus vesana libidine allectus, copulam per vim extorsit; quâ non obstante, Eugenia Religionem ingredi, & habitum Monialium Sanctæ Claræ suscipere proposuit: hinc ortâ controversiâ, fuerunt mihi ab Illustrissimo, & Reverendissimo D. Episcopo proposita infrascripta dubia pro veritate resolvenda.

Primò, *An Conjuges, qui ab initio initi matrimonii non habuerunt animum ingrediendi Religionem, teneantur statim sibi invicem reddere debitum.*

Secundò, *An contracto Matrimonio temporibus, in quibus solemnitates nuptiarum ab Ecclesia interdicuntur, licita sit traductio sponsæ ad Domum, & matrimonii consummatio.*

Tertiò, *An per copulam vi intra bimestre extortam, censeatur matrimonium consummatum.*

Quartò, *an liceat sponsæ ita vim passæ transire ad Religionem.*

Quibus animadversis, quantum attinet ad primum, dicebam, quòd attentâ dispositione *textus in cap. ex publico de convers.*
1 *Conjug.* datur Conjugibus post contractum matrimonium per verba de præsenti bimestre ad eligendum meliorem statum, & deli-
2 berandum de ingressu ad Religionem, quod quidem tempus currit à die contracti matrimonii *Sanchez. lib.2. in tract. de matrimon. dis.24. n. 4. juncto n. 15.* & magis præcisè, *n.21. Jordan elucubr. divers. lib.10. tit.12. n.67. Antonel. de tempore legal. lib. 3. de mensibus cap.6. n.1.*

3 Quo tempore pendente, neuter alteri tenetur reddere debitum, eo verò transacto tenetur conjux altero exigente consummare, nec potest ingredi Religionem, altero repugnante. *Guttier. cap.54. n.19. in tit. de Matrim. Perez eod. tract. §. 18. Marchant. in Candelabr. myst. tract. 8. lect. 14. vers. advertendum verò, Coninc. dis.26. dub.4. n.49. Antonell. de tempore legali de mense c.6. n.3. Bonacin. oper. moral. in tit. de matrim. dis.3. punct.4. n.4. vers. notandum est tom.1. fol.318. Sanchez eodem tract. de matrim. lib. 2. dis.24. n. 26. & n.27.* subdit, quòd transacto bimestre licèt Conjux peccet negando debitum, possit tamen Religionem ingredi;
4 cùm Christus absolutè concesserit hoc privilegium Religionis professioni, ut semper dirimat matrimonium ratum, pro ut docet etiam *Bonacin. in loco citato*, cum aliis ab eisdem relatis.

5 Sed si sponsi ab initio initi matrimonii nolint ingredi religionem, tenentur statim sibi invicem reddere debitum, secundùm opinionem, quam sequuntur *Angel. Flor. 1. p. de matrim. q.6. de oblig. solvendi debitum art.1. diff.4. fol.559. Fr. Metina l. 1. summ. cap.16.*

cap. 16. *§.* 13. *col.* 1. *fol.* 232. *Navar. in summ. cap.* 16. *n.* 27. quia statim celebrato matrimonio transfertur dominium corporis, ex quo oritur obligatio reddendi debitum, præcipuè cessante voluntate ingrediendi Religionem; ac proinde cessare etiam debet dispositio *textus in cap. ex publico de convers. conjugat.*, cùm nullum obstet impedimentum, quin Conjuges utantur jure suo.

6 His tamen parum urgentibus, contrariæ sententiæ adhærendum esse videbatur, nempe Conjuges durante bimestre non teneri sibi invicem reddere debitum, etiam si tempore contracti matrimonii non habuerint voluntatem ingrediendi Religionem; quia durante bimestre possunt mutare voluntatem in melius; nam humana voluntas est ambulatoria usque ad mortem, tum etiam quia hujusmodi bimestre suffragatur ad præparanda necessaria solemnitati nuptiarum: & licet statim post celebratum matrimonium conjuges habeant domininm corporum; ejus tamen usus, & exercitinm durante bimestre suspenditur, cum censeatur acquisitum sub tacita conditione, nisi conjuges velint ad Religionem transire; ac proinde bimestre non transacto, dici nequit voluntatem transeundi abesse; ita docent ex jurisperitis *glos. in cap. Conjuges* 27. *q.* 2. *in verbo prima, Bart. Ledesm. de matrim. lib.* 7 t. *conclus.* 3. *Victor. eod. tract. de matrim. n.* 277. *Henriq. lib.* 11. *de matrim. c.* 15. *n.* 7. *& lib.* 12 *c.* 5. *n.* 8. *Vivald. Candel.* 1. *p. de matr. n.* 245. *Ludovic. Lopez* 1. *p. instruct. c.* 83. *§. cæterum circa*, & ex Theologis *Divus Augustinus lib.* 8. *Confes. cap.* 3. *Divus Thomas.* 4. *dis.* 27. *q.* 1. *n.* 3. *& q.* 2. *ad* 2. & ex *Turrecrem. Rosella, Thabien, Divo Bonaventura, Palud. Sot. Ledesma. Armilla* docet *Sanchez de matrim. lib.* 2. *dis.* 24. *n.* 25.

7 Ad secundum, in discrepantia Doctorum super hujus articuli decisione, una fuit sententia, quòd tempore feriarum sola interdicta sit traductio sponsæ, quæ fit cum solemnitate; secùs autem privata, quæ non videtur avertere mentem à spiritualibus ob temporis sanctitatem, sicut ex solemni ex festivis vanæ lætitiæ signis avertitur, & hujus sententiæ sunt *Goffedus in summa tit. de matrim. contr. contra interdict. Eccles. n.* 2. *Tancred. in cap.* Capellanus *de feriis*, ibique etiam *Hostien. n.* 2. *in fin. Angel. in summa in verbo matrimonium tertio impedimento* 2. *ad fin. idem Hostien. in summ. tit. de matrim. contract. contra interdict. Eccles. n.* 3. *paulò post prin. Navar. summa latina cap.* 22. *n.* 71. *& in Hispanica cap.* 28. *§.* 4. *n.* 549. *in fin. Asten. summa* 2. *p. lib.* 8. *tit.* 30. *art. unico q.* 1. *Alex. in suo Enchirid.* 2. *par. præcepto* 6. *ubi de statu matrim. §. si, Philiarc. de offic. sacerdotis tom.* 1. *p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 4. *Bellarminus lib.* 1. *de matrim. cap.* 31. *ad fin. Lud. Lopez* 2. *p. instr. de matrim. cap.* 46. *in fin. Vega in summa tom.* 2. *cap.* 34. *cas.* 179. *Gaeta in repetit. cap. ad lumina* 30. *q.* 1. *§.* 4. *n.* 549. & hanc veriorem existimat *Sanchez de matrim. lib.* 7. *dis.* 7. *n.* 16. & quòd ita servetur in Vrbe audivi à nonnullis Parochis ejusdem Urbis.

8 Oppositam tamen sententiam tenendam esse videbatur, nempe quamcunque traductionem uxoris ad domum viri etiam sine solemnitate suprascriptis temporibus esse prohibitam, ut est *textus in cap. nec uxorem* 33. *q.* 4. nam verba illa *nec uxorem ducere* communiter exponuntur id est traducere, ut declarat *Abb. in cap. capellanus de feriis, n.* 4. *vers. & primo adduco* ibi — *ducere id est ad domum*, & rationem reddit *Divus Thom. in* 4. *senten. dis.* 32. *q.* 1. *art.* 5. *q.* 4. quia inquit quando novæ sponsæ traducuntur, animus conjugum magis ex ipsa novitate ad curam carnalium occupatur; & ideo in nuptiis consueverunt signa multa lætitiæ dissolutæ ostendi, & propter hoc illis tamporibus, in quibus homines præcipuè debent se ad spiritualia elevare, prohibitum est nuptias celebrari, & tenet *glos. in cap. vir cum propria §. hinc etiam ad fin.* 33. *q.* 4. *Sylvester in verbo Matrimonium* 7. *q.* 2. *post quintum dictum vers. dubitatur secundò, summa Rosella in verbo impedimentum impedimento* 17. *in prin. Bart. de Ledesma de matrimon. dub.* 60. *col.* 3. *Anton. Cucus lib.* 5. *instit. majorum tit.* 12. *n.* 9. *Graffius* 2. *p. decis. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 15. *Abb. in cap. Capellam n.* 4. *ad fin. de feriis*, & ibi *Card. in fin. Turrecr. in cap. non oportet il* 1. 33. *q.* 4. *art.* 1. *n.* 1. *Tabiena in verbo impedimentum impedimento* 13. *num.* 1. *Navar. in summa Hispanica cap.* 22. *n.* 71. *Petrus de Ledesm. de matrim. q.* 50. *art. unico col. antepenult.* & ex Divo Bonaventura *Divo Antonin. Rainer. Alberic. Henrico, Cajetano Riccard. Joan. de Triburg, Petro de Soto, Vignerio, Maiolo*, & aliis tradit etiam *Armilla in verbo nuptiæ n. unico*, & novissimè latè defendit *Prosper Fagnan. in secund. Decretal. in cap.* Capellanus *num.* 10. *vers. sed quid quid dicant isti tom.* 2. *fol. mihi* 113. *secundum impres. Coloniens.*

9 Quæ eo fortiùs obtinere debent, quia ulteriùs dicto tempore feriarum prohibetur etiam copula carnalis, & matrimonii con-
10 summatio; & quamvis contrarium defendat *Sanchez de matrim. lib.* 7. *dis.* 7. *n.* 23. ubi putat nullam adesse prohibitionem consummandi matrimonium ratione illius temporis, sed solùm esse consilium tunc abstinere; nam sicut tempore feriarum non interdicitur

dicitur petitio, & redditio debiti, ita neque debet esse interdicta prima consummatio; quia tempore orationi dicato vacare culpâ copulæ conjugalis exercitium ex veriori sententia probat idem *Sanchez de matrim. lib.*10. *tota dis.*12. & ita clarè sentit *Petrus de Ledesm. de matrimon. q.* 58. *ad penult. Phyliarch. de officio Sacerdotis tom.*1. *p.*2. *lib.* 2. *cap.*4. *Emman. Sà in summa in verbo matrimonium*, ubi de impedimentis non dirimentibus, *n.* 2. *Ludov. Lop.*2. *p. instr. de matrim. cap.*46. *fin. Bellarmin. lib.*1. *de mamatrim. cap.*31. *ad fin.* §. *in altero*, *Vega* 2. *tom. summa cap.*34. *casu* 179. *Petrus de Sot. lib.*14. *de matrim.* §. *huic proxim. est*, *Navar. in summa latina cap.* 22. *n.*71. *& Hispanica cap.*28. *in addit. Anton. Cucus lib.*5. *instit. moral. tit.*12. *n.* 10. *Turrecrem. in cap. non oportet il* 2. 33. *q.*4. *à n.*1. *ad tertium. Caval. p.*2. *decis.*12. *de contractibus in ordine* 58. *n.* 17. à quibus firmatur, petenti tunc debitum non posse opponi exceptionem temporis feriarum, sed eâ non obstante esse sub præcepto reddere sive sponsa sit benedicta, sive non.

11 Tamen contra supradictos militat communis Canonistarum ferè omnium sententia, ex ratione Divi Thomæ superiùs considerata, & ut legitur *Eccles.*3. *tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexi-*
12 *bus*: & licet quolibet tempore possit matrimonium contrahi, tamen nuptiarum solemnitas his diebus, & ne carnaliter conjungantur prohibetur, ut dicit *glos. in cap. Capellanus de feriis in verbo quocunque tempore*, ibique *Petrus de Samps*, & post eum *Abb. Antiq. n.*1. *vers. nuptiæ*, *Joan. And. n.*4. *in verbo celebrari*, *Bald. in fin. Butr. n.*9. *Cardinalis n.*2. *Anchar. n.*3. *Imol. n.*1. *Joan. de Anan. n.*2. *Abb. Siculus n.*4. rursus *glo. in cap. vir cum propria* §. *hinc etiam* 33. *q.* 4. *Raymun. in summa tit. de impedimen. feriarum in prin. Hostien. in summa in tit. de matrim. contract. contra interdict. Eccles. n.*3. *post princ. Henric. Boic. in cap. fi. n.* 3. *de frigidis, & maleficiat. Stephan. de Gaeta in repetit. cap. ad limina* 30. *q.*1. §.4. *n.* 549. *in fin. Joan. de Fribug in summa confessar. lib.* 4. *tit.*17. *q.*1. *Rosella in verbo impedimentum impedimento* 17. *ad fin. Angel. in verbo debitum n.*1. *& in verb. matrimonium* 3. *impediment.*2. *ad fin. Astens. in summa* 2. *p. lib.* 8. *tit.* 30. *art. unico. q.*1. *Bertacchin. in suo repertorio lit. M. verbo mater*, *Raiuer. summa tit. de matrim. contract. contra interdict. Eccles. n.*3. *post prin. Petrus de Palude in* 4. *sententiarum dist.*32. *q.*1. *art.*4. *n.*20. *Cardinal. Cajetan. in summa in verbo matrimonium cap. ultimo* §. *publico autem loco*, *Divus Antoninus in* 3. *p. tit.*1. *cap.*17. *in fin. Sylvest. in verbo matrimonium* 7. *q.*2. *post* 5. *dubio* 9. Et propo-
13 sito dubio in *Sacra Congregatione Concilii* in una Mantuana *censuit ab Adventu D.N. Jesu Christi usque ad diem Epiphaniæ, & à feria* 4. *Cinerum usque ad octavam Paschatis, convivia nuptiarum, solemnitates, traductiones ad domum, & carnalem copulam decreto Concilii cap.*10. *sess.*24. *de reformat. matrimonii prohiberi, sed matrimonium coram Parocho, & testibus etiam eo tempore contrahi posse. Die* 31. *Maii* 1597. *de qua Prosper Fagnan. in* 2. *decretal. in cap. Capellanus de feriis n.* 11. *in fin. vers. eamque probavit Sacr. Congregatio tom.* 2. *fol. mihi* 113. *secundùm impres. Colonien.*

14 Quod etiam sancitum fuit in *Concilio Toletano anno Domini* 1473. *sub Sixto IV. in tit. quod non fiant nuptiæ, nec carnales commixtiones, nec solemnitates tempore à jure vetito*, in tomo 4. *Conciliorum q.*1. *pag.*748. *vol.*1. per hæc verba -- *Cùm secundùm legitimas sanctiones &c. Nos contendentes, quòd Sacrorum Canonum intentio fuit non tam Ecclesiæ solemnitates, & nuptiales benedictiones, quàm carnales commixtiones prohibere: consuetudinem hujusmodi divellere cupientes, Sacro approbante Concilio, commixtiones prædictas, strepitus, choreas, joculationes, & alias solemnitates, ac convivia temporibus, quibus solemnia Ecclesiæ interdicuntur, & cessant, nuptiales benedictiones fieri de cætero prohibemus: statuentes, ut qui contra hujusmodi nostræ constitutionis tenorem nupserit, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat, & nihilominus Clerici, qui præfatis nubentibus missas dixerint, decem florenorum pœnâ puniantur.*

15 Ad tertium an per copulam vi intra bimestre extortam consummetur matrimonium, secundùm Doctores mox citandos negativè respondetur, scilicet non consummari, adeout professione secutâ conjugis vim passæ, vel obtentâ pontificiâ dispensatione, matrimonii vinculum dirimatur, utpote quia matrimonium consummatum repræsentat unionem Christi cum Ecclesia per carnem, & propterea omnimodam indissolubilitatem sortitur, sed hæc unio repræsentari nequit nisi per copulam voluntariam, sicut unio Christi voluntaria fuit; ac proinde per copulam vi extortam cum videatur sponsam non communicasse suum corpus per voluntariam, & liberam exhibitionem, matrimonium consummatum dici nequit: ita *Abb. in cap.*2. *de convers. conjug. in fin. Sylvest. in verbo divortium q.*5. *Henriq. in cap. fin. n.*4. *de sponsa duorum*, *Joan. Andr. in reg. quæ contra jus, de regul. jur. in* 6. *Armilla in verbo divortium num.*6.

num.6. & probabilem existimat *Palud. 4. dis.27. q.3. art.2. conclus.1. n.10. Durand. 4. dis.27. q.2. n.14.*

16 Sed tanquam certum tenendum est matrimonium consummari, & affici prorsus indissolubile, ut docet *Sanch. de matrimon. lib.2. dis.21. n.4.* & pro hac sententia allegat *Victor. in summa de matrim. num.2. & 55. Angel. in summa in verbo matrimonium 4. n.17. Covar. in 4. Decretal. 2.p. cap.7. §.4. n.10. Barbos. ff. solut. matrim. 2. part. rubricæ n.106. Henriqu. lib.11. tit. de matrimon. cap.8. n.10. Palud. 4. dist.27. q.3. art.2. n.10. Duran. 4. dist.27. q.2. n.15. Led. 2.p.5. q.36. art.3. in fin. Manuel. tom.1. summ.2. edit. cap.129. n.2. Ludov. Lopez 2. part. instr. de matrim. cap.54. fol.1167. Petrus de Ledesm. de matrim. q.81. 6.1. fol.583. Vega lib.2. summ. cas.500. Perez lib.5. ordin.2. 15. rub. ad fin.*

17 Et ratio potissima hujus sententiæ est quia ex copula etiam vi extorta efficiuntur conjugas una caro, juxta dispositionem *Text. in cap. discretionem de eo, qui cogn. consan-*
18 *guineam*, ubi *ab Innocentio III.* definitur quòd etiam ex copula violenta oriatur affinitas, quæ nullo modo resultaret, nisi efficarentur una caro: ac proinde ex copula, ex qua oritur affinitas matrimonium consummatum ramanet, ut latè comprobat *Sanch. de matrim. lib.2. dis.21. & dis.22. sub n.4.* tanto magis quando ex parte viri liberè fuit consummatum, cujus raspectu etiam indissolubile redditur, quod afficit etiam ipsam sponsam, ut animadvertit *Sanch. dicta dis.22. n.4.* ubi *in fin.* respondet ad argumentum, & rationam contrariæ sententiæ.

19 Lethaliter verò peccat sponsus, si intra bimestre violanter à sponsa copulam extorquaat, quia aufert corporis integritatem dum nullum habebat jus, nisi dicto tampora transacto; tum quia jus certum sponsæ transeundi ad Religionem reddit valde dubium, & litigiosum; & præcipuè si ex illa copula sequeretur proles, quæ ad ingrassum Religionis maximum præberet obstaculum; tum etiam quia infertur gravis injuria sponsæ, ob quam sponsus potest in foro extarno puniri, ut ex *Bald. & Salycet.* tradit *Gomez in l. Tauri 80. n.39. Covarr. 4. Decret. 2. p. cap.7. §.4. num.11. Sotus 4. dis.17. p.1. art.4. vers. quid autem juris*, Petrus de Ledesm. de matrim. q.61. art.1. fol.583. *Sanch. de matrim. lib.2. dis.22. n.15. & 16.*

20 Ad quartum negativè respondent Doctores mox citandi ad propositum dubium, scilicet, sponsam vi cognitam intra bimestre sibi concessum, ad Religionem transire non posse, quia omnia jura clamant matrimonio consummato neutri conjugi altero invito licera migrare ad Raligionem, absque ulla distinctiona, an ex copula spontanea, vel vi extorta consummatum fuarit: ultariùs quia ex copula potest nasci proles, quæ ob materis professionem careret commodâ educatione contra piatatem maternam, & in sobolis injuriam, *Archidiac. in cap. fin. ad fin. dis.55. Hostien. in summ. in tit. de convers. conjug. num.9. vers. quid si virgo, Bald. in cap. causam num.8. de probat. Barbos. rub. ff. solut. matrim. 2. p. num.206.* Covarr. *in 3. Decretal. 2.p. cap.7. §.4. n.10.* ubi ita tenent Doctores per eum relati, *Anton. in cap.2. n.3. de convers. conjugat.* ubi allegat *Guidam, & Jacob. in suis disp. Sylvester in verbo luxuria q.6. dist.2. Rosella in verbo impedimentum impediment.1. n.3.* & tenet *Divus Antoninus 2. part. tit.5. cap.7. §.1. & 3 part. tit.1. cap.21. §.1. fin. Vega lib.2. de sum. cas.500. Sot. 4. dist.27. qu.1. art.4. vers. quid autem juris, Ludov. Lopez 1. part. instrum. cap.83. §. cæterum circa, & 2. part. de matrim. cap.54. fol.1167. Victoria summ. de matrimon. n.255. Henriqu. lib.11. de matrim. cap.8. n.10. Basilius Pontius eod. tract. lib.9. cap.10. n.3. Dian. resol. moral. part.3. tract.3. de Sacrament. resol.242.*

21 Affirmativè tamen respondendum duxi, posse nempe ingredi Raligionem, secundùm aliam multò probabiliorem sententiam, quam renent *gloss. in cap. fin. in verbo invitus dist.55. Felin. in cap. causam n.4. de probat.* Card. *in cap.2. q.2. de convers. conjugat.* ibique *Abb. in fin. Andr. in regul. quæ contra jus de regul. jur. in 6. Turrecremat. in cap. mutationes 7. qu.1. n.2. Bald. in l.1, §. removet ff. de postulan.* ibique *Angel. in prin.* Paul. de Castr. *n.4. Hipp. de Marsil. in l.1. §. præter n.12. ff. de quæst.* Petrus de Ledesm. *de matrim. q.61. art.1. fol.584. Valasc. cons.29. num.5. Sylvest. in verbo divortium q.5.* Paludan. *4. dis.27. q.3. art.2. conclus.1. n.10.* cum aliis congestis per *Sanchez de matrim. lib.2. dis.22. n.6. & n.10.* ubi contrariis raspondit, quibus addo *Bonacin. oper. moral. in tit. de matrim. q.3. punct.4. n.8. vers. an vero*, ubi relatis hinc inde Doctorum sentantiis, hanc cum *Sanchez* probabiliorem existimat *tom.1. fol.318. Antonell. de tempore legali lib.3. cap.6. n.4.*

22 Siquidem sponsa vim passa, & violenter cognita non censetur renunciasse juri suo, & privilagio ingrediendi Religionem durante bimastri, ad formam *cap. ex publico de convers. conjugat.* undè potest jus suum recuperara per transitum ad Religionem, & electionem melioris status, viri culpâ non obstante, ex qua commodum reportare minimè debet, dum gravem intulit injuriam,

& effe-

& effectus fuerit injustitiæ reus, cujus res-
pectu sponsa non amisit jus, & liberam vo-
luntatem ingrediendi Religionem, ut ex iis,
& aliis rationibus comprobat *Sanchez de*
matrim. lib.2. dis. 22. n.6. & n.12. ubi am-
23 pliat etiam procedere, quando sponsa non
vi præcisâ, sed metu cadente in virum con-
stantem à viro oppressa fuit, & allegat *Le-*
desm.2.p.4. q.63.à 3. ad fin. & Petr. de Le-
desm. de matrim. q.61.n.1.fo.584.

24 Et quamvis per accidens mulier vi oppressa à Religionis ingressu impediri possit ratione damni prolis ex ea violenta copula sequutæ, quæ absque matris cura, & studio commodè educari nequit, secùs autem si aliter provideri, & educari possit: ita ex *Petro de Ledesma de matrim.q.61.sub n.1. fol.584.* tradit *Sanchez eod.tract.de matrim. lib.2.dis.22.n.7.*

25 Quæ licèt de plano procedant quoad
sponsam per vim oppressam, secùs autem
quoad virum, qui eàdem invitâ non potest
Religionem ingredi, quia ex parte sua vo-
luntariè consummatum est matrimonium, ac
proinde non debet eodem jure gaudere, si-
cut gaudet sponsa ad resarciendam violen-
tiam, & injuriam passam, ita *Manuel 1.*
tom.summ.2. edit.cap.236. n.2. Sanchez de
26 *matrim. lib.2.dis.22.n.8.* ubi subdit, quod
secundùm Doctores tenentes non consum-
mari matrimonium per copulam vi extor-
tam pendente bimestre, esset valida profes-
sio viri ob ingressum in Religionem, & ut
irrevocabilis matrimonium quoad vinculum
dissolutum remaneret, licèt peccatum com-
mitteret sponsus ratione damni sponsæ illati
ex sua culpa.

De Matrimonio, quoad Denunciationes.

SUMMARIUM.

1 MAtrimonium non redditur nullum per omissionem denunciationum.

2 Denunciationes matrimoniales fieri debent tam in Parochia sponsi, quam sponsæ, etiam si sint diversæ Diœcesis.

Et si remittantur, debent remitti ab utroque Ordinario, ibidem.

3 Prælati inferiores proprium territorium, & jurisdictionem quasi Episcopalem habentes ex legitimis causis possunt remittere denunciationes matrimoniales. Contrarium, n.4.& 5.

6 Vicarius Generalis Episcopi non potest remittere denunciationes matrimoniales. Contrarium, n.7. & 8.

9 Et potest præcipuè remittere si habeat speciale mandatum, & contrarium tenentes reprobantur, n.10.

11 Contrarium quod etiam jure proprio possit remittere denunciationes matrimoniales.

12 Vicarius Generalis actus voluntariæ jurisdictionis, & non meræ gratiæ exercere potest absque speciali mandato.

13 Limit. si Episcopus specialiter sibi reservet hanc facultatem.

14 Vicarius foraneus sine speciali mandato non potest remittere denunciationes matrimoniales.

15 Parochus nec potest remittere denunciationes matrimoniales, nisi in causis instantis periculi, n.16. Declara, ut in n.17.

18 Archiepiscopus respectu suorum suffraganeorum an, & quando possit remittere dispensationes matrimoniales.

19 Archiepiscopus non est Ordinarius in Diœcesibus suorum suffraganeorum. Declara ut ibidem.

20 Denunciationes matrimoniales fieri debent tribus diebus festivis; qui debent esse de præcepto, n.21.& 22.

23 Diebus verò feriatis quamvis adsit populi multitudo fieri nequeunt. Contrarium, n.26.

24 Nec Episcopus in hoc dispensare potest, & n.25.

27 Si factis tribus denunciationibus sponsi, vadant ad habitandum in alia Parochia, una alia denunciatio est facienda.

28 Denunciationes reiterandæ sunt elapsis duobus mensibus à tempore denunciationum factarum.

29 Matrimonium extra Ecclesiam celebrari potest.

30 Ordinarius prohibere non potest sed tantùm hortari contrahentes, ut in Ecclesia celebrent matrimonium, & à n.31. usque ad n.35.

35 Matrimonium puellæ educandæ in Monasterio existentis celebratum ad ejus crates coram Parocho, & testibus, est validum.

36 Benedictio nuptialis facienda est in Ecclesia.

37 Sponsus, & sponsa sunt benedicendi licèt antea se carnaliter cognoverint, & n.39.

40 Semel benedictus occasione nuptiarum iterum benedici non debet.

41 Valet consuetudo benedicendi transeuntes ad secundas nuptias legitimè præscripta cum scientia, & patientia papæ, & n.38.

42 Causæ, propter quas Ordinarius remittere potest denunciationes matrimoniales, referuntur remissivè.

43 Ordinarius justis de causis tenetur remittere denunciationes matrimoniales.

44 Potestas dispensandi in Prælatis tendit ad bonum commune.

ADNOTATIO I.

1 DEnunciationes matrimoniales ad formam Sac. Concilii Tridentini decreti, antequam ad celebrationem matrimonii deveniatur, licet præmittendæ sint, tamen si omittantur non redditur nullum matrimonium, ut in una *Mediolanen. die 24. Septembris* 1591.

Sac. Congregatio Concilii censuit matrimonium contractum non præmissis denunciationibus, nisi aliud obstet, irritum non esse.

Et in alia *Judirinen. de mense Novem-*
bris 1587. *censuit omissione denunciationum,*
& contradictione Parochi adhibiti non effi-
ci nullum matrimonium, & latè comprobat
2 *Boss. de matrim. cap.5. §.2. n.3.* fieri tamen
debent denunciationes matrimoniales tam
in Parochia sponsi, quàm sponsæ, etiamsi
sint diversæ Diœcesis, nisi ex legitimis cau-
sis remittantur, adeout remissio Ordinarii,
in cujus Diœcesi matrimonium est contra-
hendum, nunquam sufficiat, nisi Ordinarius
alterius contrahentis vel ipse etiam remit-
tat, vel saltem testetur in sua Diœcesi nul-
lum subesse impedimentum, ut censuit *Sac.*
Congreg. Concilii in una Vicen. prout etiam
statutum fuit in *Concilio Mechliniense* Ro-

mæ approbato *de anno* 1570. *in tit. de sponsal. cap.* 3. *& seq.* de quo *Boss. de matrimon. cap.* 7. *§.* 18. *&* 19. *& per tot.*

3 Remissio publicationum matrimonialium ex justis, & legitimis causis solùm ad Episcopum spectat, & etiam ad Prælatos inferiores, ut patet ex declaratione Sacræ Congregationis Concilii *in una Nullius, seu Baren. die* 22. *Martii* 1624. in qua.

Sac. Congreg. censuit referendum S.D.N. qui Sanctissimus ejusdem auditâ Sacr. Congreg. sententiâ, declaravit præfatos inferiores nullius Diœcesis proprium territorium, & jurisdictionem quasi Episcopalem habentes utique posse legitimis ex causis denunciationes matrimoniales remittere.

4 Siquidem hujusmodi Prælati inferiores habentes proprium territorium, & jurisdictionem quasi Episcopalem, censentur Ordinarii, quibus à Sacro Concilio conceditur hujusmodi facultas: ita *Navarr. lib.* 4. *consilior. cons.* 5. *in tit. de sponsal. in* 1. *edit. in* 2. *tom. de clandestinâ desponsat. cons.* 2. *Henriq. lib.* 11. *de matrim. cap.* 5. *n.* 5. *Manuel. tom.* 1. *summ.* 2. *edit. cap.* 217. *n.* 4. *Sanchez de matrim. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 4. *Boss. eod. tract. cap.* 7. *§.* 16. *num.* 40. *& 41. & in num.* 42.

5 refert contrarium tenentes ex alia declaratione ejusdem Sac. Congregationis relata per *Bellarmin. & Rebell.* à qua recessum fuisse patet ex allegata resolutione à Sanctissimo approbata, & novissimè emanata, immo hanc contrariam declarationem non fuisse usu receptam, utpote quia ubique Prælati habentes jura Episcopalia utantur facultate remittendi denunciationes ex rationabili causa, subdit *Boss. de matrimon. cap.* 7. *§.* 16. *num.* 42. *vers. sed si illa declaratio.*

6 Episcopi verò Vicarius Generalis secundùm unam Doctorum sententiam ex generali commissione officii, quod non possit remittere denunciationes matrimoniales, voluerunt *Menoch. cons.* 69. *num.* 55. *&* 56. *lib.* 1. *& lib.* 2. *de arbitrar. cas.* 453. *num.* 5. *Cephal. cons.* 421. *n.* 72. *cum seq. lib.* 3. *Spin. in specul. testam. gloss.* 15. *in princ. num.* 29. *Franc. Molin. de rit. nuptiar. lib.* 2. *diss.* 11. *n.* 69. *& seq. Henriq. lib.* 11. *de matrimon. cap.* 5. *n.* 5. *Basil. Pont. lib.* 5. *cap.* 31. *num.* 5. *&* 6. *Anton. Gomez in Bulla Cruciat. c.* 4. *q.* 4. *n.* 19. *&* 21. *Zeph. cons.* 421. *à num.* 72. *usque ad* 75. *vol.* 3. quia remissio dictarum denunciationum fuit à Sacro Concilio Tridentino arbitrio Ordinarii demandata, & quoad ea, quæ arbitrio Episcopi dependent, ejus Vicarius non censetur Ordinarius, sicut censetur in aliis causis ordinariis; & consequenter non habet jus dispensandi, seu remittendi hujusmodi denunciationes, &

Pars III. Posthuma.

ita videtur declarasse Sac. Congregat. Concil. patet ex resolutione relata per *Boss. de matrim. cap.* 7. *§.* 16. *n.* 42. *& n.* 50. ex *Bellarmin. Rebell.* & aliis latè *Garz. de benefic. p.* 5. *cap.* 8. *à num.* 50. *usque ad* 63. qui etiam refert declarationes Sac. Congregationis.

7 Contrarium verò quod Vicarius Generalis Episcopi dicatur Ordinarius quoad facultatem remittendi denunciationes matrimoniales, etiam absque speciali delegatione, sed vigore officii Vicariatus, seu propria auctoritate, & jure à Sac. Concilio attributo, de veriori, magis communi, & tenenda sententia docet *Boss. de matrim. cap.* 7. *§.* 17. *n.* 46. juncto *n.* 52. *Sanch. de matrim. lib.* 3. *disp.* 7. *n.* 10. *Navar. cons.* 5. *n.* 1. *in tit. de sponsal. lib.* 4. *in* 1. *edit. & in* 2. *edit. in tit. de clandest. despons. cons.* 2. *Segura in direct. Jud.* 2. *p. cap.* 16. *num.* 3. *Sbroz. de Vicario lib.* 2. *q.* 43. *n.* 28. *&* 29. *& q.* 201. *n.* 1. *Ceval. commun. contr. commun. q.* 604. *n.* 91. *in fin. Salzedo ad Diaz in prax. crim. canon. cap.* 76. *alias* 73. *vers. sub dubium movetur, Marchin. de peste p.* 6. *cap.* 3. *Guttier. lib.* 1. *canon. q.* 99. *cap.* 19. *n.* 13. *&* 19. *& in tract. de matrim. cap.* 56. *n.* 11. *Ric. in prax. fori Ecclesiast. decis.* 259. *n.* 2. *Zipæus in tit. de matrim. & sponsal. n.* 12. *pag.* 408. *Cenedo ad Decretal. collect.* 81. *n.* 7. *Cavalc. decis.* 29. *n.* 17. *p.* 1. *Gratian. discept. forens. cap.* 83. *n.* 11. *&* 12. *tom.* 1. *Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg.* 32. *n.* 29. *& in Concil. Trident. sess.* 24. *de reform. matrim. cap.* 1. *n.* 50. *Bonacin. oper. moral. in tit. de matrimon. q.* 2. *punct.* 6. *n.* 7. *Coninch. disp.* 27. *n.* 55. *Hurtad. dub.* 5. *diff.* 19. *n.* 64. *Fr. Emman. in sum. to.* 1. *cap.* 217. *n.* 4. *Petrus de Ledesma etiam in summ. p.* 1. *de Sacrament.* ubi de Sacramento matrimonii *cap.* 6. *col.* 7. *dub.* 1. *Reginal. dub.* 31. *n.* 233. *Marc. Vulpe in prax. cap.* 15. *n.* 10. *Molfes. in summ. Theolog. moral. tr.* 4. *cap.* 8. *n.* 20. *Sabag. in tit. de sponsal. n.* 53. *Guttier. canon. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 13. *& de matrimon. cap.* 56. *n.* 11. *Lazar. de monitor. sect.* 1. *q.* 6. *n.* 4. *Basil. Pont. de impediment. matrim. cap.* 26. *§.* 4. *vers. debent, & de Sacrament. matrim. lib.* 5. *cap.* 30. *Narbona de appell. à Vicar. ad Episcop. p.* 1. *n.* 216. *Sperell. decis.* 97. *n.* 6.

Et quamvis in *Concilio Toletano* celebrato *de anno* 1585. decretum fuerit potestatem remittendi has denunciationes Episcopis competere, non verò Vicariis Generalibus; & simile habeatur in Concil. Mediolanen. celebrato à Divo Carolo; tamen nec præfatum Concilium Toletanum, nec Sacræ Congregationis declarationem fuisse usu receptam deducitur ex praxi totius Orbis Christiani, ubi publicatum, & receptum est Concilium, matrimoniales denun-

Mm cia-

ciationes remitti, & dispensari à Vicariis Generalibus, ut ex *Salzeda* testatur *Boss. de matrimon. cap.7. §.17. num.52.* ubi aliis contrariis respondet.

8 Ex qua communi praxi, & observantia resultat, talem fuisse Concilii mentem, eo magis quia ubicunque in eodem Concilio aliquid committitur Ordinariis, vel de illis mentio fit, intelligitur etiam de Vicariis Generalibus Episcoporum, ex eo quod appellatione Ordinarii veniat etiam ejus Vicarius, quem quando Concilium voluit excludere à potestate concessa Episcopo, id expressit, ut *in cap.6. sess.24.* ibi -- *Episcopis, non autem Vicariis sit permissum* -- tum etiam quia Vicarius potest cognoscere, decidere, & terminare gravissimas causas matrimoniales, assistere matrimonio, & alii Sacerdoti dare licentiam assistendi, ac proinde potest etiam remittere denunciationes matrimoniales minoris momenti, quæ non sunt de substantia matrimonii, ita quod per earum omissionem neque vitietur, ut his, & aliis rationibus comprobatur à citatis Doctoribus, & præcipuè à *Boss. de matrimon. cap.7. §.17. à n. 46. usque ad 49. & n.51. & à Salzedo* per eum allegato.

9 Et quamvis *Garc. de benefic. part. 5. cap. 8. num. 61.* subdat, quod possit Vicarius Generalis remittere denunciationes matrimoniales, si habeat specialem commissionem, vel mandatum ab Episcopo, ex declaratione Sac. Congregationis ab eodem
10 relata, & per *Henriquez*; & reprobet propterea *Menoch. in cons.69. à n.55. lib.1. & Celsum in cons.421. num.78. lib.8.* tenentes quod Episcopus non possit etiam specialiter mandare ejus Vicario facultatem remittendi denunciationes; quia censeatur electa industria personæ Episcopi à Sac. Concilio.

11 Tamen sicut potestas remittendi denunciationes competit Episcopo jure ordinario; ita etiam debet competere ejus Vicario, qui etiam dicitur Ordinarius, & facit unum Tribunal cum Episcopo; siquidem remissio publicationum est actus justitiæ, & necessitatis, quæ dependet ex legitima causa ab Ordinario recognoscenda, & consequenter non sapit gratiam, sed spectat ad
12 voluntariam jurisdictionem; & certum est, quod actus voluntariæ jurisdictionis, & non meræ gratiæ, rectè exerceri possunt à Vicario absque speciali mandato, *Felin. in cap. ex parte de constit. sub n.1. vers. non obstat, quod ea, Bald. in Margarita in verbo Vicarius Sbrotius de Vicar. General. lib.2. q.66. & q.163. cum seq. Mobedan. decis.3. de offic. Vicar. aliàs 337. circa fin.* & docet etiam *Garz. de benefic. p.4. cap.8. num. 63. & 64. cum seq.* contrarium tamen tenet *Rotan. singular.693. incip. ex longava, & inveterata.*

13 Limitatur tamen hæc sententia, ut non procedat quando Episcopus facultatem dispensandi, & remittendi denunciationes sibi reservaverit; nam tunc Vicarius non posset dispensare; Episcopus enim sicut potest totum officium revocare, ita & partem, & aliquid speciale sibi reservare, *Guttier. lib.1. canon. quæst. cap.19. n.15. Sanchez de matrim. lib.3. dis.7. n.13. Boss. eod. tract. de matrim. cap.7. §.17. n.49. vers. declaratur tamen.*

14 Vicarius verò Foraneus non potest sine speciali mandato præfatas denunciationes remittere, tum quia dicitur tantùm delegatus ad causas speciales, & limitatas; tum quia in Tridentini Decreto non comprehenditur nomine Ordinarii: quod procedit etiam si Vicarius Foraneus esset ab Episcopo constitutus ad universitatem causarum illius loci particularis; nam adhuc non competit eidem nomen Ordinarii; sed tantùm delegati; undè habet tantùm jurisdictionem ab Episcopo, & non à jure, ut habet Vicarius Generalis, ita ex *Spin. Cenedo, Ceval. Guttier. Ric.* docet *Boss. de matrim. cap. 7. §.18. n.55. Veracruz in append. ad Specul. dub.1. in fin. Sanchez de matrim. lib.3. dis. 7. n.12. & dis.29. n.10.* ubi aliis relatis latè comprobat, Vicarium Foraneum esse tantùm delegatum, & non ordinarium.

15 Nec etiam Parochus remittere potest denunciationes matrimoniales, cùm non sit Ordinarius, & nullam aliam facultatem habeat à Sacro Concilio quàm assistendi matrimonio, non autem dispensandi in denunciationibus, cùm sollùm Ordinariis concessa fuerit, *Navar. cons.1. tit. de clandest. despons. lib.4. Segur. in director. Jud. 2. p. cap.16. n.5. Ceval. commun. cont. commun. q.604. n.93. Guttier. canon. quæst. cap.19. n.3. & 4. & de matrim. cap.56. n.12. Sanchez de matrim. lib. 3. dis.6. n. 15. Boss. de matrim. cap.7. §.18. n.56.* quod licèt de
16 plano procedat nullâ legitimâ concurrente causâ; secùs autem in causis instantis periculi, quando Ordinarii copia in tempore haberi non possit, tunc autem Parochus potest illas remittere, vel illis omissis celebrare matrimonium, vel unâ tantùm præmissâ pro trina monitione assistere matrimonio, ut si malitiosè aliquis matrimonium impedire velit, vel si quis constitutus in articulo mortis ad legitimandam prolem, vel ut in bono statu decedat, expediat, ut contrahat matrimonium, & similibus, *Henriq. de matrim. lib.11. cap.5. n.5. & cap.6. n. 5. Cervantes in l. Tauri n. 23. Navar. in summ. Hispan. cap.22. n.70. Segura in director.*

*litor. Jud. p.2. cap.16. n.5. Ceval. commun. contr. commun. q.*604.*n.*44.*& q.*697.*n.*8.*Zipens lib.*4. *tit. de sponf. n.* 11. *Marchiu. de peste p.*6.*cap.*3. *Sanchez de matrim. lib.*3. *dif.* 7.*n.*17.*& dif.*10.*n.*27. *Boff. de matrim. cap.* 7.*§.*18.*n.*57.ubi in *fin.* subdit, quòd si ægro-
17 tus convalescat, fieri debeant denunciationes ante cohabitationem, seu novam conjunctionem, ut servetur Tridentini decretum ad impedimenta detegenda, nisi Ordinarius ex causa dispensaverit, ut omnino omittantur, & ita statutum esse in Synodo Audomarensi refert *Zipeus lib.*4.*tit. de sponf. num.* 11.
18 Archiepiscopus respectu suorum suffraganeorum non potest remittere denunciationes matrimoniales nisi quando coram eo pendet lis in gradu appellationis super facto matrimonii, vel ex gravamine non remittendi ex causa dictas denunciationes, & in executione suæ sententiæ; & ratio est
19 quia Archiepiscopus non est Ordinarius in territoriis, & diæcesibus suorum suffraganeorum, nisi in causis sibi devolutis per appellationem, & in casibus expressis in *cap. Pastoralis de offic. Ordinar.* vel dum actu visitet diæceses suffraganeorum; quia tunc censetur Ordinarius suffraganeorum, ejusque subditorum, *Spin. de testam. glo.*15.*n.* 38.*&* 39. *Segura in Director. Jud.*2.*p. cap.* 15.*n.*50.*Ceval. commun. contra commun. q.* 604.*n.*96.*Boff. de matrim. cap.*4. *§.*19.*n.*51. *& cap.*7.*§.*19.*per totum*: faciunt tradita per *Francisc. Molin. de ritu nuptiar. lib.*2. *differentia* 11.*n.*86. *Sanchez de matrim. lib.* 3. *dif.*27.*n.*4. *Basil. Pontius eod. tract. cap.*10. *n.*9.*& cap.*28.*n.*4. *Barbof. de offic. & potest. Episcop. alleg.*32.*n.*125.
20 Denunciationes matrimoniales ad formam præscriptam à Sacro Concilio Tridentino fieri debent tribus diebus festivis,
21 qui an debeant esse de præcepto, proposito dubio in Sacra Congregatione: *An decretum Sacri Concilii Tridentini cap.*1.*sess.* 24. *de reform. matrim. qua parte statuit, ut antequam matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium Parocho tribus continuis diebus festivis in Ecclesia inter missarum solemnia publicè denuncietur, inter quos sit matrimonium contrahendum, intelligendum sit de diebus festivis de præcepto.*
22 *Sac. Congregatio censuit ita esse intelligendum.* 1624.*de mense Julii.*
23 Hinc est, quòd nullo modo liceat, neque omnes, neque unam solùm denunciationem facere in die feriali, quamvis in Ecclesia populi, & personarum multitudo reperiatur: ita *Basil. Pont. de matrim. lib.*5. *cap.*30. *n.*7. *Segura in Director. Jud. cap.*16.*n.*17. *Ric. in prax. fori Ecclesiast. decis.*257. *n.*3. *Ugolin. de potest. Episcop. cap.*15. *§.*11.*n.*3. *Gratian. discept. forens. cap.*83.*n.*28.*tom.*1. *Boff. de matrim. cap.*7.*§.*3.*n.*5.
24 Ita quod neque etiam Episcopus dispensare possit, ut prædictæ denunciationes, vel aliqua earum fiant, seu fiat in diebus ferialibus; utpote quia Episcopus super constitutione Concilii Generalis, vel contra Canones dispensare nequeat, per *textum in cap. cum inferior. de majorit. & obedient.* & patet ex declaratione Sac. Congregationis, nempe:
25 *Episcopus ob vicinitatem temporis, quo prohibitæ sunt nuptiæ, potest remittere aliquas denunciationes secundùm prudentiam suam, & judicium, non tamen jubere ut in diebus feriatis fiant*, de qua *Bellarmin. ad cap.*1.*sess.*24. *de reform. matrim. in observation. verbo tribus diebus continuis, Farinac. in declarat. ad dictum cap.*1.*sess.*24. *de reform. matrim. Rebel. de oblig. just. p.*2. *in suis declaration. post lib.* 4.*n.*19.*Gratian. dicta discept.*83.*n.*28.*tom.*1.*& Boff. de matrim. cap.*7.*§.*3.*sub n.*5.
26 Verùm quòd verba Sacri Concilii de faciendis denunciationibus matrimonialibus diebus festivis intelligi debeant demonstrativè, & non taxativè, adeout non videatur interdictum fieri etiam diebus feriatis, si magna populi multitudo confluat, vel ob festū vocationis illius Ecclesiæ, vel alterius Sancti ex incolarum, & civium devotione, vel ad audiendum insignem concionatorem; suadetur, quia mens, & finis Sac. Concilii fuit, quod denunciationes fieri debeant existente in Ecclesia personarum multitudine, ad effectum detegendi impedimenta matrimonii celebrandi, quæ personarum copia regulariter in Ecclesiis non habetur nisi diebus festivis, & quidem de præcepto; ac proinde si etiam diebus feriatis confluat, & permaneat personarum copia, utique menti, & fini Concilii satisfactum videatur; & ita practicari posse, nec fieri contra decretum Concilii existimat *Boff. de matrim. cap.*7.*§.*3.*sub n.*6. *Sanchez de matrim. lib.*2. *dif.*6. *n.*9. *Augustin. Barbof. de offic. & potestat. Episcop. alleg.*32.*n.*15. *& de offic. Parochi cap.*21.*num.*20.*Guttier. de matrim. cap.*56. *n.*8.*Bonacin. oper. moral. in tit. de matrim. q.*2. *punct.*6.*n.*18.*&*19. *Reginal. lib.*31.*n.*227.*Possev. de offic. Curati cap.*10. *n.*12. *Hurtad. de matrim. dif.*5. *difficult.*28. *n.*61. & in his terminis intelligendam esse declarationem Sacræ Congregationis, subdit *Boffius loco supra citato n.*6.*in fin.*
27 Quod si factis tribus denunciationibus in una Parochia, & antequam contrahatur matrimonium sponsi pergant, seu vadant ad habitandum in alia, in ea fieri debet

Mm 2 uni-

nica denunciatio, & elapsis duobus men-
28 sibus à tempore denunciationum factarum,
de contrahentium consensu de novo reite-
randæ sunt, ut matrimonium solemnizari
valeat, quia longo tempore post trinam de-
nunciationem elapso, potest supervenire ali-
quod impedimentum, putà ex affinitate ali-
qua, *Gratian. discept. forens. cap. 83. n. 29.
tom. 1. Boss. de matrim. cap. 7. §. 6. n. 12.* jux-
ta declarationes *Sac. Congregat.* relat. per
Bellarmin. & per *Farinac. ad cap. 1. sess. 24.
Concil. Trident. de reform. matrim.*

Denunciationes matrimoniales licèt fa-
29 ciendæ sint in Ecclesia, licitè tamen extra
Ecclesiam matrimonium celebrari potest, &
ad hoc ut dicatur celebrari in facie Eccle-
siæ non exigitur, quòd ejus celebratio fiat
in limine materialis Ecclesiæ, sed exuberat
ut solemnizetur juxta Ecclesiasticum ri-
tum, coram Catholicorum Congregatione
mysticam Ecclesiam repræsentante, juxta
*textum in cap. Ecclesiæ de consecrat. dist. 1.
Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg. 32.
num. 17.*

30 Propterea Ordinarius prohibere non po-
test, quin matrimonia domi celebrentur,
dummodo servetur Concilii forma; sed quia
ob sacramenti sanctitatem maximè decet,
ut in Ecclesia celebretur, debet Ordinarius
ad id contrahentes hortari, sed non præ-
cipere, ut decisum referunt *Franc. Leo in
Thesaur. for. Eccles. p. 2. cap. 9. n. 48. Basil.
Pontius de impediment. matrim. cap. 26. §. 2.
vers. tertio. Rebel de obligat. just. p. 2. lib. 2.
q. 7. n. 11. Possevin. de offic. Curat. cap. 10. n.
15. Valer. Reginal. in prax. fori pœnitent.
lib. 31. n. 241. Diana Resol. moral. p. 2. tract.
4. resol. 279. Marcel. Vulpe in prax. Judic.
fori Eccles. cap. 15. n. 15. Sanchez de ma-
trim. lib. ... dis. 15. n. 20. Barbos. de offic. & po-
test. Episcop. alleg. 32. n. 18. & in Concil. Tri-
dent. sess. 24. cap. 1. de reform. matrim. n. 35.*
& ita sæpe censuisse Sacram Congregatio-
nem, patet ex infrascriptis resolutionibus.

31 In una *Camerinen. de mense Decembri
1589. Sacra Congregatio respondit, posse
Episcopum hortari, non autem compellere
contrahentes, ut in Ecclesia matrimonium
contrahant.*

32 Et in *Verulan. die 16. Maii 1606. Sa-
cra Congregatio respondit: sponsos esse qui-
dem hortandos, sed non invitos cogendos, ut
matrimonium in Ecclesia contrahant.*

33 Et in *Neapolitana 12. Novembris 1650.
Sacra Congregatio censuit, matrimonia in
privatis domibus celebrari posse, nec ab Or-
dinario prohiberi, inducendos tamen quoad
fieri poterit contrahentes hortationibus, ut
in Ecclesia celebrent &c*

34 Et deducitur etiam ex alia *Turritana 19.
Decembris 1648.* in qua *Sacra Congrega-
tio respondit, matrimonium puellæ in Mo-
nasterio pro educatione existentis contractum
35 ad crates Monasterii coram testibus, & Pa-
rocho Ecclesiæ Parochialis, intra cujus limi-
tes situm est dictum Monasterium, esse va-
lidum, etiam si Parochus fuerit alio præten-
tu vocatus, nisi aliud obstet.*

36 Benedictio verò nuptialis facienda est in
Ecclesia ex *Tridentino sess. 24. cap. 1. de re-
form. matrim.* ibi -- *benedictionem sacerdo-
talem in templo suscipiendam*: & tradunt
*Zipeus in tit. de sponsal. & matrim. n. 19.
Boss. in tract. de matrim. cap. 9. §. 5. n. 21.*

37 Sed quoad hanc benedictionem in Sacra
Congreg. Concil. quæsitum fuit primò: *An
sponsus, vel sponsa si contractis sponsalibus per
verba de futuro antequam coram Parocho,
& testibus matrimonium contrahant, invi-
cem se cognoverint, sint à Parocho benedi-
cendi.*

38 Secundò: *An valeat consuetudo ut be-
nedicantur transeuntes ad secundas nuptias.*

39 Sacra Congreg. die 2. Decembris 1593.
*Unanimiter fuit sententiæ quoad primum
sponso, & sponsæ licèt corruptis esse benedi-
ctionem impartiendam.*

40 Et ratio est quia secundæ nuptiæ non be-
nedicuntur ex causa, vel ratione, quòd
contrahentes corrupti sint, sed quia semel
benedictus non iterum benedici debet, jux-
ta *textum* in *cap. vir autem, vel mulier de se-
cund. nupt.*

41 Quoad secundum: Omnes fuerunt in hac
sententia, ut cum scientia, & tolerantia
Papæ, valeat consuetudo legitimè præs-
cripta.

Et circa hanc resolutionem est *glos.* in di-
cto *cap. vir autem de secund. nupt. in verba
iterari in fine*, quam sequuntur *Abb. Præ-
pos. Butr. Host. Alex. de Nevo, & Felin.
in cap. 1. de tregua, & pace.*

42 Causæ verò, propter quas Ordinarius dis-
pensare, seu remittere potest denunciatio-
nes matrimoniales latè referuntur à *San-
chez de matrim. lib. 3. dis. 8. per totam, à
Boss. eod. tract. de matrim. cap. 7. §. 23. à n. 71.
usque ad 101. à Barbos. de offic. & potest.
Episcop. alleg. 32. à n. 41. usque ad 49. & in
Concil. Trident. sess. 24. à n. 62. usque ad n.
70. & à Gratian. discept. forens. cap. 83. n.
25. tom. 1.* & ab aliis per eos relatis.

43 Quibus causis concurrentibus tenetur
Ordinarius ad petitionem partis dispensare,
seu remittere denunciationes matrimoniales
sub pœna peccati mortalis, cùm teneatur
Prælatus ex officio, bono communi, & sa-
luti subditorum consulere, illorumque pe-
44 riculis obviare: potestas enim dispensandi
in Prælatis tendit ad bonum commune, &
præci-

præcipuè suorum subditorum, *Guttier. de matrim. cap. 57. n.4. & 5. Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg.32.n.51.& seq. Sanchez de matrim. lib.3. dis. 10.n.6. Boss. de matrim. cap.7.§.25.n.103.& seq. Bonacin. in tit. de matrim. q.2. punct 6.n.7. Zipeus lib.4. tit. de matrim. & sponsal. n.11. vers. & existente causa.*

De sponsalibus, & matrimonio Impuberum.

SUMMARIUM.

1 SPonsalia impuberes post completum septennium contrahere possunt.
2 Ad contrahendum matrimonium, quæ ætas exigatur, & num.9.
3 Pubertati proximi, si malitia, & prudentia suppleat ætatem, contrahere possunt matrimonium.
4 Jure naturæ ad contrahendum matrimonium nulla ætas est constituta, si adsit sufficiens rationis usus.
5 Impotentia coeundi dirimit matrimonium jure naturæ, si sit perpetua.
6 Matrimonium inter impuberes ex causa urgentissima contrahi potest, ex Ecclesiæ dispensatione.
7 Potentia actualis coeundi non est de substantia matrimonii jure naturæ, & Divino, sed ex Ecclesiæ constitutione.
8 Matrimonii perfectio consistit in mutuo consensu.
10 Contractum per verba de præsenti per impuberes resolvitur in sponsalia de futuro, etiam post Concilium Tridentinum, & n.11. 12. & 19.
13 Et post quam devenerint ad legitimam ætatem est denuo celebrandum coram Parocho, & testibus.
14 Præcipuè si non fuerit servata forma Sac. Concilii Tridentini, & n.15. & 17.
16 Malitia in impubere an suppleat ætatem, ad Judicis Ecclesiastici disquisitionem pertinet, & n.23.
18 Matrimonium contractum non servatâ formâ Concilii Tridentini, resolvitur in sponsalia, etiam si copula, & defloratio intercesserit, & n.20.
19 Limita in matrimonio contracto inter impuberes, vel inter puberem, & impuberem.
21 Impuberes possunt conjugio copulari, si malitia suppleat ætatem.
22 Quod malitia suppleat ætatem non præsumitur, & probanda est.
24 Causæ matrimoniales spectant ad Episcopi examen.
25 Malitia quando dicatur in impubere supplere defectum ætatis.
26 Reprobantur Doctores tenentes sufficere in impubere sola potentia coeundi ad contrahendum matrimonium.
27 Malitia, & prudentia quòd suppleat ætatem, ex signis probatur, & Judicis arbitrio remittuntur.
28 Judex Ecclesiasticus, vel Delegatus quomodo se gerere debeat in exequendis litteris Apostolicis super dispensatione ætatis pro matrimonio contrahendo per impuberes.
29 Interrogatoria facienda impuberi matrimonium contrahere volenti, si malitia suppleat ætatem.
30 Sententiæ formula pro dispensatione matrimonii defectu ætatis.
31 Declaratio potiùs, quàm dispensatio super ætate ad matrimonium datur.
32 Dispensatio cadit in actibus de directo contrà jus commune.

ADNOTATIO II.

SEptennium completum desideratur ad
validè contrahendum sponsalia, ut
1 constat in *cap. litteras*, ibi--*ante quam
septimum annum compleant*, & in *cap. accessit
de spons. impub. cap. ad dissolvendum
eod. tit. & in l. ex sponsalibus contrahendis
fin. ff. de spons.* nam septennio completo incipit
communiter rationis usus, & libertas,
secundum *Divum Thom.4.dis.27.q.2.art.2.*
& ita omnes fateri, téstatur *Sanchez de
matrim. lib. 1. dis. 16. n. 2. Boss. eod. tract.
cap.3. §. 35. n. 147.* latè *Mandos. de ætate
minori cap.4 n.2.*
2 Ad contrahendum verò matrimonium exigitur
in fœmina ætas duodecim annorum,
ut in *cap. continebatur de desp. impub.* in viro
autem quatuordecim, ut in in *cap. ex lit-
3 teris eod. tit.* pubertas, vel tempus pubertati
proximum, si malitia, & prudentia
suppleat ætatem, *Corrad. in prax. Dispensation.
Apostolic. lib.4.cap.3.n.1.fol.mihi* 85.
*Bos. de matrim. cap.3. §.35.n.146. Prosper
Fagnan. in 4. lib. Decretal. in cap. de illis
il 2. n.19. de desponsat. impub. tom.4.fol.23.
secundùm impressionem Colonien. Sanchez,
de matrim. lib. 7. dis.* 104. ubi reddit rationem,
quia in dicta ætate præsumitur habilitas
ad copulam, & ad consensum conjugalem,
juxta *textum in cap. puberes de desponsat.
impub.*

Hinc colligitur ratio diversitatis cur jus Canonicum eandem ætatem ad sponsalia in viris, & fœminis præscripserit, & diversam ad matrimonium contrahendum; quia ad sponsalia sufficit usus rationis, qui eodem tempore viris, & fœminis advenit, ad matrimonium verò potentia generandi, & sobolem procreandi, quæ tardiùs in viris reperitur, ita *Divus Thom.4.dis.27. q.2.art.2.ad* 3. quem refert *Sanchez de matrim. lib. 1. dis. 16. sub n. 3. vers. hinc colligitur ratio.*

4 Jure autem naturæ, modò adsit sufficiens
rationis usus, constat apud omnes, nullam
ætatem ad contrahenda matrimonia consti-
5 tutam esse; siquidem impotentia coeundi
ita demum dirimit matrimonium jure naturæ,
si sit perpetua; secùs si temporalis, *cap.
fraternitatis de frigid. & maleficiat*, ac pro-
6 inde matrimonium inter impuberes cùm eorum
impotentia temporalis sit, ex aliqua urgentissima
causa, puta pro bono pacis, ex
Ecclesiæ dispensatione contrahi potest, &
consequenter defectus temporalis matrimonium
non dirimit jure naturæ, *Divus
Thomas in 4. dis.36.q. unica art.5. Victorin.
in sum. de matrim. n.284.* ubi pluribus comprobat,
& ab obiectis tuetur, *Navar. cons.4.
incip. tractatum est de despons. impub. Pro-*

sper

sper Fagnan. in 4. lib. Decretal. in cap. de illis de desponf. impub. à n. 15. cum plurib. sequen. tom.4. fol.23. secundum impressionem Colonien. ubi *n.* 31. subdit quod potentia actualis coeundi non fit de substantia ma-
7 trimonii jure naturæ, vel Divino, sed ex Ecclesiæ constitutione tantùm, ut plenè probat *Navar. cons.4. n.14. de despons. impuber.* faciunt tradita per *Boss. de matrim. cap.* 10.
8 *n.*233. ubi comprobat quòd actualis copula non fit de essentia matrimonii, ejusque perfectione essentiali, sed accidentali, veluti operatio, & executio matrimonii jam contracti, per quam pervenitur ad finem matrimonii, scilicet prolem procreandi, ita quod matrimonii essentia, & primaria perfectio consistat in mutuo consensu, juxta *regul.31. ff. de regul.jur.* & docet *Div. Thom. in 4. distin.27. q.1. art.1. & distin.28. quest. unica art.4. Bellarminus lib. 2. de Monachis cap. 38 ad 1. Sanchez de matrim. lib. 2. dis.14. in respons. ad 2. sub n.5.*
9 Ad hoc autem ut hujusmodi operatio, & matrimonii executio per contrahentium habilitatem haberi possit, requiritur, ut Mulier duodecimum, & Masculus decimum quartum annum compleverint, & in una *Nullius* fuit propositum dubium in *Sac. Congregatione Concilii* scilicet.

An Masculus contrahere volens matrimonium debeat ad illius validitatem habere annum decimum quartum completum, an potius sufficiat, ut dictus annus sit ceptus.

Sac. Congregat. respondit, ad validitatem Matrimonii in Masculo requiri annum decimumquartum completum 23. *Aug.* 1655.

10 Propterea matrimonium contractum per impuberes, vel ante legitimam ætatem, non valet, & in dubio declarandum est nullum, *Surdus conf.* 364. *per tot. vol. 4. Corrad. in prax. dispensation. Apostolic. lib. 4. cap. 3. n.19. fol. mihi* 87.
11 Sed ubi impuberes matrimonium per verba de præsenti contraxerint, licèt non valeat in vim matrimonii, valet tamen ut sponsalia de futuro, *cap. fin. de despons. impub. cap. unico §. idem quoque tit. eod. in* 6. ubi scribentes, *& glos. in verbo matrimonium, Covar.4. Decretal. 1.p. cap.3. n.3. Goffred. in summ. in tit. de sponsal. n. 5. Navar. in summ. latin. cap.22. n.57. & lib.4. cons.1. de despon. impub. in 1. edit. Spino in specul. glos.15. n. 78. Brunel. de sponsal. conclus.6. n.2. Sanchez de matrim. lib. 1. dis.21. n.2.* ubi alios allegat, *Caldas Pereyra de emption. & vendit. cap.3. n.10. Gail. pract. observat.8. n. 11. Augustin Barbos. tom. 3. collect. ad cap. unicum de sponsal. n.6. Boss. de matrim. cap.3. §.35. n. 147. Boer. decis.22. n.37.* & ex *Theologis D. Antonin. 3.p. tit.1. cap.18. init. Victor. in summ. de matrim. n.*284. *Sotus 4. dis.35. q. unic. art.5. vers. ad quæstionem, Ludovic. Lop. 2.p. instruct. cap. 37. de matrim. fol.*1040. *Henriq. lib.11. de matrim. cap.13. n.2. & 3. cap.5. n.4. Manuel tom.1. summ. in 2. edit. cap.220. n.2. Vivald. in Candelabr. in tit. de spons. 1.p. cap.3. n.20.*
12 Quod etiam procedit post Tridentinum Concilium, ut tradit *Boss. de matrim. cap.3. §.35. n.147. vers. id quod etiam procedit,* & declaravit Sac. Congregatio Concilii in una Viterbien. de mense Julii 1587. scilicet.

Sac. Congregatio respondit, Matrimonium contractum per verba de præsenti inter mulierem, & impuberem, ad hibitis solemnitatibus transeat ne in sponsalia de futuro vel minus, pendere ex dispositione juris communis, quod quantum ad hunc casum nihil prorsus correxit, aut immutavit Concil. Trident.

13 Redditur autem nullum matrimonium contractum inter carentes legitimâ ætate defectu consensus ratione minoris ætatis, adeout post Tridentinum, quidquid sit attento jure antiquo, post quam pervenerint ad legitimam ætatem non censeatur ratificatum per munerum traditionem, nisi coram Parocho, & duobus testibus novo præstito consensu iterum celebretur, *Boss. de matrim. cap.3. §.35. sub n.147. vers. ratio autem cur prædicta,* & sub die 10. Martii 1583. in Sac. Congregatione Concilii quæsitum fuit -- *An solemnitates in matrimoniis requisitæ per Concilium sint necessariæ post pubertatem contrahentium, itaut eis non adhibitis, matrimonium sit nullum, non obstantibus solemnitatibus adhibitis tempore impubertatis, vel potiùs sufficiant dictæ solemnitates in impubertate adhibitæ.*

Sac. Congreg. *censuit hujusmodi matrimonium esse nullum, nisi iterum coram Parocho contrahatur, per verba de præsenti juxta formam Concilii.*

14 Quæ fortiùs obtinent, si matrimonium contractum fuerit inter impuberes sicut etiam inter puberes per verba de præsenti non servatâ Concilii formâ; nam tunc ita invalidum remanet, ut neque resolvatur in sponsalia, & propterea contrahentes tuti remanent in foro conscientiæ, si postea recedant, & cum aliis contrahant, ut in una *Neapolitana die* 19. *Aprilis* 1606.
15 *Sacr. Congregat. censuit matrimonium per impuberem contractum, nisi in impubere malitia supplevisset defectum ætatis, esse nullum, & non resolvi etiam in sponsalia de futuro, nec ulla ratione posse etiam superveniente legitimâ ætate, aut hujusmodi malitiâ, ratificari, nisi denuo contrahatur ser-*
16 *vatâ formâ Concilii. An verò talis malitia eo tempore fuerit in ipsa impubere, ad Judi-*
cis

cis Ecclesiasticè disquisitionem, ac definitionem pertinere.

17 Et ita etiam in terminis decreti Concilii Tridentini docuerunt *Bellarminus in additionibus ad cap.1. sess.24. de reform.matrim. n.23. Augustin. Barbos. de potest. Episcop. alleg.32. n.143. & seq. Navar. in manual. cap. 22. n.67. cum seq. & lib.4. in 2. edit. tit. de clandestina despons. cons.3. n.3. & in 1. edit. in tit. de sponsal. cons.1. n.3. Aloys. Ric. in prax. fori Ecclesiast. dec.250. Franciscus Leo in Thesaur. fori Ecclesiast. c.24. n.35. Peregrin. in tract. de fideicomm. art.24. n.65. Menoch. de præsumpt. lib.3. præsumpt.1. n.102. Franciscus Molinus lib.1. de ritu nuptiarum cap.19. n.128. & seq. Guttierez in tract. de jurament. confirmatorio c.51. n.21. & de matrimon. cap.11. n.1. Cevallos commun. contra commun. q 604. n.79. Franciscus Zipeus in sua Analytica enarr. lib.4. tit. de sponsal. num.3. Venerus lib.1. exam. cap.37. n.9. Andreas Valent. in Summaria explicat. decretal. lib.4. tit.3. n.5. B ff. de matrim. cap.1. §.7. n.12. Cavalcan. dec.29. n.18. p.1. Ledesm. de matrim. qu.45. art.5. vers. sed ad hæc est majus dubium, Rodriq. in summ. tom.1. cap.220. n.2. Placius in 4. dist.28. q. ult. prope fin. Vega lib.6. summ. cas.104. & 122. Emanuel Sà in verbo sponsalia in fin. Sair. decis.1. sub tit. de sponsal. Bonacin. oper. moral. in tit. de matrim. q.2. punct.8. n.48. Diana resol. moral. p.3. tr.4. resol.258.* cum aliis congestis per *Sanchez de matrim. lib.1. dis.21. n.4.*

18 Matrimonium igitur sponte, & voluntariè contractum contra formam Tridentini non resolvitur in sponsalia, etiamsi copula, & defloratio sub prætextu matrimonii nulliter contracti intercesserit, ita quod nec hoc casu vir deflorans, seu stuprator obligatus remaneat in foro conscientiæ ad legitimè contrahendum, cum ratione nullitatis contractus nulla obligatio contracta fuerit, sed solùm ratione injuriæ illatæ per stuprum, & deflorationem mulctari potest stuprator pœnis contra deflorantes inflictis, *Navar. lib.4. in 1. edit. cons.1. num.4. & in 2. edit. cons.3. n.4. de clandest. despons. Zipeus in sua Analytica enar. lib.4. in tit. de sponsal. n.3.* cum aliis relatis per *Boss. de matrimon. cap.1. §.8. n.16.*

19 Et quod matrimonium contractum non servatâ formâ Sacri Concilii Tridentini valeat in vim sponsalium secundùm Doctores coplosè relatos à *Sanch. de matrimon. lib.1. cap.18. n.2.* procedit tantummodo in matrimonio contracto inter puberem, & impuberem, vel inter duos impuberes non proximos pubertati, & quorum malitia non suppleat ætatem; nam talis contractus propter ætatis defectum cum valere non possit, ut matrimonium de præsenti, lex interpretatur valere eo modo, quo potest, nempe ut sponsalia de futuro, *cap. unico §.1. juncta gloss. in verb. matrimonium de sponsal. im-*
20 *pub. lib.6.* secus tamen est in matrimonio puberum, & habentium legitimam ætatem non servatâ formâ Concilii si per verba de præsenti contrahatur; quia illud non resolvitur in sponsalia de futuro, & *Sac. Congregat.* consulta: *An matrimonium clam sine Parocho, & testibus contractum resolvatur saltem in vim sponsalium*, respondit *non resolvi, quia est defectus in forma*, de qua *Pr sper Fagnan. in 4. lib. Decretal. in cap. de illis de despons. impub. n.52. to.4. fol.62. secundum impress. Coloniens. Sanch. de matrim. lib.1. dis.21. n.5. tom.1.* ex *Navar. in summ. latin. cap.22. n.57. Ludov. Lopez 2. p. instruct. cap.37. de matrimon. fol.1041. col.1. in fin. & seq.*

21 Quando verò constat malitiam supplere ætatem, utique poterunt impuberes, & minores conjugio copulari, est *Textus* apertus in *cap. de illis il 2. de despons. impub.* ubi communiter Canonistæ, *cap. puberes, & cap. fin. tit. eod. cap. unico §.1. eod. tit. in 6. Federic. de Sen. cons.237. incip. factum tale est, quidam nomine, in princ. Cardin. Zabarell. cons.4. Angel. cons.251. in princ. & in fin.* & consensit *Divus Thomas in 4. dist.36. quæst. unica art.5.* cujus verba referuntur per *Prosp. Fagnan. in 4. lib. Decretal. in dicto cap. de illis n.20. de despons. impub. tom.4. fol.23. secundùm impress. Colonien.*

22 Pubertas tamen, & quod malitia suppleat ætatem, non præsumitur, & consequenter probanda est, & solùm masculus 14. annorum, & fœmina duodecim completorum relevantur ab onere probandi habilitatem ad contrahendum matrimoniũ; quia juvantur juris præsumptione, & censentur puberes, quandiu contrarium non probetur; secus è contra, cum militet præsumptio contra se, *Innoc. in cap. continebatur de despons. impub. n.3. Hostien. in cap. puberes n... eod. tit.* ibique *Henric. Boich n.2. Butr. num.3. Covar. in 4. Decretal. in 2. p. cap.5. n.3. Navar. in manuali cap.22. n.29.*

23 Cognitio verò, & judicium an malitia suppleat ætatem, pertinet ad Ordinarium loci; tum quia hujusmodi casus nullibi reperitur Sedi Apostolicæ reservatus; tum quia
24 causæ matrimoniales, & de matrimonii impedimentis ad Episcopi tantùm examen, & jurisdictionem pertinent; tum ex dispositione juris communis, *cap. accedentibus de excess. Prælat.* ibique *gloss. in verbo Episcopalis dignitas*, quàm ex decreto *Sac. Concil. Tridentini sess.24. de reformat. cap.20.*

§. ad

§. *ad hæc*, & latè comprobat *Prosp. Fagnan. in 4. lib. Decretal. in cap. de illis de desponf. impub. à n.22. verf. quoad primam inspectionem usque ad n.25. tom.4. fol.23. juxta impress. Colonien.*

25 Nomine autem malitiæ supplentis ætatem, quæ ad contrahendum matrimonium per impuberes exigitur, comprehenditur non solùm potentia, & aptitudo ad copulam conjugalem, verùm etiam prudentia, & discretionis capacitas ad intelligendam vim consensus conjugalis, & onerum matrimonii; adeout non sufficiat sola potentia generandi, quæ in impubere ætatem præveniat, nisi quoque prudentia concurrat; probatur ex *cap. fin.* & ex *c. continebatur de desponf. impub.* & docent *S. Thom. 4. dist. 36. q. unica art.5. in corp. Abb. in cap. de illis il 2. num.4. de desponf. impub.* ibique *Alex. de Nevo n.7. Covar. in 4. Decretal. 2. part. cap.5. n.3. Coust. de sponf. tit. de his, qui nuptias contrahere possunt n.50. & seq. Rosella in verbo matrimonium num.2. Anton. Cuc. lib.5. instit. major. cap.16. §.7. verf.9. ad fin. Brunell. de sponsal. conclus.4. num.5. Bart. à Ledesm. de matrim. dis.51. Henriq. lib.21. de matrim. cap.13. n.10. Sanchez de matrim. lib.7. dis.104. n.21. & in num.22.*
26 reprobat alios Doctores tenentes in impubere sufficere ad contrahendum matrimonium solam potentiam generandi etiam ante legitimam ætatem; & in supradicta sententia etiam residet *Corrad. in prax. dispens. Apostolicar. lib.4. cap.3. n.13. fol.86.*

27 Ex signis verò probari potest, an in impubere proximo pubertati malitia suppleat ætatem, & an adsit potentia generandi, & necessaria prudentia, & discretio; & hujusmodi signa, Judicis arbitrio pensanda, & perquirenda sunt, inspectâ scilicet personæ qualitate, membrorum dispositione; bonâ valetudine, ac per alia signa, quæ per sex conclusiones referuntur per *Sanchez de matrim. lib.7. dis.104. à n.24. usque ad 36.* & concordantes allegat.

28 Hinc per Judicem Ecclesiasticum, vel delegatum literis confectis super dispensatione contrahendi matrimonium inter impuberes, si malitia suppleat ætatem, procedendum erit, ut primò deveniat ad explorationem voluntatis contrahentis per hæc interrogatoria.

29 Primò. *An ipsa velit nubere, & cum quo.*

Secundò. *An sciat quid sit sustinere onera matrimonii.*

Tertiò. *An matrimonium contrahat ex sua voluntate, aut per vim, & metum.*

Quartò. *An ipsa noscat se aptam ad hujusmodi matrimonium contrahendum, oneraque illius sustinendum.*

Quintò. *An habeat prudentiam, & discretionem ad intelligendam vim consensus conjugalis.*

Sextò. *An sciat matrimonium esse indissolubile, postquam contractum fuit.*

Septimò. *An habeat aptitudinem, & habilitatem ad se carnaliter copulandum cum ejus conjuge.*

Et ad præscriptum supradictorum omnium examinatis testibus, & receptis probationi-
30 bus; Judex pronunciare, & declarare potest; constare mulierem licèt in undecimo anno cum dimidio constitutam, talem esse, ut in ea malitia suppleat ætatis defectum, & comperto ex actu explorationis voluntatis ipsius, quod sponte, & non vi, metu vel blanditiis, aut persuasionibus ad matrimonium contrahendum cum dicto N. inducatur, nullumque aliud eis obstet canonicum impedimentum, cum supradictis N. & M. ex defectu ætatis hujusmodi non obstante matrimonium inter se publicè servatâ formâ Sacri Concilii Tridentini contrahendi auctoritate Apostolicâ sibi commissa, & qua fungitur in hac parte, licentiam, & facultatem concedendam duxit. Non obstantibus defectu prædicto, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunq; quæ Summus Pontifex in prædictis literis voluit non obstare ad præscriptum earundem literarum &c. In quorum fidem &c. Et quod ita servetur in Curia Archiepiscopali Neapolis, testatur *Corrad. in prax. dispensation. Apostolicar. lib. 4. cap. 3. num.14. fol. 86. & num.16.*
31 subdit, quòd hoc casu quando malitia suppleat ætatem, potius declaratio, quàm dis-
32 pensatio censeatur, cum non versemur in actibus de directo contra jus commune, ubi propriè cadit ipsa dispensatio.

Blasphemiæ, & Hæresis causa an sit mixti fori.

SUMMARIUM.

1 Causa hæresis ardua est.
2 Delictum hæresis sola animi opinione perficitur, & sola etiam voluntas punitur.
3 Hæresis quid sit.
4 Causa hæresis spectat etiam ad Judicem laicum præcipuè si agatur de quæstione facti, præcipuè de jure civili, 6.
5 Contrarium præcipuè de jure canonico.
7 Sacras imagines fœdantes puniri possunt à Iudice laico, sed prudenter faceret, si remitteret ad Ecclesiasticum.
8 Episcopus in causis superstitionum, & blasphemiarum, debet procedere certioratâ Congregatione Sancti officii, & cum ejus directione si sapiant manifestè hæresim.
9 Inquisitores contra sortilegos cumulativè procedunt quo ad Ordinarios, privativè quo ad laicos.
10 Ordinarii in causis sortilegiorum non sapientium manifestè hæresim liberè procedere possunt absque inquisitorum interventu.
11 Ubi de hæresi imponenda est pæna mortis, Ecclesiasticus Judex pronunciat quem hæreticum, & Judici seculari puniendum remittit.

12 De-

12 Deturpantes imagines Salvatoris nostri, B.M. Virginis, & Sanctorum pœnâ mortis plecti debent, vel judicis arbitrio, n.15.
14 Lamiæ ob infanticidia puniuntur, pro ut solent puniri Apostatæ, sed si à Iudice laico consignatæ fuerint Inquisitoribus, expeditâ causâ hæresis, debent illas restituere.
15 Si sponte compareant, & velint hæresim abiurare, & agere pœnitentiam, non sunt tradendæ curiæ seculari, licèt sortilegiis infantes occiderint, sed puniendæ pœnâ arbitrariâ reclusionis in monasterium, & aliarum salutarium, n.17.
18 Sponte comparens coram Inquisitore etiam post receptas probationes mitiùs punitur.
19 Minores vigintiquinque annorum in crimine hæresis mitiùs puniuntur, etiam majores effecti, si resipiscant.
20 Blasphemiæ crimen de jure communi est mixti fori.
21 Sed si blasphemia sit hæreticalis solus Ecclesiasticus est Judex.
22 Et Inquisitores de Blasphemia hæreticali privativè cognoscunt, & Ordinarii locorum, ubi non sunt Inquisitores.
23 Sed si blasphemia non sit hæreticalis cognitio ad Episcopum spectat.
24 Blasphemia quid, & quotuplex sit.
Hæreticalis est illa quæ habet connexionem cum hæresi ut si negetur, aut renegetur Deus, aut aliquid dicatur contra articulos fidei, ibidem.
25 Simplex est illa, quæ non repugnat iis, quæ tenemur credere puta *al dispetto de Dio*. *Potta de Dio* aut *della Vergine M.* n.26.
27 *Al cospetto de Dio* non est blasphemia, nisi ex intentione proferentis.
28 Ita etiam *Pofar Dio*. *Possanza de Dio*.
29 Pro ut etiam dicere volo hoc facere licèt sit offensa Dei.
30 Blasphemus est qui dicit *al dispetto de Di*. *Riniego Di*. tacita vocali O.
31 Non est blasphemia dicere *al dispetto di quel bacco, che mi mantiene al Mondo*, nisi aliter ex circumstantiis colligatur.
32 Ita etiam si dicatur *questo e vero come è vero Dio*, vel *come Dio è nato della Madonna*, aut *come e vero l'evangelio*, aut *io sono innocento come S. Pietro*. Contrarium, n.33.
34 Jurare per corpus, aut Sanguinem Domini, non est blasphemia, sed grave peccatum: per alia verò membra Dei, si non sunt blasphemiæ, proximè accedunt.
35 Hæreticalis est dicere *Puttana de Dio, o della Madonna*.
36 Hæreticales sunt, quæ facto committuntur, ut si gladio percutiatur Imago Salvatoris.
37 Frequenter blasphemias proferens, quando teneatur abiurare de levi, vel de vehementi.
38 Blasphemiæ crimen de jure civili pœnâ mortis punitur, hodie est arbitraria, n.39.40. & ad triremes per triennium, & etiam ad mortem arbitrium extendi potest n.41. & 42.
43 De jure Pontificio contra blasphemos quæ pœnæ imponantur.
44 Ab Inquisitoribus quæ pœnæ imponantur, & n.45.
46 Ex constitutione Pii V. quomodo puniantur blasphemi.
47 Clericus blasphemus quomodo puniatur.
48 Blasphemantes Sanctos pœnâ arbitrariâ puniuntur.
49 Verbum pro prima vice in crimine blasphemiæ intelligitur pro prima vice punitionis.
50 Qui non ex credulitate hæretica, sed ex vehementi perturbatione blasphemaverit, vel ex ira, pœnitentiâ salutari punitur.
51 Præcipuè si ostendat signa doloris.
52 Blasphemi ex magna ira non solent abiurare. Consuetudinarii in ira debent abjurare de levi; consuetudinarii in ira, & extra iram de vehementi.
53 Reincidentes sæpius in blasphemiis vehementer suspecti de hæresi censentur.
54 Blasphemus punitus à Iudice Laico, puniri iterum potest ab Inquisitore, secus si à Judice Ecclesiastico.
55 Si Judex Ecclesiasticus in crimine blasphemiæ imposuerit pœnam levem, potest secularis supplere, sed melius est, si abstineat n.56.

ADNOTATIO III.

1 HÆresis causa nimiùm ardua est, *Menoch. de arbitrar. quæst. lib.2. cent.3. c.205. n.8.* si enim in omni crimine, ut condemnatio justè sequatur, probationes desiderantur luce meridianâ clariores, *l. sciant Cod. de probat. l. qui sententiam cod. de procurat.* multò fortiùs id procedit in causa hæresis, ubi simul quis criminaliter condemnatur, civiliter punitur, & ejus posteritas perpetuâ notatur infamiâ, & in eo concurrere debent omnium cognitionum genera *Oldrad. consf.210. in princ.* cùm sit crimen atrocissimum, ut ait *Afflict. in constit. Reg. de Hæreticis & patteren. rub.1. n.1. & n.9. & 12. Simanc. Catholic. instit. tit. 30. rubr. de hæret. n.7. & seq.* ubi referuntur plures causæ, quibus homines hæretici evadunt, & *tit.31. rubr. de hæret. n. 14. & seq.* & hæresis crimen est peccatum aliorum criminum majus, & gravius, argumento *tex. in cap. quid autem 20. q.3.* ubi hæc habentur: *quid autem gravius est quàm impia sapere?* & ibi *Turrecremat.* qui concludere videtur pro affirmativa simpliciter quòd scilicet hæresis sit crimen omnium gravius, licèt quandoque ex accidenti, & circumstantiis contingere possit quod aliud peccatum sit gravius hæresi, idemque concludit *Tabien. in summa in verb. hæreticus n. 27.* & alii relati per *Farinac. de hæres. q. 197. n. 2.* & ubi majus periculum versatur, ibi cautius est agendum, ut præcisè ait *Oldrad. consf.210. n.1.*

2 Illud autem peculiare est in crimine hæresis, quod ad illud perficiendum, atque puniendum, sufficit sola voluntas, & mentis deliberatio, licèt extrinsecùs in reo signa hæresis non appareant, quod speciale esse in dicto crimine probat *Joan. de Anania in cap. si quis Episcopus n. 6. & 7. extrav. de hæretic. Nicol. Arelaten. notab.9. Conrad. in pract. rubr. de hæret. n.3. & n.15. in fin. vers. quartò amplia, Rojas singular. 123. Decian. in tract. crimin. lib.5. cap. 17. num. 126. cap.20. n.41. & cap.37. n.4.* licèt contrarium teneant alii Doctores relati per *Farinac. de hæresi cap. 197. n.19. & seq.* ubi quod prima opinio non procedat, nisi de hujusmodi mentis deliberatione constet per confessionem deliberantis.

3 Hæresis definitur obstinata alicujus articuli fidei Impugnatio, cum pertinaci assertione falsitatis: & hæreticus dicitur qui errorem aliquem habet contra fidem, & pertinaciter defendit, ut latè *Farinac. de hæres. q.178. §. 1. per tot. Cospi in suo judic. criminal. q.2. cap.4. per tot. fol. mihi 164. Sousf. aphorism. inquisit. lib.1. cap.8. & seq. Bal-*

del. Theolog. moral. tom. 2. *disput.* 32. *n.* 32. *Caspen.Carf. Theolog. tract.* 15. *de fid.disp.* 5. *per tot.fol.mihi* 57. alias definitiones ponit *Simanch. instit. Catholic. tit.* 31. *de hæref.& in addit.* & hæresis secundùm definitionem nominis dicitur quasi electis ab eligo eligis, eo quod quis non secutus doctrinam Christi, vel Apostolorum, vel Romanæ Ecclesiæ, eligit sibi novam, & falsam credulitem, contra quos *Apostolus ad Galatas*: *si Angelus de cælo aliud evangelizaverit vobis anathema sit. Oldrad.d.consf.*210.*in princip.vers.circa primum*, *Gemiaian. conf.*54. *vers.tertio præmitto.*

4 Causa hæresis spectat etiam ad judicem laicum *Prac.Mil.fol.*75.*n.*38. relat.per *Jul. Clar.§.hæresis n.*4. præcipuè de jure civili,

5 quo cautum est Judices seculares posse, ac debere contra hæreticos procedere *l.* 1. *§. ultim. cod.de Summ.Trinit. & l. quicunque §.ultim.cod.de hæret. Decian.tract. crimin. lib.*5.*cap.*25. *n.*8. intelligendo tamen semper quando contra laicos procederent, cùm aliàs contra Ecclesiasticos nullo unquam casu id esset eis permissum, ut declarat idem *Decian.loc.citat.* qui alia ad propositum recenset, præsertim si agatur de quæstione facti, ut expressè tenent *Gabriel Pereyr. tract. de manu reg.in concordat. D. Joan.I. art.*1.*n.*175.*Ceval.tract. de cognit.per viam violentiæ p.*2.*q.*56.*n.*39.cum aliis.

6 Contrarium tamen firmat *Dian. resolut. moral.p.*3.*tract.*1.*resolut.*2.*& p.*4.*tract.*1.*resol.*88. præsertim de jure canonico per quod prohibetur laicis hujusmodi cognitio sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, ut refert *Dian. d. p.*4.*tract.*1. *resolut.*58.& communem dicit *Clar.d. §. hæresis num.*4.

7 Sacras imagines verberantes, conspuentes, fœdantes, ac deturpantes etiam à Judice laico puniri possunt, prout docent *Marsil.in pract.crimin.in §. & quia numero* 25. *& in l. ex Senatus Consulto numero tertio ff. ad l. Cornel. de Sicar. Ancharan. conf.* 15.*ante fin. vers.non obstant quod Judici*, ad tradita *per Decian. tract.crim. tom.*1.*lib.* 4.*cap.*26.*rub. mixti fori quæ sint n.*1.*&* 2. *Simanc. de Cathol. instit. tit.*35. *Clar.in §. fi.q.*68.*n.* 19. *Bellet. disquisit. Clerical.p.* 1. *tit.de favor. Cleric. real.§.*4. *n.* 147. ubi quòd nihilominus prudentissimè Judices laici faciunt, remittendo ad Judices Ecclesiasticos, prout per Regium Consilium Hispaniarum fuit remissus ad Inquisitores sancti Officii quidam noviter conversus, qui imaginem Beatissimæ Virginis lapide fregerat, ex *Azeved. lib.* 10. *Regiar. Constit. Hispaniar.lib.*1.*l.*3.

8 Quinimo licèt Episcopus sit primus Inquisitor, & possit terminare absque interventu Inquisitoris causas superstitionum, incantationum, veneficiorum, & blasphemiarum; tamen si sapiant manifestè hæresim, est certioranda Congregatio sancti Officii, & cum ejusdem directione procedendum, ex decreto ejusdem *Congregationis sancti Officii* emanato *sub die* 2. *Decembr.* 1602. *apud Leon. in thesauro fori Ecclesiast. in tit. de sortileg.* quem allegat *Gavant. in Manual. Episc op. in verbo Inquisit. sanct. officium in addition.n* 1.

9 Undè Inquisitores contra quoscunque sortilegos, & maleficos cumulativè procedunt quoad ordinarios Ecclesiasticos, & quoad Judices laicos privativè, etiam attentà constitutione Sixti V. cujus vigore licèt fuerit Inquisitoribus attributa jurisdictio cognoscendi de causis sortilegiorum, superstitionum, veneficiorum, & incantatio-

10 num, non tamen fuit Ordinariis restricta facultas, quin liberè in causis hujusmodi ut priùs, dummodo non hæresim manifestè redoleant, procedere possint absque Inquisitorum interventu, juxta *textum in cap. accusatus de hæret. in* 6. & ita censuisse S. Gener. Congreg. Rom. & univers. Inquisitionis sub die 21. Decemb. 1602. refert *Joan. Franc. Leo tract. de sortilegiis cap.* 8. *& per eundem Dian. resol. moral.p.*4.*tract.* 8.*de offic.& potest.Inquisit.resol.*119.*Nicol. in suis flosculis in verbo Inquisitor n.*1.

11 Verò si de hæresi veniret imponenda pœna mortis, tunc Judex Ecclesiasticus pronunciat quem hæreticum, & deinde Judici seculari puniendum remittit, ita de communi practica testatur *Farinac. q.*8. *n.* 227. *vers.sublimit.hanc eandem.*

12 Mortis autem pœnâ plecti debent imaginem Salvatoris nostri, & Beatissimæ Virginis, aut Sanctorum, sputo, luto, vel immunditiis, aut aliter deturpantes, vel illam scindentes, lacerantes, ferientes, percutientes, aut alio modo offendentes *l.Cornelia, l.hoc Senatus ff.de Sicar. cap.*2.*de offic. Jud. ordinar. Bart. in l. sacrilegi ff. ad l. Juliam peculat. Alex.consf.* 233. *n.*6. *vol.*6. *Clar. in §.fi.q.*68.*n.*19. *Cepol.cap.*71.*de picturis n.*15.*Decian.tract.crim. tom.*2.*lib.* 6. *cap.*6. *de pœn. blasphem. num.*5. *Boer. decis.* 301.*n.*17.*&* 18. *Franc. decis.* 504. *n.*3. *&* 4. *Bellet. disquisit.Cleric.p.*1.*tit.de favor.Cleric. real.§.*4. *n.*148.& quod Judicis arbitrio

13 puniatur hujus criminis reus, attentâ qualitate facti, & personæ, & plures refert casus, in quibus etiam irrogata fuit pœna mortis, *Paul.Grillan in tract.de sortileg. q.*11. *n.*18. *&* 19. *& de pœn. omnifariam coitus q.*1.*n.*9.

14 Lamiæ, seu strigæ licèt ob infanticidia etiam

etiam in primo lapsu tradi possint curiæ seculari, præsertim in partibus, ubi multùm invaluit hæc pestis, non tamen consuevit sanctum Officium illas tradere, nec aliter punire quàm sacri Canones puniri mandant Apostatas à fide Christi; si tamen Judex secularis illas priùs officio Inquisitionis consignasset, expeditâ hæresis causâ sanctum Officium debet, ac solet eidem Judici illos restituere juxta Pii V. Constitutionem: ita *Pegna in suis notis ad Ambrosium de Vignante quæst. de strigibus artic. 2. §. si verò dicunt &c.* relat. per *Dian. p. 4. tit. 8. de*
15 *offic. & potest. Inquisit resol.* 118. ubi *in fi.* subdit, si lamiæ, se sponte detulerint, etiam si à nostra fide aberrassent, & ex animo apostatassent, nihilominus quod admittantur ad reconciliationem, ac proinde quod eorum bona non confiscantur, nec habitus pænitentialis eis imponatur.

16 Ampl. etiam si lamiæ, & similes sortilegiis infantes occiderint, & alia atrocia, & nefanda crimina perpatraverint; nam si velint redire ad gremium Ecclesiæ, hæresimque abjurare, & condignam agere pænitentiam, non possunt, nec debent ab Inquisitoribus tradi Curiæ seculari ad condignam criminis punitionem, ut tradunt DD. relati per *Farinac. q. 20. n. 105. &* pulchrè per *Chartar. decis. crim. 73. n. 5.* ubi *n. 10.* recenset de quadam puella, quæ in infantia, & pueritia à matre educata ante duodecim annum Deum, ac Sanctos abnegavit, & demoni animam donavit, & in sponsum duxit, infantes maleficiis necavit, & diversa mala multis intulit, mediante demonis conjuratione, & operâ, sed in decimo sexto ætatis suæ anno sponte non vocata, nec admonita comparuit coram Inquisitore, &
17 errores suos agnovit, & confessa fuit, propterea ob hujusmodi spontaneam comparitionem subdit fuisse condemnatam in pænam extraordinariam, & arbitrariam, scilicet reclusionis in Monasterium Monialium, vel alterius pii loci, ibique retinen. arbitrio Inquisitoris, & Episcopi, & alias salutares pænitentias impositas fuisse, & *n.* 11. quod tantum de levi debeat abjurare.

18 Sponte enim comparens coram Inquisitore non vocatus, etiam post receptas probationes, si suos errores confiteatur, mitiùs extra ordinem Judicis arbitrio puniendus est, ut tradunt *DD.* relati per *Chartar. decis. crim. 73. n. 4.*

19 Et in crimine hæresis quòd minores viginti quinque annorum etiam mitiùs extra ordinem Judicis arbitrio puniantur, ita de jure censuerunt *Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 12. n. 25. & lib. 5. cap. 37. n. 56.* ubi etiam si majores facti fuerint, dummodo resipuerint, *Pegna in comment. ad direct. Inquisit. p. 1. comment. 13. vers. si tamen criminis* cum aliis per *Chartar. decis. crim. 73. n. 6. & 7. 8. & 10.* ubi præcipuè si ita seducti, & educati fuerint à parentibus.

20 Blasphemiæ crimen de jure communi pariter est mixti fori, tanquam punibile tam de jure canonico, quam civili, *cap. 2.* & ibi *Abb. de maledic. Cald. cons. 2. de Judæis, Soccin. sen. cons.* 119. *n. 7. vol. 4. Boss. in tit. de inquisit. n. 132. Clar. in §. blasphemia n. 4. Covar. var. resol. lib. 2. cap. 10. n. 7. Lopez ad Diaz. in prax. crim. canon. cap. 113. vers. est quidem, Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 4. n. 1. Farinac. q. 8. n. 127. vers. & quid in crimine blasphemiæ, Bellet. disquisit. Clerical. p. 1. tit. de favor.* Cleric real. *§. 4. n.* 140. *Bonacin. tit. circa primum Decalog. præcept. dis. 3. q. 8. punct. 1. n. 5. tom. 2. fo. mihi 252. Boer. decis. 131. n... Marc. decis. 104. Leo X. in sua constit. incip. ad abolendum, & Pius V. constit. incip. cum primum §. ad abolendum, Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg. 51. n. 94.*

21 Blasphemiæ verò hæreticalis solus Ecclesiasticus est Judex, *cap. ut inquisitionis §. prohibemus de hæret in 6. Eymeric. in Directorio Inquisit. p. 2. q. 41. n. 2.* ubi *Pegn. comment. 66. vers. quantum ad primum, & vers. sequent. Roias de hæret. p. 2. assert. 12. n. 168. & 170. Bellet. disquisit. Clerical. p. 1. tit. de favor.* Cleric. *real. §. 4. n. 141.*

22 Et Inquisitores hæreticæ pravitatis de blasphemia hæreticali privativè cognoscunt, & ubi non sunt Inquisitores, ordinarii locorum, *Barbos. de offic. & potest. Episcop. p. 3. alleg. 51. n. 89. Aloys. Ric. in prax. aurea resol. 9. n. 2. Farinac. q. 20. n. 39. & in tit. de hæret. q. 178. n. 76. Nicol. in suis floscul. in verbo Inquisitor n. 2. Bonacin. loco citato, Chartar. decis. 2. n. 31. & 32.*

23 De blasphemiis verò, quæ hæreticales non sunt, cognitio, & punitio non ad Inquisitores, sed ad Episcopum spectat, ut probat *textus* notabilis *in cap. 2. de maled.* & tradunt DD. relati per *Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg. 51. n. 93.*

24 Blasphemare est dicere tacitè, vel expressè verbo, vel scripto contra Deum, vel ejus Sanctos quidpiam contumeliosum, tribuendo scilicet Deo, quod illi non convenit, vel detrahendo quod illi convenit, vel tribuendo creaturæ, quod solius Dei proprium est & alia: est blasphemia hæreticalis, alia simplex: hæreticalis est illa, quæ cum hæresi connexionem habet, scilicet si negetur, vel renegetur Deus, aut si aliquid dicatur contra articulos fidei, puta *non credo in Deum,* vel *denego,* vel *maledico Deum.* vulgo *Renego Dio,* vel *abnego*

 fidem,

fidem, ut latè comprobat *Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg.* 51. *n.* 86. *cum duob. sequen. Genuen. in prax. Archiepiscop. Neapol. cap.* 18. *n.* 11. *circa med. vers. dicuntur autem.*

25 Simplex verò blasphemia est illa, quæ non repugnat iis, quæ tenemur credere, vel quæ fidei confessioni non opponitur, quamvis gravissima sit, vel quia aufertur Deo, quod ei convenit, vel tribuitur quod

26 ei non convenit, *Aloys. Ric. in praxi aurea resol.* 9. *n.* 3. *& in collect. decis. p.* 1. *collect.* 75. cum aliis relatis per *Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg.* 51. *n.* 91. *Bonacin. circa primum Decalog. præcept. disp.* 3. *q.* 8. *punct.* 2. *sub n.* 9. *tom.* 2.

27 Non tamen committitur blasphemia dicendo *al cospetto di Dio*, dummodo proferens non habeat animum proferendi convicium in Deum; quia hæc verba nullam continent injuriam in Deum, nihilque eidem tribuunt per contumeliam, nec aliquid auferunt quod Deus habeat, cùm perinde sit ac dicere coram Deo; ideóque potiùs continent juramentum, quam contumeliam, ita *Bonacina tit. circa primum Decalog. præcept. disp.* 3. *q.* 8. *punct.* 2. *n.* 8. *tom.* 2. ubi

28 *n.* 9. subdit quod neque blasphemia per se loquendo committatur, dicendo *Posar Dio*, aut *Possanza de Dio*: secùs verò si dicerentur animo detrahendi potentiæ Dei.

24 Qui verò dicit, volo hoc facere, quamvis sit peccatum, vel offensa Dei non videtur blasphemiam proferre; quia indicat solùm voluntatem peccandi, non autem contumeliis Deum afficiendi, ita ex *Sanchez* tradit *Bonacina loco citato n.* 9. *in fi.*

30 Blasphemus est, qui dicit *al dispetto de Di, rinìego Di*, tacita vocali O. quia licèt non fuit prolata ultima syllaba, tamen colligitur habuisse intentionem blasphemandi, & aliquid faciendi, etiam si Deus nolit; & consequenter divinam potentiam diminuit, ut ex *Bonacina circa primum Decalogi præceptum disp.* 3. *q.* 8. *punct.* 2. *n.* 11. *&* 12. ubi

31 quod non præsumatur blasphemia, dicere *al dispetto di quel bacco, che mi tiene al mondo*, nisi ex circumstantiis constet, proferentem habere intentionem dirigere præfata verba in Deum; & ratio est, quia dicta verba referre possunt etiam ad homines, qui proferentem sustinent, alimenta præbendo; ac proinde in dubio sunt interpretanda pro exclusione blasphemiæ.

32 Prout nec committitur blasphemia dicere *hoc ita verum est, sicut Deum esse verum est, vel sicut Deus ex B. Virgine natus est, vel hoc est verum tanquam Evangelium, vel in hoc ego sum innocens sicut D. Petrus*, quia nihil Deo tribuitur per contumeliam, nec aliquid aufertur; secus verò si proferens intenderet veritatem divinam coæquare veritati humanæ, & non tantummodo indicare similitudinem quandam, nempe illud suo modo verum esse, sicut verum est Deum esse, ut ex *Suarez Lazario Medina Azorio* tradit *Bonacina circa primum Decalog. præceptum disp.* 3. *q.* 8. *punct.* 2. *num.* 13. *tom.* 2.

33 Contrarium quòd hujusmodi jurationes, blasphemiæ nomen habere videantur, quia si falsitas sub iis jurationibus affirmatur, committitur perjurium cum blasphemia conjunctum, quod si affirmatio veri, veritate polleat, adhuc non evitatur blasphemiæ crimen, quia veritates æternæ, & divinæ non sunt comparandæ cum nostris veritatibus, ut ex *Soto*, *Graf. Covar.* docet *Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg.* 51. *n.* 92. *p.* 3.

34 Jurare per corpus, aut per sanguinem Domini, si fiat cum irreverentia, non est blasphemia, sed peccatum mortale; nam post Christi incarnationem Deus dicitur habere corpus, & sanguinem in quantum homo, jurare verò per alia membra Dei, ut per caput, per jecur, & similia, per Beatam Virginem, si blasphemiæ non sunt, proximè accedunt; quia videntur dicta membra Deo tribuere, etiam si de membris Christi intelligant, ut ex *Soto lib.* 8. *de justitia q.* 2. *art.* 3. tradit *Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg.* 51. *n.* 98. *vers. sicut inquit.*

35 Hæreticalis blasphemia est dicere *Puttana de Dio, Puttana della Madona.* Hæresim enim continet cum repugnet divinæ bonitati, quia per eam asseritur Deum habere meretricem, & si id solùm dicat contra divinam bonitatem, blasphemus est, si verò credit id quod dicit, hæreticus est, *Marta de jurisdict. part.* 2. *tit.* 2. *cap.* 13. *post n.* 9. *Ric. in prax. fori Ecclesiast. decis.* 671. *vers. blasphemia hæreticales, Farinac. q.* 20. *n.* 29. *Chartar. decis. crim.* 2. *n.* 27. 28. *&* 29.

36 Ulteriùs blasphemiæ, quæ facto committuntur, ut si gladio Salvatoris imago transfigatur, sunt hæreticales hæresim sapientes, *Chartar. decis. crim.* 26. *vers. hactenus de pœna.*

37 Blasphemus si pluries, & frequenter in ludo, & extra ludum, & ad levem turbationis motum blasphemias proferat, nec etiam constat de mala credentia in mente, arctari debet ad abjurandum de vehementi, ut vehementer suspectus de hæresi, de qua redditur propter frequentiam habituatam; si verò non frequenter, sed raro, nec longo tempore, sed modico, & non extra ludum, sed in ludo tantùm hæreticaliter blasphemaverit, tunc debet abjurare ut leviter suspectus, juxta *cap. accusatus de hæret. in*

6. *Ge-*

6. *Gennen. in prax. Archiepiscop. Neapol. cap.*18. *n.*11. *circa med. verf. item blafphemantes Deum, Chartar. decif.*2. *n.*35. & 36.

38 Hoc autem blafphemiæ crimen de jure civili olim pęnâ mortis puniebatur, *Barbof. de offic. & poteft. Epifcop. alleg.*51. *num.* 101. ubi allegat *Textum in Auth. ut non luxurientur contra natur. §. præterea*, & tradunt Doctores relati per *Chartar. decif.*2. *n.*4. & 5. & 6. qui declarat hoc procedere in affuetis ex confuetudine, & incorrigibilitate Deum blafphemare.

39 Hodie verò quod hæc pœna mortis abierit in defuetudinem, teftantur *Farinac. q.*20. *n.*64. *Chartar. decif. crim.*2. *n.*5. & 7. qui

40 alios allegant. Ac proinde quod hodie fit arbitraria, & remittatur arbitrio Judicantis, qui juxta qualitatem perfonarum, & blafphemiarum, & pro menfura peccati punire debet, ut firmat idem *Chartar. dict. decif.*2. *num.*8. & 9. *Clar. in §. blafphemia n.*3. *verf. fed hæc pœna.*

41 Hinc eft quòd blafphemias hæreticales evomens, nempe *al fangue, al corpo de Dio, puttana de Dio*, & qui fuerit Salvatoris Imaginem gladio confodiat, tortus fuper mala intentione, & fuftinens, fuerit ad triremes per trienniun, & ad abjurandum de levi condemnatus, refert *Chartar. decif.*2. *in fin. princ.*

42 Immo quod arbitrium ad fupremum quoque fupplicium extendi poffit, fi facti, & perfonarum qualitas id fuadeat *Menoch. de arbitrar. caf.*376. *poft num.*4. & 5. *Farinac. quæft.*20. *n.*71. *Vincent. de Franc. dec.*504. *n.*10. & 11.

43 De Jure Pontificio graviffimæ pœnæ in blafphemos funt conftitutæ, extraordinaria tamen pœna veniunt mulctandi, fcilicet perforationis linguæ, fuftigationis, Berlinæ, Triremium, *Cardin. Tufch. concl.*95. *lit. B. n.*16. *Jul. Clar. in §. blafphemia num.*3. *per tot.*

44 Et ab Inquifitoribus pro blafphemiis in quibus cognitionem habent, imponitur pęna, fcilicet, quod fi blafphemus vilis, & infimæ conditionis fuerit, flagellis cæditur cum publica pœnitentia in publico fpectaculo lingua ferro, vel ligno comprehenfa, & ad triremes etiam pro gravi blafphemia condemnatur: fi verò nobilis pœnâ pecuniariâ mulctatur, & ad tempus in monafterium detruditur, in aliis autem blafphemiis levioribus, condemnantur blafphemi, ut aliquo die fefto in Ecclefia dum divina celebrantur permaneant nudo capite fine clamide, nudis pedibus fine vefte fuccincti dexterà proferentes ardentem facem, & facris peractis legitur etiam publicè fententia contra ipfos lata, indicuntur etiam jejunia, precationes, & pecuniaria mulcta folet imponi; ita *Salfedus in addit. ad pract. crim. Bernard. Diaz cap.*110. *lit. A.* & ante illum *Simanca tit.* 8. *n.*10. & 11. ubi quod poft flagella poteft etiam in exilium mitti relat. per *Dian. refol. moral. part.*4. *tit.*7. *de pœnis delictor. refol.* 8. *verf. verum quoad alias pœnas*, ubi quod in Tribunali Sancti Officii Siciliæ frequenter imponatur pœna

45 Triremium, quæ pœnæ videntur etiam conformes difpofitioni *Conftitutionis Gregorii IX.* relat. *in cap. ftatuimus* 2. *de maledicis*, licet prout præfcribuntur in dicto *Textu* in defuetudinem abierint, ut teftatur *Barbof. de offic. & poteft. Epifcop. alleg.*51. *n.*97. *in fin.*

46 Infuper in *Conftitutione Pii V.* incip. *cum primum Apoftolatus* ex ordine *Bullar. Cherubin.*5. §.10. *tom.*2. difponitur, ut quicunque laicus qui Deum, & Dominum noftrum Jefum Chriftum, vel gloriofam Virginem Mariam expreffè blafphemaverit pro prima vice pœnas viginti quinque ducatorum incurrat, pro fecunda vice duplicetur pro tertia autem centum ducatorum folvat, & ignominiâ notatus exilio mulctetur; plebejus verò, qui non fit folvendo, pro prima vice manibus poft tergum ligatis ante fores Ecclefiæ conftituatur per diem integrum, pro fecunda fuftigetur, prò tertia lingua eidem perforetur, & mittatur ad triremes.

47. Clericus verò hujus criminis reus pro prima vice fructibus unius anni omnium, & quorumcunque fuorum beneficiorum, pro fecunda beneficiis ipfis privetur, pro tertia omnibus etiam dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur, quod fi nullum poffideat beneficium pœna pecuniaria, vel corporali pro prima vice puniatur, pro fecunda carceribus mancipetur, pro tertia verbaliter degradetur, & ad triremes mit-

48 tatur, qui reliquos fanctos blafphemaverint pro qualitate blafphemiæ, atque perfonæ arbitrio Judicis puniatur, de qua Conftitutione *Barbof. de offic. & poteft. Epifcop.*

49 *alleg.*51. *n.*100. ubi *in fin.* animadvertit, quod verba illa *pro prima vice* interpretanda effe pro prima vice punitionis, & non blafphemiæ, etiamfi Clericus fuerit pro illa prima vice inquifitus, quod pluries blafphemaffet, & fic Clericum, qui pluries blafphemaverat Deum, pro prima vice inquifitionis non fuiffe transmiffum ad triremes, fed exilii pęna à civitate mulctatum per quinquennium refert *Gennen. in prax. Epifc. Neapol. in terminis dictæ Bullæ Pii V. in c.*63. *n.* 2. ad quod facit *Textus in cap. grave de præben.* Ibi -- poft primam, & fecundam correctionem, -- prout etiam docet *Profper de Auguft. in addition. ad Quarant. in fumma Bullar.*

Bullar. in verbo blasphemia.

50 Qui autem non ex credulitate hæretica, sed ex vehementi perturbatione protulit blasphemiam, vel ex ira dicit aliqua verba hæreticalia, vel scandalosa, quod aliqua pœnitentiâ salutari, & aliquando publicâ, scilicet ut teneat candelam accensam in Ecclesia tempore Missæ solemnis, sine aliqua abjuratione mulctari debeat ex *Pegn. in 2. p. Direct. super qu.* 41. tradit *Genuen. in prax. Archiepiscop. Neapol. cap.* 68. *n.* 13. *vers. item illi*, *Diana resol. moral. p.* 4. *tit.* 7. *de pœnis delictor. resol.* 8. *vers. non desinam ta-*

51 *men hic adnotare*, ubi quod hoc à fortiori procedat si reus signa doloris post blasphemiam ostenderit: etenim licet calor iracundiæ, & animi perturbatio, & commotio minuat delictum, non tamen in totum excusat; propterea aliâ mitiori pœnâ plectendus venit, reprobato *Comitulo in responsf. moral. lib.* 4. *q.* 9. *c.* 3. *& Lazario de blasphem. q.* 6. *n.* 16. asserentibus puniri non debere ab Inquisitoribus, qui non ex credulitate hæretica, sed ex ira protulit blasphemiam, & sic de anno 1667. quidam pauper dum quæstuabat in civitate Prænestina, in publica plateæ cœpit vociferare *mora il Papa*, *e viva il Turco*, undè propter hujusmodi verba scandalosa commoto populo, fuit carceribus mancipatus, & constitutus, fassus fuit calore iracundiæ dicta verba dixisse, de qua re certiorata Sacra Inquisitione Urbis, fuit imposita pœnitentia de permanendo die festivo in foribus Ecclesiæ Cathedralis ligatis manibus, & detecto capite per totum tempus, quo divina persolvebantur, & ita dimissus fuit.

52 Immo blasphemi in ira semel, bis, & ter, si magna fuerit, & ex causa justa, non solent abjurare, consuetudinarii verò in ira debent abjurare de levi, & consuetudinarii in ira, & extra iram de vehementi, *Diana resol. moral. p.* 4. *tract.* 7. *de pœn. delictor. resol.* 8. *vers. igitur quoad abjurationem in fin. ex Michael. Zanard. in Direct. Theol. p.* 2. *præc.* 1. *cap.* 11. *n.* 10.

53 Reincidentes sæpius in blasphemias, vehementer suspecti de hæresi censentur; ideo à Sacra Inquisitione Romana eisdem imponitur abjuratio de vehementi; ab Inquisitione vero Hispanica de levi, *Diana resol. moral. p.* 4. *tract.* 7. *de pœn. delictor. resol.* 8. *vers. nota tamen*. ubi alios allegat.

54 Ubi autem blasphemus sufficienter punitus fuerit à Judice laico, potest iterum propter suspicionem hæresis ab Inquisitoribus examinari, plenè verò à Judice Ecclesiastico examinatus iterum ab Inquisitoribus examinari non potest, ita *Sousa in Aphor. Inquisit. lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 20. relat. per *Dian. resol. moral. p.* 4. *tract.* 7. *de pœnis delictor. resol.* 8. *vers. nota etiam*.

55 Si verò Judex Ecclesiasticus priùs de hoc crimine cognoverit, pœnamque levem imposuerit, jure optimo poterit secularis inquirere, & supplere usque ad condignam condemnationem, ut tradunt DD. plenè relati per *Barbos. de offic. & potest. Episcop. al-*

56 *leg.* 51. *n.* 95. ubi in *fin.* concludit, quòd licèt hæc opinio sit verissima, non tamen à Judice laico ad hoc pœnæ supplementum deveniendum esse, ex rationibus per eum relatis.

De sortilegiis.

ARGUMENTUM.

Sortilegium quatenus omnem superstitionis speciem comprehendit, est quædam superstitio illusoria, & valde noxia, qua utitur homo Dæmonis ministerio. Quibus modis committantur sortilegia patet ex summario.

SUMMARIUM.

1 Sortilegii definitio traditur.
2 Sub nomine sortilegii quæ veniant.
3 Dæmonis invocatio sapit hæresim manifestam.
4 Ampl. præcipuè si interveniat ejusdem adoratio per modum sacrificii, aut preces, aut per honorem latriæ, vel duliæ, n. 5.
6 Sortilegium sapiens hæresim manifestam committitur, si in eo adhibeantur sacramentalia, vel verba sacra, Reliquiæ Sanctorum, vestes sacerdotales, candela, vel aqua benedicta.
7 Ampl. & multò magis si misceantur sacramenta, ut sacramentum Altaris, Chrismatis, & similium.
8 Ampl. ut hujusmodi sortilegi sint interrogandi quid sentiant de sacramentis.
9 Immiscens in sortilegiis Chrisma, vel Oleum Sanctum, si credat in eo esse potestatem explendi suum nefandum affectum, hæreticus reputatur. Contrarium n. 10.
11 Utens Sacramento Eucharistiæ in sortilegiis, curiæ seculari est tradendus uti hæreticus.
12 Et si misceatur hostia non consecrata, vel alia res, super quam missa celebrata fuerit, sapit hæresim manifestam. Contrarium n. 14.
13 Hæreticus reputatur, qui hostiam non consecratam populo adorandam præbet.
15 Si super hostia non consecrata non sit celebrata missa, sortilegium non reputatur hæreticale, secùs si concurrat pactum cum Dæmone, n. 16.
17 Hæreticale sortilegium committit, qui consulit Dæmonem ad sciendam futura, quæ per naturæ activitatem scire non possunt, secùs si per dictam activitatem, n. 18
19 Sortilegia ad scienda furta commissa, res occultas, & similia, quando dicantur hæreticalia, & n. 20. usque ad 24.
25 Hæreticale reputatur sortilegium, si Dæmon invocetur ad effectum se transferendi in aliam speciem.
26 Sortilegia ad curandum morbos, ad collendum maleficium cum alio maleficio, quando sint hæreticalia.
27 Sortilegia facta ad bonum finem de jure civili sunt impunibilia, secùs de jure canonico, etiam si misceantur Sanctæ orationes.
28 Sortilegia ad amorem captandum, quando sunt hæreticalia, & quando non, & n. 29.
29 Qui credit dæmonem posse cogere hominis, vel Mulieris

ris voluntatem ad amorem, hæreticus reputatur.
30 Et multò magis si ad hunc finem fidem abnegaret.
31 Sortilegia facta cum Dæmonis invocatione per modum imperii ad obtinenda ea, in quibus ejus virtus se extendit, secundùm aliquos non videntur hæreticalia, Contrarium, & verius, n.32. ubi de materia.
33 Incantatores serpentium de jure civili nullâ pænâ afficiuntur, secùs de jure canonico, ubi de materia.

DECISIO CLXXIV.

1 SOrtilegii crimen quatenus generaliter
omnem superstitionis speciem compre-
hendit, est superstitio quædam illuso-
ria, & summè noxia, qua utitur homo Dæ-
monis ministerio, ut probat *Textus in cap.*
qui sine Salvatore 26. q.2. & in l. nemo, &
in l. multi C. de malef. & mathemat. Ac
2 proinde sortilegii nomen generale est, sub
quo veniunt Divinatores, Incantatores, sor-
tilegi, Idolatræ, Magi, Arioli, Aruspices
& alii, quorum descriptio, & definitio tra-
ditur *à Zanchin. in tr. de hæreticis cap 22.*
n.1. & seq. ibique *Campeg. in Addition.*
lit. A. vers. primo, & lit. C. in verbo In-
quisitor, Petrus Greg. in Syntagm. juris
lib.34. cap.3. n.5. 6. & 7.
3 Omnis autem Dæmonis invocatio sapit hæ-
resim manifestam, ut ex *Bartholom. de Spina,*
& Panzinibio tradit *Diana resol. moral. p.4*
tract.8. de Offic. & potest. Inquisitor. resol.15.
sub vers. sed iis nonobstantibus. Et multo
4 magis si in actibus sortilegiis interveniat ejus
dem Dæmonis adoratio, quæ soli Deo, &
non creaturæ convenit, ut ipse Salvator, &
Dominus Noster demonstravit, dum Dæ-
moni dixit: *Vade retro Sathana, scriptum*
est Dominum Deum tuum adorabis, & illi
soli servies, ita *Petrus Cabal. resol. crim. 223.*
n.33. & 34. & seq.
5 Sortilegia igitur, in quibus Dæmonis ado-
ratio intervenit, aut per modum sacrificii
oblati, aut per modum precum, sive per
honorem latriæ, vel duliæ, aut per quem-
cunque alium modum, sapiunt hæresim ma-
nifestam, adeo ut hujus criminis rei pœnis
contra hæreticos statutis ab Inquisitoribus
puniendi veniant (si constet de mala inten-
tione, seu credulitate) juxta *Extravag.*
Adriani VI. edita de anno 1473. de qua
Farinac. in tract. de hæresi q.181. n.67. qui
alios allegat, *Bellet. disquisit. Clerical. p. 2.*
de pæn. Clericor. §.20. n.5.
6 Insuper sacrilegium sapiens hæresim mani-
festam committitur, quando in eo adhiben-
tur non solùm Sacramentalia, sed etiam
quando admisceantur verba sacra, ut evan-
gelium, Symbolum fidei, Pater noster, Ave
Maria, Psalmi Davidici, verba Sacræ Scri-
pturæ, & aliæ Sanctæ orationes, & verba,
vel agnus Dei, Reliquiæ Sanctorum, vel aliæ
res Sacræ, Vestes Sacerdotales, & similes,
Scaccia de judic. lib.1. cap.12. n.14. Genuen.
in prax. Episcopal. cap. 10. n. 11. Pegnia in
Director. Inquisitor. p.2. q. 42. n.67. Diana
resol. moral. p. 4. tract.8. de offic. & potest.
Inquisitor. resol.14. ubi reprobat *Torreblanc.*
& Ghirland. in locis per eum relatis, *Fari-*
nac. in tract. de hæresi q.181. §.1. n.22. ubi
de sortilegio, quod fit cum candela benedicta
& aqua benedicta, *Bellet. disquisit. Cleri-*
cal. p.2. §. 20. sub. n.5. in tit. de pæn. Cle-
ricor.
7 Ulteriùs sortilegium sapit hæresim mani-
festam, si in eo misceantur sacramenta, aut
sacramentalia, vel res sacræ, ut si utatur
sacramento Altaris ad faciendum incanta-
tiones, vel Sacramento Chrismatis, aut ali-
quo aliorum Sacramentorum, quæ eodem
modo judicari debent, *Pegnia in director.*
Inquisitor. p.2. q.42. comment.65. Genuen. in
prax. Episcopal. cap. 18. n. 11. Diana resol.
moral. p.4. tract.8. de offic. & potest. Inqui-
sitor. resol.13. Bellet. disquisit. Clerical. p.2.
tit. de pæn. Clericor. §.20. n.5. Farinac. in
tract. de hæresi q.181. n.19. ubi subdit quod
8 hujusmodi sortilegi diligenter sint interro-
gandi ab Inquisitoribus quid sentiant de Sa-
cramentis in sortilegio immixtis: & si dixe-
rint, se credere ex iis liberum arbitrium co-
gi posse, non solùm de hæresi vehementer
suspecti sunt, sed verè hæretici reputantur.
9 Immiscentes verò in sortilegiis sacrum
Chrisma, & oleum Sanctum, si credant in
eo esse potestatem explendi eorum nefan-
dum affectum, hæretici reputantur, & hæ-
reticorum pænas incurrunt, secùs si fine
mentis errore, & ex sola voluntatis malitia
præmissa perpatraverint, tunc enim com-
mittunt horrendum, & mortale peccatum.
ita *Tolet. de instructione Sacerdotum lib. 4.*
cap.16. n.6. & Umbert. Locat. in Judicia-
le Inquisitor. in verbo Sacerdos n.4. videtur
tenere, quòd hoc sortilegium non sapiat
10 hæresim, nisi imploretur auxilium Dæmo-
nis ad ea, quæ de sui natura facere non po-
test, quos refert *Farinac. in tract. de hæresi*
q.181. n.21.
11 Qui verò usus fuerit Sacramento Eucha-
ristiæ in sortilegiis uti hæreticus curiæ sæ-
culari tradi debet, ut bene advertit *Monte-*
maron. in practic. Episcopal. cap.84. n.10. &
ex *Genuen.* & aliis tradit *Diana resol mo-*
ral. p.4. tract. 7. de pæn. delictor resol. 10.
vers. & tandem Farinac. in tit. de delict. &
pæn. q.20. n.83. & in tract. de hæresi q. 181.
n.19. in fi. vers. verum quod sic abutentes,
de quo videnda est *Const. SS. D. N. Innocent. XI.*
12 Sed si in sortilegio misceatur hostia non
consecrata, vel alia res, super quam missa
celebrata fuerit, pariter sapit hæresim ma-
nife-

nifestam, non propter hostiam per se solam
sumptam, secundùm aliquos, sed propter
immixtionem rei sacræ, scilicet celebratio-
nis missæ super hostiam, *Scaccia de judic.*
lib.1.cap.12.n.34. Anton. Sousa in Apho-
rism. Inquisit. lib.1.cap.57.n.11. Diana
resol. moral. p.4. tract. 7. de pæn. delictor.
resol.10.vers. sed ego puto, ubi in *fin.* quod
hujus criminis rei sint puniendi cum abju-
ratione de vehementi, *Farinac.in tit. de hæ-*
resi q.181.n.20. Martin. del Rio de magi-
cis disquisit. lib.5. section. 15. vers. dico 5.
13 ubi quod apertè videatur hæreticus, qui
14 hostiam non consecratam populo adoran-
dam præbuerit, probabile tamen putat,
quòd non faciat sortilegium hæreticale, si
super hostiam missam dicat, si tamen bene
sentiat de præsentia corporis Domini, &
transubstantiatione.
15 Si tamen super hostiam non consecratam
non sit celebrata missa, sortilegium non re-
putatur hæreticale, & sic non esse punibile
ab Inquisitoribus, *Ghirlan. de sortileg. q.*
10.n.16. & 17. Umbert. Locat. in Indice
Inquisitor. in verbo Sacerdos n. 4. Torre-
blanc. de magia lib.5. cap. 8.n. 18. Farinac.
in tit. de hæresi q.181.n. 20. Martin. del
Rio de disquisit. Magicis lib.5.sess.15.vers.
16 *dico 5.* ubi secùs si fiat ab habente expres-
sum pactum cum dæmone; alii tamen aliter
sentiunt.
17 Hæreticale quoque sortilegium commit-
tit, qui dæmonem consulit ad scienda futu-
ra, nempe quæ per naturæ activitatem sci-
ri non possunt, qualia sunt ea, quæ à mero,
& libero hominis arbirrio dependent, &
quæ Deus sub sua potestate reservavit; quia
sic tribuit diabolo id, quod est proprium
omnipotentis Dei, juxta illud Evangelii:
non est vestrum nosse tempora, vel momen-
ta, quæ pater posuit in sua potestate, Ol-
drad. cons.210.sub n.3. vers. sed circa hoc,
Gemin.cons.54. col.3.sub n.4. vers. de secun-
do, Decian. tract.crim. lib. 5.cap. 18.in 41.
casu tom. 1. Clar. in §. hæresis n. 25. vers.
successivè quæro, Farinac. in tract. de hæresi
q.181.n.8. & in tit. de delictis, & pænis q.20.
n.79. in prima regula, latè *Petrus Cabal.re-*
sol. crim. 223.à n. 1. cum pluribus sequen.
Martin. del Rio de disquisition. Magicis lib.
4.cap.2.q.2. vers. sic primo, & vers. certo
potest diabolus, sed expressè cavetur in *Bul-*
la Sixti V. ex ordine Bullar. Cherubin. 17.
p.a.§.3. quilibet enim prædicens futura per
consultationem dæmonum, vel alia præsti-
gia censetur suspectus idololatriæ, & Apo-
stasiæ à fide.
18 Non reputatur tamen hæreticus, licet
graviter peccet, si futura, quæ à Dæmone
quis scire cupit sint talia, quæ illius notitiæ
subdantur, ut Eclypsis, fertilitas Terræ, &
similia, quæ in causis naturalibus continen-
tur, *Farinac. in tract. de hæresi q.181. n. 8.*
Martinus del Rio de disquisition. Magicis
cap.2. q.2. vers. certo potest Diabolus.
19 Et quamvis sortilegia, quæ fiunt ad scien-
da furta commissa, seu pro reperiendis rebus
furatis, & eorum furibus, & ad inquirenda
occulta, ut ea, quæ fiunt in longinquis re-
gionibus, vel præsentia occulta, vel præte-
rita, non videantur sapere hæresim manife-
stam, secundùm *Jul.Clar.in §.hæresis n.23.*
vers. successivè quæro circa fin. latè *Riminald.*
cons.414. n. 16.19.& seq.lib.4. qui reprobat
Barbat. in cons.55. lib.1. ac proinde cogni-
tionem hujus Causæ non pertinere ad In-
quisitoris jurisdictionem, si nulla detur
aliunde admixtio hæresis, puta Dæmonis
adoratio, voluit *Scaccia de Judic.lib.1.cap.12*
n.40. & tradunt alii Doctores plenè relati
per *Farinac. de hæresi q.181.n.54. Acugna*
de confess. sollicit. q. 5. n. 34. Cabal. resol.
crim.223. n.11.
20 Tamen verius est quod hæresim sapiant,
& Inquisitores procedere valent; cùm to-
taliter Diaboli commercium prohibeatur, ut
tradit *Simanch. Catholicar. instit. tit.21.rub.*
de divinatione, & revelat. n. 15. quem re-
fert Farinac. *in tit. de hæresi q. 181.n.55.*
21 hujusmodi enim sortilegia non sunt permis-
sa, sed prohibita, *cap.1. extrav. de sortileg.*
Petrus Cabal. resol. crim.223. n. 12. & seq.
ubi, quòd ea facientes non ut hæretici, sed
aliter puniri debeant, per *Textum* in *cap.2.*
de sortilegiis, ubi de Presbytero, qui per
inspectionem astrolabii furtum Ecclesiæ re-
cuperare perquirebat.
22 Propterea quærere commissa furta cum
Astrolabii inspectione, sive cum Dæmonis
invocatione, vel eorum interrogatione, vel
quando quis certò aliquid pronunciare au-
debit ex iis, quæ naturaliter sciri non pos-
sunt, ipsum sortilegium hæreticale redditur:
etenim furtum invenire ex inspectione astro-
labii ad astrologiæ judiciariæ partem perti-
net, & cùm nulla nitatur ratione naturali,
hæc divinatio tota superstitiosa, & illicita
est, sicuti cum dæmonis invocatione, qua
deficiente hoc sortilegium, si non sapiat
manifestam hæresim, bene tamen infert hæ-
resim non manifestam, juncta tamen invo-
catione dæmonum, hæreticale esse concludit
Martin. del Rio disquisit. Magic. lib.5. sess.
15. sub vers. axioma primum circa med. & ex
Umbert. Locat. Jacob. de Graf. Sanchez, &
aliis tradit *Farinac. in tit. de hæresi q. 181.*
23 *n.11.12. & 14. & n.15.* ubi ampliat, quan
do hujusmodi sortilegia fiant cum phiala
plena aquæ, & ante eam ponitur puer, vel
puella virgo cum candela accensa respiciens
eandem

eandem phialam, dicendo *Angelo bianco &c.* ut etiam consuluit *Barbat. conf.55. lib. 1. Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 17. vers. item hæreticus est*, & aliis relat. per *Farinac. dicto n.15.*

24 Supradictas contrarias opiniones concordare nititur *Farinac. dicta q. 181. n. 17.* scilicet quòd dicta sortilegia hæreticalia sint, si res sacræ immisceantur, puta aqua, vel candela benedicta, vel verba sacra, puta Symbolum, Evangelium, Pater noster, Ave Maria, & Psalmi, ut supra diximus; secùs si res sacræ non immisceantur: ita *Franciscus Pegnia in addition. ad Eymericum p.2. q.42. vers. jam illa quoque fo.359. col.1.in fi.& col.2.post prin.*

25 Hæreticale etiam sortilegium est, quando dæmon invocatur ad effectum se transformandi in aliam speciem, cùm hoc à dæmone fieri non possit, scilicet transformare homines in bruta,animalia,vel alia,ut striges facere dicuntur, cùm hæc solus Deus facere possit,*c. Episc. 26. q.5.Gbirland. in tract. de sortileg. q. 10. Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 17. vers.38.fol.234. in fin.* & *vers. item quando fol.242.col.2.Farinac.de hæresi q.181 n.18.* ex *Petro Gregor. Syntag. jur. lib. 34. cap.16. n.2. & seq.* qui refert multa exempla, quibus scribitur, homines in animalia bruta transformatos fuisse; sed hæc aut facta fuisse non ex parte Dæmonis, sed Deo permittente, aut non verè, & corporaliter, sed sopitis, aut oppressis hominum sensibus per fantasticum demonstrata, ut intuitu videantur esse, quæ verè non sunt, dæmone oculos inspicientium deludente, bene tradit *Martin.del Rio disquisit. magic. lib.2. q. 18. Tolet. in instruction. Sacerdot. lib. 4. cap.16 n.7.in fi.*

26 Damnata pariter sunt sortilegia ad curandum morbos ægrotantium, & ad rollendum maleficium cum alio maleficio; præcipuè si prædicta perpatrantes crederent dæmones ex se posse infirmos sanare, & virtute suâ principali id operari; nam tunc hæresim incurrunt, veluti diabolo tribuentes potestatem Deo omnipotenti convenientem; non enim ex magicis artibus, & incantationibus hominum infirmitatibus aliquid remedii conferri potest, *cap. admoneant 2. 6. q.ultima, cap. non liceat §. nec in collectionibus 26.q.5. Gemin. conf.54.sub n.8. vers. aut convocatio fit, Decian. tract. crim.lib.5. cap.18. casu 43. & 45. Simanch. Cathol. instit.tit. 63. rub. de superstition. n. 19. & seq. Petrus Greg. Syntagma jur.lib.34. cap. 9.n.9.& 10.& cap.17. rub. de Magicis circa morborum curationem, & cap. 18. rub. de Magicis ad bonum quendam finem, & cap. 20. n.13. & cap.22. Tolet. de instructione Pars III. Posthuam.* Sacerdotum lib.4. cap.16.n.7. vers. est autem quinto, Martin. del Rio de disquisition. magic. lib.3.p.2.q.4.sect.7. 8. & 9.* ubi de pluribus observationibus in sanandis morbis, & latiùs *lib.6. cap.2.sect.1. Franc. Suarez de statu* Religionis *lib.2. cap.17.* ubi quibus remediis uti liceat ad tollenda maleficia, & *cap.18. Farinac. de hæresi q. 181.*

27 *n.33. & in tit. de delict. & pœnis q. 20. n. 95.& 96.* ubi quod licèt de jure civili non puniantur perpatrantes sortilegia ad bonum finem,per *textum* in *l. eorum §. 1.* ubi notat *Bar. C.de malef.* secùs tamen est de jure canonico, etiam si in illis misceantur sanctæ, & devoræ orationes Dei, Beatæ Virginis, & Sanctorum, præcipuè si adjunganrur characteres, & nomina ignota, *Petrus Cabal. resol. crim.223.à n.18.usque ad 24.& à n.58. usque ad 62.* ubi refert absolutam fuisse quandam mulierem, quæ confessa fuit hujusmodi remedia fecisse piè & devotè absque dæmonis ministerio ex *Foller. inter cons. crim.divers.cons.142.tom. 1. in folio.* Sed hoc subdit procedere potuisse de jure civili, secùs de jure canonico, cùm non liceat similia facere, nec facienda sunt mala, ut eveniant bona.

28 Qui autem ad amorem alicujus captandum, & mulieris pudicitiam tentandam, & ad ejus benevolentiam inducendam dæmonem invocaverit, & sortilegis artibus usus fuerit, non videtur committere sortilegium sapiens hæresim, licèt graviter peccet, secundùm *Oldrad. conf. 210. Gemin. conf.54. Farinac.in tit. de delictis, & pœni. q.20.n.80. Gbirland. de sortileg. q. 10. Ges nuen. in prax. Archiepiscop. Neapol. cap. 18. n.11. Pegnia in Director. Inquisit. p. 2. n. 68. Locatus in prax. Inquisitor. in verbo Apostata n.23.* latè *Petrus Cabal. resol. crim. cas.223. à n.25. usque ad 39. Afflict. in constitut. Regni p. 1. rub.1. n. 17. Clar. in §. hæresis n.23.* latè *Martin. del Rio de disquisit. magic. lib.3.p.1. q.3.sec.1.& q. 4. sect.9.* ubi e contra de sortilegio, & maleficio odii, latè *Petrus de Gregor. in Syntagma jur. lib.34. cap.12. idem Farinac. in tit. de hæresi q.181.§.3. n.82. & 83.* ubi de faciente imagines cereas ad amorem provocandum quòd magis conficiat rem superstitiosam, quàm actum hæreticum.

29 Licèt tamen secundùm præfatorum Doctorum sententiam hujusmodi sacrilegia ad amorem alliciendum cum dæmonis invocatione non dicantur hæreticalia, reddunrur tamen hi sortilegi vehementer de hæresi suspecti; & propterea Inquisitores contra eos procedere valent, dummodo fiant cum dæmonis invocatione, aut aliud simile perpatretur, quod hæresim sapiat, secùs si ali-

ter, prout faciunt leves, & stultæ mulierculæ, quæ credunt hominem ad amorem allicere cum quibusdam insipidis actionibus, aut verbis non tamen hæreticalibus, aut hæresim sapientibus, *Menoch.lib.5.præsumpt.7.n.20.* cum aliis adductis per *Farinac. in tit. de hæresi q.*181.*n.*85.

30 Quando verò sortilegia amatoria fabricantes, credunt dæmonem, quem invocant, propriâ auctoritate posse cogere aliquem ad amorem &c. est hæreticus manifestus; cùm demon nullius hominis voluntatem ad amandum cogere possit, sed solùm persuadere movendo phantasmata in hominis imaginem, quibus voluntas allicitur, incitando carnis appetitum variis tentationum illecebris, ut quis trahatur ad desiderium carnalis copulæ in genere; adeout si tunc maleficus amator accederet, & mulierem urgeret, faciliè ejus voluntati pareret; semper tamen ejus voluntas libera remanet ad denegandum consensum: undè hujusmodi sortilegi sunt diligenter interrogandi, an credant, dæmones posse cogere alicujus viri, vel fœminæ voluntatem ad amorem inhonestum; & si respondent se credere; contra tales, tanquam contra hæreticos, procedendum est; & si moniti ab eorum credulitate recedere noluerint, hæretici habendi sunt, cùm hujusmodi credulitas aperta hæresis sit, ex quo directè repugnat libertati, & libero arbitrio à Deo nostræ voluntati indicto, ita *Petrus Bisfeld. in commen. in l. eorum C. de malef. & mathemat. q.2.conclu.4. Tholed. in instruct. Sacerdot. lib.4.cap.16.n.3. in fin. & n.4. Farinac. de hæresi q.* 181.§.3.*n.*86. *Martin. del Rio de disquisit.magic.lib.3.p.1.q.3.sect.5.*

31 Et multò magis hæreticus reputandus esset, quando quis in amatoriis sortilegiis fidem abnegaret, *Suarez de statu Religionis lib.2.cap.19. rub.de superstitione n. 10. vers.item crescit, Farinac.in tit. de hæresi q.* 181.*n.*90. *Martin. del Rio de disquisit. magicis lib.5.sect.15. vers.dico tertio.*

32 Nec sustineri potest nonnullorum Doctorum sententia, qui tradere contendunt hujusmodi amatoria sortilegia, non esse hæreticalia saltem manifestè, si ad hunc finem dæmonis invocatio fiat per modum imperii, scilicet ut illi præcipiatur, & non per adorationem; adeout simplex invocatio dæmonis sine cultu, seu honore, aut mixtura rerum, vel verborum sacrorum, non sapiat hæresim, præcipuè si fiat verbis imperativis, & non deprecativis, ad sciendum, & obtinenda ea, quæ dæmon præcipuè viribus naturalibus, & intra sferam suæ activitatis scire potest, ita ut sint ei propria, & ejus virtus se extendere valeat, ut tentare pudicitiam mulieris, ad inveniendum thesaurum, ad sciendum, an mulier prægnans ediderit masculum, vel fæminam, ad impediendum, ne ignis comburat projecta in eo, ad transportandum hominem, vel aliam rem de loco ad locum, ad ligandos sponsos, ad inferendas ægritudines, ad faciendum apparere corpus mortuum vivum, ad illuminandum cæcum non à natura, sed ab impedimento, & morbo, quem ipse possit subtrahere, ad inducendas nebulas, & tempestates, ad habendam scientiam per purgationem phantasmatum, & similia, de quibus *Torreblanca de magia lib.3.cap.8. per tot.Umbert. Locat. in Judicial. Inquisitor. in verbo Apostata n. 7. Simanch. Catholicar. institution. tit.30. rub. de hæresi n. 16. Squillacen. in tract. de fide Catholica cap.17.n.4. Oldrad. cons.* 120. *n.3. vers. & hæc dubitatio procedit, Eymeric. in Director. Inquisitor. p.2.q.43.n.8.sub vers.& idem Oldradus in fine versiculi*, & ibi *Franciscus Pegnia in addition. comment.* 68. *lit.O. vers. verum plurimum refert col. 2. in fi. Petrus Bisfeld in commentar.ad l.eorum C. de malef. & mathemat. q.2. conclu.* 1.

33 Veritas tamen est, quòd supradicta sortilegia sapiant hæresim manifestam, seu ad hæresim magnopere præsumendam pertinere; quia nobis omne cum dæmone commercium interdictum est, & omnis invocatio dæmonis absolutè, & absque ulla distinctione sapit hæresim manifestam, rejectâ supradictâ distinctione, scilicet si fiat per modum deprecationis quòd sapiat; secùs per modum imperii, tanquam prorsus erronea, & inepta, cum ridiculum sit dicere quòd dæmones invocentur per modum imperii, ex quo non est supra terram potestas aliqua, sicuti *Job. cap.*41. inquit, quæ potestati dæmonum comparetur, ut inquit *Farinac. in tract. de hæresi q.*181. *n.* 88. retractans tacitè quæ dixerat *q.* 20. *n.* 80. ex *Simau. Catholicar. institution. rub. de hæresi n.17. & Divo Augustino lib. 10. de Civitate Dei cap.11.Homobon. de examine Ecclesiastico p.1.tract.7. cap.3. q. 16. Diana resol. moral.p.4.tract.7. de pœnis delictor.resol.10. vers.his tamen non obstantibus, & tract.8.de offic.& potest. Inquisitor. resol. 15. per totam*, ubi alios allegat.

Incantatores serpentium licèt de jure civili nulla pæna sint afficiendi, ut pote quia hujusmodi incantationes fiant ad bonum finem, ut prosint hominibus, non autem ut
34 noceant per *textum in l. eorum §. 1.* & ibi *Bart.C. de malef. & mathematic.* secùs autem est de jure canonico *Ghirlan. de sortileg.q.11.n.28.* qui propterea in serpentium incan-

incantationibus invocat præsidium dæmonis expresſè, vel tacitè, vel in eis admiſceantur verba extranea, vel ignota nomina, aut charaſteres, quæ ſecundùm eorum naturam ſunt inefficaces, & ſine virtute ad aliquid operandum, & ad conſequendum effectum, de quo agitur, hæreticale ſortilegium committere dicuntur, & pænis ſortilegis impoſitis ſubjiciuntur, *Farinac. in tit. de delict. & pæn. q.20. n.110.*

Sortilegi quomodo puniantur.

ARGUMENTUM.

Sortilegia, ubi ſapiunt hæreſim manifeſtè, pœnâ mortis puniuntur tam de jure canonico, quàm civili; pænâ verò arbitrariâ, ſi non ſunt hæreticalia, ſecùs ſi ex maleficio ſecuta ſit mors alicujus, facta ad bonum finem. Clerici ſortilegi, & Lamiæ quomodo puniantur; & abiuratio quando, & à quibus fieri debeat; materia explanatur.

SUMMARIUM.

1 Sortilegia hæreticalia fabricantes uti hæretici puniuntur.
2 Præcipuè contrà facientes pactum, vel fœdus ineuntes cum dæmone.
3 De jure civili ſortilegia pænâ mortis naturalis, & bonorum confiſcatione mulctantur.
4 Et etiam de jure canonico, ſi ſortilegia hæreſim ſapiant.
5 Et à Judice Eccleſiaſtico hoc caſu reus curiæ ſeculari traditur, præviâ degradatione, ſi ſit Clericus, dummodo ſint impœnitentes, n.6.
7 Malefici, Aruſpices, & Lamiæ etiam pænâ ignis plectuntur, & n.8.
9 Sortilegia, quæ non ſunt hæreticalia, de jure civili licèt pænâ mortis mulctentur, de conſuetudine tamen pæna eſt arbitraria, & n. 12.
10 Laici ſortilegi non hæreticales viles, & nobiles, quibus pænis mulctari poſſunt, & hic referuntur.
11 Sortilegi ſuperſtitioſi hodie vel fuſtigantur, vel banno afficiuntur, vel ad triremes traſmittuntur, etiam de ſtylo Sanctæ Inquiſitionis, n.13.
14 Clericus ſortilegus quomodo puniatur, & n.15
16 Sacerdos, qui celebret ſuper rebus aptis ad ſortilegia, aut nefandas preces porrigat, aut celebret miſſam defunctorum ut vivus moriatur, quomodo puniatur.
17 Sortilegia facta ad bonum finem quomodo puniantur de jure canonico, cum de jure civili non puniantur, & n.18.
19 Sortilegia non ſunt diſſolvenda aliis ſortilegiis.
20 Sortilegia ad bonum finem prohibentur, etiam ſi miſceantur devotæ orationes.
21 Sortilegus pænâ mortis puniendus eſt, ſi ex maleficio mors maleficiati ſecuta ſit; & eſt etiam comburendus, n.22. etiam pro primo lapſu, n.23.
24 Amplia ut eâdem pænâ mortis punitur, qui ſortilegiis auferunt potentiam generandi, & ſimilia. Et quid ex Bulla Gregorii XV. n.25.
26 Pæna confiſcationis bonorum habet locum etiam contra ſortilegos de jure civili, ſecùs de jure Pontificio, n.27
28 Hæretici pænitentes tenentur abiurare.
29 Abiuratio definitur.
30 Hæreticalia ſortilegia fabricantes tenentur abiurare vel de vehementi, vel de levi.
31 Hæreſis eſſe non poteſt, ubi non concurrit error cum pertinacia, nec intrat abiuratio.
32 Sortilegus ratione recurſus, & amicitiæ cum dæmone, redditur de fide ſuſpectus, & ſuſpicionem in tortura purgare debet.
33 Credens res adhibitas in ſortilegiis poſſe cogere hominis arbitrium eſt hæreticus, & ſi negat eſt torquendus.
34 Strigæ hæreſis crimen committere dicuntur, & ab Inquiſitoribus ſunt puniendæ pænâ mortis, & combuſtionis, etiam ſi neminem necaverint, n.35. & propterea curiæ ſeculari ſunt tradendæ, n.36.
37 Lamiæ eorum propriis confeſſionibus convincuntur in iis, in quibus remanent veſtigia, n.38.
39 Lamiæ pænitentes admittuntur ad reconciliationem, & non ſunt tradendæ curiæ ſeculari, & n.40. ubi de pæna impoſita hoc caſu.
41 Sponte comparenti in Sancta Inquiſitione magis indulgetur, & extra ordinem punitur.
42 Filii errantes in fide à parentibus ſeducti mitiſſimè tractari, & leviter puniri debent.
43 Mares, & fœminæ à qua ætate hæreſim abjurare debent.
44 Abiuratio de vehementi per ſola indicia ad torturam regulariter non imponitur, ſed de levi etiam poſt torturam.
45 Abiuratio de vehementi regulariter publicè fieri debet, de levi arbitrio Inquiſitorum, & ſic publicè, vel privatè, n.46.

DECISIO CLXXV.

1 Ad extirpandum, & funditus evertendum ſortilegii crimen, intereſt Chriſtianæ Reipublicè, ut condignis pænis mulctetur. Sortilegi igitur hæreticalia ſortilegia fabricantes, ut hæretici puniuntur; præcipuè ſi ſortilegia ſapiant hæreſim manifeſtè, ut cavetur in *extravag. Ioannis XXII.* relata per *Eymericum in Director.*
2 *Inquiſit. p. 2. q. 43. fol. 364.* quæ præſertim procedit contra ineuntes fœdus, pactumque facientes cum Dæmone, eique immolantes, adorantes, Imagines fabricantes, Anulum, ſpeculum, Phialam, vel aliam rem ad Dæmones alligandos conficientes, nec non contra petentes à Dæmone reſponſa, vel auxilia pro implendis eorum pravis deſideriis, in quibus caſibus puniri debent ſingulis pænis, quibus hæretici puniuntur, exceptâ bonorum confiſcatione, ut in eadem *extravag.* ſtatuitur, *Zanchin. in tract. de hæret. cap. 22. n.18. in fin.* cum aliis per *Farinac. in tit. de delict. & pæn. q.20. n.87. & in tit. de hæretic. q.181. n. 4. & 51. Ghirland. de ſortileg. q.11. n.1. 6. & 9. Menoch. de arbitrar. caſ. 388. n.4.*
3 De jure civili ſortilegia perpatrantes, cujuſcunque generis ſint, pænâ mortis naturalis, & bonorum confiſcatione puniuntur, *textus* eſt in *l. nemo, in l. multi, in l. ſi excepta, & in l. eorum C. de maleſ. & mathemat. Ghirland. de ſortileg. q.2. num.10. & q.11. n. 5. 7. 11. 12. & 27. Clar. in §. fin. q.68. verſ. ſic ſortilegi, & maleſ. Farinac. in tit. de delict. & pæn. q.20. n.88. Petrus Cabal. reſol. crim. caſ.223. n.40.*
4 De jure etiam canonico ſortilegia, incantationes, & artes prædictas exercentes ubi hæreſim ſapiunt, puniuntur pænâ mortis

naturalis, ut probat *textus* in *cap. ad abolen-*
5 *dam de haret*. Judex tamen Ecclesiasticus, qui sanguinis sententiam proferre nequit, *c.sententiam sanguinis Extrav. ne Cleric.vel Monach.* non devenire debet ad hujusmodi pœnæ mortis condemnationem, sed solùm declarare hujus criminis reum hæreticum esse; & si sit Clericus, clericali privilegio exuere, & Judici seculari tradere, ut tradunt *Abb. Anan. Felyn. in cap. ad abolendam de haret.* & quod ita observat consuetudo tradit *Boss. in pract. crim. tit. de foro competen. n.*60. *& 61. vers. & ideo in crimine haresis*, quem sequitur *Jul. Clar. in §. haresis n.7. vers. sciat tamen*, latè *Decian. tract. crim. lib. 5. cap.25. n. 2. & seq. lib.1.* ubi quòd Judex laicus talis sententiæ executionem recusare non possit, quos refert *Petrus Cabal. resol. crim.* 223. *n.* 40. *usque ad* 44. quod etiam voluit *Petrus Gregor.*
6 *Syntag. jur. lib.* 34. *cap.* 15. *n.* 6. ubi quòd hæreticales sortilegi brachio seculari traduntur, si sint impœnitentes, ut etiam dicit *Eymeric. in Director. Inquisitor. p.* 2. *q.*42. *n.*5. *Petrus Binsfel. in commentar. ad l.nemo C. de malef. & mathemat. q.* 1. *conclus.*1. *per totam*, ubi latè probat Maleficos, & sortilegos secundùm legem divinam, & humanam morte mulctandos esse, & *conclus.*2. pariter per *totam*, *Martin del Rio disquisit. Magic. lib.5. sect.*16. *vers. quandasunt sortilegi ha-*
7 *retici*, *& vers. quod ignis pœnam*, ubi quòd isto casu Malefici, Aruspices, Magi, Sortiarii, & Lamiæ, cùm sint Apostatæ, & hæretici ex generali Europæ consuetudine pœnâ ignis damnantur, & in *vers. qua de re in*
8 *monitis*, *& seq.* respondet *textui in cap. episcopi* 26. *q.*5. in quo videtur caveri, maleficos, & sortilegos esse à Diœcesi eiiciendos, & sic non morti tradendos.
9 Sortilegia verò, quæ non sunt hæreticalia licèt de jure civili, etiam pœnâ ultimi supplicii afficiantur, per *textum* in *l.*3. *C. de malef. & mathemat.* de consuetudine tamen non servatur, adeo ut hodie pœna sit arbitraria quandoque gravis, quandoque levis,
10 juxta facti, & personarum qualitatem: ac proinde laici delinquentes coerceri possunt anathemate, dignitatum suspensione, fustigatione, si sint viles personæ, nobiles verò perpetuo carcere, Monasteriis; ulteriùs viles infames mitrâ induti in publicū producuntur, vel in gradibus Ecclesiæ alligati prope ejusdem fores constituuntur, deinceps à Diœcesi expelluntùr, *Clar. in §. heres. n.*23. *ad fi. Pegnia in Director. Inquisit. part.*2. *commentar.*67. *Sesse dec.*466. *n.*13. *tom.*4. *Azor. instit. moral. p.*1. *lib.*9. *cap.*26. *q.*3. *Martin. del Rio disquisit. mag. lib.*5. *sect.*16. *vers. quo ad peccata sortileg. Francisc. Leon. in Thesauro fori Eccles. cap.* 36. *de sortil. n.* 19. *vers. pœna autem*, *Menoch. de arbitrar. cas.* 388. *n.*8 *& seq. Petrus Cabal. resol. crim.*223. *à n.*50. *usque ad* 62. *Francisc. Suarez de statu Religionis lib.*2. *cap.*19. *rub. de superstitione n.*13. *Ghirland. de sortilegiis q.*11. *n.*7. *vers.* & *circa præmissa*, *& n.*10. *in fin. vers. in hoc tamen & n.*23. *in fin. & n.*26. *vers. Abbas tamen*, *& q.*16. *n.*3. *in fin. & q.* 17. *n.*4. *& seq. Farinac. in tit. de delictis*, *& pœnis q.*20. *n.*89. ubi in Urbe apud nos sæpiùs servatum fuisse testatur in diversis su-
11 perstitiosis sortilegiis, quòd vel rei fustigati fuerunt, vel banniti, vel ad triremes transmissi, vel pecunialiter mulctati, juxta sortilegiorum qualitates, & *n.*94. ubi quòd hodie tam de jure civili, quàm canonico pœ-
12 na sortilegiorum sit arbitraria, & *in tit. de*
13 *heresi q.*181. *n.*52. & quòd hodie ut plurimum laici ignobiles tradantur triremibus de stylo Sanctæ Inquisitionis Romanæ, dicit etiam *Genuen. in prax. Archiepiscopal. Neapol. cap.*68. *n.*8. *Diana resol. morol. part.* 4. *tract.*7. *de pœn. delict. resol.*10. *vers. verum quo ad alias*.
14 Clerici verò sortilegi de jure canonico verbaliter degradantur, & in monasterium detruduntur, vel verius arbitrariâ pœnâ modò gravi, modò levi puniuntur juxta facti, & personatum qualitatem, quandoque etiam suspensione ordinum, & beneficiorum privatione, carcere, exilio, & similibus, *Squillacen. in tract. de fide Catholica cap.*1. *n.*2. per *textum*, quem allegat, *in cap.*1. *in fin. de sortileg. in cap. non licet cum tribus sequen.*26. *q.*5. *Francis. Pegnia in addition. ad Eymeric. in Director. Inquisit. p.*2. *q.*42. *comment.* 67. *lit. D. vers. sed amplius fol. mihi* 359. *col.* 2. *Farinac. in tit. de heresi q.*181. *n.*51. *Francisc. Suarez de statu Religionis lib.*2. *cap.*19. *rub. de superstitione n.*12 *Thom. Sanch. in præcept. Decalog. lib.* 2. *cap.*38. *n.*90. *& seq. Martin. del Rio disquisit. magic. lib.*5. *sect.*16. ubi distinguit, quod si Clericus fecerit sortilegia ex simplicitate cordis, & bono zelo, puta pro inveniendis rebus Ecclesiæ subtractis, & hoc casu suspendendus est à divinis, & ministerio altaris per annum, aut aliâ pœnâ Judicis arbitrio secundùm facti turpitudinem, & criminis qualitatem; si verò fecerit dolo malo, est deponendus ab ordine sacro, omnibusque beneficiis privandus, & in Monasterio perpetuò detrudendus, ultra infamiam, ut in priori casu probat *Text. in cap.*2. & ibi *gloss. in verbo visum*, *& Abb. n.*4. *in fin. de sortileg.* & in secundo casu est *Textus in cap. si quis Episcopus* 26. *q.*5. & ibi *gloss.* & hanc distinctionem tradit etiam *Farinac. in tit. de deli-*
15 *ctis*, *& pœn. q.*20. *n.*91. *&* 92. verùm quia hodie

hodle parum videatur esse in usu pœna de-
trusionis in Monasterlum, ejus loco trans-
mitti potest ad Ergastolum.
16 Insuper Sacerdos, qui celebrat missam
super rebus prophanis aptis ad sorti-
legia peragenda, scilicet super Calami-
ta, super cuti indumenti pueri nas-
centls, vel ut dicitur virginalis pellicu-
la, & iis similibus, simplicibus, aut
mixtis, vel etiam si vestibus, aut vasibus
abutatur, aut in celebratione sacrorum ne-
fandas, & turpes preces porrigat, venit de-
ponendus, & beneficiis privandus, & in
perpetuum carcerem detrudendus: & si ce-
lebraverit missam defunctorum pro viventl-
bus, ut citiùs moriantur, Sacerdotio pari-
ter est privandus, & perpetuo exllio reie-
gandus, & hac eâdem pænâ mulctari debent
consultores, vel fierl mandantes per *textum
in cap. si quis Episcopus* 26. *q.*5. cum aliis co-
piosè congestis per *Ghirland. de sortileg.
q.*14. *Menoch. de arbitrar. cas.* 388. *n.*12. *&*
14. *& seq. Farinac. in tit. de delict. & pæn.
q.*20. *n.*107. *cum duobus sequent. Diana re-
sol. moral. p.*4. *tract.* 7. *de pæn. delictor. re-
sol.*10. *vers. quo ad jus*.
17 Sortilegi verò, qui sortilegia exercent
ad bonum finem, ad sanandum scilicet ægro-
tos, ad llberandum maleficlatos, ad dissol-
vendas aliorum sortilegiorum facturas, ad
incantandum imbres, ne noceant segeti-
bus, arboribus, animalibus, & similla, li-
cèt de jure clvlli non punlantur, per *tex-
tum in l. eorum* §. 1. ubi notat *Bart. C. de*
18 *malef. & mathemat.* secùs tamen de jure
canonico, ex cujus dispositione Clerlcus
hoc casu punitur pænâ depositionis, & pri-
vationis beneficiorum: iaicus verò pro pri-
ma vice excommunicatur, pro aliis vicibus
vel fustigatur, vei mitrâ dehonestandus
est, juxta superius dicta, *Ghirlan. de sorti-
leg. q.*2. *n.*4. *&* 5. *& q.*11. *n.*13. 15. *&* 27. *Fa-
rinac. in tit. de delict. & pæn. q.*20. *n.*95. ubi
19 assignat rationem, quia Ecclesia summope-
re abhorret ista remedia sortilega, cum dæ-
monis ministerio; non enim est quærenda
sanitas corporis cum detrimento anlmæ, &
expedit ut potiùs pereant mllle corpora,
quàm una anima, ut inquit *Divus Augu-
stinus lib.*10. *de Civitate Dei* relat. *in cap.
nec mirum* §. *ad hæc autem* 26. *q.*5. *cap. ad-
moneant* 26. *q.*7.
20 Quæ procedunt etiam si in hujusmodi
sortilegiis ad bonum finem misceantur san-
ctæ, & devotæ orationes, quæ non vlden-
tur congruere cum aliis vanis observationi-
bus, vel cum extraneis verbis publicè, vel
secretè dictis, quæ naturaliter talem effe-
ctum operari non possunt, præcipuè si ad-
jungantur nomina ignota, vel characteres,
vel alia signa, ligaturæ schedulæ, & bre-
via, & similia, quæ naturaliter non ten-
dunt ad illud opus sanitatls, propter quod
finguntur dici sanctæ orationes, & cum
fieri non possint absque suffragio, & instru-
ctione diaboli, propterea reddunt totum
opus superstitiosum, & punibile, *Ghirlan.
de sortileg. q.*1. *n.*2. cum allis congestis per
Farinac. in tit. de delict. & pæn. q. 20. *à n.*
96. *usque ad* 101.
21 Ubicunque tamen ex maleficio, seu sor-
tilegio mors maleficiatl secuta sit, tunc
sortilegus tenetur pænâ *l. Corneliæ de Si-
car.* scilicet pænâ mortis, *Berber. in suo
viatorio juris rub.*8. *de sortileg. n.*2. *& n.*8.
Jodoc. in practica tit. de homicid. per sortile-
22 *gia cap.* 73. ubi quod isto casu sortilegus
comburendus est, & ex bulla *Gregor. XV.
ex ordine Bullar. Cherubin.*46. §. 2. *tom.*3.
23 *fo.*327. etiam pro primo lapsu hujus crimi-
nis reus curiæ seculari tradendus est debi-
tis pænis puniendus, ut ex dicta Bulla tra-
dunt *Bellet. disquisit. clerical. p.* 2. *tit. de
pæn. cleric.* §. 20. *n.*6. *in fi. Diana resol. moral.
p.*4. *tract.*7. *de pæn. resol.*10. *vers notandum.*
24 Et quamvis eâdem pænâ mortis affici an-
tur sortllegi, quando sortilegiis naturalem
in viris, ac mulieribus generandi vim im-
pediunt, aut efficiant ne mulier concipere
possit, aut iac nutricis desiccant, aut simi-
lia conficiant sortilegia, *cap. si quis*, & ibi
*scriben. Extrav. de homicid. l. si quis ali-
quid* §. *abortionis*, & ibi *Doctores ff. de pæn. l.
eorum C. de malef. & mathemat. Farinac.*
25 *in tit. de delict. & pæn. q.*20. *n.*103. Tamen
ex dicta *Bulla Gregorii XV.* si ex maleficio,
& sortilegio mors secuta non sit, sed infir-
mitas, divortia, impotentia generandi, si-
ve anlmalibus, frugibus, aliisque fructibus
damnum notabile provenerit, tunc sortile-
gus muro claudi, sive carceribus Inquisi-
tionis Sancti Officli mancipari debet, ut ex
eadem Bulla tradit *Diana resol. moral. p.* 4.
*tract.*7. *de pæn. resol.* 10. *vers. sed notandum.*
26 Bonorum confiscatlo de jure clvili etiam
habet locum contra sortilegos, & incanta-
tores, adeout quando incantatores punlun-
tur per Judlces seculares, secundùm jus ci-
vile omnia eorum bona confiscantur, per
27 *text. in l.*1. *C. de Saracen. & Pagan.* Sed vi-
gore sæpe citatæ *extravag. Joannis XXII.*
Sortilegi, Magi, dæmones adorantes, &
immolantes, mulctantur pænis omnibus, &
singulis, quas de jure merentur Hæretici
præter bonorum confiscationem, *Farinac.
in tit. de hæresi q.*181. *n.*53. ex *Clar. in pract.
in* §. *hæresis n.*23. *ad fin. Eymeric. in Dire-
ctor. Inquisitor. p.*2. *q.*43. *n.*9. *Petrus Bisfel.
de confess. malef. prælud.*14. *ad fin. vers. con-
fiscatio bonorum.*

28 In-

28 Inſuper ſicut hæretici pænitentes, & ad
miſericordiam recepti debent abjurare, ſci-
29 licet damnare, & deteſtare errores hæreti-
cos, & cum juramento promittere, ſe ad eos
30 nunquam reverſuros; ita etiam ſortilegi
hæreticalia ſortilegia fabricantes, vel de
vehementi, vel de levi abjurare tenentur;
ut bene declarat *Eymeric. in Director. Inquiſit. p.2.q.42.n.7. Farinac. in tit. de hæreſi q.194.n.29.*

31 Ubi tamen non concurrit error cum pertinacia nulla eſſe poteſt hæreſis, & conſequenter non intrat abjuratio, præcipuè ſi fabricans ſortilegia ſolùm credat dæmonem poſſe facere ea, quæ ſecundùm naturalem
32 poteſtatem facere poteſt; verùm quia ex
facto redditur aliqualiter de fide ſuſpectus ratione amicitiæ, & recurſus ad hoſtem humani generis, hanc ſuſpicionem in tortura purgare debet, eâque expurgatâ abjurare non debet, ut aliis congeſtis tradit *Diana reſol. moral. p.4.tract.7.de pæn. delictor. reſol.10. verſ.remanet ergo, & verſ. huic difficultati.*

33 Sed ſi ſortilegia ſapiant hæreſim manifeſtam, utpote ſi ſortilegium committens credat res ſacras in ſuis ſortilegiis adhibitas vim habere ad cogendum arbitrium, & ad aliorum maleficiorum operationem, ut ſuum effectum, ad quem ordinantur, ſortiantur, facto diligenti examine ſuper hujuſmodi credulitate, ſi negat, debet torqueri, & ſi non fateatur, nihilominus uti vehementer ſuſpectus, debet abjurare de vehementi, *Genuen. in prax. Epiſcopal. cap. 66. n.8. Pegnia in Director. Inquiſit. p.2. comment. 67. Emanuel Maur. de incant. opuſc.1. ſect.3. cap.5. n.32. Scaccia de Judic. lib. 1. cap. 12. n. 34.* cum aliis relatis à *Diana reſol. moral. p.4. tract.7. de pæn. delictor. reſol.10. verſ. ideo dico.*

34 Lamiæ quoque ſeu ſtrigæ hæreſis crimen committere dicuntur; ideo ab Inquiſitoribus puniri poſſunt, cùm ut plurimum ſint Apoſtatæ à Fide Catholica, & quia cum diabolo Chriſtum abnegant, Eccleſiæ Sacramenta conculcant, & diabolo homagium & obedientiam promittunt, *Umbert. Locat. in Judicial. Inquiſit. in verbo* Lamiæ, *Martin. del Rio diſquiſit. Magic. lib.5. ſect.5. in prin. & ſect. 15. in prin. & ſect.16. verſ. primo eſt Apoſtaſia, Farinac. in tit. de hæreſi q.181. n.45. & 47.*

35 Morti propterea tradendæ, & comburendæ ſunt, etiam ſi neminem necaverint, nullumque ſegetibus, & animantibus nocumentum intulerint, & etiam ſi negromanticæ non fuerint; nam eo ipſo quod fateantur cum Dæmone fœdus iniiſſe, ad conventus volaſſe, libidinem cum eo exercuiſſe, & ſimilia perpatraſſe, de hæreſi convinctæ remanent, cùm de prædictis aliter conſtare non poſſit niſi per earum confeſſionem, ex quo nulla remanent veſtigia, *Martin. del Rio diſquiſit. Magic. lib.5. ſect.2. in prin.* & latiùs *ſect. 16. verſ. ſi mors, & plurib. ſeq. & verſ. ſecundo probatur*, ubi teſtatur ita ſervari de univerſali Europæ conſuetudine,
36 & Judicum Eccleſiaſticorum, qui lamias
prædictas brachio ſeculari tradunt, *Petrus Binsfeld. in commentar. ad l. nemo C. de maleſ., & mathemat. q.1. concluſ.2. per tot. & concluſ.3. verſ. ſecunda obiectio. & ſeq. Gregor. de Valent. in comment. ad Divum Thomam diſput.6. q.13. punct.4. §.4. verſ. porro tunc puniuntur*, ubi de communi, *Farinac. in addition. ad q.2. n.26. impreſ. poſt 3. vol. conſ. crim. ejuſdem.*

37 Propriis enim confeſſionibus Lamiæ convincuntur, atque damnantur, quando fatentur ea, quæ in ſola voluntate conſiſtunt, nec aliquâ extrinſecâ probatione verificari poſſunt, nempe ſi fateantur ſe nocturnis magorum conventibus interfuiſſe, Chriſti fidem abnegaſſe, & Dæmoni homagium feciſſe, & ſimilia perpatraſſe, *Franc. Pegnia in comment. ad Direct. Inquiſit. p.3. Comment. 28. verſ. quamquam, Chartar. in method. proceſſ. informativi lib.2. cap.7. n.49. & lib.3. cap.27 Farinac. in tit. de inquiſit. q. 2. n.26.* cum aliis adductis per *Jul. Chartar. deciſ. crim. 73. n.1.*

38 Secùs verò ſi aliqua remanerent veſtigia commiſſi criminis; nam tunc ſola earum confeſſio non ſufficeret, ſed de veſtigiis, & corpore delicti conſtare debet, videlicet ſi confiteantur, ſe infantes maleficiis occidiſſe, nam tunc de infanticidiis aliter, quàm ex earum confeſſione conſtare debet, ut ex *Simanc. Albert. Farinac. Flam. Carthar.* tradit *Jul. Chartar. deciſ. crim.73. n.2.* & 3.

39 Sed ſi Lamiæ recedendo ab erroribus, pænitentes veniam petant, & ad Eccleſiam ex corde redire volunt, admitti debent ad pænitentiam, & ad reconciliationem, & non ſunt tradendæ curiæ ſeculari, etiam ſi infantes occiderint, ſeu alia atrocia, & nefanda crimina patraverint, pro ut generaliter ſortilegi pænitentes ab Eccleſia cum abiuratione ad miſericordiam recipi ſolent; *Eymer. in Director. Inquiſitor. p.2. q.42. n.5. Simanch. Catholicar. inſtit. tit.37. rub. de lamiis n.17.* ubi de veriori, *Farinac. in tit. de hæreſi q.182. n.48. Martin. del Rio diſquiſit. Magic. lib.5. ſeſſ.16. verſ. qui præbent poculum, & verſ. porro ſi ſpes, Chartar. deciſ. crim. 73. n. 1. & 10. & per tot.* ubi quòd
40 quædam puella, quæ in infantili, & puerili
ætate ante annum duodecimum Chriſti fidem abnegavit, infantes maleficiis necavit,

& alia

& alia nefanda crimina perpatravit,& sponte cum comparuerit coram Inquisitore, post receptas probationes, & errores confessa, impositis pœnitentiis salutaribus, in Monasterium sanctimonialium reclusa fuit, arbitrio Episcopi, & Inquisitoris ibidem retinenda.

41 Sponte enim comparentes coram Inquisitore non vocati si suos errores confiteantur, post receptas de crimine probationes mitiùs extraordinariâ pœnâ Judicis arbitrio puniuntur; ut pote quia comparitio spontanea optimum pœnitentiæ testimonium reputetur, & idem sic redeunti magis indulgetur, ut ait *Vmbert. Locat. in prax. iudiciar. Inquisit. in verbo comparitio*, & allegat *textum in cap. ad abolendam, de hæret.* & ibidem *scribentes*, & *textum in cap. ut commissi* & ibidem *Archidiacon. de hæret. in 6. Eymeric. in Director. Inquisitor. in tit. de sponte venien. in tempore gratiæ vers. quo crimine detecto, Siman. in tract. de Cathol. instit. tit. 47. n. 32. Franc. Pegn. in commentar. in director. Inquisit. p. 3. commentar. 12. vers. infra quod tempus, & vers. postremo ac vers. illi verò, Chartar. decis. crim. 73 n. 4.*

42 Pro ut etiam filii errantes in fide à parentibus seducti, & in eorum erroribus enutriti, mitissimè tractandi sunt, & levissimè pœnitentiæ eisdem iniungendæ veniunt; nam seductio, & educatio parentum prodest filiis ad minuendam pœnam ordinariam, ut probat *textus in cap. dixit Apostolus* 24. *q.* 3. *Joan. Lup. in tract. de hæret.* relat. per *Montal. in l.* 1. *tit.* 26. *partit.* 7. *q.* 14. *Franc. Pegn. in comment. ad Director. Inquisitor. p.* 1. *comment.* 22. *vers. sit septima regula, Chartar. decis. crim.* 73. *n.* 8. *&* 9.

43 Et quoad abjurationem mares a decimo quarto anno, & supra; Fæmina verò à duodecimo omnem hæresim abjurare debent, ut statutum fuit in *Concilio Tholosano anno* 1229. adversus hæreticos celebrato *cap.* 11. *& in Concilio Biterrense cap.* 31. quorum Conciliorum verba referuntur à *Franc. Pegn. in comment. ad director. Inquisitor. p.* 3. *comment.* 40. *vers. sed hæc difficult. Chartar. decis. crim.* 73. *n.* 12. *& seq.* ubi de materia.

44 Abjuratio de vehementi regulariter non imponitur per sola indicia sufficientia ad torturam, sed de levi imponi potest reo, licèt fuerit tortus, *Diana resol. moral. p.* 4. *tract.* 8. *de offic. & potest. Inquisit. resol.* 110. *vers. notandum est etiam.*

45 Et dicta abjuratio de vehementi publicè fieri debet, ex rationabili tamen causa etiam secretè fieri potest, per *textum in cap. ad abolendam §. præterea de hæret. Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *cas.* 122. *n.* 1. *Diana resol. moral. p.* 7. *de pæn. delictor. resol.* 33.

46 Abjuratio verò de levi arbitrio Inquisitorum aliquando publicè, aliquando secretè imponitur, prout delictum, vel culpa publica, vel occulta fuerit, *Pegnia in director. Inquisit. p.* 3. *comment.* 40. *n.* 161.

Hæretici, & Sortilegi pænitentes, relapsi, & pertinaces, quando, & quomodo puniantur.

ARGUMENTUM.

HÆretici, & Sortilegi pænitentes, si sponte non compareant, condemnari debent in pœnis Hæreticorum, & comparentes arbitrio Inquisitorum, etiam pœnâ carceris, triremium, delationis habitelli &c. Relapsi verò post accusationem curiæ seculari traduntur, pœnâ tamen extraordinariâ puniuntur si sponte redeant. Pertinaces curiæ seculari traduntur, qui dicantur pertinaces, declaratur.

SUMMARIUM.

1 HÆretici, & sortilegi pænitentes admittuntur ad misericordiam.
2 Arbitrariâ tamen pænâ veniunt puniendi.
3 Et Judices in iniungendis pænitentiis non debent esse nimiùm severi.
4 Hæreticis pænitentibus quandoque imponitur pœna exilii, deportationis, & etiam triremium, vel perpetui carceris, & n. 5.
6 Et de formali abiurare debene.
7 Et si ante accusationem confiteantur, ad carcerem temporalem cum habitu pænitentiali retinendi sunt, & post accusationem augenda est pæna.
8 Condemnantur etiam ad jejunium, & in pænam fustigationis.
9 Et ex consuetudine imponitur pæna gestationis habitus crucibus insigniti.
10 Et si habitum abiecerint, ut impænitentes puniuntur.
11 Qui publicè detestati sunt fidem, quomodo puniantur.
12 Hæretici pænitentes sponte non comparentes, condemnandi sunt in pœnas hæreticorum.
13 Suspecti de hæresi, & pænitentes etiam pænâ pecuniariâ mulctari possunt, & de materia.
14 Relapsi qui dicantur, & quando manifesti, aut præsumpti censeantur, & n. 18.
15 Relapsi curiæ seculari traduntur, & n. 16.
17 Amplia ut procedat etiam si per unam tantùm vicem in hæresim quis relapsus fuerit, & n. 18.
18 Relapsus dicitur etiam qui de primo lapsu non fuerit confessus, aut convictus, sed abiuraverit de vehementi.
19 Relapsus etiam dicitur quando quis de hæresi confessus, aut convictus abiuraverit, & postea incidit in vehementem hæresis suspicionem. Contrarium, n. 20.
21 Relapsus non dicitur ille, qui prius abiuravit de levi, & postea iterum de hæresi confessus, aut convictus est. Declara, ut n. 22.
23 Sortilegus relapsus, qui propter Dæmonis invocationem primò abiuravit, si reincidat, curiæ seculari traditur, si de crimine convictus sit.
24 Sortilegus relapsus dicitur si primò de vehementi abiuravit, & si de eodem lapsu convictus existat, traditur curiæ seculari.

25 Ne-

25 Nemo ut relapsus damnari potest, nisi de uno lapsu plenè constet.
26 Sortilegus dicitur relapsus per reiteratam dæmonis invocationem, si fecerit cum mentis errore, aliter secùs.
27 Relapsus si non præventus sponte redeat, non pænâ ordinariâ, sed extra ordinem puniendus est, secùs post accusationem, & quid, si sit Clericus, n.28.
29 Sponte comparens quis dicatur.
30 Non dicitur relapsus, qui prius abiuravit de levi, si iterum de levi suspectus reddatur, sed quod ita suspectus debeat abiurare de vehementi, n.31.
32 Hæretici impænitentes, & pertinaces curiæ seculari tradendi sunt, & etiam comburendi, n.33. Et etiam imponi potest pæna perpetui carceris, n.34.
35 Hæreticus impænitens censetur, qui de hæresi convictus pertinaciter errorem defendit.
36 Vel etiam qui habet consensum contrarium Catholicæ veritati.
37 Et qui dicatur habere consensum contrarium Catholicæ veritati & n. 38.
39 Omnes diligentiæ sunt adhibendæ, ut hæretici pertinaces convertantur: & si convertuntur, admittendi sunt ad reconciliationem, sed perpetuò immurandi sunt, n.40.
41 Dogmatistæ, & Hæresiarchæ Curiæ seculari tradendi sunt, secùs si convertantur, n.42. sed cùm magna circumspectione in hoc est procedendum, & imponenda pæna carceris, n.43.
44 Universitas, cujus cives congregato concilio hæresim approbarentex, auctoritate Summi Pontificis destrui, & comburi potest.

DECISIO CLXXVI.

1 HÆretici, & Sortilegi pænitentes licèt ad misericordiam admittantur, & absolvendi veniant, non tamen impunis hujusmodi dimissio, & absolutio
2 fieri debet: in imponenda verò pæna intrat arbitrium Episcopi, & Inquisitoris, qui pensatis delicti circumstantiis, & personæ qualitatibus augere, minuere, & temperare pænam poterunt; itaut ipsa pæna sit magis medicina, quàm venenum, & pænitens adimpiere valeat, juxta *textum in cap. ut commissi vers. & illorum de hæret. in* 6. ubi *glo. & scribentes* subdunt ejus dispositionem habere locum in omnibus pænis imponendis suspectis de hæresi, & pænitentibus, *Calderin. in tract. de hæret. rub. de hæretic. redeunt. & convers. n.1. & n.8. Fabien. in summa in verbo hæreticus n. 23. & 24. Umbert. Locat. in Judicial. Inquisit. in verbo pæna n.6. & n.10. vers. item quod, Simanch. Catholic. instit. tit. 47. rub. de pænitentibus, & convers. n.78. & seq. Zanchin. in tract. de hæret. cap. 16. n.9. & cap. 20. n.1. & 2. & cap.11. n. 1. & 2.* ibique *Campeg. in addition. Royas in tract. de hæret. p. 2. n.382. & singular. 155. n.2. Anton. Gomez de delict. cap.2. rub. de crimin. læsæ majestatis divinæ, & humanæ n. 1. v. item pra qualitate, Hyppol. Riminal. cons. 395. n.61. lib.4. Decian. tract. crim. lib.5. cap.44. n.36. & 37. & cap.49. per tot. Menoch. de arbitrar. quæst. cas.374. n.7. Farinac. in tit. de hæresi q.193. n.84. Diana resol. moral. p. 4. tract. 7. de pæn. delictor. resol.24.*

3 Judices propterea in injungendis pænitentiis non debent esse nimium severi, & rigorosi, ut pænitentes exacerbentur, sed in pluribus indulgendum, ne in baratrum desperationis conjiciantur; undè habenda est ratio contrictionis, quæ quandoque tanta potest esse, ut ex toto pænitentia remitti possit, ita *Decian. tract. crim. lib.5. cap.54. n. 29.32.38. & seq. & n.45.*

4 Et quod etiam hæretici pænitentes quandoque exilii pænâ plectantur, ut in *repertorio Inquisit. in verbo pæna vers. item ultra pænas, Decian. tract. criminal. lib.5. cap.42.*
5 *n.5. & n. 6.* ubi quod Hæretici pænitentes quandoque deportationis pænâ afficiuntur, & quòd etiam imponi possit pæna triremium perpetuarum, vel ad tempus loco perpetui carceris; adeout arbitrio Inquisitorum relinquatur aut pænam perpetui carceris pænitentibus imponere, aut triremium juxta facti, & personzrum qualitatem, & ita Romæ, & alibi servari testatur *Farinac. in tit. de hæret. q.193. à n.85. usque ad n. 88. Campeg. in addition. ad Zanchin. in tract. de hæret. cap.20. lit. G. in verbo pænas vers. adde postremo, & seq. Joan. à* Royas *sing. 1. n.25. & in tract. de hæret. p.2. n.263. Boss. eod. tit. n.18.* ita etiam ex modernioribus testatur *Diana resol. moral. p.4. tract.7. de pæn. delictor. resol.24.*

6 De formali tamen abjurare debent, & in
7 limine judicii si ante accusationem confiteantur, ad carcerem temporalem, cum habitu pænitentiali pro brevi tempore condemnandi sunt, sed post accusationem, augenda est pæna, & pænitentiz; at si confessio post tertiam publicationem emanaverit, cum præsumatur emanasse metu probationum, ad perpetuum carcerem damnandi, & eorum bona publicanda sunt, *Jo. Royas de hæret. p.2. n.197. & seq. Diana resol. moral. p.4. tract.7. de pæn. delict. resol.24.*

8 Condemnantur ulteriùs Hæretici pænitentes ad jejunium, & quandoque in pænam fustigationis, sed citra sanguinem secundùm Doctores relatos per *Decian in tract. crim. lib.5. cap.42. n.10. &* 11. ex con-
9 suetudine tamen imponitur pæna gestationis habitus *habitello* nuncupati, crucibus rubei, vel crocei coloris insigniti, ad tempus, vel in perpetuum, de quo, & de materia *Joan. Calderin. in tract. de hæret. redeunt. & convers. n.8. Umbert. Locat. in Judicial. Inquisitor. in verbo pæna n.10. vers.1. in fi. & in repert. Inquisitor. in verbo carcer v. sed quæritur utrum, & in verb. consuetudo vers. nota quod injungatur, Symanch. Catholicar. institution. tit.47. rub. de pænitentibus, & conversis n.9. & 10. & num.11.*

10 ubi

10 ubi subdit, quòd pœnitentes si hunc habitum abjecerint, aut occultaverint, ut impœnitentes puniendi sunt, *Farinac. in tit. de hæresi q.* 193. *à n.*89. 90. *&* 91. *Decian. in tractat. crimin. lib.*5. *cap.*43. *num.* 11. ubi
11 quod iis, qui publicè detestati sunt fidem, sæpe pro pœnitentia in eorum infamiam injungitur, ut portent crucem, & quandoque etiam vestiuntur veste habente scapulare, ut Religiosi, cum duabus crucibus, una ante, & altera retro.

12 Animadvertendum tamen est, quòd omnes hæretici pœnitentes, si sponte non comparuerunt, condemnati debent ad pœnas hæreticorum, inter quas est pœna perpetui carceris, nec admittunrur ad gratiam sine licentia Summi Pontificis: ita *Farinac. in tit. de hæresi q.* 193. *n.* 107. *vers. & pro resolutione*, ubi de materia in antecedentibus numeris

13 Potest etiam ab Inquisitoribus imponi pœna pecuniaria vel suspectis de hæresi, vel pœnitentibus, & conversis, vel fautoribus, & defensoribus hæreticorum, & faciliùs divitibus, & avaris; ex quo hujusmodi personæ magis eam timent, & etiam Clericis, si habeant patrimonium pingue, vel redditus beneficii sint exuberantes: est tamen hujusmodi pœna locis piis, aut pauperibus, aut officio Sanctæ Inquisitionis applicanda cum magna tamen prudentia, & circumspectione in imponenda hac pœna Inquisitores se gerere debent, ut omnis avaritiæ suspicio removeatur, hæretici verò confessi, aut convicti, vel impœnitentes pœnis à jure statutis, & non pecuniariâ pœnâ mulctari debent, ut latè aliis congestis exornat *Farinac. in tit. de hæresi q.* 193. *à n.*108. *usque ad* 122.

14 Relapsi verò, scilicet qui postquam ut hæretici pœnitentes hæresim abjuraverunt, iterum in eam revertuntur, & relabuntur, aut sunt manifesti, ut si de eorum primo, & secundo lapsu legitimis probationibus manifestè constet; aut sunt præsumpti, ut si duplex lapsus non plenè probetur, violentâ tamen juris præsumptione relapsi esse censentur, *Simanch. Catholicar. institut. tit.*57. *rub. de relapsis n.* 1. *Zanchin. in tract. de hæret. c.*16. *n.*2. *Farinac. de hæresi q.*195. *n.* 1. *cum* 2. *&* 3. vide *Decian. tract. crim. lib.*5. *cap.*56. *n.* 1. *&* 2. *Eymeric. in Director. Inquisit. p.*2. *q.*58. *n.* 1. *& q.*40. *n.*3. & latè tradit *Santarel. in tractat. de hæresi cap.* 42. *dub. unico per tot.*

15 Contra relapsos tanquam nullâ miseratione dignos severiùs procedendum est, ac proinde Curiæ seculari traduntur, ut ad literam disponit *Textus* in *cap. ad abolendam* §. *illos quoque extra. de hæreticis*, ubi *illos quoque, qui post abjurationem erroris deprehensi fuerint, in abjuratam hæresim recidisse, seculari judicio sine ulla penitus audientia decernimus relinquendos*, ubi *glos. in figuratione casus vers. tertio dicitur*, & alii scribentes: est etiam *Textus in cap. super eo eod. tit. in* 6. ibi -- *si deprehensi fuerint in abjuratam hæresim reincidisse seculari decernantur judicio*, *Calderin. in tract. de hæret. rub. de hæret. relapsis n.* 1. ubi contraria jura allegat, *Simanch. Catholic. instit. cap.*57. *rub. de relapsis n.*12. *& seq.* ubi comprobat, & contrariis respondet, *Squillaceu. in tract. de fide Catholica cap.*27. *n.*4. *in fin. & n.*5. *Clar. in* §. *hæresis n.* 27. *vers. item intellige*, *Eymeric. in Director. Inquisit. p.*3. *rub. de novo modo terminandi processum*
16 *fidei &c. n.* 179. *& seq.* ubi ponit formam tradendi relapsum curiæ seculari, *Decian. in tract. crim. lib.*5. *cap.*56. *n.*15. ubi respondet dicto *Pauli Apostoli ad Titum* 3. *Menoc. de arbitrariis quæst. cas.* 374. *n.* 1. cum
17 aliis adductis per *Farinac. in tit. de hæresi q.* 195. *n.*4. *& n.*13. ubi quòd hoc procedat, etiam si per unam tantùm vicem in hæresim
18 quis relapsus fuerit, & *n.* 14. *& seq.* ubi quod relapsus dicatur, & curiæ seculari traditur non solùm qui de utroque lapsu confessus, aut convictus est; sed etiam quando de primo lapsu non erat aut confessus, aut convictus per plenas probationes, si abjuraverit de vehementi, *cap. accusatus de hæret. in* 6.

19 Et licèt secundùm aliquos Doctores relapsus etiam dicatur, quando quis priùs de hæresi confessus, aut convictus abjuraverit, & postea incidit in vehementem hære-
20 sis suspicionem, contrariam tamen sententiam regulariter servari in praxi per Italiæ Inquisitores testatur *Farinac. in tit. de hæresi q.*195. *n.*17. *&* 18. *& n.*20. ubi subdit,
21 quod nec dicatur relapsus, qui priùs abjuraverit de levi, etiamsi post abjurationem de hæresi confessus, aut convictus sit; per *Textum in cap. accusatus in fine principii de hæret. in* 6. ibi -- *si tamen levis, & modica suspicio illa fuerit, quanquam ex hoc sit graviùs puniendus, non tamen debet in hæ-*
22 *resim relapsorum pœnâ puniri*: secùs autem si quis post deprehensionem in relapsu hæresis, plenè convinceretur de crimine, de quo priùs erat leviter suspectus; nam tunc pœnâ contra relapsos inflictâ mulctari debet, ut subdit *Farinac. n.*21. ex *Decian. in tract. crim. lib.*5. *cap.*35. *n.*20. *ad med. vers. sicut etiam*, *Squillaceu. de fide Cathol. cap.*31. *n.*2. *vers. & hoc est verum*.

23 Sortilegus etiam relapsus, qui propter Dæmonis invocationem primò abjuravit, deinde si confessus, aut convictus existat de eadem invocatione, pariter Curiæ seculari est

est tradendus, sicut alius hæreticus relapsus, *Siman. Catholic. instit. tit. 57. rub. de relapsis n. 4. Pegnia in addition. ad Emer. in Director. Inquisit. p. 3. rub. de signis, per quæ Negromantici hæretic. dignoscuntur comment. 26. fol. mihi 476. col. 2. v. unum hic addidero, Farin. in tit. de hæres. q. 195. n. 9. & n.*
24 10. ubi quòd sortilegus relapsus etiam dicatur qui primo loco abjuravit non tanquam confessus, aut convictus, sed de vehementi; nam si postea de eodem lapsu confessus, aut convictus reperiatur, curiæ seculari traditur: secùs si non convincatur per vehementem suspicionem, cum tunc non censeatur
25 relapsus; & ratio est, quia nemo ut relapsus damnari potest, nisi de uno lapsu plenè constet aliàs quàm per vehementem suspicionem.

26 Declaratur supradicta conclusio, ut tunc Sortilegus censeatur relapsus per reiteratam Dæmonis invocationem, si cum mentis errore ad hujusmodi Dæmonis invocationem devenerit, scilicet si crediderit, Dæmonem ex sua propria, & activa potestate posse facere, id, ad quod invocatur, secùs si absque hoc mentis errore, *Squillacen. de fide Catholica cap. 10. n. 1.* & ex *Pegnia* tradit etiam *Farinac. de hæresi q. 195. n. 11.*

27 Declarantur ulteriùs supra firmatæ conclusiones, ut relapsus si in judicio non præventus sponte redeat, & coram Ordinariis, seu Inquisitoribus compareat, ad pœnitentiam sit admittendus, immò per hanc spontaneam comparitionem sit relaxanda pœna mortis ordinaria, & pœna extraordinaria salutaris, nempe carceris, exilii, & similis, prout delicti qualitas, & personæ conditio exigit irroganda; secùs verò post accusationem, aut per metum accusationis;
28 nam hoc casu intrat pœna ordinaria; & si delinquens sit Clericus priùs realiter degradari, & postea curiæ seculari tradi debet, *Santarel. in tract. de hæresi cap. 42. num. 17.* cum aliis allegatis per *Dian. instit. moral. p. 4. tract. 7. de pœn. delictor. resol. 26. in princip. Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 56. n. 12. Ludovic. à Paramo de origine Sanctæ Inquisitionis lib. 3. q. 4. rub. de forma, & ordine judiciario S. Officii n. 12. Joan. à Royas sing. 23. n. 7. Farinac. in tit. de hæresi q. 193. num. 36. & 37. Francis. Pegnia in addition. ad Eymeric. in Director. Inquisit. tit. de sermone generali habendo &c. comment. 12. vers. sed quid si relapsus, & seq. fol. mihi 441. col. 2. & fol. 442.* ubi hanc sententiam benigniorem, dicit; tutissimum tamen esse subdit, ut privati Inquisitores super hoc supremum Sanctæ Inquisitionis senatum consulant.

29 Quando autem quis dicatur sponte venire, quidquid dicant Doctores, & scribentes, in supremo Urbis, totiusque Christianæ Reipublicæ, generalique Sanctæ Inquisitionis Tribunali illi habentur pro sponte comparentibus, si indiciis non præventi sponte comparent, sed si indiciis præventi fuerint, pro sponte comparentibus non admittuntur, nisi fortè doceatur, nullam indiciorum notitiam habuisse: ita relatis aliorum Doctorum sententiis concludit *Farinac. in tit. de hæresi q. 193. n. 28.*

30 Non tamen dicitur relapsus, qui priùs abjuravit de levi, & postea iterum de levi suspectus reddatur; verùm quòd istæ duæ leves suspiciones indicant, & denotent vehementem suspicionem hæresis, docet *Umbert. Locat. in Judicial. Inquisit. in verba abjuratio n. 1. vers. & nota quod*: undè de-
31 ducit, quòd reus ita suspectus debeat abjurare de vehementi: admodum tamen dura hæc sententia videtur secundùm *Farinac. in tit. de hæresi q. 195. num. 24. in fin.* qui cogitandum relinquit.

32 Hæretici demum pertinaces, impœnitentes, & incorrigibiles, curiæ seculari traduntur, licet *text. in c. 1. de hæret. in 6.* alternativè loquatur ibi -- *cum pro hæresi fuerit seculari curiæ relinquendus, aut perpetuo immurandus*, cujus *textus* dispositioni respondet *Arnal. Albert. in repet. ejusd. text. n. 41. & seq. in 9. not. & n. 54. Lud. à Param. de origine S. Inquisit. lib. 3. q. 4. rub. de expedit. process. in causis fidei n. 40. Royas in tract. de hæret. p. 2. n. 358. & seq. assert. 45. Eymer. in Director. Inquisitor. p. 2. q. 40. n. 1. vers. & tales sunt*, ibique *Pegnia in addition. comment. 65. vers. in his pertinacibus, & seq. fol. mihi 353. col. 1. Siman. Cathol. institut. tit. 96. rub. de pœn. n. 86. & tit. 48. rub. de*
33 *pertinacibus n. 6.* ubi quòd comburi debent ore obstructo, & linguâ ligatâ, ne pusillos offendere queant, *Farinac. in tit. de hæresi*
34 *q. 196. n. 4. & n. 5.* ubi quòd impœnitenti pro hæresis crimine imponi potest pœna perpetui carceris per *Textum in dicto cap. 1. de hæret. in 6. Decian. in tract. crim. lib. 5. c. 55. in fin. princ. vers. & ideo isti, Diana resol. moral. par. 4. tract. 7. de pœn. delictor. resol. 25. per tot.*

35 Hæreticus autem pertinax, aut impœnitens censetur, vel quoties de hæresi convictus tenaciter errorem defendit, nec vult illum cognoscere, vel detestari, & ad Ecclesiæ unitatem redire, immo recusat hæresim abjurare, vel se purgare ad arbitrium Inquisitoris, aut Episcopi, *Menoch. conf. 82. n. 171. & seq. lib. 1. & de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 7. n. 5. Cardinal. Tolet. de instruct. Sacerdot. lib. 1. cap. 3. n. 3. Ugol. in tract. de censur. Pontifici reservat. p. 2. §. 1. num. 10. fo. mihi 39. col. 1. & 2. Decian. in tract. crimin.*

nin. lib.5.cap.55.n.1. Jo: à Royas in tract.
de hæretic. p.2. n.215. Umbert.Locat. in ju-
dic. Inquisit. in verbo hæreticus primo n.18.
verf.sed nota, Ludov. à Param. de origine
S.Inquisition. lib.3.q.3. n.104. Bannes ad
D. Thom. 2. 2.q.11.art.1. verf. alia par-
ticula defensionis, Farinac. de hæresi q.196.
n.2. latè Sanchez in præcept. Decalog. lib.2.
cap.7.rub. de hæresi, & apostasia num.27.
& seq.
36 Vel quoties quis habet consensum con-
trarium Catholicæ veritati, aut credit ali-
quam propositionem veram esse, cujus con-
trariam scit esse Catholicam, seu dogma ali-
quod esse contrarium fidei Ecclesiæ Roma-
næ, & Catholicæ, ejusque auctoritatem, cui
se submittere debet, impugnat, & contro-
vertit, secundùm veram, & receptam om-
nium Theologorum sententiam, de qua te-
statur *Siman. Cathol. instit. tit.* 48. *rub. de*
pertinacibus n.7. & 8. ubi reprobat *Alciat.*
contrarium tenentem *C. de Summa Trinit.*
& fide Cathol. Decian. in tract. crim. lib.5.
cap.55. n.1. verf. pertinaciam autem, Me-
noch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 7. n.2.
Sanchez in præcept. Decalog lib.2.cap.7.n.1.
& 2. Farinac. de hæresi q.196. num. 7. ubi
37 quod dicatur quis habere scienter opinio-
nem contrariam Catholicæ fidei, quando su-
mus in his, quæ quisque Catholicus expli-
citè scire tenetur, & apud omnes publicè
est divulgatum.
38 Omnes tamen diligentiæ faciendæ sunt ab
Inquisitoribus, ut hæretici pertinaces, &
impœnitentes convertantur, ad hoc ut de-
39 cedant cum Dei cognitione; sed si post adhi-
bitas diligentias convertantur, quod admit-
ti debeant ad reconciliationem, sicuti alii
hæretici non relapsi, tenet *Sousa in Aphos-*
rism. Inquisit. lib.2. cap.46. n.6. ubi subdit
40 quòd sint tamen perpetuò immurandi, cum
talis conversio facta metu mortis præsumi
possit, *Diana resol. moral. p.4. tractat.7. de*
pœn. delictor. resol.25. in princ. ubi de ma-
teria.
41 Dogmatistæ etiam, & hæresiarchæ pari-
ter curiæ seculari tradendi sunt, secundùm
Royas, Simanc, Suar. relat. per *Dianam,*
42 *resol. moral. p.4. tract.7. de pœn. resol.* 23.
sed si signa pœnitentiæ præbeant, & statim
convertantur, non esse tradendos curiæ se-
culari tradit *Cantera, & Pegnia in locis re-*
latis ab eodem Diana in dicta resolutione,
43 ubi subdit, quòd Inquisitores cum maxi-
ma cautela se gerere debent in concedenda
hac reconciliatione, & quòd majores pœni-
tentiæ injungendæ veniant, & præcipuè car-
ceris irremissibilis.
44 Universitas verò, seu civitas, cujus Ci-
ves, seu major pars, essent hæretici, & con-
gregato Concilio hæresim approbarent, sen-
tentiâ, & auctoritate Summi Pontificis com-
buri, & destrui potest, ut tradunt Doctores
congesti per *Farinac. in tit. de hæresi q.197.*
n.33. & seq. Umbert. Locat. in Repertor.
Inquisitor. in verbo comburi, verf. an tota ci-
vitas, & ibi *Mandos. in addit. lit. K. De-*
cian. tract. crim. lib.5. cap.50.n.1. & 2. per
Textum in cap. si audieris 23. q.5.

Hæreticus contumax, & defunctus quando, & quomodo puniri debeat.

ARGUMENTUM.

Hæreticus contumax, probato delicto, condemnari, & ejus statua comburi potest; sed si non sit sufficientibus probationibus convictus, est citandus additâ excommunicatione; & si post annum non compareat, pro hæretico declarari debet. Quando quis de hæresi leviter, vel vehementer suspectus dicatur, & purgatio canonica indicatur; & quomodo hæretici defuncti memoria damnetur, traduntur conclusiones.

SUMMARIUM.

1 Contumax citatus ad comparendum, si non compareat, condemnatus in pœnam confessatorum criminum.
2 Hæreticus contumax probato delicto, & citato, condemnari, & ejus statua comburi potest.
3 Sed si sufficienter non sit convictus, est citandus additâ excommunicatione, & si post annum non compareat, pro hæretico declarari debet.
4 Contumax absens si inveniri potest, est personaliter citandus, aliàs per edictum.
5 Absens suspectus de hæresi an sit citandus cum expressione causæ, & n.6.
7 Contra contumaces de hæresi suspectos quomodo sit procedendum, remissivè.
8 In crimine hæresis ad condemnandum non sufficiunt præsumptiones, sed plena probatio.
9 Et in hoc crimine non conjunguntur imperfectæ probationes ad condemnandum.
10 Declara ut præsumptiones in crimine hæresis non sufficiunt ad condemnandum in pœnam ordinariam, secùs quo ad extraordinariam, & n.11.
12 Hæresis levis suspicio quæ dicatur.
13 Levis Hæresis suspicio probat hæresim.
14 Non tamen sufficit ad condemnandum.
15 Neque sufficit ad torturam, secùs quo ad abiurandum.
16 Levia indicia in crimine hæresis debent esse plenè probata.
17 Vehemens hæresis suspicio sufficit ad imponendam pœnam extraordinariam.
18 Vehemens hæresis suspicio quæ dicatur, & n.19.
20 Sufficit ad abiurandum, & ad indicendam purgationem, num.21.
22 Purgatio canonica indicitur reo de hæresi suspecto.
23 Purgatio canonica quæ sit, & de ejus formula, n.24.
25 Violenta hæresis suspicio oritur ex violenta probatione movente Judicem ad sic credendum.

26 Qui dicit, vel facit aliquid contra fidem, vehementer de hæresi suspectus est.
27 Quæ violenta præsumptio in crimine hæresis sufficit ad condemnandum.
28 Et si reus pænitens non abjuraverit, curiæ seculari tradendus est.
29 Insordescens in excommunicatione pro crimine, redditur suspectus de hæresi: secus si fuerit excommunicatus pro causa civili.
30 Sed hoc ab Inquisitoribus servatur, quando quis pro hæresi fuit excommunicatus; secus in aliis delictis.
31 Contumax condemnatus pro crimine hæresis etiam post lapsum annum, & statuam combustam, auditur quo ad personam, secus quo ad recuperationem bonorum & n.32.
33 Sed si sponte compareat, quod audiatur etiam quo ad bona post elapsum annum.
34 Crimen hæresis morte non extinguitur.
35 Hæretici memoria defuncti damnari, ejusque ossa, & statua comburi, ejusque bona confiscari debent.
36 Amplia ut multò magis hoc procedat, si detentus in carceribus sibi mortem intulerit.
37 Hæretici defuncti memoria ut legitimè damnari possit, sunt citandi ejus filii, vel hæredes.
38 Et etiam per procuratorem sunt admittendi.
39 Insuper de ejus hæresi plenè constare debet.
40 Contra hæretici defuncti memoriam aliqui tenent infra quinquennium, alii infra 20. alii infra 40. annos agi posse, alii verò semper, & quandocunque, n.41.

DECISIO CLXXVII.

1 Sicut contumaces citatis ad comparendum, & se expurgandum à delicto, si non compareant, condemnantur in pœnam confessatorum criminum, nempe exilii, triremium, ultimi supplicii, prout delicti qualitas sibi condignam pœnam expostulat, ut latè tradidit *Farinac. in tit. de inquisit. q.* 11. *n.4. post med. vers. qui si non comparent*.

2 Ita etiam contra hæreticum absentem, &
contumacem probato delicto vel per testes,
vel per facti evidentiam, vel per alias legitimas probationes, eodem citato, servatisque
terminis substantialibus, deveniri potest ad
sententiæ condemnatoriæ prolationem, &
curiæ seculari traditionem, & ad ejusdem
statuę combustionem tanquam verum hære-
3 ticum; sed si non sit sufficientibus probationibus convictus, sed tantùm leviter de hæresi suspectus, est citandus additâ excommunicatione: & si post annum non compareat, in excommunicatione insordescens, pro hæretico haberi, & declarari debet ab Inquisitoribus, ut ex *Sousa, Simancb, & Pegnia*, tradit *Diana resol. moral. p.4. tract.7. de pœn. delictor. resol.27. in princ. Decian. tract. crim. lib.5. cap.20. n.19. & cap. 27. n.7. & cap.32. n.10. Scaccia in tract. de judic. caus. civil. crim. & hæretical. cap.98. n.1. & seq. & n.35. Ludovic. à Paramo de origine Sacr. Inquisit. lib.3. q.4. rub. de forma, & ordine Judiciario S. Officii n.60.* latè de materia *Farinac. in tit. de hæresi q.185. à n.93. cum plurib. sequen. & n.102.* ubi quòd condemnato absente, ejus statua comburi debet, ut etiam dicit *Campeg. in addition. ad Zanchin. in tract. de hæretic. cap.18. lit. B.* ubi quòd ita Romæ, & ubique servatur, disertè *Umbert. Locat. in Judicial. Inquisitor. in verbo citatio sub num.14. vers. tu dic*.

4 Contumax verò quando absens inveniri potest, est personaliter citandus, ut condemnatio ex capite nullitatis non reddatur invalida, quod si latitat, & non inveniatur, tunc exuberat per edictum citari, *Sigismun. Scaccia de judic. caus. civil. criminal. & hæretical. cap.98. n.35. Ignat. Lopez in addition. ad Diaz in pract. crim. canon. cap.116. n.12. vers. quinto quòd si causa in fin.* cum aliis per *Farinac. in tit. de hæresi quæst.185. n.116. & duobus nn. seq.* ubi an una vel plures requirantur citationes.

5 Et licèt absens in contumaciam non videatur condemnari posse, nisi in prima citatione ad comparendum exprimatur causa,
scilicet ad respondendum de fide, aut quid
simile, adeout hujusmodi expressio generalis sufficiat, juxta *Textum in cap. cum contumacia de hæret. in 6.* ibi -- *vocatur à nobis
ut de fide respondeas*, ibique *gloss. in verbo*
6 *respondeas*. Tamen quòd in hac citatione
non requiratur expressio causæ nec specialis, nec generalis, sed quod sufficiat citare
ad comparendum coram Inquisitoribus, volentibus ab eo quædam scire, dicit *Simancb.
Catholicar. instit. tit.43. rub. de modo procedendi &c. n.12. in fin. Ludovic. à Paramo
de origine S. Inquisitionis lib.3. q.4. rub. de
forma, & ordine judiciar. S. Officii n.34.*
cum aliis per *Farinac. in tit. de hæresi q.185.*
7 *n.112. 113. & 114.* ubi distinguendo, has
opiniones ad concordiam reducit. Forma
autem procedendi contra hujusmodi reos contumaces traditur in prax. S. Officii inscripta *Sacro Arsenale, ò vero Pratica dell' Officio della Santa Inquisitione nell'ottava parte, nel titolo modo di spedire un reo contumace non convinto fol. mihi* 302. ubi per extensum habentur formulæ citationis, accusationis contumaciæ, sententiæ, & similium.

8 In crimine hæresi, ad condemnandum ex veriori, & magis recepta sententia præsumptiones non sufficiunt, sed plena, concludens, & luce meridiana clarior exigitur probatio; quia si hoc servatur in aliis criminibus, multò magis servari debet in hoc flagitio, uti graviori, & in quo de majori periculo agitur, ut ratiocinatur *Alberic. in rub. C. de hæreticis n.10. Umbert. Locat. in Judicial. Inquisitor. in verbo procedere n.7. Simancb. Catholicar. instit. tit.50. rub. de præsumpt. n.21. & tit.51. rub. de probation. n.2.*

n.2. & *n.11.* ubi quòd non sit verum, quòd in tali crimine leviores sufficiant probationes, & in *Enchiridion. violat. Religion. tit.34. eod. rub. de probat. n.1.6.* & *7. Zanchin. in tract. de haeret. cap.13. n.4. vers. nec est mirum, Calderin. in tit. de haeret. cons.5. col.2. ante med. Paris. cons.2. n.101.* & *seq. lib.4. Gabr. cons.178. n.1. lib.1. Riminald. cons.686. n.46.* & *seq. lib.6. Decian. tract. crim. lib.5. cap.35. n.20. vers.* & *quod ad condemnandum*, & *n.34.* & *cap.38. n.18. Farinac. in tit. de haeresi q.187. n.2.5.6.* & *7.*

9 ubi quòd in hoc crimine non conjungantur imperfectæ probationes ad condemnandum.

10 Et licèt præsumptiones non sufficiant in crimine hæresis ad condemnandum, hoc tamen procedit quoad pœnam ordinariam, secùs quoad pęnam extraordinariam, ad quam inferendam bene sufficiunt, *Joan. Lopez in allegation. haeretical. §.11. Simancb. Catholic. institut. tit.50. rub. de praesumpt. n.21. Joan. Royas in tract. de haeret. p.2. n.304.*

11 & *seq.* ubi quòd vehementer suspectus ad triremes, vel ad carceres, aut abjurationem, & ad pœnas pecuniarias, & extraordinarias arbitrio Judicis condemnandus est, *Arnald. Albertin. in tract. de agnoscendis assertionibus Catholic.* & *haeretic. q.13. n.21.* & *22. Farinac. in tit. de heresi q.187. n.9.*

12 Levis suspicio dicitur, si modicâ defensione tollitur, vel quæ ex modicis conjectu-

13 ris, seu levibus oritur: & quamvis probet hæresim, ex *l.2. in fin. C. de heret. Henric. Boic. in cap.1. n.7. Extrav. de heretic. Joan. Royas in tract. de heretic. p.2. assert. 6. sub n.148. Squillacen. in tract. de fide Catholic. cap.34. n.1. Mascard. de probat. lib. 2. con-*

14 *clus. 861. n. 4.* Non tamen sufficit ad condemnandum, ut subdit idem *Henric. Boic. in cap.1. n.7.* & *8. de heretic. Decian. tract. crim. lib.5. cap.20. n.21.* & *cap. 35. n.20. post princ. vers.* & *quod leve indicium, Carrer. in tract. de hereticis n.116. vers. intellige tamen, Conrad. in pract. in tit. de hereticis n.8.* & *9. Eymeric. in Director. Inquisitor. p.2. q.55. n.2. Farinac. in tit. de haeresi*

15 *q.187. n.26.* & *27.* ubi quòd levis suspicio, leviaque indicia, neque sufficiunt ad torturam; sufficiunt tamen, ut quis ad abjurandam hæresim teneatur, ut subdit idem *Farinac. n.31.* & *32.* & *num.34.* ubi quòd

16 supradicta procedant, dummodo hujusmodi levia indicia sint plenè probata.

17 Vehemens etiam suspicio si neque sufficiat ad condemnandum aliquem ut hæreticum, sufficit tamen ad imponendam pænam extraordinariam; *Umbert. Locat. in Judicial. Inquisitor. in verbo suspicio n.26. vers.* & *plura tamen considerare debet prudens Inquisitor in imponenda hac pæna extraordinaria, Farinac. in tit. de haeresi q.187. n. 38:* juncto *n.42.*

18 Dicitur autem vehemens, & magna suspicio, quæ non nisi ex magnis, fortibus, ac vehementibus conjecturis argumentis, & indiciis oriatur, & præcipuè si moveat animum judicantis ad sic credendum; *Umbert Locat. in Judicial. Inquisitor in verbo praesumptio n.8. ad fin.* & *in verbo suspicio n.3.* & *n. 10* & *pluribus sequen.* ubi recenset plures casus vehementis suspicionis, *Siman. Catholicar. institut. tit.50. rub. de praesumptionibus n.23.* & *25. Menoch. de praesump-*

19 *tion. lib.1. q.100. n.7.* ubi ponit exemplum in publicè afferente propositiones hæreticales, vel adorante sepulchrum Mahumeti, *Farinac. in tit. de haeresi q.187. n.36.* & *37. Martin. del Rio de disquisition. Magicis lib.5. sect.12. vers. vehemens,* & *vers. exempla,* ubi ponit multa exempla vehementis suspicionis.

20 Sufficit etiam ad faciendum abjurare suspectum de hæresi, *Menoch. de praesumpt. lib.1. q.100. n.11. Decian. tract. crim. lib.5. cap.47. n.2. Eymeric. in Director. Inquisitor. p.2. q.55. n.12.* & *p.3. rub. de quinto modo terminandi processum* &c. *n.166. Didac. Cantera in quaest. crim. rub. de haeretic. cap.1. n.56. vers. quando quis est tantùm lapsus, Farinac. in tit. de haeresi q. 187. n. 40.* & *n. 43.* ubi

21 quòd multò magis vehemens suspicio sufficiat ad indicendam purgationem, juxta textum in *cap. inter sollicitudines vers. attendentes Extrav. de purgatione canonica, Umbert. Locat. in Judicial. Inquisitor. in verbo suspicio n.7. Simancb. Catholicar. institution. tit. 56. rub. de purgatione canonica n.8. Squillacen. in tract. de Fide Catholica cap.31. n.3. in fin.* & *cap. 32. n. 2. Calderin. in tit. de Haereticis cons. 5. n.3. Menoch. de praesumpt. lib.1. q.100. n.11. Gabr. cons. 160. num.6.*

22 Purgatio verò canonica indicitur reo dif-

23 famato, & de hæresi suspecto, scilicet ut jurare debeat coram certo numero fide dignorum testium, ipsum ab impetitis esse innocentem, qui testes uti compurgatores pariter jurare debent, se credere præfatum Inquisitum verum jurasse, ut toto *tit. de purgat. canon.* & latè tradit *Farinac. in tit. de haeresi q.194. à n.65. cum plurib. sequen.*

24 & ejus forma cum suis requisitis, ut servatur in Tribunali S. Inquisitionis ponitur nel *Sacro Arsenale, ò pratica del S. Officio nella p.8. nel tit. forma della purgatione canonica fol. mihi 215.*

25 Violenta demum suspicio, seu præsumptio hæresis oritur ex violenta probatione, cogente, & movente Judicem ad credendum quem esse hæreticum, & datur exemplum

plum in adorantibus hæreticos, & consultationem, vel communionem ab eis recipientibus, & similia facientibus, *Umbert. Locat. in Judiciali Inquisitor. in verbo præsumptio n.4. & in verbo suspicio n. 4. Eymeric. in Director. Inquisit. p.2. q.56. n.10.* ubi
26 quòd qui dicit, vel facit aliquid contra fidem plurles, & frequenter, de hæresi vehementissimè suspectus est, latè *Martin. del Rio do disquisit. magicis lib.5. sect.12. vers. violenta & vers. exempla hujusmodi, Ludov. à Paramo de origine S. Inquisit. lib.3. q.4. rub. de expedition. process. in caus. fidei n. 25. Farinac. in tit. de hæresi q.187. n.45.*

27 Quæ violenta præsumptio in crimine hæresis sufficit ad condemnandum. *Eymeric. in Director. Inquisitor. p.2. q.55. n. 10.* ubi
28 quòd violentâ præsumptione gravatus, nisi pœnitens abjuraverit, curiæ seculari tradendus est, & ibi *Franc. Pegnia in addit. lit. I. fol. mihi 406. col. 1. Carrer. in tract. de hæret. n.118. post medium, Decian. tract. crim. lib.5. c.20. n.23. Menoch. de præsumpt. lib.1. q.109. n.14. & seq.* cum aliis per *Farinac. in tit. de hæresi q.187 n.46. & n.50.* ubi quòd etiam sufficiat ad indicendam abjurationem.

29 Quòd si contumax in excommunicatione per annum insordescat redditur suspectus de hæresi, & contra eum, tanquam contra hæreticum procedi potest, dummodo fuerit excommunicatus pro crimine, secùs pro causa civili, *Barbos. in collect. tom. 3. lib.5. tit.2. cap.6. n.6. Santarel. tract. de hæresi cap.4. dub.4. num.5. Sayrus de censur. lib.2. cap.10. n.4. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo.15. n.106. vers. hinc excommunicatus, & n. 107. & 108. Diana resol. moral. p.4. tract. 7. de pœn. delictor. resol.18. vers. sed ego:* faciunt tradita per *Rot. in decis. 1285. per totam coram Cardinal. Seraphino.*

30 Sed quòd Inquisitores procedere non soleant contra excommunicatos pro aliis delictis extra hæresim, etiam si diu quis insordescat in excommunicatione, subdit idem *Diana p.4. resol. moral. tract.7. de pœn. delictor. resol.18. vers. verum notandum est,* & allegat *Michel Tanard. in director. Theol. p. 2. prac. 1. cap.4. n.18. in fi. Sigismund. Scacc. de judic. &c. lib.1. c.98. n.36. Graff. in decis. p.1. lib.4. cap.14. n.4.* & alios apud eundem.

31 Contumax verò in crimine hæresis citatus, & condemnatus quandocunque compareat, etiam post lapsum annum, & statuam combustam, sive sponte, sive captus sit, auditur quoad personam, & probationem innocentiæ, non autem quoad recuperationem bonorum, nisi vel de ejus innocentia, vel de legitimo impedimento doceat *Sanchez in summ. tom.1. lib.2. cap.20. n.27. Sousa in aphor. Inquisit. lib.2. cap.40. n.7. Simanch. Catholicar. instit. tit.2. rub. de absentibus n.20. & 21. sect.14. rub. de contumacibus n.10. Jo. Royas singular. 145. n.5. Flamin. Chartar. de executione sententiæ &c. cap.1. n.280. Tham. Sanchez in præcept. decalog. lib.2. cap.27. n.18. vers. atque in propriis hæresis terminis, Farinac. in tit. de hæresi q.185. n.106. Diana resol. moral. p.4. tractat.7. de pœnis delictor. resol.27. vers. verum*
32 contrarium, ubi *in fin.* affert rationem, quia bona ob contumaciam hæretici absentis publicata elapso anno transeunt in rem judicatam, & ideo comparentes quoad bona non audiuntur.

33 Sed si contumaces quandocunque sponte compareant, quòd semper audiantur, & quoad personam, & quoad bona, & ita in supremo Urbis, & totius Christianæ Reipublicæ, & Sanctæ Inquisitionis Tribunali servari, dicit, *Farinac. in tit. de hæresi q. 185. n.109. Scaccia de judic. causar. civil. criminal. & heretical. lib.1. cap.98. n.34.*

34 Crimen hæresis morte non extinguitur, prout generaliter omnia alia crimina extinguntur, ex dispositione *text. in l. defuncto ff.*
35 *de public. judic.* ac proinde etiam post mortem contra hæreticum inquiri, & procedi potest, ad damnandum ejus memoriam: & si hæresis sit plenè probata, hæreticus defunctus condemnari debet, ejusque bona confiscanda, etiam si devenerint in manus tertii possessoris, insuper ejus ossa si à Catholicis distingui possunt, sunt exhumenda, & unà cum eis statua comburenda, etiam si dum viveret, esset bonæ famæ, nec aliàs de hæresi suspectus, *Diana resol. moral. p.4. tract.7. de pœn. delictor. resol.28. in prin. Farinac. in tract. de hæresi q.197. n. 86. & n.94. cum plurib. sequen. Decian. tract. crim. lib.5. cap.57. n.1. & n.5. Ludovic. à Paramo de origine Sanct. Inquisit. lib. 3. q.4. rub. de forma, & ordine judiciar. S. Officii n.84. Joan. à Royas sing. 139. n.9. Jul. Clar. in practic. § hæresis n.19. vers. & scias, Santarel. de hæresi cap.27. dub.1. n.12. Simanc. Cathol. instituit. tit.4. rub. de accusatoribus n.4. & tit.18. rub. de defunct. n.8.*

36 Quòd multò magis sibi locum vindicat, quando quis in carceribus constitutus pro crimine hæresis se ipsum occiderit, cùm tunc ex conscientia perpatrati criminis videtur sui necem procurasse, ut de hæresi convictus dicatur; propterea ejus statua curiæ seculari comburenda tradi debet, nisi filii, aut hæredes docuerint, quòd ille non ex conscientia commissi criminis, sed ex alia causa se interfecerit, *Farinac. in tit. de hæresi q.197. n.90. Diana resol. moral. p.4. tit.7. de pœn. delictor. resol.28. vers. sed nota hic.*

ble, qui concordantes allegant.

37 Ad hoc autem ut legitimè hæretici defuncti memoria damnari possit citandi sunt ejus filii, vel heredes sive præsentes, sive absentes, sive certi, sive incerti, ad suscipiendam ejus defensionem, quatenus suscipere velint, tum propter famæ conservationem, tum propter bonorum confiscationem, quibus propterea danda est copia
38 indiciorum, & etiam per procuratorem admittendi sunt, *Decian. tract. crim. lib. 5 cap. 57. n. 8. ex Bellamer. decis.* 688. *& seq. Zanchin. in tract. de hæret. cap. 24. n. 3. Simanch. Catholicar. instit. tit.* 18. *rub. de defunct. n. 15. & tit. 29. rub. de filiis, & minor. n. 21. & tit. de procurator. n. 3. Farinac. in tit. de hæresi q. 197. n. 106. Diana resol. moral. p. 4. tit. 7. de pen. delictor. resol.* 28. *vers. notandum est tamen.*

39 Insuper, plenè, & concludenter de ejus hæresi constare debet; adeout sola suspicio non sufficiat, cùm per rei obitum extinguatur, *Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 57. n. 6. Simanch. Catholic. instit. tit.* 18. *rub. de defunct. n. 13. & tit. 46. rub. de pœnis n. 77. & in Enchyridion. tit. 62. rub. de mortuis n. 6. Zanchin. in tract. de hæret. cap. 24. n. 2. Royas in tract. de hæret. p. 2. n. 307. & seq. Farinac. in tit. de heresi q. 197. n. 103.*

40 Contra hæretici defuncti memoriam agi posse, aliqui affirmaverunt infra quinquennium tantùm, aliqui infra viginti, aliqui infra triginta, alii infra quadraginta annos, alii semper, & quandocunque, *Decian. tract. crim. lib 5. cap. 57. n.* 12. Sed de veriori intra quinquennium agi posse tenet, & concordat *Martin del Rio de disquisit. magicis lib. 5. sect. 19. in fi. Jacob. de Graffiis lib.* 2. *suar. decis. cap.* 11. *n.* 11. latè *Farinac. in tit. de heresi q.* 197. *à* 112. *usque ad* 119. *Diana resol. moral. p. 4. tract. 7. de pen. delictor. resol.* 28. qui cum *Sanchez, Penia. Covar. Simanca & aliis vers. verum mihi contrarium,*
41 tenet quòd nullo temporis spatio præscribatur actio procedendi ad damnandam memoriam hæretici defuncti.

ARGUMENTUM.

EX Summario deducendum, in quo referuntur alia sortilegia, quæ sapiunt hæresim manifestam.

SUMMARIUM.

1 SOrtilegiom hæreticale est facere pactum expressum, vel tacitum com Dæmone.

2 Pro ut si retineatur Dæmon ligatus in Anulo, speculo, & similibus.

3 Sortilegiom, in quo Dæmones invocantur, & postulantur etiam sine adoratione Duliæ, vel latriæ, est hæreticale. Contra. n. 5.

4 Omne commercium cum Dæmone est interdictum.

6 Quando invocatur Dæmon, illeque consulitur super his, quæ ejus potestati tributa non sunt, sortilegium est hæreticale, secùs autem in his, quæ subsunt ejus potestati.

7 Adorare dæmones, illisque sacrificia offerre, est hæreticale, si hoc perpatrantes malè sentiant de fide, secùs si male non sentiant, valde tamen redduntur suspecti de hæresi, n. 8.

9 In dubio dæmonem adorantes præsumuntur malè sentira de fide.

10 Circulos facere in terra, & signis munire, puerum in medio ponere, & dæmonem invocare, hæreticale reputatur, & n. 11.

12 Dæmoni obedientes hæretici sunt.

13 Signa, Characteres, ignotaque nomina facere, ad effectum à Dæmone aliquid perquirendi, sortilegium hæreticale est.

14 Baptizare Imagines, & ad ignem applicare, & pungere, ut malum oriatur illi, pro quo confectæ sunt, est sortilegium hæreticale.

15 Declara procedere si imagines baptizans habeat errorem in mente, & malè sentiat de sacramento baptismi; secùs si non habeat, sed faciat ad faciliùs aliquid à Dæmone obtinendum.

16 Sed in dubio præsumitur isto casu error in mente, nisi contrarium probetur.

17 Sortilegium hæreticale est, quando puer rebaptizatur.

18 Et etiam si hominis cadaver baptizetur.

19 Sortilegium, maleficium, incantatio facta ad nocendum hominibus, animalibus, & segetibus, hæreticalia sunt.

20 Sortilegia, & incantationes factæ ad bonum finem, de jure civili sunt impunibilia, secùs de jure canonico.

21 Ligare homines ne valeant uxores cognoscere, hæreticale sortilegium est.

22 Astrologia, Negromantia, Geomantia Hydromantia, & similes, an sapiant hæresim, & de materia.

23 Futura prædicere ex signis, & astrorum cursu an sapiat hæresim,

24 Chiromantia an sapiat hæresim, & de materia.

25 Augures sortilegi etiam reputantur, sed largo modo, & indirectè dicuntur hæretici.

26 Divinatores largo modo reputantur hæretici, & de divinationis materia.

27 Sortilegi, & Divinatores dicuntur, qui cum æqualitate, & inæqualitate festucarum aliquid præsens, vel absconditum indicant, & an sapiat hæresim.

28 Herbas colligere cum Incantationibus an, & quando sit sortilegium Hæreticale.

29 Colligere herbas in die festivo Sancti Joannis Baptistæ, credendo tunc esse majoris virtutis, superstitiosum est.

DECISIO CLXXVIII.

IIta crevit hominum malitia, eorumque vanæ, & inanes cupiditates trahuntur ad malum, ut creati de Imaginem, & similitudinem Dei, & prætioso sanguine Salvatoris nostri redempti, & per Baptismum, & fidem Ecclesiæ Christi adiuncti consuetudinem, & familiaritatem cum humani generis hoste retinere non perhorrescant;
1 pactum propterea tacitum, vel expressum facere cum Dæmone sortilegium hæreticale est, & sapit manifestam hæresim, cum sit species idolatriæ, & Apostasiæ: omnis enim observatiò, cujus effectus expectatur aliunde quàm ex naturali ratione, vel miraculo vero, vel voluntate Divina vehementer suspecta redditur de pacto expresso, vel tacito, & occulto cum Dæmone, probatur ex *extravag.*

travag. *Joannis XXII. incip. super illius specula* registrata *in Direct. Inquisit. p.2. q.43. n. 9. fol. mihi* 364. *Simanch. Cathol. Instit ut. tit.* 30. *rub. de hæresi n.* 13. *& tit.* 63. *rub. de superstition. n.* 11. 12. 13. & 14. latè *Petrus Bisfeldius de confession. malefic. prælud.*6. *per totam Tolet. de instructione Sacerdot. lib.*4. *cap.* 14. *n.*5. Farinac. *de heresi q.*181. §.1. *n.*34. bene *Martin. del Rio de disquisit. Magicis lib.*2. *q.* 4. *& q.* 5. *& lib.*5. *section.*15. *in* 2. *axiomate.*

2 Quinimo Dæmonem ligatum tenere in phyala, Anulo, pyxide, speculo, seu in alia re, & ab eo responsa petere, hæreticale sortilegium est: veritas tamen est, quòd in homine non inest naturalis vis, & nulla facultas, aut dominium in eodem residet ad ita Dęmones includendos, adeo ut Dæmones nullatenus ligati teneantur, sed decipiendo fingunt se ligatos teneri, propterea expressè damnatur hoc sortilegium à *Sixto V.* ut *in ejus constitutione ex ordine* 21. *Bullar. p.* 1. *fol.*52. *& in Bullar. Cherubin.* 17. *sub.* §.1. *p.*2. *fol.* 388. & in citata *extravag. Joannis XXII. ut supra, Azor. instit. Moral. p.* 1. *lib.*9. *cap.*36. *q.*2. Farinac. *in tract. de heresi q.*181. *n.*28. *&* 29. *Martin. del Rio disquisit. Magic. lib.*2. *cap.*30. *sect.*1. *post. prin. & sect.*3. *in prin. ubi* reprobat *Ghirland.* contrarium tenentem.

3 Damnatur pariter tanquam hæreticale, sortilegium, in quo Dæmones invocantur, vel postulantur, aut auxilia ab eis petuntur pro implendis pravis desideriis, vel consuluntur & eorum responsa petuntur etiam sine adoratione, & exhibitione honoris Latriæ, quæ soli Deo debetur, vel Duliæ, quæ solùm Sanctis, & beatis spiritibus exhibetur ratione excellentiæ à Deo communicatæ, & Hyperduliæ, qua colitur Beatissima Virgo
4 Dei mater; cùm omne commercium cum Dæmone sit interdictum, tanquam cum infenso fidelium hoste, qui tanquam leo rugiens circuit quærens quem devoret, & ad gehennam æterni ignis secum trahat, ut suadetur ex *bulla Sixti V. supra citata* & tradit *Barbat. conf.* 55. *lib.* 1. *Azor. instit. moral. p.*1. *lib.*9. *cap.*23. *rub. de divinatione, quę ex invocatione Dęmonum petitur in princ. Squil. lacen. in tract. de fide Catholica cap.*10. *n.*1. *& cap.*13. *n.*2. *Martin. del Rio de disquisit. Magic. lib.*5. *sect.*15. *in fin. vers. dico sexto*, cum aliis per *Farinac. in tit. de heresi q.*18. *n.*72. *&* 73.

5 Sed quòd hujusmodi sortilegium non sapiat hæresim manifestam, tenet *Franciscus Pegna in addition. Eymeric in Director. Inquisitor. p.*2. *q.*43. *lit.O. in fin. Bartholomeus Spineus fol. mihi* 369. *col.* 1. & clarius *lit. Z. vers. tertius casus, & vers. seq. fol.* 369. *col.*1. *in fin. & col.*2. *in prin.* qui concordantes allegat.

6 Quas opiniones concordare studet *Farinac. de heresi q.* 181. *n.*76. Ut prima opinio procedat quando invocatur Dæmon, & consulitur super iis, quæ ejus potestati tributa non sunt: maximè quando invocator credat eundem posse facere illud, ad quod invocatur ex ejus activa potestate, cùm tunc talis invocator sit hæreticus, cum tribuat dæmoni, quod Dei est: secunda vero quod procedat quando dæmon invocatur in iis, quæ sub sunt ejus potestati ita *Jo: de Anan. in rub. extrau. de heret. n.*8. *Rosel. in sum. in verbo heret. Clar. in* §. *heresis n.* 23. *Decian. tract. crim. lib.*5. *cap.*17. *vers. item quando, Suarez de statu Religionis lib.* 2. *cap.*19. *rub. de superstitione, n.*10.

7 Immo ubi intervenit Dæmonis adoratio, tunc adorantes hæretici reputantur, si ita adorando, & eidem sacrificando malè sentiant de fide, nempe putando quòd cultus Duliæ, seu latriæ sit eidem exhibendus; secùs si hoc faciant non malè sentientes de fide, nec sic credentes de Dæmone, sed ut aliquo pacto inito cum eodem facilius assequantur quod intendunt; nam tunc non reputantur hæretici, at licet hoc possit esse
8 absque errore intellectus, tamen contra eos oritur vehemens, & violenta suspicio de hæresi, & in dubio sic adorantes præsumuntur
9 malè sentire de fide, & de sacramentis, nisi contrarium probarent; propterea animum, & mentem adorantis in hoc esse præcipuè attendendam, admonet *Decian. tract. crim. lib.*5. *cap.*37. *n.*35. *Antonin. in summa p.* 2. *tit.* 12. *cap.* 5. §. 1. *Sylvestr. in summa in verbo heresis* §. 1. *n.*4. *in primo requisito, & n.*8. *&* §. 2. *n.*5. *in prin. vers. Pro his sciendum est, Vmbert. Locat. in Judicial. Inquisitor. in verbo hereticus, n.*32. *Jacob de Graf. lib.*2. *suarum decis. cap.*8. *rub. de heret. n.* 2. cum aliis adductis per *Farinac. in tit. de heresi q.* 179. *n.* 51. *&* 52. *& q.*181. §.2. *n.*77. *cum duobus sequen.*

10 Hinc est quòd facere circulos in terra, illosque signis munire, puerum in medio ponere, aut quid simile facere, & dæmonem invocare, hęreticale sit, etiam quod non appareat, quod in hoc actu Dęmoni aliquis honor latrię, vel dulię exhibeatur; Inquisitoribus propterea hujus criminis reus subiicitur, ex citata *Bulla Sixti V. in Bullar. Cherubin. ex ordine* 17. *p.* 2. *Campeg. in addition. ad Zanchin. in tract. de heretic. cap.*27. *lit. C. in verbo Inquisitor. vers. tertiam conclusionem, Lelius Zech. in summ. p.*1. *tit. de fide cap.*15. *rub. de superstitione divinativa*
11 *n.*5. *vers. tertius modus*, ubi dicit quòd prędicta faciens cadit in hęresis suspicionem, non

non tamen judicari debet Hæreticus; præcipuè si dæmoni non se subiciat, & id ex quadam curiositate semel, aut bis perpetravit, quos refert *Farinac. in tit. de hæresi q.*81. *n.*70. & *n.*71. ubi subdit, quòd qui dæmoni
12 se subiiciunt, vel obediunt, in iis, quæ in Christianæ fidei opprobium redundant, generaliter hæretici præsumuntur.

13 Signa, Characteres, ignotaque nomina adhibere, vel facere ad effectum à Dæmone aliquid perquirendi, sortilegium hæreticale est; nam hujusmodi figuræ, characteres, ignota verba, & signa, sunt instituta ad Dæmonum conventiones, & fœdera, cùm ex eorum natura nihil possint operari, & si aliquid efficiant, Dæmonum virtuti adscribendum est, qui hominibus persuadere nituntur, quòd in præfatis verbis, characteribus, & signis adsit virtus, ut ab hominibus invocentur, ut sub istis falsitatibus, & mendaciis, ad errorem inducant, *Campeg. in addition. ad Zanch. in tract. de hæretic. cap.*22. *lit.C. in verbo Inquisitor*, *Squillac. in tract. de fide Cathol. cap.*6. *n.*2. *Azor. instit. moral. p.*1. *lib.*9. *cap.*26. *q.*6. *Tolet. de instruct. Sacerdot. lib.*4. *cap.*14. *n.*5. *vers.*2. *cùm characteres*, *Farinac.* qui alios allegat, *in tit. de hæresi quæst.*181. *num.*30.

14 Baptizans imagines nempe ex ære, auro, argento, plumbo, cera alba, vel rubra; & ad ignem applicatis, ibi applicans à Dæmone petat infirmitates, vel pungat dictas imagines, ubi cupit aliquod malum oriri in persona illius, pro quo confectę sunt, & cui nocere intendit, hæreticale sortilegium committit, *Jacob. de Graf. l.* 2. *suarum decis. cap.* 5. *rub. de superstitios. observat. n.*12. *Tolet. de instructione Sacerdot. lib.*4. *cap.*16. *n.*4. *ad fin. Farinac. in tit. de hæresi q.*181. *n.*25. *Martin. del Rio de disquisit. Magic. lib.*3. *part.*1. *sect.*1. *vers. mox subdit etiam*, *& lib.*5. *sect.*15. *vers. dico quartò*.

15 Declara ut sint hęretici, dummodo sic imagines baptizantes habeant errorem in mente, & malè sentiant de Sacramento baptismatis, ejusque effectu, secùs si non malè sentiant, nec habeant errorem in mente, sed solùm prędicta faciant propter finem facilius assequendi aliquid à Dæmone, *Antonin. in summ. p.*2. *tit.*12. *cap.*5. *§.*1. *Farinac. in tit. de hæresi q.*181. *num.*26. qui hanc declarationem Sedis Apostolicæ correctioni, & judicio submittit.

16 Sic enim baptizantes Imagines sunt suspecti de errore in intellectu, seu in mente, & malè sentire de Sacramento baptismatis, adeout hæc suspicio sufficiat ad hoc ut compellantur ad abjurandum de vehementi, *Sylvestr. in sum. in verbo hæresis §.*1. *n.* 8. *in princ. Umbert. Locat. in judic. Inquisit. in verbo hæreticus n.*31. *Farinac. in tit. de hæresi q.*181. *n.*27.

17 Hęreticale etiam est, quando aliquis puer rebaptizatur, secundùm *gloss. in cap. accusatus §. sanè in verbo saperet in fin. de hæret. in* 6. sic enim rebaptizantes eredentes formam, vel materiam baptismi aliam esse posse ab ea, quam Christus instituit, vel baptismum esse reiterabilem hęretici sunt; & si etiam negant se hoc credere, redduntur nihilominus vehementer de hęresi suspecti, *Carrer. in tract. de hæret. n.*23. *in fin. vers. & vide Panormitanum*, *Jul. Clar. in §. hæresis n.*22. ubi quòd hæc sit omnium peritorum sententia, *Squillacen. in tract. de fide Catholica cap.*8. *n.*2. *in fin. Simanch. Catholicar. institut. tit.* 30. *rub. de hæresi n.*15. *& in Enchyridion tit.*8. *n.*12. *Martin. del Rio de disquisit. Magicis lib.*5. *sect.*15. *vers. dico quarto*, cum aliis per *Farinac. in tit. de hæresi quæst.*181. *num.*23. *& num.*24.

18 subdit, quòd etiam hęreticale sortilegium sit hominis cadaver baptizare.

19 Uti etiam hęreticalia punienda sunt sortilegia, quæ fabricantur ad nocendum hominibus, animalibus, & segetibus, ad inducendam sterilitatem, ad excitandas tempestates, fulgura, tonitrua, grandinem, pluviamque, ad immittendos Dæmones in corpora humana, & ut dicitur *Fattura*, & similia alia maleficia, & fascinationes; subjiciuntur propterea tales malefici jurisdictioni Inquisitorum, ex *Constitutione Innocentii VIII.* edita *de anno* 1484. *incip. summis desiderantes affectibus*, de qua ex *Francisco Pegnia, Farinac. in tit. de hæresi q.*181. *n.*31. ad *Text. in l. eorum in principio C. de malefic.* plura de materia tradit, *Petr. Gregor. Syntagm. jur. lib.*34. *cap.*9. *ad fin. & c.*11. *per totum*, *Decian. tract. crim. lib.*5. *cap.*17. *vers.* 36. latè *Petrus Bisfeldius de confess. malefic. post præludia concl.*7. latissimè *Martin. del Rio de disquisit. Magic. lib.*3. *p.*1. *q.*1. *&* 2. *& q.*4. *à sect.*1. *usque ad* 10. *& lib.*5. *sect.*16. *vers. de grandine*.

20 Incantationes verò, quæ ad bonum finem fieri videntur, scilicet ad utilitatem fructuũ recolligendorum, ad evitandam grandinem, & tempestates de jure civili sunt impunibilia per *Textum in l. eorum §. nullis C. de malef. & Mathemat.* & ibi *Bald. & Salicet.* secùs de jure canonico, secundum quod incantationes etiam factę ad bonum finem prohibitę sunt, ut in *cap. illos* 26. *q.* 3. *in cap. ex tuarum*, *& in cap. fin. Extrav. de sortileg. Azor. instit. moral. p.*1. *lib.*9. *cap.* 26. *q.*3. *in fin. prin.* latè *Sanchez in præcept. Decalog. lib.*2. *cap.*41. *per totum*, *Farinac. in tit. de hæresi q.*181. *n.*32.

21 Ex quibus sequitur, quòd hereticale censeatur fortilegium, quo homines ligantur, ne valeant uxores cognoscere, & sic ad impediendum actum Matrimonii, quod ex operatione Dæmonis confici potest, ex Divina tamen permissione, qua datur potestas Diabolo, ut propter peccata homines sic vexentur, & veniant adversa, ad *Textum in cap. si per sortiarias* 24. q. 1. propterea Inquisitores contra hos sortilegos procedere posse decrevit *Innocentius VIII. suâ Constitutione editâ de anno* 1484. relat. per *Francisc. Pegnam post Director. Inquisitor. inter literas Apostolicas fol. mihi* 106. *Martin. del Rio de disquisit. Magic. lib.*3. p. 1. *qu.*4. *sect.* 8. *rub. de malefic. ligaminis*, *Farinac. de haeresi* q. 181. *n.*50. *Binsfeld. de confess. malefic. post praeludia Petr. Gregor. Syntagma Juris lib.*34. *cap.*9. *n.*3. & 4. *Squillacen. in tract. de heretic. cap.*2. *n.*2.

22 Astrologia judiciaria, Negromantia, Geomantia, Hydromantia, & similes pariter damnantur, tanquam artes valde periculosæ, quæ nonnisi cum occulta Dæmonum societate exerceri valent; & propterea contra hujusmodi attentantes, & exercentes Inquisitores procedere posse, statuit *Sixtus V. suâ Constitutione contra Astrologos* 17. *ex ordine Bullar. Cherubini p.*2. *fol.*388. quæ Bulla expressè loquitur etiam contra facientes judicia, & nativitates hominum, quamvis de futuris contingentibus successibus, fortuitisque casibus, & actionibus ex humana voluntate pendentibus, non certò affirmare asserant, sed tantùm ex probabilibus argumentis ratiocinium afferant, & sic omnes casus Astrologiæ comprehendere videtur, exceptâ Agriculturâ, Navigatione, & re medicâ; non obstante communi Doctorum sententiâ, quâ non reprobatur, nec prohibetur Astrologia judiciaria, quando quod prædicitur pro certo non affirmatur: undè quòd hæc Bulla quoad hanc partem procedat tantùm in foro exteriori, secùs in foro conscientiæ, tradit *Martin. del Rio de disquisit. Magic. lib.*4. *cap.*2. *q.*3. sed quod habeat locum in utroque foro docet *Sanch. in precept. Decalog. cap.*38. *n.*34. *Farinac. de haeresi q.*181. *n.*59. *vers. & quod attinet ad Bullam*.

23 Siquidem qui ex signis, & astrorum cursu, futura libera prædicunt, quasi ex rerum causis imponentibus futuris rebus certitudinem, & necessitatem, hæretici sunt, & pœnis hæreticis impositis subjiciuntur; cùm futurorum notitia certa est solius Dei, & corpora cœlestia licèt sint inclinativa, tamen multoties falunt, & eisdem necessariò non subjicitur natura humana, cum possit evitare, & uti liberi arbitrii potestate, juxta vulgatum adagium, quod sapiens dominabitur astris, ad *Textum in cap. consuluisti* 2. *q.*4. & *in cap. sciendum* 26. *qu.*3. *Abb. in cap.*2. *de sortileg. Joan Leo in summ. Confessor. tit. eod. q.*5. *Farinac. in tit. de delict. & poenis q.*20. *n.*111. & *seq.* & *in tit. de haeresi q.*181. *n.*57. ubi alios refert *Ghirlan. de sortileg. q.*11. *n.*16. & 22. & *q.*3. *n.*13. & 14. in quibus comprobat Astrologos non prædicentes futura per modum necessitatis, sed præsumptivè, seu inclinativè non peccare, nec puniri debere, faciunt tradita per *Divum Thom.* 2. 2. *distinct.*95. *q.* 27. *artic.* 5. sed hæc de jure communi canonum, secùs attentâ *Bullâ Sixti V. supra citata*.

24 Quæ etiam militant in Chyromantia, cum qua ex manus lineamentis judicatur de effectibus naturalibus; nam si quis ex mannum inspectione necessariò aliquid futurum liberum significaret, hæreticus judicatur, secùs si non necessariò, quod etiam prohibetur ex *Bullâ Sixti V. Farinac. de haeresi q.*181. *n.*56.

25 Augures verò, qui auguria, superstiosasque divinationes observant, inter personas sortilegas, & sortilegia perpatrantes connumerantur, largo tamen modo, & indirectè reputantur hæretici, ex quo videntur cum Dæmone expressè, aut tacitè pacisci, *Squillacen. in tract. de fide Cathol. cap.* 8. *n.*2. & 3. & *cap.* 21. *n.*2. *in fin. Petrus Greg. Syntag. jur. lib.*34. *cap.* 3. *n.*7. ubi de materia *Mart. del Rio de disquisit. Magic. lib.*4. *cap.*2. *q.*7. *sect.* 1. & 2. *Decian. tract. crim. lib.*5. *cap.*17. *vers. item observantes*, cum aliis per *Farinac. in tit. de haeresi q.*181. *n.* 60. latè de materia *Sanch. in prec. Dec. lib.*2. *c.*38. *n.*38. & *seq.*

26 Divinatores pariter largo modo hæretici reputantur, ex quo expressè, vel tacitè videntur cum Dæmone pacisci: & quia se divinitare plenos fingunt, divinatores appellantur: & triplex est genus divinationis. Primum per manifestam Dæmonum invocationem, quod ad Negromantiam pertinet. Secundum per solam considerationem dispositionis, vel motus alterius rei, quod pertinet ad augures, Tertium cùm facimus aliquid, ut nobis manifestetur, quod occultum est, & hoc pertinet ad sortes: latè de materia *Martin. del Rio de disquisit Magic. lib.* 4. *cap.* 2. *q.* 1. 4. 5. & 6. *Tolet. de instruct. Sacerdot. lib.*4. *cap.* 15. *rub. de divinat. per totam*, latè *Petr. Gregor. Syntag. jur. lib.*34. *cap.*3. *rub. de divinatione*, *cap.*7. *rub. de general. divination. prohibitione*, & *cap.*15. ubi de pœna divinatorum, *Thom. Sanchez in precept. Decalog. lib.*2. *cap.*38. cum aliis allegatis per *Farinac. in tit. de haeresi q.*181. *n.*61. & 62. ubi de divinationibus per sortem, & de ejus materia.

27 Sortilegi quoque,&divinatores dicuntur, qui cum æqualitate,vel inæqualitate festucarum aliquid præsens, vel absconditum indicant,& hoc ad geomantiam pertinet:& si fiat cum dæmonis invocatione, crimen cadit sub titulo de hæresi, & spectat ad Inquisitores, vigore *Bulla Sixti V. Bullar. Cherubin. ex ordine 17.p.2.Farinac.de hæresi q.181.n.63.*
28 Perpatrantur etiam sortilegia in herbarum collectionibus, quę si fiant cum adjurationibus, & quis credat herbas illas habere potestatem, & virtutem operandi actum in Dęmonis potestate, non existentem, hęreticus est, aliàs secùs *Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 18. vers. XXXXIII. Tolet. de instruct. Sacerdot. lib. 4. cap. 16. n. 1. in fin. Jacob. de Graf. lib. 2. fuar. decis. cap. 5. n. 5. Farinac. in tit. de hæresi q. 181.*
29 *n. 64.* qui subdunt superstitiosum esse colligere herbas in die festivo Sancti Joannis Baptistæ,credendo tunc esse majoris virtutis ad singulares quosdam effectus.

BULLA ALEXANDRI VII.

De promovendis ad Ordines in Urbe, & in sex vicinis Episcopatibus; de qua supra fuit facta mentio pag. 102. n. 29.

APostolica sollicitudo humilitati nostræ divinitùs imposita Nos admonet, ut circa illos, qui in alma Urbe nostra, ex qua in omnes Christiani Orbis partes bonorum operum exempla ubertim promanant, vicinisque Episcopatibus sacris addicuntur ministeriis, & in hierarchicum Ecclesiæ cœtum cooptantur, ea salubriter constituamus, quæ maturâ consultatione adhibitâ, in omnipotentis Dei gloriam, & animarum salutem cedere, & cessura esse arbitramur.

§. 1. Motu ita proprio, & ex certa scientia, & maturâ deliberatione,nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium statuimus; mandamus, & ordinamus, ut quicunque in eadem Urbe ratione originis, vel Beneficii Ecclesiastici, aut domicilii, vel cum litteris dimissoriis proprii Ordinarii, ad minores, vel sacros Ordines promoveri volent, per mensem ante generales ordinationes dilectum filium nostrum, & pro tempore existentia Romani Pontificis in dicta Urbe Vicarium in spiritalibus generalem adeant, & de ipsius mandato ab Examinatoribus ad hoc deputatis non paucioribus, quàm tribus,ac simul congregatis super scientia ad unumquemque ordinem requisita sedulò examinentur, & peracto examine, renuncientur quotcunque ab his idonei judicati fuerint.

§. 2. Deinde ad minores quidem ordines promovendi bonum à Parocho, & à Magistro scholæ, in qua educantur,testimonium habeant, de quo publicum eidem Vicario exhibeant documentum. Pro iis verò, qui ad singulos majores ordines erunt assumendi, idem Vicarius Parocho, aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, ut nominibus, ac desiderio eorum, qui volent promoveri, publicè in Basilica Lateranensi, & in propria cujusque Parochiali Ecclesia propositis, de ipsorum ordinandorum natalibus, genere, ætate, moribus, & vita, ordinibus ante susceptis, titulis, ad quos promoti sunt, vel promoveri cupiunt, cæterisque qualitatibus requisitis juxta sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini dispositionem à fide dignis diligenter inquirat, & litteras testimoniales ipsam inquisitionem factam continentes ad ipsum Vicarium quamprimum transmittat.

§. 3. Et nihilominus quoties aliquem ex sacris ordinibus suscipere voluerint,ad Sacerdotes in id deputatos personaliter se conferant, à quibus decem saltem dierum spatio ante ordinationem in eorum domo inclusi de omnibus ad dignè suscipiendos, & ritè exercendos ordines, requisitis erudiantur, & de hoc testimoniales eorundem Sacerdotum ad ipsum Vicarium deferant, nec sine hujusmodi litteris quisquam ad ullum sacrum ordinem promoveatur, nec cum aliquo super examine, & inclusione hujusmodi dispensari possit, nisi consultis Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente.

§. 4. Denique in sex Episcopatibus prope Urbem, in quibus non sunt suffraganei, quicunque ad minores, vel sacros ordines volent promoveri, cum litteris dimissoriis sui Ordinarii ad memoratum Vicarium, & non ad alium Antistitem directis, ad Urbem accedant, ibique & non alibi ordinentur, servata in omnibus forma superiùs præscripta. Ubi verò sunt suffraganei, nemo ad aliquem ex majoribus ordinibus assumatur, nisi priùs præter ea, quæ à sacris Canonibus, & ejusdem Concilii Decretis sancita sunt, ad minus per decem dies à dictis Sacerdotibus in Urbe deputatis in eorum ædibus inclusus, ut supra fuerit eruditus, ac litteras testimoniales eorundem Sacerdotum ad ipsum suffraganeum detulerit. Suffraganeus autem, qui contrafecerit, ab exercitio Pontificalium per annum, promoti verò tam ab eisdem suffraganeis, quàm etiam in Urbe non servatâ formâ præsentis Constitutionis ab executione ordinum sic susceptorum, donec Nobis, & successori-

bus nostris Romanis Pontificibus visum fuerit, ipso jure sint suspensi.

§. 5. Decernentes, easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & quandocunque spectabit inviolabiliter observari. Sicque & non aliter per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & alios quoslibet quavis auctoritate, præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstan. Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, ac Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscunque. Vt autem præsentes litteræ ad omnium notitiam faciliùs devenire possint, volumus, ut illæ, seu earum exempla ad valvas præfatæ Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Vrbe Basilicarum, & Cancellariæ Apostolicæ, nec non in acie Campi Floræ, ut moris est publicentur, & affigantur; sicque publicatæ, & affixæ omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arctent, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent; utque earundem præsentium transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 7. Augusti 1662. Pontificatus Nostri Anno octavo.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi, millesimo sexcentesimo sexagesimo secundo, indictione 15. die 22. mensis Augusti, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & Domini N. D. Alexandri Divina Providentia Papæ VII. Anno ejus octavo, supradictum Breve affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Vrbis, per me Carolum Francesc. binum, Sanctiss. D. N. Papæ Cursorem.

Jo. Antonius Bertarellus Curs. Mag.

Finis ad Dei, ac Deiparæ Virginis, Sanctique Philippi Nerii laudem, & gloriam.



INDEX
RERUM NOTABILIUM,
Quæ in hac Tertia Parte continentur.

CENTENARIA

Etiamsi

scitur

DONANS

tium

EMPTIO

EPISCOPUS

quibus

Filius

in

HÆRETICUS

LOCATOR

LUCRUM

LUDENS LUSOR

LUDUS

tam

MELIORAMENTA

METUS

MINOR

MONACHUS

MONIALIS

MORS

P

PACTUM

PAPA

PAROCHIA

PAROCHIANUS

PAROCHUS.

PARS

PATRIMONIUM

PAUPERTAS

PAUPER

PAX

Li-

PÆNA

PRÆSUMPTIO.

PRETIUM.

PRINCEPS.

PRI-

PROŒMIUM.

PROBATIO.

PROCESSIO.

Q

QUARTA.

REGULARIS.

Et

SERVITUS.

SIMONIA.

SOCIETAS.

Re-

STRIGÆ.

SPONSALIA.

SPONSUS SPONSA.

T

TERMINI.

TESTAMENTUM.

Re-

V

VENDITIO.

VERBA.

VIATOR.

VICARIUS.

VICTURALIS.

FINIS.



Pag.	colum.	lin.	MENDA	EMENDA
65	2	31	Quæ	Iſtis
98	1	42	deponentes	deponentibus
98	1	42	Periti	Peritis
98	2	38	immunes	immunia
171	2	25	tertio	viro
199	1	38	dictio	dicto
226	1	39	quia miſit	niſi miſerit
286	2	51	ſcire	ſciri

Cætera leviora ſuppleat humanitas legentis